




CONSILIORVM.
AC DECISIONVM,
ILLVSTRIVM

Causarum ciuilium, criminalium, & Ecclesiasticarum, quotidie in foro practicabilium.

D. FRANCISCI MONALDI VVLSINIEN.
V. I. D. & equitis aureatæ militiæ.

Causarum Patroni, & Practici etiam Romanæ Curiæ,

Nunc verò in Ciuitate Mediolani Aduocati, & Consultoris præstantissimi, & integerrimi.

Volumen Secundum.

Omnibus tam in iudicijs, quam in Scholis versantibus non minus vtilia, quam necessaria:

Nunc primum in lucem edita.

VNA CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

Signum huiusmodi * communes, & magis communes * * indicans.

AD CLEMENTEM VIII. PONT. OPT. MAX.

CVM PRIVILEGIIS.





VENETIIS. MDCI.

Apud Marcum Variscum.

SANCTISSIMO
DOMINO D. NOSTRO
CLEMENTI OCTAVO
PONTIFICI MAXIMO.



Vatuor me potissimum causæ B. P. in hanc mentem impulerunt, vt meorum consiliorum hoc volumen sub tuo felicissimo, & augustissimo nomine publici iuris per typographos factum, vellem apparere, & in hominum luce versari. Prima quod me quasi obstringi scelere arbitrabar, qui sub ecclesiastica ortus ditione huius lucis vsura frui cœpi Pontificum Principatus auspicijs, nisi tibi Summo Pontifici Ecclesiasticæ ditionis Principi, qui eam etiam multis auxisti partibus, & amplificasti, ingenij mei aliquod quasi tributum offerem; altera, quæ ad te ipsum spectat, quod deberi id tibi summo iure videbatur, cùm enim ego te in Rota de iure gentibus eruditissimè respondentem olim Romæ obseruassem, & admiratus etiam summam iuris in te nostri cognitionem, ac doctrinam, futurum de te hoc, vt altissimum hunc dignitatis gradum olim attingere, tacitè essem animo vaticinatus, tuo quasi iure hunc ingenij mei partum qualemcunque, ac labores, vel nescius vendicabas, & exigebas. Accessit tertia, quòd mihi animos addidit, & cunctantem, me quasi, ac verecundantem impulit, studiorum similitudo, cum enim tu iuris sis omnium consultissimus, non aspernaturum te iudicaui Iurisconsulti etiam tenuis lucubrationes, & ex alta quasi honoris, in qua constitutus es, specula, demissurum benignè oculos, & humilem seruum respecturum. Quarta & postrema se se addidit mei ipsius, & libri dignitas, cui maximè consultum, & magnam accersitum iri auctoritatem putaui apud doctos, atq; adeò omnes homines, si præscriptum Iurisconsultissimi Pontificis nomen in fronte, quasi probationis notam gestaret. Tu igitur P. B. eo, quo soles pro tua verè Christi inuitatrice humanitate, & clementia, benigno scilicet, & hilari vultu suscipe munusculum hoc, & illud, quale sit, non ex scriptorum, seu dictorum præstantia, sed ex animi deuinctissima tibi inductione, ac pietate metire, quæ nemini concedit in te sanctissimè colendo, & obseruando, quem Deus sua pietate pro Mundi prosperitate, & augumento Christianæ fidei diu conseruet.

Venetijs XI. Calend. Maij Anno Salutis Dominicæ M D C I.

Beatitudinis Tuæ

Humilis seruus

Franciscus Monaldus.

Copia

GLI Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Conseglio di X. Infrascritti hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, del Circonspetto Secretario del Senato Lorenzo Massa, & di Domino Fabio Paulini lettor publico, che nelli Consegli di D. Francesco Monaldo Iurisconsulto, non vi si troua cosa contra le leggi, & sono degni di stampa, concedeno licentia, che possino esser stampati in questa Città.

Dat. die 27. Martij. 1601.

D.Francesco Malipiero.
D.Benetto Dolfin.
D.Zuanne Bembo.
} Capi dell'Illustrissimo Cons. di X.

Illustriss. Cons. X. Secretarius
Leonardus Otthobonus.

1601. 10. Maggio Registrato in libro.

Antonius Laured. officij Con. Blasph. Coad. & Secr.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
MAXIME MEMORABILIVM,
ET NOTATV DIGNISSIMARVM

Quæ hoc secundo volumine Consiliorum Clarissimi Consultissimiq; viri, Iuriumque Doctoris Celeberrimi, & causarum in Veneto Tribunali patroni famosissimi

D. FRANCISCI MONALDI VVLSINEN.
REPERIVNTVR,

Serie alphabetica miro ordine digestus.

A

INDEX.

Antecedens

INDEX.

B



Bene-

C



Casus

Comes

Condu-

Con-

D

INDEX.

E



F

Forni

INDEX.

G

H

I



absque

Index

INDEX.

Iuri

L



Lega-

INDEX.

Matri-

INDEX.

Obligari

O

P

para-

Priua-

Q.



INDEX.

R



Testis

Testis

V

F I N I S.

INDEX INITIORVM OMNIVM CONSILIORVM.

SECVNDI VOLVMINIS EXCELL. D. Francisci Monaldi suis cum numeris ordine alphabetico digestus.

In

L

M

Obiecta

INDEX.

FINIS.

CONSILIA AC DECISIONES CAVSARVM CIVILIVM, ET CRIMINALIVM,

Ecclesiasticarum, Beneficialium, Legitimitatum, Hæreticalium, ac aliarum quotidie in foro agitatarum practicabilia,

ECCELLENTISS. ATQVE CLARISS. I. V. DOCT. ET EQVITIS AVRATAE MILITIAE,

D. FRANCISCI MONALDI VVLSINIENSIS,

Aduocati & practici etiam Curiæ Romanæ præstantissimi.

Volumen Secundum.

ARGVMENTVM.

Dubia tria proponuntur occasione sententię latę in prima instantia super iure decimandi. quæ distincta in principio consilij patent.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est probatio probata, & non probanda, nec fori discussione, & disputatione indiget, sed est ueritas notoria, & manifesta.*

2 *Instrumenti uerba censentur uerba partium.*

3 *Positiones ad quem effectum fiant.*

4 *Confessio plene probat contra confitentem, in iudicio. & num. 6.*

5 *Probatio nulla maior haberi potest, quam propriæ partis confessio.*

7 *Confessio habet uim sententiæ, & publici instrumenti.*

8 *Instrumento locationis, licet minus solemni, quando standum sit.*

9 *Possidere ille dicitur, cuius nomine possidetur. & num. 10.*

11 *Excipiens de dominio proprio uel alieno, an, & quomodo audiatur.*

12 *Regula, dolo facis petere quod restituturus es, quando non procedat.*

13 *Possessio rei locatæ an probetur ad plenum per locationem, & etiam illius dominium.*

14 *Instrumentum locationis factum per aliquem non probat quo ad extraneum.*

15 *Locatoris possessio quibus concurrentibus probetur.*

16 *Possessio rei locatę probatur per receptionem pensionis, nedum in pręiudicium conductoris soluentis, sed & tertij. ampliatur nu. 17.*

18 *Locator dicitur rem possidere mediante persona conductoris.*

19 *Possidere repertus pręsumitur ex titulo pręcedenti possidere.*

20 *Pręscriptio non datur sine possessione.*

21 *Pręscribitur tantum quantum possidetur.*

22 *Titulus & bona fides requiritur in pręscribente.*

23 *Locationis tempore finito censetur renouata locatio de anno in annum, & quomodo renouata censeatur. num. 24. Quid in locatione ad longum tempus. nu. 25.*

26 *Possessionis, & voluntatis mutatio nō præsumitur.*

27 *Locatio facta ecclesiæ ad tempus, post primam præsumitur renouata de anno in annum, sub eadem forma.*

28 *Dominus quod non possit expellere eum, qui præscripsit ius perpetuæ colonię.*

29 *Titulus alius non pręsumitur, vbi constat de certa causa, & certo titulo.*

30 *Tituli a primordio posterior formatur euentus.*

31 *Solutio affictus pręsumitur facta ex annuę tacitę reconductionis causa.*

32 *Solutio pensionis an sit vniformiter facta necne, quomodo cognosci possit.*

33 *Locationes renouatæ, & solutiones pensionū censentur eadem iure factę, quo primæ.*

34 *Locatio simplex in prædijs rusticis præsumitur facta de anno in annum, non in perpetuum. & num. 36.*

35 *Actis idem vbi potest sapere alienationem & non alienationem, nunquam præsumitur alienatio.*

37 *Titulus vt censeatur præscriptus in solutionibus, quid requiratur.*

A 38 Inter-

38 *Interpretatio semper in dubijs facienda est ad fauorem ecclesiæ.*
39 *Præscriptio perpetuæ locationis, seu coloniæ non habet locum quando constat de breui locatione præcedenti, puta ad triennium.*
40 *Præscriptio longissimi temporis, etiam cum mala fide currit de iure ciuili.*
41 *Defuncti mala fides nocet heredi.*
42 *Conductor nunquã præscribit de iure canonico propter malam fidem, nec contra actionem realem, nec personalem.*
43 *Res ecclesiæ non possunt locari hodie vltra triennium.*
44 *Lex Veneta circa vniformes solutiones refertur, & declaratur.*
45 *Dos certa debet constitui & assignari ecclesiæ in eius erectione, seu consecratione, & qualis esse debeat. nu. 55.*
46 *Papa circa decimas omnia potest.*
47 *Instrumentum producens in iudicio censetur approbare personam notarij, qui illud confecit.*
48 *Protestatio in productione instrumenti, in parte & partibus, quid operetur. & nu. 49.*
50 *Oratio vniuersalis tantum operatur, quantum singulorum expressio.*
51 *Ecclesiæ parochiales villarum in Dominio Veneto non habent decimas, seu ius decimandi, sed tantum quartesium, & quomodo.*
52 *Argumentum à communiter accidentibus est validum.*
53 *Bona præsumuntur conductitia, nisi possidens doceat titulum.*
54 *Vasallus an teneatur ostendere, & indicare domino res feudales.*
56 *Possessio titulata præfertur non habenti titulum.*
57 *Possessionis qualitas facit vnam probationem alteri præualere.*
58 *Nullitatis defectus in sententia sanatur vbi constat de bono iure partis.*

CONSILIVM PRIMVM.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N. Causa à Tresijs, quam habent RR. Abbas & Monachi Abbatiæ sanctę Mariæ è Carceribus Cõgregationis Camalduleñ. Paduanę diœcesis de, & super decima, alias decimata, seu iure decimandi in uilla Baonis eiusdẽ diœcesis, uti ad triennium locatores contra & aduersus RR. Priorem, & Fratres sanctæ Mariæ à Tresto ordinis sancti Hieronymi Fiesularum eiusdem decimę conductores; ut annotescat de bono iure dictorum agentium, ac sententiæ ad eorum fauorem, & contra RR. Aduersarios illos excommcando à dicta locatione, & iure decimandi per Reuerendissimũ Vicarium Episcopi Paduañ lata, & de nõ iure dictorum Prioris, & Fratrum, de tribus principalibus fundamentis uidendum esse duxi, uidelicet.

Primò an constet dictos Abbatem & Monachos locasse dictam decimam, seu ius decimãdi in dicta uilla Baonis pro certa pensione quolibet anno persoluenda dictis Monasterio, & Fratribus sanctę Marię à Tresto, seu alteri eorum nomine illã conducenti, seu accipienti, adeo ut constet de possessione, uel quasi circa dictã decimam dicti Abbatis, & Monachorum, uel non.

Secundò an constet saltem in præsenti iudicio de quantitate eiusdem decimæ locatæ, seu de quibus locis ius habet decimandi, in quo uidetur consistere tota difficultas huiusmodi causæ, uel non.

Tertiò an dicta sententia Vicarij Paduani, per quam confirmauit commeatum, seu licentiam datam de dicta locatione per dictos Abbatem & Monachos dictis Priori & Fratribus ueniat confirmanda, & declaranda secundum confinia probata; ex quibus appareat de quantitate decimæ locatę, seu iure decimandi dictis aduersarijs locacat. exequendam esse, uel potius infirmandam. Et affirmatiuè in omnibus concludo ad fauorem dictorum RR. Abbatis, & Monachorum, & contra partem aduersam, ex infra dicendis.

Et quoad primum dico euidenter constare de locatione triennali, & possessione, uel quasi dictæ decime uille Baonis, seu iuris decimandi dictorum Abbatis, & Monachorum; & quod ab eis illam conduxerint præfati Aduersarij pro certa pensione persoluenda quolibet anno per instrumentum locationis usque de anno 1548. die 7. Aprilis inter dictas partes confectum, de quo processu A. fol. 42. Cum instrumentum † sit probatio probata, & non probanda, quodque discussione fori, nec disputatione non indiget; sed sit ueritas notoria, & manifesta, prout dicit Decian. in cons. 66. num. 6. uolum. 3. & in consil. 5. num. 40. & sequent. uolum. 1. & prius dixit Bald. in l. Imperator in prima lectura num. 17. ff. de

statu

statu homi. & in l. secunda, num. 6. C. quando fisc. uel priua. quem latè comprobat Iaſ.
in l. admonendi in ſecunda lectu. ſub num.
154. de iureiurando, & in conſil. 124. num.
primo, uolum. primo, & in conſil. 137. num.
13. uolum. 4. & dicit Decius in conſil. 36.
2 num. 2. Et inſtrumenti † uerba partium
uerba cenſeantur, prout dicit idem Bald. in
dicta l. Imperator. in prima lect. nume. 17.
Iaſ. in dicta l. admonendi in ſecunda lect.
num. 154. in fine, & in d. conſil. 137. num.
13. in fin. & dicit Vezzi. inter communes
diuerſor. ſub tit. de tabellio. de fide inſtru.
num. 4. uol. 1. fol. mihi 563.

Nec eſt ambigendum dictos Abbatem,
& Monachos habere ex dicto inſtrumento
locationis triennalis intentionem fundatam;
& illi ſtandum eſſe, donec aliter
probetur, quare ſtiri non debeat per l.
cum precibus. C. de probatio. & dicit Decia.
in dicto conſil. 66. num. 58. in fine, uolum.
tertio, & in conſil. quinto, numero 39.
uolum. 1.

Quibus accedat, quod dictum instrumentum
fuit ſemper obſeruatum inter dictas
partes, cum penſio trium librarum pro affictu
eiuſdem decimæ ad triennium locatæ,
ut eſt dictum, quolibet anno ſemper à die
factæ locationis, & conductionis reſpectiuè
iuxta promiſſionem in eo factam fuit
per dictum Monaſterium, & fratres ſanctæ
Mariæ à Treſtis dictis Abbati, & Monachis
perſoluta, prout confeſſus fuit ſuo iuramento
idem Reueren. Prior dicti Monaſterij
reſpondendo per uerbum credit tertiæ
poſitioni cum alijs factis à dictis actoribus
3 ad effectum, ut releuarentur † in caſu
quòd illas confeſſus fuiſſet ab onere probandi,
prout dicit Franch. in cap. 1. num. 7.
de confeſſ. in ſexto, Bart. in repet. l. ubicunque
ſub num. 17. ff. de interrogat. actio. &
Andr. Gayll. Practic. obſeru. lib. primo, obſeruat.
79. num. 2. De qua confeſſione conſtat
dicto proceſſu fol. 32. quæ plene pro-
4 bat † de dicta ſolutione contra partem confitentem
ſecundum uſum iudiciorum, prout
dicit Aegid. Bellamer. in decis. 740. numero
1. in uerſ. ideo talis reſponſio. & Bolog.
in addit. ad conſil. 55. Ioan. de Anan.
ſub numero 8. in uerſ. nihilominus; ubi ampliat
hoc idem procedere etiam in cauſis
criminalibus: & Zaſ. in conſil. 2. num. 5.
& ſequent. uolum. 2. cum nulla maior poſ-
5 ſit haberi probatio, † quàm propriæ partis
confeſſio; prout dicit idem Zaſ. in. dicto
conſilio 2. num. quarto, & ſequen. Grat. in
conſil. 50. num. 4. uolum. 2. & Iaſ. in l. Titia
numero 28. ff. de uerbor. obligat. & quod
6 confeſſio † in iudicio facta plenè probet
contra confitentem dicit Domin. de ſancto
Gemin. in cap. ex pœnitentibus num. 6. &
ſequen. 50. diſtinct. & uoluit Aegid. Bella-
7 mer. in decis. 690. & quod habeat † uim
ſententiæ, & publici inſtrumenti, dicit Anton.
Franci. à Doctor. in conſi. 68. num. 19.
et ſequen. inter matrim. diuerſo. uolum. 1.
tex. in l. unica, et ibi Doctor. C. de confeſſ.
et propterea nullæ ſunt partes iudicis in
confeſſis, niſi in iudicando, prout dixit Rota
in decis. 19. circa medium in uer. Cum
igitur confitendo, de reſtitutio. ſpoliato.
in noui.

Quæ quidem inſtrumenti præfatæ locationis
obſeruantia admodum illud confir-
8 mauit, quod etſi minus ſolenne † eſſet (prout
non eſt, cum habeat omnia requiſita) illi
ſtandum ſit, prout dicit Baldus in conſil.
402. in fi. uolum. 5. Aymo conſi. 10. num. 4.
uolum. 1. Simon de Pretis conſ. 10. nu. 40.
Ioſeph. Ludoui. inter commu. diuerſ. in tit.
de conſuetud. concluſione unica. in uer. infertur.
117. uol. 3.

Et quod ille dicatur poſſidere, cuius no-
9 mine alius poſſidet, † prout faciunt conductores,
dicit text. in cap. cum ueniſſet in fin.
et ibi glo. de reſtitut. ſpoliat. cap. quoniam
frequenter, §. quod ſi nuper, ut lite non conteſtata
l. quod meo, et ibi Bart. num. 6. ff. de
acquiren. poſſeſſ. et eſt text. inſtitut. de interd.
§. poſſidere. ad idem Ioan. Blanch. in
epito. feudorum lib. 4. num. 104. in uerſ.
nec obſtat.

Et quod qui alieno nomine poſſidet nõ
10 dicatur poſſidere, † ſed ille, cuius nomine
poſſidet, et ſi ſuo nomine poſſideat præſcribere
non poſſit, niſi habeat titulum, & bonam
fidem, dicit text. in capit. ſi diligenti,
de præſcript. Et quod ſi conductor conuenitur
à locatore iure locationis ad rem
locatam relaxandam ſeu reſtituendam,
prout actum fuit, & agitur in caſu noſtro,
cum de locatione conſtet; eidem non
poſſit obijci exceptio dominij ad retardandam
illius reſtitutionem, prout uidentur
facere aduerſarij, cum dicant ignorare,
an habeant dictam decimam, uel non,

licet offerant se statim de ea probato per dictos agentes illam relaxare, & restituere, prout patet dicto processu fol. 38. ter. 39. et sequen. dicit tex. in l. si quis conductionis, et ibi Salyc. num. 2. ubi dicit sic Bart. et alios Doct. tenere. C. locati. et est glo. magistralis in cap. inter dilectos ad fin. §. per instrumenta in uer. locatio, de fide instrum. et ibi optime Felyn. num. 20. ubi etiam dicit nu. 21. id habere locum in hærede conductoris, et num. 22. in uer. ubi autem, ubi
11 dicit; quod si conductor agit † condictione d. l. si quis conductionis. C. locati. quòd conductor nō potest excipere de dominio proprio, neq; alieno, sed oportet, quod res prius restituatur: et hoc in odium illorum, qui per uarias exceptiones uolebant illudere locatoribus, ut per Bart. in d. l. si quis conductionis, ubi inter alia num. 2. dicit,
12 quod illa regula, † dolo facis ad petendū, quod restituturus es, non habet locum in possessorijs recuperandę possessionis; quia spoliatus ante omnia est restituendus per l. momentaneę, & ibi idem Bart. num. 2. C. unde ui. et l. si quis ad se fundum, et ibi etiā Bart. pręsertim num. 2. in princip. C. ad leg. Iul. de ui pub. et subdendo idem Bart. dicit, sed istud est iudicium recuperandę possessionis cum eo ipso, quod colonus denegat mihi restituere possessionē, spoliat me: ergo ante omnia debeo restitui. Nec potest opponi de dicta regula, dolo facis etc. et Bart. refert, et sequitur Abb. in dicto c. inter dilectos num. 16. et ibi etiam Anton. de Butr. num. 39. et seq. in princip. de fide instrument.

Neque aliquid obstat, etsi diceretur per simplicem locationem non probari ad plę-
13 num promissionem rei locatę, † prout nec illius dominium, prout dicit text. in d. cap. inter dilectos, §. per instrumenta, et ad propo- sequitur ibidem Felyn. num. 8. in uer. nota per locationē, et dixit Gozzad. in cōs. 94. num. 57. per l. ad probationem. C. locati. Aretin. in cap. cum causam, num. 25. in uer. illud autem scias de probat. Ruin. in cons. 47. num. 4. in princip. uolum. 4. et tenet Rota decis. 1. in princ. sub tit. de fide instrum. in antiq.

Quia ad hoc respondetur duplici fundamento obiectum non militare, et quia illud
14 habet locum, ut instrumentum † locationis factum per aliquem non probet locationem quantum ad extraneum, ut in dicto cap. inter dilectos, non autem quantum ad ipsos contrahentes, prout in casu nostro, quia quoad ipsos bene probat possessionem instrumentum locationis, prout dicit Rota d. decis. prima, in fine de fide instrumen. in antiq. quam refert, et sequitur Felyn. in dicto cap. inter dilectos nu. 8. in uer. quę procedit quo ad extraneos, & in uer. sed inter ipsos contrahentes, de fide instrumen. & idem dicit Gozzad. in dicto cons. 94. in fine, in uers. item quo ad extraneos, Alex. in cons. 12. col. 2. ante fi. in uer. Nec obstat etiā uol. 4. & Soc. sen. in cōs. 11. nu. 5. in uer. Prætérea, uol. 3. et in cons. 106. nu. 2. in uers. concurrit, eodem uolum. Paris. in cons. 111. num. 44. uol. 1. et Ruin. cons. 46. nu. 12. ad fi. uol. 4.

Secundò respondetur prefatum obiectum non procedere, quando cum instrumento locationis concurrit etiam solutio mercedis, seu pensionis rei locatæ, prout concurrit in casu nostro, ut supra dictum est: quia istis duobus concurrentibus bene
15 probatur possessio † locationis, prout firmat Ruin. in dicto cons. 47. num. 4. in uers. sed ex locatione. Corne. in cons. 6. num. 4. in princip. colum. ult. in uers. ex quibus, uolum. 3. Grat. consil. 50. num. 2. uolum. 1. et uoluit Felyn. in dicto cap. inter dilectos, num. 8. in uer. et non solum, de fide instrumen. et prius Bar. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum num. 1. ff. de acquir. poss. et est text. in cap. cum uenissent, et ibi glos. in uerbo ... de restitut. spoliat. ubi glo. dicit inter alia per solutionem pensionis probari de possessione recipientis rei locatæ; cuius causa soluitur pensio, & esse signum traditæ possessionis cōductori, & quod per mercedis, seu pensionis receptionem tantum per locatorem dicatur probata eius posses-
16 sio † rei locatæ, ne dum in præiudicium cōductoris pensionem soluentis, cum nō possit refricare quæstionem dominij per l. si quis conductionis. C. locati, sed & tertij non possidentis, dicit idem Ruin. in consil. 44. num. 2. uolum. 4. Quod prius in d. l. qui uniuersas, §. quod per colonum ultra Bart. desuper citatum dixit Imol. num. 8. & ibi prius Angel. num. 2. ff. de acquiren. possess. & idem Angel. in l. quamuis. §. 1. num. 2. & ibi Alex. sequendo Angel. num. 6. ff. eod. & Angel. in l. quędam mulier num. 3. in princ. ff. de

ff. de rei uendi. & idem tenet late Gabriel in suis Conclusi. in tit. de locat. conclus. 4. num. 2. & seq. et num. 5. ubi plures citando dicit similiter contra tertium possidentem per receptionem pensionis non probari recipientis possessionem, quod secus procedit, si non possideret, ut est dictum, et ita omnes tenere dicit Aret. in d. §. quod per colonum nu. 7. et seq.

Et adeo probatur per solutionem pensionis factam per conductorem locatori
17 eiusdem locationis † possessio, ut etiã procedat non probata alia effectuatione locationis; cum ex ea resultet presumptio effectuationis locationis, cum non sit uerisimile, quod soluisset conductor, seu colonus si uirtute locationis non fuisset in possessione, et fructus non percepisset, prout firmat Aret. in d. l. qui uniuersas. in §. quod per co
* lonum, ubi dicit ita communiter teneri, et communiter practicari sub num. 7. in uers. Sed circa tertium, et num. 8. ff. de acquire. possess. quem secutus fuit Socin. sen. in cons. 106. num. 2. ubi similiter refert de com-
* muni, et practica uolum. 3. et idem uoluit subtiliter Ruin. in dicto cons. 44. num. 9. in fin. in uers. in proposito igitur, et num. 10. uolum. 4. et idem tenet Claud. Saysel. in l. quamuis §. si conductor num. 2. in uers. de prestatione mercedis. ff. de acquir. possess. et sequitur Gabriel in d. conclus. 4. num. 7. in tit. de locat.

Et non solum fuit locata dicta decima dictis aduersarijs de dicto anno 1548. per dictos R R. Monachos, uerum etiam et antea in affictũ habuerunt, et tenuerunt, prout patet dicto instrumento locationis d. processu fol. 42. in illis uerbis uidelicet, ibique Reuerendus Donus Agnatius Degolotto agẽs procuratorio nomine Abbatię et Conuentibus sponte etc. iure locationis, et affictus, ad annos tres proxime futuros dedit, locauit, et affictauit R. D. Fratri Ludouico de Lendenaria, uti gubernatori Beneficij, et Ecclesię sancti Fidentij de Baono presenti, et acceptanti uice, et nomine Monasterij S. Marię à Brestis, pariter, et nomine Beneficij predicti sancti Fidẽtij de Baono decimam, seu ius decimãdi in loco Baonis dict. la Decimetta cum omnibus suis iuribus, iurisdictionibus, et preeminẽtijs; prout, et quemadmodum dictus R. D. Frater Federicus quo supra nomine, et antecessores sui d. iure affictus tenuerunt, ad habendum etc. Cum per dicta uerba probetur etiam de possessione eiusdem decimę dictę Abbatię et Monachorum ante dictam locationem factam de dicto anno 1548. cum per d. conductores dicatur prefatos R R. Monachos in antea possidere dictam decimam, prout dicit Ruin. in cons. 39. num. 6.
18 uol. 4. cum dicatur locatorem † possidere rem locatam mediante persona conductoris, ut supra firmatum est: et idem Ruin. in cons. 46. nu. 12. in uers. ex his igitur. et nu. 3. eod. uol. 4.

Vnde etsi non constaret de dicta locatione ultimo loco facta, prout constat; nihilominus, ex quo presumeretur possidere in uim primę locationis eisdem aduersarijs factę per dictos Monachos; et sic eos esse pariter in possessione d. decimę locatę per
19 supradicta, cum in possessione † repertus presumatur possidere ex titulo precedenti, prout dicit Angel. in l. quędam mulier nu. 4. ff. de rei uendi. Quod prius uoluit Bart. in l. etiam solus num. 4. in fi. in uers. tertio casu. et in uers. si uero. ff. de usucap. et Corne. in cons. 6. num. 7. in uers. si detinebat, uol. 3. et Anchar. Regien. q. 24. num. 12. libi 1. ubi dicit mutationem possessionis ex alia causa non presumi; sicut nec mutatio uoluntatis.

Ex quibus quidem, ut supra dictis, uenit clara, et indubitata resolutio exclusiua uni⁹ ex fundamentis R R. aduersariorum, dum pretendunt, quod ex quo per spatium quinquaginta annorum, uel circa permanserint in dicta locatione et conductione respectiue, de ea per dictos R R. Monachos non posse expelli, soluendo solitam pensionem, sed prescripsisse actione ex locato seu uis locationis perpetuę: primo quia cum non possederint ipsi, sed dicti R R. Monachi locatores, ut supra firmatum est, nulla potest currere prescriptio ad eorũ fauorem, cum
20 non detur † sine possessione, per reg. sine possessione de reg. iur. in 6. l. sine possessione. ff. de usucapio. et dicit Bar. in l. male agitur. §. 1. num. 5. et ibi Salycet. num. 1. C. de prescript. triginta uel quadraginta annorũ. Et hinc dicitur, quod tantum prescribitur,
21 quantum possidetur, † prout per plures auctoritates firmat Gabriel in suis conclus. in titul. de prescript. conclus. 2. in princip. et Innocen. in cap. qua, el primo post mediũ in uers. multo fortius, usque in fi. de decimis

ultra bonam fidem & titulum, quibus suffragari debet præscribens, alias nunquam
32 curret præscriptio † per c.si diligenti, & c. fi. de præscript. quę esse non possunt in possidente nomine alterius, prout faciunt conductores per d.c.si diligenti, ut supra etiam dictum est; & tradunt Bar. Bal. Sali. & Angel. in d.l. male agitur, in princ. C. de præscript. 30. uel 40. ann.

Secundo quia, & prouenit à præcedēti resolutione, ex quo cōstat de instrumento locationis præfatę decimę, seu ius decimādi ad modicum tempus, scilicet ad trienniū factæ per dictos Monachos dictis aduersarijs, cum finito triennio censeatur renoua
33 ta locatio † de anno in annum, etiāsi ad tres annos prima fuerit facta locatio ex tacito partium consensu tam locatorum, quā conductorum, cum persoluta fuerit per conductores quolibet anno conuenta pensio, seu affictus, per tex. apertum in l. item quęritur. §. qui impleto; & ibi Bart. Bal. Castren. Alberic. Fulg. Odofr. & Salic. ff. loca. Soc. iun. cons. 63. nu. 20. & seq. uol. 3. ubi idem dicit procedere si continuet hæres defuncti conductoris; & dicit Anch. Regien. quæst. 24. num. 11. & seq. lib. 1. Borgnin. Caualcan. in
34 decis. 44. nu. 77. & censetur renouata † secundum priora pacta, conuentiones, & obligationes in priori locatione contenta, & contentas, quæ solo consensu partium fieri possunt, cum censeantur repetita: prout dicit latè Borgnin. in d. decis. 44. num. 78. ubi quam plures auctoritates adducit: & Magon. decis. Florent. 2. nu. 12.

Quod etiam procedit etsi locatio fuerit
35 facta ad longū tempus, † prout post alios per eum citatos dicit idem Borgnin. d. decis. nu. 79. & prius late, & optime firmauit Ruin. in cons. 61. nu. 8. in fi. in uer. His igitur sic præmissis usq; in finem, uol. 1. & dicit Anchar. Regien. d. quæst. 24. num. 10. cum seq. ubi etiam subdit nu. 12. ideo etiā
36 procedere, quia mutatio possessionis † non præsumitur, sicut nec mutatio uoluntatis, ut est dictum: & quod nemo possit sibi mutare causam possessionis, nisi superuenit causa extrinsecus uera, uel putatiua, dicit etiam Ruin. d. cons. 61. nu. 13. ante fi. uol. 1. Et ꝙ obseruantia primæ locationis per conductorem, etsi in uim illius per plures annos soluerit pēsionem, nunquā ex longa prestatione causetur titulus, nec ex prescriptio-ne, nec aliter; sed semper cēseatur renouata prima locatio, & ad illam referatur, firmat optime etiam Marius Angusciol. in cons. 71. nu. 13. nu. 15. & conclusiue num. 19. in fine, & seq. uol. 1.

Et idem procedere etiam in rebus loca-
37 tis Ecclesiæ, † ut præsumatur facta relocatio de anno in annum post primam locationem, ut supra est dictum, dicit Bart. in d. l. item quæritur. §. qui impleto, num. 6. & ibi etiam Bal. nu. 3. in uer. & dico. ff. locat.

Neq; prædictis aliquid obstat & si dicatur, ꝙ licet locatio fuerit facta ad modicū tempus, prout in casu nostro, ꝙ propterea ex quo dicti conductores per quadraginta annos, & ultra steterint in dicta locatione, soluendo semper uniformem pensionem, ꝙ per hoc prescripserint actionem ex locato, licet non ipsam decimam, & effecti fuerint perpetui conductores, adeo quod in dicto iure decimandi per dictos locatores amoueri non possint soluendo debitā pensionem, ad dicta per Bald. in l. male agitur nu. 4. in uer. si uero conductio. Quem sequitur ibidem Ang. in fi. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. cum ibi Bal. dicat, ꝙ locatione, & cōductione facta ad modicum tempus, uoluti anno, uel biennio, si colonus, uel inquilinus steterit postea per tempus triginta, uel quadraginta annorum in possessione, soluēdo uniformiter eandem mercedem annuatim uidelicet dimidiam, uel decimam partem fructuum; si sit colonus partiarius uel pensionem conuentam, si non sit partiarius, aut nummis colat, & dominus uelit postea eum expellere, & ex locato conuenire ad restituendum detentionem, dicit, quod non potest sic eum conuenire; non quidem ex eo quod contra actionem præscripserit, sed quia probata solutione dictę mercedis uniformis per longum tempus, probatur ꝙ est colonus perpetuus; & successiue non potest conueniri actione reali, nec interdicto, uti possidetis; quia habet iustam causam denegandi deponere possessionem: & sic ꝙ nolens soluere perpetuo solitam pensionem
38 ꝙ dominus † non potest eum expellere, cum ius perpetuæ coloniæ, seu locationis prescripserit, & Bal. & Ang. sequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. item quęritur §. qui impleto in uer. qui impleto, uers. nota etiam ff. loca. Aymo. in cōs. 107. in fi. in uer. sed tamen. Bero. in c. dilecti filij nu. 24. in uer. At his

* his ubi profert hanc communẽ, de arbiter. Gozzad. in consil. 9. nu. 7. in fi. & 8. Afflict. decis. 375. num. 13. Ioan de Amic. in cons. 150. nu. 20. ubi dicit similiter Bal. Angel. &
* communiter alios sic tenere in d. l. male agi tur. Ruin. in cons. 61. num. 5. uol. 1. Et hanc
* esse communem refert etiam Carroc. in tractat. de locat. & conduct. quæst. 15. in uer. de præscript. sub num. 6. & Marzar. in cons. 16. cum alijs per eum citatis num. 1. & Magon. in decis. Florent. 2. nu. 2. & num. 3.

Et quia dicta doctrina Bal. quam Ange. approbat in d. l. male agitur, & omnes supra dicti Docto. sequuntur, non habet locum, quando constat de prima causa, & primordio tituli breuis, ac simplicis locationis temporalis tacite renouabilis, & de iuris præsumptione renouata per tacitũ consensũ tã locatoris, quam conductoris, prout in casu nostro per l. Item quæritur §. qui impleto ff. locat. desuper allegatam, cum ubi constat de certa causa, & certo titulo, non præsuma

29 tur alius † titulus, cum præsumptio perpetui tituli, quæ potuisset causari ex solutionibus pensionis uniformiter factis per quadraginta annos, & ultra, alio non apparente cedit, & tollitur per breuem titulum simplicis locationis ad triennium, de quo per Instrumentum constat, ut in principio demonstratum est. Et sic ex dicta tacita & annua reconductione præsumitur facta solutio; & non ex causa alia extrinseca perpetuæ conductionis, seu locationis, ad dicta per Bal. de feud. in c. 1. de usu. Mediolanen. num. 1. in uer. sed mirabile, ubi dicit, quod ubi constat de causa uera, alius titulus allegatus non præsumitur ex tempore, cum a

30 primordio † tituli posterior formetur euẽtus, quem in nostris terminis secutus fuit Ruin. d. cons. 61. nu. 11. in uer. nam ubi non probaretur, uol. 1. & ideo pro uictoria obtinenda in similibus causis non sufficit probare præstationes factas per longissimũ tempus, sed necesse est probare tertiũ, quod dictæ solutiones fuerint factæ ex causa perpetuæ coloniæ, seu cõductionis; alias sola præstatio, seu solutio pensionis cum cursu temporis non inducit titulum aliquem, nisi allegetur, & probetur: quòd ex causa illius tituli fuerint factæ præstationes, prout tradit Bertrand. in cons. 296. num. 2. uol. 3. par. 1.

31 cum alias prẽsumatur facta solutio † ex dicta annuæ tacitæ reconductionis; prout dicunt Bal. & Ruin. in locis proximè citatis. Et sic quod dicti aduersarij cum sint conductores decimæ locatæ, & nõ domini, nec illam sibi ipsis possederint, nec possideant, sed R R. D D. Abbati, & Monachis è carceribus, seu illorum monasterio, ut supra demonstratum est, quod illis interuertissent possessionem ad hoc ut haberet locum eorũ intentio: & sicut semper soluerũt in uim simplicis breuis locationis, & conductionis de anno in annum cepissent soluere, uti per petui conductores dictæ decimæ, seu iuris decimandi, sic faciendo cantare eorum solutiones per longissimum tempus, aliàs non constando de noua causa solutionis præfatæ pensionis, prout non constat, dicuntur factæ ex causa præcedenti temporalis conductionis, & sic nullo iure allegatæ præscriptionis aduersarios suffragari; cum nõ possit præscribi sine possessione per allegatam desuper regulam, sine possessione, de regul. iur. in 6. non obstante d. solutione pensionis per longissimum tempus uniformiter facta, cum Doct. in hac materia loquentes, an so-

32 lutio † pensionis sit uniformiter facta, uel non, non tantũ considerent si uno anno plus alio præstetur, uel idem semper detur, seu soluatur; sed etiam qua causa præstetur, seu soluatur, adeo quod causa ipsa sit, quæ formalem, uel informem faciat solutionem, & sic solutio simpliciter facta nõ expressa causa dicitur informis, & non plus operatur, quam operetur stipulatio sine causa, quę nõ parit effectum, prout dicit Magon. d. decis. Florent. 2. num. 5. in fi. & seq. & ita supradictam decisionem Bal. & sequacium, ut tantum habeat locum, quando non constat, neque præcedit ad modicum tempus facta locatio, & de anno in annum tacita reconductio, & uniformiter annuæ pensionis solutio, prout in casu nostro, sed quãdo fuit per conductorem interuersa possessio locationis, seu conductionis ad modicum tempus factæ Domino, & inceperit possidere, uti perpetuus conductor, & uti perpetuus conductor etiam soluerit, & fecerit cantare omnes suas solutiones pensionis saltem prima,

33 cum aliæ sequentes † eodem iure factæ præsumerentur, ex mente Salycet. Alexan. Barto. Bald. & aliorum. declarat, & limitat late, & optimè Ruin. in consil. 61. num. 11. per totum, uolum. 1. quem etiam sic limitando, & declarando dictum Bald. Angeli, &

aliorum eos sequentium, secutus fuit Anchar. Regiens. in supradicta quęst. 24. num. 11. usque in fi. eiusdem quæstionis lib. 1. & idem uoluit idem Bal. in conf. 116. num. 1. 2. & conclusiuè nu. 3. uol. 1. ubi dicit, quod cum duo habuerint duas partes unius Castri, & quarundam possessionum in emphyteusim, diuisim tamen a quodam Titio in eodem instruméto pro annuo affictu librarum, 63. & acciderit, quod unus ex conductoribus, & sui hæredes possederint totas dictas duas partes castri, & omni anno per lõgum tempus, & ultra soluerint dictum integrum fictum librarum 63. ꝙ dictus contractus tacite resultans inter prędictos, ex quo unus possedit, & soluerit integrum fictum, alter uero non, quod non censeatur emphyteuticus, put ipsi prius in emphyteusim habuerũt dictas duas partes Castri, & posses-
34 sionum, sed simplex locatio † quæ in prædijs rusticis præsumitur de anno in annum & non in perpetuum facta per d. l. item quę ritur §. qui impleto ff. locati. motus hac ratione per iura, quæ ipse allegat, quando unus,
35 & idem actus † potest sapere alienationẽ, & non alienationem; quod nunquam præsumatur alienatio: & sic cum actus iste relatiuus pensionis in pecunia numerata existentis ad godimentum fructuum uere, & propriè potest sapere simplicem locationẽ, non sapit alienationem, quæ fit per contractum emphyteuticum, uel locationem perpetuã; ad quod dicit optimè facere d. l. male agitur C. de præscripti. 30. uel 40. annor. & ꝙ ista est ueritas, ꝙ præsumatur simplex loca-
36 tio † quæ in præteritum est consumata, sed in futurum non est inchoata, nec consumanda, per d. §. qui impleto: & ꝙ ita uideantur loqui Doct. Bal. & eum sequentes, dicit Magon. d. decis. 2. Flor. nu. 24. quibus adhæret Berou. in q. 14. per totum ubi col. 1. in fi. & seq. decidit uniformẽ & diuturnam solutionem ecclesię factam respectu certorũ bonorum ex illa causa dici solutum, uidelicet, uel iure emphyteutico, uel iure Coloniæ, uel alia causa speciali, prout ob eam solutũ fuisse constat; & ita dicit intelligere, quod uoluerunt Bar. Bal. Sali. & alij in d. l. male agitur in fi. aliàs ex coniecturis, & pręsumptionibus dignosci uoluit; cuius causa fuit facta solutio. Ad idemq; Vas q. controuer. Illust. ca. 62. in prin. ubi dicit, quod si quis diu soluit pensionem pro aliquo fundo cẽsus, seu diue, aut emphyteusis nomine, quòd ex illa diuturna præstatione illa emphyteusis, uel feudi titulus pręsumitur, prout fuit solutum
* & hanc dicit esse ueram & communem opinionem: & sic apparet non sufficere solutionem pensionis uniformem per longissimum tempus factam, sed requiritur, quod soluatur uel nomine emphyteusis, uel feudi ad
37 hoc, ut censeatur præscriptus † ille titulus, uidelicet, quod iure emphyteutico illum fundum habeat, uel iure feudi; & sic in casu nostro, quod solutiones essent factæ uigore perpetuæ locationis, & non simplicis relocationis ad annum renouatæ, ut supradictũ est: quod fortius uendicat locum in casu nostro, cum tractetur de bonis ecclesiasticis, & in consecratione ecclesiæ præfatæ Sanctæ Mariæ per Episcopum Paduanum, ut infra dicetur, assignatis: cum in dubio semper il-
38 la interpretatio † facienda sit, quæ magis fauet ecclesiæ, prout dicit Berou. d. quæst. 14. num. 1. in uer. in puncto iuris, & num. 2. Et dictam declarationem Ruin. sequitur etiam Marzari. in d. conf. 16. cum eum referat cum dicta declaratione. & late, & optimè idem uoluit Aymo. in tracta. de antiqui. temp. in 4. part. in uers. materia ista, a num. 100. usque ad num. 125. inclusiuè, ubi postquam permulta reprobauit præfatam decisionẽ Bal. ponit casũ ante fi. in quo de ęquitate locum habere potest illius dictum, ueluti in uenditore ex necessitate ad uẽdendũ inducto pro longe minori pretio, & recepit postea rẽ uenditã ab emptore in affictũ pro certa responsione ad certũ tẽpus, qui si per triginta annos perseuerat in dicta cõductione sub uniformi solutione pensionis, & nõ possit rẽ redimere, neq; agere remedio l. 2. C. de rescin. uen. uel quia pręscriptũ, uel quia non põt probare læsionẽ, & sibi expediat incumbere in perpetua colonia, quod tali casu posset excipere de præscriptione propter æquitatem, & non aliter: Secus inquit, si promissis cessantibus tradam agrum colono ad certum tempus, qui eo finito manet in colonia longissimo tempore, præstando in anno certam partẽ fructuum uniformiter, quod isto casu cogar habere colonum perpetuum puta successorem illius, mihi ingratũ & molestum, cum hoc uideatur durum & absurdum, nõ secus quam si famulus diceret acquisiuisse famulatum perpetuum, ut à domino expelli non

li non possit & quòd non habeat locū præ-
scriptio perpetuæ locationis, seu coloniæ,
39 † quando constat de breui locatione præ-
cedenti, puta ad triennium, prout in casu
nostro, & ex tacito consensu partium fuerit
facta reconductio, seu relocatio de anno in
annum, & ita quoque à iure in dubio præ-
sumitur, & soluta uniformis pensio quoli-
bet anno iuxta dispositionem d.l. item quę-
ritur. §. qui impleto. ff. locat. & si per trigin-
ta annos, uel plus permanserit in locatione
conductor, ut supra dictum est, sed uolente
domino teneatur restituere, seu relaxare
idem conductor eidem locatori rem con-
ductam. & ita fuisse decisum in Rota Flo-
rent. dicit Magon. per multa, quę allegat in
d. decis. 2. nu. 4. in uer. Quibus non obstan-
tibus cum sequentibus. & ita fuisse etiam
antea de anno 1531. decisum in magna
Curia Vicariæ attestatur Vrsil. ad decis. Af
flict. 365. num. 15. per totum, & ideo alios
addere non curaui, cum ultra auctoritates
adductas pro exclusione dictæ prætensæ
præscriptionis teneant etiam Rotæ, à qui-
bus in iudicando recedi non uidetur.

Tum quia limitatur dicta opinio Bal. &
Angel. in d. l. male agitur, ut non procedat
de iure canonico, cum semper colonus, &
conductor sit in mala fide; sed tantum de
iure ciuili, cum de iure ciuili currat pręscri-
40 ptio † longissimi temporis etiam cum ma-
la fide. l. sicut, & l. omnes. C. de præscript.
30. uel 40. annor. & dicit glo. in c. fi. in uer.
quam ciuilis, de præscript. & tradit optime
Dyn. ubi de differētia dispositionis inspe-
cto fine iuris ciuilis, & iuris Canonici in c.
possessor malę fidei nu. 6. & 7. & nu. 26. de
reg. iur. in 6. quod non procedit de iure ca-
nonico d. c. possessor, & c. si diligenti, & ibi
glo. in uers. bona fides, & in c. fi. cum ibi ple
ne notat. de præscript. Quod etiam habet
locum in hærede, ut nec præscribere possit,
etiamsi uellet inchoare præscriptionem à
se, cum habeat bonam fidem, ex quo de-
41 functus fuit in mala fide † prout commu-
* niter concludunt Canonistę in d. c. fi. prout
ibi dicit Felyn. num. 6. de præscrip. & quod
sic limitatur dicta opinio Bal. & Angel. di-
cit in nostris terminis idem Carocci. in d.
tract. locat. & conduct. in supradicta quæst.
15. in uers. de præscriptione nu. 16. & 17.
fol. mihi 229. ter. ubi dicit hanc opinionem
* esse magis ueram, magis realem, & magis
* communem, præsertim in rebus Ecclesiæ,
cum post tempus præsumatur continuasse
conductorem in locatione de anno in an-
num, ut supra dictum est, ad dicta per Bald.
in d. cons. 116. uol. 1. Mari. Anguis. in d.
cons. 71. num. 20. uol. 1. Borgnin. d. decis.
44. num. 8. & alios per eum citatos: & ita
etiam uoluit optimè Aymo. de Antiquita-
te tempo. in d. 4. par. in uer. materia ista sub
num. 225. uer. Sed tamen in casu, fol. mihi
309. ter. quod ante eos decidit Balb. in tra-
cta. de præscript. in 4. par. 4. par. principalis
quęst. 11. sub num. 3. in uer. sed de iure Ca-
nonico, ubi dicit de iure Canonico condu-
42 ctorē † nullo tempore præscribere propter
malam fidem, nec contra actionem realem,
nec personalem per auctoritates per eum
adductas. & ita sequendo Balb. firmat si-
militer in nostris terminis Menoch. facien-
do mentionem de dicto Bal. & Angel. in d.
l. male agitur, & dicendo illud habere lo-
cum de iure ciuili, & non Canonico, cum
colonus, & conductor semper sit in malà
fide, ut non possit præscribere ius colona-
tus, seu perpetuæ cōductionis in cons. 291.
num. 34. & conclusiue num. 35. uol. 3. ubi
etiam num. 36. dicit in prædijs fundisque
Ecclesiæ hodie esse clarum, cum illa non
43 possint locari ultra † triennium per extra-
uag. Ambitiosæ Pauli II. de reb. eccles. non
alie. cum ob dictam legem, qui ultra trien-
niū possidet, in manifesta mala fide uersat.

Neq; prædictis aliquid obstat, etsi al-
legaret dispositio legis huius Serenifs. Do
minij, de qua per Menoch. in d. cons. 290
num. 1. uol. 3. ubi refert eiusdem legis uer-
44 ba, & sunt hæc uidelicet, † si quis possede-
rit in futurum per annos quinquaginta con
tinuos, & soluerit unam certam pensionem
uniformem continuam, licet non appareat,
an iure liuelli, uel locationis soluerit, nec
de hoc constare posset per famam publicā,
aut alio modo, aut præsumptione, quod in
tali dubio intelligatur, quod talis persona
soluerit iure liuelli: & quòd ex talibus con-
tinuis solutionibus uniformiter præsuma-
tur liuellus; & sic possit, & debeat inuestiri
de eo, ut liuellarius: Item quod illi, qui re-
cognouerint aliquid ab Ecclesia per spa-
tium quadraginta annorum sub uniformi
pensione, debeant inuestiri ab ipsis Eccle-
sijs sub forma supradicta, prout ius dispo-
nit. Quia ad hoc respondetur dictam legē

habere

habere locum, quando sumus in dubio, ut quia non apparet, an iure liuelli, uel locationis soluerit, nec de hoc, prout ipsa lex dicit, cõstare possit per famam publicam, aut alio modo, aut præsumptione, aut cum appareat quo iure, & titulo is possessor possedit, atq; possidet, ut puta titulo locationis, prout in casu nostro, erit locatio; si titulo census, erit cẽsus, prout dixit Clar. in §. emphyteusis quęst. 1. num. 3. in uer. quod ego, & ideo dixit Ruin. in cons. 63. nu. 21. uol. j. quòd quando apparet quo titulo quis rem possidet ex præstationibus diuturnis, de alio titulo non probatur: & idem uoluit Berou. in allegata quæst. 14. nu. 1. in fi. & seq. ubi dicit, quòd si per triginta annos continuos uniformiter certum quid solutum fuerit, si cõstat qua causa fuerit solutum, quod non est coniecturandum in dubio, an solutum sit iure emphyteutico, aut coloniæ perpetuæ, uel nomine censuali, & prout supra etiam deductum fuit. Et in terminis huius legis respondit Parif. consil. 23. num. 3. & conclusiuè num. 11. uol. 4. ubi dicit dictam legem locum non habere, quando apparet de affictatione, seu locatione, quem secutus fuit similiter respondendo in terminis eiusdem legis Menoch. in d. cons. 291. num. 9. in uer. prudentissimè & nu. seq. uol. 3. Nec ratio obscura est, cum lex fundata sit in pręsumptione, prout patet in illis uerbis, uidelicet, licet non appareat, an iure liuelli, uel locationis soluerit, nec de hoc cõstare possit per formam publicã, aut alio modo &c. quod in tali dubio intelligatur, quod talis persona soluerit iure liuelli &c. Cum uerò in casu nostro per publicum instrumentum appareat de facta locatione ad triennium; & quod fuerit ex tacito consensu partium renouata de anno in annum iuris præsumptione per d. §. qui impleto, ut est dictum; & sic de titulo, quo dicti aduersarij possederunt, non est dubium, quod dispositioni dictæ legis locus non est, cum in claris cessent coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. oblig. & talis casus a dicta lege fuerit exclusus, prout dicit idem Menoch. d. cons. num. 11. & seq. & illud quod dicitur in dicta prima parte legis, quod lex habeat locum, quando non constat de præcedenti contractu, scilicet de certo titulo locationis, seu liuelli, uel quod tunc debeat ille, qui soluit uniformem pensionem per longissimum tempus, ut liuellarius inuestiri de bonis per eum possessis, habet etiam locum in secunda parte dictæ legis, in uers. Item, quod illi, ubi pertractat de rebus ecclesiæ ab aliquo per tempus quadraginta annorum possessis, soluendo dictam uniformem pensionem, ut de illis ab eisdem ecclesijs debeant inuestiri modo prædicto, non constando de aliquo certo præcedenti titulo locationis, uel liuelli, prout latè firmat per plura Menoch. in d. cons. 291. nu. 13. in uer. Secunda itaque pars, & nu. 14. cum seq. uol. 3. & ita etiam in dubio intelligenda uideretur, etsi non esset adeo clara dicta lex, prout est; cum non sit dubitandũ, quod ista Serenissima Respublica religionis & sanctitatis plena noluisset sancire, q̃d ille, qui titulo locationis ad triennium possidet, quę, ut supra est dictũ de censetur de anno in annum renouata, quod præscripsisset cum mala fide, & efficeretur perpetuus liuellarius contra iura canonica desuper allegata, ad euitandum peccatum, rem alterius scienter detinendi. & ideo cum in casu nostro constet per dictum instrumentum locationis ad trienniũ factæ, & ex tacito consensu partium, & legis præsumptione de anno in annum renouata locatio iuxta formã dictę primę locationis per d. §. qui impleto, & alia desuper allegata, non est dubium, quod aliquo iure, neq; communi, neq; uigore dictę legis prędicti aduersarij nõ tuentur, neq; tueri possunt, quin restituant, ac restituere cogantur prędictam decimam, seu ius decimandi per eos conductã, dictis Abbatię, & Monachis locatoribus per supradicta. Et hęc de primo capite.

Quo uero ad secundum dico, primo pro illius resolutione aperte cõstare decimam, de qua agitur, seu ius decimandi fuisse in illius consecratione eidem ecclesię B. Marię è Carceribus irreuocabiliter donatam per Reuerendissimum Gerardum Episcopum Paduan. usque de anno 1189. regestro B. fol. 30. ter. & fol. 31. per hæc uerba uidelicet, & dominus Gerardus Paduanus Episcopus donationem irreuocabilem fecit eidem Ecclesię totius decimationis omnium noualium de Baono, tam quę nunc sunt, quam quę pro temporibus fuerint, tam in terra, quam in palude: & hanc donationem habeat semper prędicta Ecclesia, & suam uolũtatem, & utilitatem ministeriales illius

loci

loci in perpetuum faciat, quam quidem donationem legitimè facere potuit, & fecit idē Episcopus, cum in erectione, seu consecra-
45 tione Ecclesiæ illi debeat certa dos † assignari, seu constitui, c. nemo ecclesiam, & ibi glo. de consecrat. dist. 1. & Lambert. in trac. de iure patron. in 2 2. art. 5. quæst. princ. sub num. 2. in uer. tertio adducit 1. par. 1. lib. fol. mihi 47. ter. & 8. artic. 5. quæst. princip. sub num. 4. primæ part. 1. lib. fol. mihi 36. quam etiam tanquam rationabilem, & legitime factam etiam approbarunt Martinus, et alij Summi Pontifices ab eodem Martino relati; prout patet in eiusdem Martini literis registro fol. 36. in fi. et fol. 37. ubi facit specialem mentionem de dicta decima de Baono, de qua agitur eidem ecclesiæ donata a dicto Gerardo Episcopo Paduan. illam confirmando, et approbando: Ideo dubitandū non est, etiam iure dominij dictam decimā, etiā ad præfatam Abbatiam pertinere, seu
46 esse, cum circa illam omnia possit Papa † ad dicta per Petr. de Ancha. in cons. 373. num. 4. cum seq. et cons. 239. num. 3. et in consil. 295. numero 8.

Nunc deueniendo ad quantitatem eiusdem decimæ, & quæ est prædictæ Abbatiæ, dico de ea constare ex pluribus sententijs, & arbitramētis diuersis temporibus latis, & factis inter ipsam & plures alias ecclesias prætendentes habere ius decimandi in territorio dictæ uillæ de Baono, in quibus fuerunt assignati certi, & determinati confines continentes, & demonstrantes, quanta sit dicta decima præfatæ Abbatiæ Carcerum, seu quantum se extendat dictū ius decimandi: nam de anno 1213. uertente lite, & controuersia coram Reuerendissimo Gerardo Episcopo Paduano inter Monasterium Monialium Sancti Stephani de Padua, & ecclesiam Sanctæ Theclæ de Este pro ipsis ecclesijs, ac syndicos ipsarum pro una parte; & ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Carceres & Liualdum Priorem ipsius ecclesiæ ex altera, super iure decimandi in dicto territorio Villæ de Baono, præfatæ partes deuenerunt ad electionem arbitrorum, & amicabilium compositorum, eligerido uidelicet D. Ioannem Priorem Sanctæ Crucis de Padua, & Iacobum Doncini Alexij iudices super omnibus dictis eorum differentijs super dicto iure decimādi. Qui quidem arbitri omnibus mature considera-

tis deuenerūt ad terminationem, & positionem confinium in dicto territorio pro clariori dilucidatione sententiæ, & laudarunt, seu sententiarunt in hunc modum uidelicet,,. Ibique D. Iacobus iudex per parabolam Domini Ioannis Prioris Sāctę Crucis de Padua præsentis, ac uidentis ita determinari inter eos per cōcordium pro iam dictis ecclesijs, dixit, diffiniuit, & præcepit, quod ecclesia Sanctæ Marię ad carceres, & idē Liualdus Prior, uel eius successores pro ipsa ecclesia in perpetuum, pace, & quiete ab hac hora in antea habeat, & teneat decimam, & ius decimationis a terminis positis per ipsos arbitros in uia fontis Braidæ usque ad alium terminū foueæ Maiarinę uersus Baonem in integrum, & Monasterium Sancti Stephani de Padua, & Ecclesia Sanctæ Theclæ de Este, et earum successores ab hac die in antea hēant, et teneāt et possideāt in integrū decimā, et ius decimationis a terminis per iā dictos arbitros positis uersus Este in uia fontis Braidæ usque ad terminum foueæ Maiarinę, excepto de uineis, quas nunc ecclesia Sanctæ Mariæ ad suas manus habet, et tenet, et de suo prato dominicali, uel de uineis, quas nunc alij per ipsam ecclesiam habent et tenent, ita tamen quod Monasterium Sancti Stephani duas partes dictæ decimę habeat, et tertiam ecclesia Sanctæ Theclæ, et hoc totum inter se firmum etc. Quæ sententia seu laudum fuit acceptatum, ratificatum, et approbatum a dictis partibus, prout de omnibus supradictis patet processu B. a fol. 77. usque ad fol. 86. et eadem sententia, seu laudum fuit etiam in omnibus in iudicio huiusmodi in publicam formam productum pro parte R R. Aduersariorum; prout patet eodem processu 2 fol. 189. ter. usque ad fol. 196. et de productione per dictos aduersarios facta constat dicto processu fol. 187. unde dubitandum non est dictam sententiam, seu laudum contra eosdem aduersarios plenè probare super cōtentis in ea, seu eo circa dictā quantitatem decimę, seu ius decimandi, ad dicta per Innoc. in cap. cum uenerabilis num. 4. quem ibidem secutus fuit Felin. sub. nu. 2 2. et sequen. ubi dicit sic omnes tenere, de exceptio. et uoluit Bald. in l. scripturę nu. 2. C. de fide instrum. et in l. si quis testibus, nu. 5. C. de testib. ubi etiam dicit propterea, nu. 3.
47 et 4. quòd producendo instrumentum † uidetur

detur etiam approbare personam illius no-
tarij, qui scripsit instrumentum, esse habilem;
adeo quod non poterit opponi, quod non
fuerit Tabellio. et quòd producens instru-
mentum simpliciter ad probandum inten-
tionem suam asserat illud esse uerum, et ap-
probet in eo contenta, dicit Lap. alleg. 119.
num. 1. in fi. in uer. in eo enim, et latè Paris.
in repet. d. c. cum uenerabilis nu. 12. ubi pul-
chre loquitur de except. licèt secus proce-
dat, quando instrumentum non factum in-
48 ter easdem partes esset productum † cum
solita protestatione in parte et partibus pro
producente facientibus, et non aliàs etc. cũ
tunc in partibus contra producentẽ facien-
tibus non censeatur per eum approbatum,
et productum, et nõ prẹiudicaret, prout di-
cit Alex. in cons. 224. num. 5. et 6. uol. 2. se-
quendo Rotam decis. 3. alias 282. quæ hoc
notabiliter uoluit de fide instrument. in no-
ui. Octauia. Cacchera. decisio. 39. num. 7. et
conclusiue num. 26. Felyn. in d. c. cum uene-
rabilis nu. 23. in uer. limita 2. ubi etiã huic
limitationi dat quinque fallẽtias, in quibus
dicit non habere locum; et eum ibidem re-
fert, et sequitur Paris. in d. repet. d. num. 17.
49 ad fi. de except. quæ tamen protestatio † li-
cet conseruet ius protestantis, quod in illa
parte instrumentum non habeatur pro pro-
ducto, et approbato a producente: Tamen
si eo aliquid cõtra ipsum reperiatur, potest
iudex supplere, cũ talis protestatio non pos-
sit ligare manum iudicis, ut secundum illud
quod constat in dicto instrumento indicare
non possit, cum constet iudici, ut iudici; ita
magistraliter uoluit Bal. in l. unica nu. 5. quod
dictum pro singulari refert, et sequitur ibi-
dem sub num. 5. etiam Paul. de Cast. dicens
pluries hoc uidisse in facto C. ut quæ desunt
Aduoc. part. uidc. supplea. et eos refert Pa-
ris. in d. c. cum uenerabilis nu. 17. de except.
sed quia nos sumus in casu, quod productio
de dicta sententia, seu laudo fuit simpliciter
facta, et sine dicta protestatione in parte, et
partibus etc. prout supra dictum est, et patet
dicto processu fol. 187. Ideo alterius in hoc
non insisto: cum in claris coniecturis locus
non sit l. continuus §. cum ita ff. de uer. obli.
Et non solum debet restitui dicta deci-
ma intra dictos confines comprehensa, seu
ius decimandi dictis RR. Monachis agen-
tibus, sed etiam decima seu ius decimandi
in dicta uilla Baonis iuxta aliam sententiã,
seu laudum latum de anno 1211. ad fauo-
rem dictæ Abbatiæ Carcerum, et cõtra quẽ-
dam Dominicum de dicta uilla Baonis su-
per duabus petijs terræ confinatis, prout in
dicto laudo, de quo d. processu B. fol. 64. ter-
go et seq. ac etiam decimam, et ius decimã-
di camporũ octo existentium in Curia eius-
dem uillæ Baonis uigore alterius sententiæ
latæ ad fauorem dictæ R. Abbatiæ è Carce-
ribus, et contra ecclesiam Sanctæ Iustinæ,
de Padua usque de anno 1219. per quendã
R. Albertum Archipresbyterum Portum
tanquam iudicem ab Honorio Papa Dele-
gatum, prout patet eodem processu B. a fol.
67. ter. usque ad fol. 70. inclusiuè: ac etiam
de alio petio terræ uigore alterius termina-
tionis factæ ad fauorem dictæ Abbatiæ us-
que de anno 1223. et contra Mazzuchellũ
de dicta uilla Baonis iuxta suos cõfines, pro-
ut cõstat dicto processu B. fol. 75. ter. et seq.
prout similiter debent condemnari ad resti-
tuendum decimam, et ius decimandi alte-
rius petiæ terræ uigore laudi, seu sententiæ
ad fauorem dictæ Abbatiæ Carcerũ, et cõ-
tra Monasterium Sanctę Iustinæ de Padua
confinatæ, prout in eodem laudo, seu sentẽ-
tia lata de anno 1220. per Episcopum Pa-
duan. prout patet de compromisso dicto re-
gestro fol. 72. et de sñia fol. 74. nec nõ ad
restituendum decimam, seu ius decimandi
totius paludis Baonis uigore cessionis, seu
concessionis factæ de anno 1206. prout pa-
tet dicto processu fol. 90. ac etiam ad rela-
xandum cogi debent ius decimandi, seu de-
cimam aliorum noualium designatorum de
anno 1209. iuxta suos confines, de quibus
in processu fol. 60. et pariter aliorum bono-
rum noualiũ designatorum de anno 1211. et
de quibus in d. processu fol. 61. et similiter
debent cogi ad relaxandum præfati aduer-
sarij decimam, seu ius decimandi decem pe-
tiarum terræ secundum suos confines desi-
gnatarum, et refutatarum eidem Abbatiæ Car-
cerum de anno 1216. de quibus constat di-
cto processu fol. 62. ter. et 63. ac etiam ad re-
laxandum decimam aliorum noualium de-
signatorum, de quibus in instrumento facto
de anno 1268. de quo in prædicto proces-
su fol. 86. ac alio instrumento seq. usque ad
folium 101. similiter facto de anno prædi-
cto 1268. sicut etiam debent cogi, et com-
pelli ad relaxandum decimam, et ius deci-
mandi secundum confines positos per ho-
mines

mines iuratos datos a iudice ad cõfinandũ et designandum in uilla Baonis, quæ nã essent bona noualia, in quibus haberet decimam, et ius decimandi dicta Abbatia usq; de anno 1208. de quibus in dicto processu a f. 54. usq; ad f. 59. ubi f. 58. legunt infrascripta uerba, uidelicet, et totũ est decima Ecclesię S. Marię ad Carceres, et quarterium Sancti Fidentij, quæ est ecclesia dictorum aduersariorum.

Et quid plura? ad docendum quod dicti aduersarij nullam decimam, seu ius decimãdi habent in dicta uilla Baonis adduco sententiam arbitrariam, seu laudum, quam, seu quod, habuerunt contra presbyteri dictæ ecclesiæ Sancti Fidentij, antequam eadem ecclesia peruenisset ad manus dictorum aduersariorum, usque de anno 1215. lata, per quam constat, cum ipsi presbyteri peterent prius coram ordinario Paduano, et deinde coram D. Guidone Priore ecclesiæ Sanctæ Trinitatis ab ambabus partibus in arbitrũ edecto, quod a R. Priore restitueretur eisdẽ decima, seu ius decimandi omnium noualium, quã possidebãt, uel quasi, dictus prior seu eius ecclesia Sãctæ Mariæ ad Carceres prodicta ecclesia Sancti Fidentij, fuit sententiatum, et determinatum dictam decimã, et ius decimãdi ad dictã ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Carceres pertinere, prout de dicta sententia cõstat dicto processu fol. 65 et seq. et eadem sententia sicut legitime facta fuerat, sic etiam fuit confirmata usq; de anno 1220. auctoritate ordinaria a R R. D. Iordano tunc Episcopo Paduano, prout de dicta confirmatione constat dicto processu fol. 71. cum non sit dubium ultra alias sentẽtias, et dicta instrumenta, et terminationes, de quibus supra ad fauorem dictæ Abbatiæ circa dictum ius decimandi latas, et factas respectiuè, quod per præcedens instrumentum designationis noualium factæ per homines iuratos confinia ponẽdo, ut est dictum, in quo inter alia leguntur ista generalia uerba; uidelicet, quod totum est decima Sanctæ Mariæ ad Carceres: quarterium autem ecclesiæ Sancti Fidentij, ut est dictum, & dicta sentẽtia, in qua similiter leguntur, . Cum esset lis & controuersia super decima, seu iure decimandi super noualibus dictæ uillæ Baonis inter dictos presbyteros Sancti Fidentij & præfatum Priorem Sanctæ Mariæ ad carceres, prout patet ex præfatione eiusdem sentẽtiæ d. processu fol. 66. hęc alia generalia uerba in dispositiua & terminatione uidelicet eidẽ R. D. Liualdo Priori ecclesiæ Sãctæ Mariæ ad Carceres recipienti pro iam dicta ecclesia sua refutauerunt, dederunt, & concesserunt ipsas decimas, & ius ipsius decimationis, & omne ius quod in eisdem decimis, siue in iure decimationis pro sua ecclesia de Baone habebant, seu habere uidebantur, promittentes,
50 † per se, suosque successores &c. Cum talia uerba sic generalia expresse demonstrẽt aliquod ius decimandi non habere in dicto territorio Baonis, cum tantum operetur uniuersalis oratio, quantum operatur singulorum expressio, prout dicit Bal. in l. omnes, in princ. & num. 2. C. de præscript. 30. uel 40. annor. Aegid. Bellame. in c. ecclesia Sutrina nu. 29. de cau. possess. & propri. Dec. in cõs. 20. colum. 2. in fi. ubi dicit, quod communis regula est, quod tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie: & propterea non esse differentiam inter assertionem specificam uel generalem in instrumento factam, & idem uoluit in c. 1. num. 28. de rescript. & latè in c. sedes nu. 33. & sequen. eod. constant: Rogeri. in tit. 1 de uulga. substit. nu. 5. & Signor. in cons. 30 num. 4. & seq.

Et quòd dicta ecclesia Sancti Fidentij, quæ est curata in dicta uilla Baonis non habuerit unquam, neq; habeat decimam, seu ius decimandi in d. uilla, sed tantum quartesium, prout dixerũt pręfati homines iurati, & deputati ad terminandum de quibus terris debebant habere decimam dicti Monachi è carceribus, prout supradictum est, & apparet hoc alio fundamento, quod omnes
51 ecclesiæ †. parochiales uillarum in huiusmodi Serenissimo Dominio non habent decimas, seu ius decimandi, sed tñ quartesiũ de possessionibus seu terris cõsistẽtibus intra cõfines eorum curæ, cũ sit ẽt indubitatũ a coĩter accidentibus ualidissimum argu-
52 mentum † sumi tam in causis ciuilibus, quã criminalibus, prout late firmat per plures auctoritates Mars. in singu. 1. l. certi condictio §. si nummos ff. si cert. petat. & dicit Bal. in l. conuenticulam col. 3. ante medium in uer. item est argumentum a communiter accidentibus C. de episc. & cleric. & in l. cum dotem nu. 3. C. de iur. dot.

Et quod dicti aduersarij debeant cogi

ad re-

ad relaxandum totam decimam, seu ius decimandi dictæ uillæ Baonis, nedum per supradicta, cum totam illorum decimã, quam habet in dicta uilla eidem ad triennium locauerint dicti Monachi, prout patet in supradicto instrumẽto locationis, uerũ etiam & quia non docuerunt, neque docent aliquam decimam, seu ius decimandi in dicta uilla Baonis habere, prout tenebantur, & tenentur, cũ nisi ostendat domino conductor
53 † censuarius, siue emphyteuta, seu liuellarius, quæ bona sint conductitia, emphyteutica, liuellaria, uel censualia, omnia præsumantur esse conductitia secundum Specul. de emphyteus. §. nunc aliqua uers. 76. ubi loquitur de bonis ecclesiasticis, cuius opinionem dicit esse ueriorem Bal. in consil. 265. nu. 2. vol. 2. & tanquã tutiorẽ adductis hinc inde opinionibus tam contra dictam opinionem, quam pro ea facientibus amplectitur Socin. sen. in consil. 167. sub num. 20. in uer. circa quartam quæstionem: & conclusiuè num. 21. per totum uolum. 2. refert, & sequitur Aymo. in consil. 217. in fi. in uer. postremo, & in nostris terminis de bonis locatis a quadam Abbatia respondit Ruin. per multas auctoritates in cons. 50. num. 14. uolum. 1. quod ante eum uoluit Alber. in l. Titius hæres num. 2. ff. de actio. empt. ubi concludit, quod si quis est meus fictualis, uel emphyteuta, quod cogitur mihi ostendere pro quibus bonis, seu possessionibus soluit affictum: & quod si hoc facere recuset, quod præsumitur quod præstet affictum pro omnibus bonis suis, quem ibidem secutus fuit Fulgos. nu. 1. ubi etiam subdit per tres dies quæsiuisse tale fundamentum pro comprobando uno suo consilio, & non inuenisse, & quod postquam illud transmisit, quod inuenit præfatum dictũ Alberici, & uoluit Nata in cons. 3. num. 8. & seq. uol. 1. & Alberi. secutus fuit postquam disputauit quæstio-
54 nem ad partes, an uassallus † teneatur ostẽdere, & indicare res feudales domino, terminando quod sic, per multas rationes Iacob. de S. Georg. de feud. in uer. dictiq; uassalli, el 2. nu. 15. per totum. Et hanc opinionem esse communem dicit Magon. d. decis. 2. num. 10. per totum.

Neq; aliquid obstat etsi diceretur, quod in dicto instrumento locationis nominetur dicta decima, decimetta: Quia ad hoc respõdetur aliquid nõ reuelare, quia in dicto instrumento dicitur, quod dicti Monachi locarunt decimam, seu ius decimandi, quam seu quod habent in dicta uilla Baonis dicta la decimetta, inferendo, quod denominatur decimetta habito respectu ad alias amples decimas, quas tunc habebat, & habet dicta Abbatia, prout in terminis considerauit idem Magon. d. decisio. 2. num. 34. in uers. cæterum, ultra quod dicta decima semper creuit secundum noualia pro tempore ad culturam redacta; prout patet ex sententijs & instrumentis de super adductis: & hęc patent etiam ex instrumento donationis tempore consecrationis ecclesiæ de dicta decima per dictum Gerardum Paduanum Episcopum facto cum sibi legatur, ut supra dixi, hæc uerba, „ Et dominus Gerardus Paduanus Episcopus donationem irreuocabilem fecit eidem ecclesiæ totius decimationis omnium noualiũ de Baono, tam quæ nunc sunt, quam quæ pro temporibus fuerint, tam in terra, quam in palu-
55 de &c. Cum donatio † ecclesiæ facta in illius ædificatione, uel cõsecratione debeat esse tanta, ut sufficiat ad luminaria, & ad uictum ministrorum per cap. nemo de super allegatum, & ibi Ioan. a Turre Crem. num. 13. de consecrat. distinct. 1. & c. piæ mentis 16. q. 7. & q̃d plura? quãta sit dicta decima ut iam dixi, probatum est per instrumentum præfatæ donationis ac pluribus sententijs, & determinationibus: unde in dubijs non ambulamus, sed in claris, in quibus coniecturis locus non est per allegatam l. continuus §. cum ita ff. de uerb. oblig. & ille aut ille §. cum in uerbis ff. de leg. 3.

Neque obstat etsi dicatur ad restitutionem totius decimæ, quam detinent in dicta uilla Baonis dicti aduersarij eisdem locatæ per meos principales, non debere astringi seu compelli, ex quo constat aliquibus instrumentis transactionis per eosdem conductores in actis productis absentibus, & inscijs dictis R.R. Monachis Sanctæ Mariæ è Carceribus factis: primum uidelicet cum q. Bulfardo de anno 1537. d. process. fol. 120. secundum cum Clarissimis Iustinianis de anno 1536. dicto peocessu fol. 125. tertiũ factũ sũ p quodã liuello, liuellando quã dã decimã de anno 1532. d. processu. f. 132. Quartum super quodam compromisso facto super dicto prætenso iure decimandi de anno 1560. cum q. ser Antonio Bettanelle

nelle dicto processu fol. 145. super quo ad probandum intentionem suam Rector sancti Fidentij fecit articulos (contra expressam ueritatem, ut statim subijciam) quod tota decima Baonis pertinet ad suam ecclesiam fol. 148. Quintum cum q. Melchiore Lupato facto de anno 1492. de quo in processu fol. 136. ubi etiam dicitur contra manifestam ueritatē pro parte dicti Melchioris Lupati transigentis cum dicto Curato sancti Fidentij, ipsi uti conductori inuestito de tota decima noualium, & feudorum spectantiū Episcopatui Paduæ in tota uilla Baonis, & eius regula, dictam decimā spectare, & pertinere, & tamen constat, ut supra dictum est per Gerardum Episcopum Paduanum totam decimam omnium noualium tam existentium, quam quæ pro tēporibus in dicta uilla Baonis erunt fuisse donatam prædictæ ecclesiæ sanctæ Mariç è Carceribus in eius consecratione, & dictam donationem à summis Pontificibus confirmatam fuisse. Et quia cum dicta instrumenta transactionis fuerint facta, ut dixi, per Rectorem sancti Fidentij nomine suç ecclesiæ, & alios cum eo transigentibus inscijs, & nō consentientibus dictis Monachis tanquam res inter alios acta contra formam dictæ donationis, & contra possessionem dictorū Abbatiæ & Monachorum, cum ipsi semper possederunt tanquam locatores, ut in principio firmatum est, in aliquo nō præiudicant, quin restituatur eisdem tota decima per tex. apertum in l. 2. & ibi Doct. C. res inter alios acta. l. 1. in fi. C. eod. & l. Claudius felix in fin. ff. qui potior. in pignor. habeant. Et quia aliquo titulo assertæ decimæ, seu iuris decimandi aduersarij non tuentur, cum de illo nō probauerint, prout nec probare possunt stante dicta donatione, & possessione dictorum Monachorum, seu Abbatiæ. Et quia de aliquo titulo circa dictam prætensam decimam, seu ius decimandi aduersarij non probarūt, unde defendere se possent in dicta possessione, uel quasi decimandi in terris contentis in dictis transactionibus, prout nec probare possunt, stante dicta donatione, & possessione eiusdem decimæ dictorum Monachorum, cum non sit dubiū, quod si unus probat possessionē cum titulo, prout faciūt præfati Monachi; alter uerò possessionē sine titulo, prout faciunt d. aduersarij, quod
56 præfertur possessio † titulata, cū magis iustificetur per uiā rationis, prout dicit Bal. in l. qui accusare, paulo ante finem in uer. sī autem, ubi dicit hoc esse menti tenendum. C. de eden. quem secutus fuit Ias. in l. naturaliter §. nihil commune. num. 3. ff. de acquir. possess. Ad quod facit illud, quod dicunt Doctores, quod quando duo possident & non constat de antiquiori possessione, quod ille debet obtinere, qui probat iustio-
57 rem causam, cum qualitas † possessionis faciat unam probationem alteri prçualere, & tanto iustior, & potior est possessio; quanto magis est à proprietate causata, prout singulariter dixit Bal. in l. data opera, ad fi. C. qui accusare non poss. quem secutus fuit Ias. in d. l. naturaliter §. nihil commune nu. 39. ubi etiam subdit uerba Bal. reputare esse aurea in practica. ff. de acquir. possess. & idem latè firmat sequendo Bal. Et dicendo pariter eius uerba esse aurea. Curt. sen. in cons. 76. col. penult. circa medium in uers. primā. Cum igitur dicti Monachi habeant antiquissimum, & legitimum titulum dictç donationis, confirmatæ etiam auctoritate Apostolica, & possessionem antiquiorem dictæ decimæ, seu iuris decimandi; non est dubium præfatam possessionem, uel quasi decimandi in bonis in dictis instrumentis transactionum comprehensis, non releuare aduersarios, quin succumbāt, & teneantur illā restituere, seu relaxare per supradicta. Et hçc de secundo capite.

Et ueniendo modo ad tertium & ultimum, dico sententiam Vicarij Paranini ad fauorem dictorum Monachorum nulli uitio nullitatis ob defectū iurisdictionis, seu citationis, prout prętenditur, subiacere. Et quatenus aliquo uitio nullitatis laborasset, quod negatur, dicitur, nihilominus dictam sententiam confirmandam esse, & exequendam iuxta probationem factam circa quātitatem eiusdem decimç, cum hodie cesset omnis prętensa nullitas.

Et quoad primam prętensam nullitatem defectu iurisdictionis, cum in huiusmodi causa fuerint citati dicti aduersarij coram ordinario Paduano, qui sententiam tulit. Dico primo ipsos aduersarios de iure communi subiacere, prçsertim in huiusmodi causis ciuilibus, ordinario, ubi morantur. Et licet hodie sint exempti vigore priuilegiorum: tamen illa sunt inspicienda, an sint

circa

circa hoc exempti; prout dicit Abbas in ca. nihis nu. 4. de excess. Praelat. & ab illis erant alleganda ad declinandum forum, & non consentire in iurisdictionem, prout consenserunt, sicut patet processu A. fol. 16. & seq. cum episcopus habeat suam iurisdictionem in iure communi fundatam vltra quod alias Episcopus Paduanus sua iurisdictione cognouit super huiusmodi decima, prout supra dictum est, & coram eo litem uersam fuisse inter Monachos Sanctae Iustinae, ac Sanctę Marię ad Carceres: Prout & cessat alia pretensa nullitas, quod ad sententiam procurator prefatorum aduersariorum non fuerit citatus cum de contrario constet ex proc. A. in vlt. charta.

Et quid plura? etiamsi dicta sententia
58 †. aliquo vitio nullitatis, defectu iurisdictionis, citationis, seu alijs subiacere prout non subiacet tamen ex quo hodie cessaret, cum simus coram Illustrissimo Nuncio, & illius Tribunali, & processum fuerit partibus citatis, non est dubium, ex quo constat de bono iure dictorum RR. Abbatiae & Monachorum, esse confirmandam, prout dicit Alex. in cons. 53. nu. 1. & 2. uol. 5. & in cons. 121. nu. 15. vbi dicit ita tenere Doctores uolumi. 2. Aegid. decis. 480. Si auditor, quos late sequitur Viui. in tract. nullitat. in rub. qualiter senterit. sub nu. 26. ubi dicit hanc esse communem opinionem fol. mihi 263. & num. 129. & seq. vbi sub nu. 132. reperit esse communem, & illam pluries esse secutam Rot. Rom. dicit Viui. in decis. 331. nu. 1. & 2. & ita seruare Cameram Imperialem dicit Mynsing. obseruat. 27. in ver. Verum icent. 1. & ita quotidie practicari dicit idem Viui. in decis. 53. reiecta opinione aliter tenentium sub nu. 12. Ideo alios addere non curaui; cũ a communi opinione in consulendo & iudicando recedi non debeat, minusque a practica. Et ista sufficiant me dixisse pro bono iure dictorum RR. Abbatiae & Monachorum Sanctae Marię è Carceribus. Ad laudẽ Indiuiduae Trinitatis, eiusque gloriosae Virginis Matris, & ita fuit iudicatum.

Per Illust. & Reuerend. D. Offredum de Offredis Episcopum Melfiten. & Nuntium Apostolicum Venetiarum D. meum Colendissimum.

Franc. Monaldus. V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia condemnatoria contra clericum in crimine adulterij impugnatur cum processu, ex defectu testium, & ex forma procedendi, cum declaratione constitutionis conciliaris, & declaratione bullae Sixti Quinti.

SVMMARIVM.

1 *Laicus potest pro suo interesse denunciare clericum, & nu. 2. 4. 13.*
3 *Dispositio facta de homine respectu certae qualitatis vel officij, trahitur ad habentem diuersam qualitatem nomine, sed eandem re.*
5 *Monitio fraterna, quę debet praecedere denunciationem canonicam, quem effectum operetur.*
6 *Denuncians, etiam si esset Episcopus, debet denunciatum conuincere, quia ei non creditur.*
7 *Denuncians non potest admitti in testem contra denunciatum, quia habetur pro accusatore.*
8 *Damnari nemo debet sine accusatore, de iure ciuili.*
9 *Querela successit hodie loco accusationis.*
10 *Accusatio & inquisitio cumulari non possunt de iure.*
11 *Inquisitio tanquam remedium extraordinariũ cessat superueniente accusatore.*
12 *Iudex non potest ex officio procedere contra adulterum, nisi clamosa infamia contra eum praecedente, & num. 13.*
14 *Laici & mulieres non admittuntur in testes contra clericum in delictis contra eum criminaliter intentatis, quomodo intelligatur, nu. 17. 18.*
15 *Casus legis vbi est, non potest cadere vlla dubitatio.*
16 *Consulendo & iudicando non est recedendum a communi.*
19 *Testis qui non debuit contra aliquem examinari, examinatus non facit indicium.*
20 *Indicia vt sint sufficientia ad torturam contra clericum, quid requiratur, & nu. 21.*
22 *Reus non est in aliquo condemnandus ex sola suspicione delicti.*
23 *Torturę vbi non est locus, non est etiam locus pœnae extraordinariae.*
24 *Abolitio specialis quo casu concedi debeat. Quid operetur, nu. 25. Quid sit, nu. 26.*
27 *Accusatore desistente poterit iudex prosequi processum, declaratur nu. 29.*
28 *Lex 2. 6. de aboli. declaratur.*
30 *Inquisitio vt procedat quid requiratur.*
32 *Negatiua contentorum in processu probari solet ex ipsius inspectione.*
33 *Iudex ecclesiasticus quo casu poterit procedere in crimine adulterij, & puniri.*
34 *Decretum iudicis, & sententia aequiparantur.*

35 *Abso-*

35 *Absolutus semel non debet amplius de eodem delicto repeti.*

36 *Iudex an & quando possit excedere & minuere pœnam legis.*

37 *Confessio spontanea in iudicio plene probat contra confitentem, & nu 45.*

38 *Confessio rei debet acceptari cum suis qualitatibus.*

39 *Puniri vt quis possit de pœna comminata, quid requiratur.*

40 *Canon latæ sententiæ habet vim sententiæ hominis.*

41 *Monitio qualis fieri debeat ad effectum priuationis vel suspensionis, a iure contra aliquem.*

42 *Solemnitas in actu requisita est formalis, & omnino seruari debet.*

43 *Forma procedendi non seruata processus corruit.*

44 *Clericus torquendus in quibus debeat interrogari, & in quibus non.*

46 *Concubinatus seu adulterium adhoc vt inducat notorium facti permanentis, quid requiratur.*

47 *Notorium facti permanentis quid sit.*

48 *Verba legis cum effectu accipienda sunt.*

49 *Pœna quid sit, & quare imponatur.*

50 *Adulterium continuatum pro vno delicto solo reputatur.*

51 *Beneficio non potest quis priuari ob aliquod delictum, nisi expresse de iure caueatur.*

52 *Confessus potest appellare ab excessu iudicis.*

53 *Iudex potest incipere a monitione.*

54 *Lex generaliter & indistincte loquens debet generaliter intelligi, nec est restringenda ab homine.*

55 *Pœna ordinaria in clericis quæ sit.*

56 *Laicus adulterans vxoratam meretricem non punitur.*

57 *Adulteri qualiter puniantur de consuetudine.*

58 *Clericus iuuatur lege generali, & consuetudine laicorum.*

59 *Maleficia distinguuntur examino & proposito.*

60 *Clericus committens adulterium cum meretrice qualiter puniri debeat.*

61 *Carceratio longa succedit loco pœnæ.*

62 *Pœna mitigari solet sponte confesso.*

63 *Bulla Sixti Quinti contra adulteros perpenditur.*

CONSILIVM II.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa criminali Reue. Plebani de Tartio Coeten. diœcesis, Visis processibus, nec nõ denunciatione Magistri Antonij fabri, ac testiũ depositionibus tã ad offensam, q̃ ad defensã extimatorũ ac omnibus mature discussis, & consideratis, mihi videtur dicendum ex pluribus in huiusmodi secundo iudicio eundem Plebanum & liberandum, ac sententiandum bene pro parte sua a sententia condemnatoria per Reuerendum Vicarium Episcopi Ceneten. contra ipsum lata fuisse appellatum, & prouocatum, & male iudicatum per eundem Vicarium ex infra dicendis.

Et primo quia processus contra dictum Plebanum formatus, fuit inchoatus ad simplicem denunciationem dicti Magistri Antonij, eum denunciantis, quod malis artibus in dicta denunciatione expressis induxerit Aloysiam eius uxorem de dicto loco bannitam ad committendum adulterium cum eo, ac etiam ex officio, prout patet proce. fol. 1. prout formari potuit, cum & laicus
1 † possit denunciare clericum, cum sua intersit, prout dicit Aretin. in cap. illa. numero septimo, ubi attestatur han esse communem opinionem de accusatio. quem secutus fuit Clar. in sua practi. crimin. quæst. 7. numero 9. ubi similiter refert commu-
2 nem, & est regulare, quod laicus † pro sua, & suorum iniuria possit clericum accusare, sequerelam per text. in capit. de cætero, & ibi omnes Doctor. de testibus & dicit Barto. in l. Diuus, numero 7. quod illi se, qui non potest accusare non possit denunciare, nisi de custod. & exhibitio. reor. & Card. Alexan. in capitu. de accusatione, numero 146. & seq. 2. quæst. 8. quod intelligi debet, prout dicit idem Card. Alexan. ibidem num. 149. ubi dicit, quod si promotor inquisitionis est uoluntarius, & facit se partem iudicij, quod tunc repellitur, sicut accusator, quia iste dr uere pars & aduersarius, & cum isto contestatur lis, & ipse solus potest expedire processum, cum in effectu habeat uirtutem accusatoris;
3 cum † dispositio facta de homine respectu certæ qualitatis, uel officij trahatur ad habentem diuersam qualitatem nomine, sed eandem re. Quod secus dicit procedere si promotor inquisitionis non sit particeps actorum iudicij, sed simpliciter instruit iudicem extraiudicialiter, & tunc dicit non repelli, uti accusator; prout non repelluntur illi, qui deputantur a publico ad denunciandum, licet sint uiles, & infames, & per hoc inhabiles ad accusandum, prout dicit Clar. d. quæstio. 7. numero secundo, & Angel. de malefic. in gloss. nec non ad denunciationem,

num. 4. et sic per hanc distinctionem reconciliantur Doct. opiniones, et ita etiam dicit idem Card. Alex. d. c. de accusatione, reconciliando opiniones, ut dixi sub nu. 168. et num. sequen.

Et quod dictus Magister Antonius querelauerit, patet eius mandato facto in personā excellentis Musconi ad petēdū abolitionē dictæ querelæ d. process. fol. 54. prout

4 petijt illā cassari, & aboleri. & q laicus † possit denunciare clericum, dummodo sua intersit, etiam ad finem, ut remoueatur a beneficio, tradit Sali. in l. ea quidem nu. 7. C. de accusat. licet uideatur prius procedere debere de iure canonico ex parte denunciantis in personam denunciati, antequam denuncietur iudici, charitatiua monitio, ut se corrigat, prout dicit Papiens. in sua pract. in forma Inquisitionis in uer. hæc est quædam inquisitio, num. 38. in prin. c. si peccauerit 2. q. 1. c. nouit. de iudi. & c. licet Heli. de simo. & optimè Aret. in d. cap. illa. num. 9. in uer. præterea de accusatio. ubi dicit, quod zelus

5 † malus, quem præsumitur laicum habere in clericum, uidetur cessare propter fraternam monitionē, quæ debet præcedere denunciationem canonicam, & idem voluit late Sali. in d. l. ea quidem, num. 2. 3. 4. & 5. & seq. C. de accusa. ubi postquam tractauit de dicta denunciatione, quis denunciare possit & quis possit denunciari, & de quo delicto, postea sub d. num. 5. in uer. quarta quæstio. quærendo quomodo fieri possit talis denunciatio, & dicit resolutionem esse claram ex ordine doctrinæ d. cap. si peccauerit. 2. q. 1. dicendo tunc demum debere fieri, quando monitionibus factis secundum prædictam doctrinā, adhuc monitus perseuerat in peccato, & tunc dicit esse faciendam Ecclesiæ Prælato, seu eius Vicario, & casum nostrum decidendo, subdit postea, in uer. sexta, qđ debet fieri ad effectum principaliter, ut peccatorē pœniteat, non autem ut beneficio, uel officio, seu alio iure priuetur, nisi aliter pœnitere non possit, quia tunc per consequentiam, non directo priuabitur per capitu. fina. de tempori. ordinand. dicendo etiam ibidem numero 6. in

6 si. quod denuncians, etiam si esset Episcopus, debet denunciatum conuincere, quia ei non creditur, per capitu. si tantum, & capitu. placuit, sexta quæstio. secunda, & quod dicta denunciatio canonica tendat tantum ad correctionem, ex qua resultat impositio pœnitentiæ, & excitatio iudicis ad aliqualem pęnam, & non tendat ad uindictam publicam, dicit Cardina. Alexandri. in d. capitu. de accusatione, num. 155. 2. quæst. 8.

Ex quibus uidetur concludendum, cum dictus denunciator denunciauerit dictum Plebanum de prædicto delicto adulterij, dicta charitatiua monitione non præcedente, quod debeat haberi pro accusatore, cum fuerit processum super dicta simplici denunciatione, & ipse subministrauerit etiā probationes, dando nomina testium, & in dicto mandato ad petendum pro parte sua abolitionem eiusdem querelæ uocauerit se querelantem, prout patet d. process. fol. 1. & 2. & fol. 54. ad dicta per Papien. in d. sua practi. in forma inquisitionis, in uer. hæc est quædam inquisitio, numero 38. in uer. de iure canonico. fol. mihi 52. Bossi. in titu. de denunciatione, numero secundo, & prius dixit Barto. in l. Diuus, numero decimo, in ver. ulterius quæro ff. de custod. & exhibitio. reor. cum tali casu denunciatori possint dari omnes exceptiones, quæ dari possunt accusatori, prout tradunt præfati Doct. in præcitatis locis, nec in testem de-

7 nuncians † contra denunciatum, cum habeatur pro accusatore, potest admitti, probat admittitur, quando formatur inquisitio, prout dicit in d. l. Diuus Barto. numero decimoquarto, in fin. quem secutus fuit Bossi. similiter dicto loco in uer. secundo casu. Licet secus procedat de iure ciuili, cum ad denunciandum aliquem de aliquo delicto non admittantur, nisi officiales, seu syndici ad hoc specialiter deputati, & tunc per iudicem tantum formatur inquisitio, nec habentur loco accusatorum, cum eidem propter dictam denunciationem, cum succedat loco diffamationis seu querelæ, aperiatur uia procedendi, prout dicit latè Clar. in d. sua practi. crimina. quæstio. septima, numero primo, & num. 2. & num. 4. & sequen. ubi dicit ita hodie seruari per Italiam. & quod ita communiter practicetur, ante eum dixit Papien. in dicto loco in ver. de iure autem ciuili, & ita communiter obseruari attestatur etiam Angel. de Malefic. in dicta glo. nec non ad denunciationem, numero quarto, & Card. Alex. in d. c. de

d.c. de accusatione, numero 167. et sequen. in ver. secundo quaero, qui similiter dicit ita communiter obseruari, 2. q. 8. & quod alias iudex facere non possit, cum de iure ciuili si
8 ne accusatore nemo damnari debeat per l. scripto. §. si quis, & ibi glo. in uer. non debet ff. de munerib. & honor. Bar. in l. congruit, num. 2. in prin. ff. de offic. praesid. Papien. in d. loco, & ver. & Imola in c. vni. nu. 3. vt ecclesia. benef. sine diminut. confera. & idem dicit Andr. de Isern. super Constitu. Regni sub rubr. de his, qui fideiussorem dare possunt.

Neque praedicti conclusioni aliquid aduersatur, quin dictus denunciator habeatur pro accusatore, seu querelante, cum hodie modus accusandi abierit prorsus in desuetudinem, & eius loco successit modus que-
9 relandi † prout dicit Clar. in d. sua pract. crimin. q. 10. nu. 2. etsi diceretur, quod in causa huiusmodi fuit processum nedum ad denunciationem d. Magistri Antonij, verum etiam ex officio, maximè statibus dictis per eũdem Magistrum Antonium in fine eiusdem denunciationis: & per hoc quod non debeat dictus processus haberi pro formato ad accusationem, seu querelam eiusdem Magistri Antonij, sed ex officio, cum de iu-
10 re cumulari accusatio † & inquisitio non
* possint, prout dicit Rom. omnes Doct. tenere in l. edita, nu. 138. C. de eden. de quo facit mentionem Clar. in d. sua pract. q. 3. nu. 7. in princ. Quia ad hoc respondetur, quod
* hodie ex consuetudine introductum est, ut accusatio, & inquisitio simul concurrãt, nec unum faciat cessare aliud: vnde etsi iudex procedat ex officio pro aliquo delicto, quandocunque superuenit pars, quae velit querelare pro sua & suorum iniuria, semper admittitur, & è conuerso si pars ab initio querelat, prout fecit in casu nostro, non propterea cessat iudex ex officio accipere informationes, & examinare testes etiam non inductos a parte, prout dicit Clar. in d. quaestio. tertia, numero septimo, post princip. per totum, & in quaestio. decima, numero primo: nec debet per hoc dici, quod processus non sit formatus ad querelam, sed ex officio, & quia de iure etsi fiscus inchoasset processum super aliquo delicto, & postea pars superuenisset querelando pro sua, & suorum iniuria, dummodo delictum non fuisset liquidatum super inquisitione, anteponeretur accusator, & tolleretur processus ex officio formatus, quod secus procedit, si esset publica iniuria, ita decidit idem Roman. ex dicto Bald. in d. l. edita, numero 137. in ver. & ex his infertur, C. de edend. & quod superueniente legitimo
11 accusatore cesset inquisitio † tanquam re-
* medium extraordinarium, dicit communem opinionem esse Aretin. in capitu. licet, colum. penult. in uer. pro ista conclusione de testibus. Et quia hodie iudex inhaerendo querelae, seu accusationi non mutat modum agendi, seu procedendi, cum fauore publico introductum sit, ut inhaereat ad coadiuuandum, & ad supplendum omnes defectus, prout dicit Clar. d. quaestio. decima, numero secundo, in uer. & etiam quia, et in d. quaestio. tertia, numero secundo, vbi optimè, cum idem quod iudicatur de principali, iudicetur de accessorio, regula accessorium de regul. iuris in 6. et quid plura, quod iudex ex
12 † officio contra adulterum non possit procedere, nisi clamosa infamia contra eum praecedente, dicit tex. in c. 1. et ibi glo. 1. de offic. ordinarij.

Ex qua quidem conclusione, quoad primum processum fabricatum per Episcopũ praecessorem, duae oriuntur resolutiones: Prima quòd de aliquo adulterio ex eodem processu non sit probatum, attento quod cum fuerit idem Plebanus criminaliter querelatus de dicto adulterio, et ad illud probandum tantum testes laici, et mulieres examinati fuerint, qui a iure non admittuntur, vt statim dicam. Secundã quod cum dictus querelans, postquam querelauit pro sua iniuria, etiam non probato adulterio, ut est dictum, petijt eius querelam cassari et aboleri.

Et quoad primam resolutionem dico
13 quod licet laicus † pro sua, et suorum iniuria ad querelandum clericum admittatur per capitu. de caetero, et ibi omnes Doct. de testibus Archi. Domin. de Sancto Geminia. et Aegid. Bellame. in Summa 2. quaestio. septima, et Ioann. a Turre cremata in c. non est, numero tertio, ead. tamen indubitatis iuris est contra clericos in delictis criminaliter intentatis ad aliorum querelan, seu accusationem, prout in casu nostro,
14 laicos † & mulieres non admitti. per text. apertum in d. cap. de caetero in fi. & ibi vltra

alios Boich.nu.3.in ver. si quaeris de testib. tex.in c.ipsi apostoli,& in cap.sequenti 2.q. 7.& hanc esse communem opinionem dicit Oldra. in consil. 145.num.3.Couarr.pract. quaest.cap.18. num.2. in uer. secundo illud ubi similiter dicit de communi, quos secutus fuit Clar.in sua pract.crimin. quaest.24. nu.10.in ver.praeterea quod procedit,etiãsi veritas aliter haberi non possit, veluti cum delictum sit commissum in villa, vbi copia clericorum haberi non potest, prout firmat Feli.in d.c.de caetero,num.4. & conclusiue num.5.reprobando ibidem Abbat.aliter tenentem sub num. 3. de testib. dicens idem Feli.quod adeo resistit lex canonica,ne laici testificentur contra clericos in delictis criminaliter intentatis, quod non uideatur istum casum posse de nouo induci ex sola auctoritate Abbat.& hanc esse communem opinionem dicit ibidem Aret. num. 10. in fi. & ideo cum simus in casu canonis & constitutionis dubitandum non est hanc conclusionem esse tenendam, & quia ubi casus

15 † legis est, ibi nulla dubitatio cadere potest,prout dicit Bal. in l. ancillae, num.2.C. de furti. Zasi.in consil.2.num.60. volum.2. Castiglio.in cons.9.num.2.& Becci.in consil.1.cum alijs allegatis per eum nu. 3. prout a communi in iudicando, & consulendo

16 recedendum non est † prout dicit Cassad. super regul.cancell.2.decis.12. nu. 7. Soci. sen.cons.187.num.9.volum.2. Iaso. consil. 76.num.3.uol.3.& Dec.in cons.174.nu.1. in fi.& in cons.146.nu.7.

Et licet idem Abba.in d.c.de cetero sub num.5. dando generalem limitationem dictae decretali dixerit,quod regulariter non

17 admittantur laici † ad testificandum ut supra contra clericos, istud intelligatur quoad plenam probationem, non autem quoad indicium faciendum,ut subijciantur torturae,quia dicit bene indicium facere, argu. l.capite quinto,cum ibi notat. per Bar.ff.de adulte.& ibi gl.& in l.quaero in fi.de aedili. edicto,& quod nota.in cap.1.de probat.& dicit sentire Innoc.in c.quoniam,eo. & ibidem Abb.secutus fuit Feli.sub nu.7.tamen quod laici, neq; mulieres non faciant nec indicium contra clericos in delictis criminaliter intẽtatis, si fuerint de facto examinati,

18 cum a iure † prohibeantur examinari, duplici ratione, videlicet,& quia ut suspecti,& quasi inimici clericorum reijciuntur, & ob reuerentiam gradus, & sanctioris uitae, cõtra Abb.expresse tenet ibidem Aret.nu.12. & seq. de testi. & ibidem addi. ad Abb. in uerbo optime; & hanc conclusionem tenet etiam Castre.in cons.284.num.2.& 4. uol.

19 2.& quod testis,† qui non debuit examinari contra aliquem, examinatus nõ faciat indicium,tenet expresse etiam Bar. in l.maritus in prin.ff.de quest.& in l.1.§.Diuus Antoninus ff eo.idem firmat Petr.de Anch. in cons.246. num.3. late Anto. Gomes. delictor.c.12.sub num.20.in prin. & nouissime Clar.in dict.pract.crim.q.24.in fi.ubi dicit, qđ si testis, q nõ debuit cõtra aliquã examinari in cã criminali,qđ examinatus si prorsus a lege repellitur,prout in casu nostro, q nõ facit indiciũ nisi ad inquirendũ, non aũt ad transmittendã citationem, neq; ad torturam, & hanc esse magis communem opinionem dicit Kirchou. inter communes diuers.in tit. de accusat. sub nu. 181. in uer. ego uerò usque in fi.lib.2.

Quę conclusio corroboratur,& infringitur dicta opinio Abb. ex hac alia Doct.cõclusione,quae se habet, quod quaecunq; in-

20 dicia † non sint sufficientia ad faciendum clericum torqueri, nisi alias de delicto, de quo inculpatur,sit infamis, per singulare dictum Abb. Antiq.in c.grauis de deposi.ubi dicit nunquam inueniri torqueri clericos,nisi infames, quem ibidem secuti fuerunt Io. Andr.num.11.et Card.Florent.nu. 4. ubi dicit dictum Abb. communiter approbari, et idem uoluerunt ibidem Anto.de Butr.in fi.et Imol. num. 9. Ripa respons. 1. num.3. sub tit. de adult. et purgat. cano. ubi dicit, quod etsi mille indicia extarent contra cle-

21 ricum, non potest tamen torqueri † nisi de eodẽ delicto sit infamis Collect. in c.ut clericorum,ubi etiam dat rationem,dicens clericos non torqueri propter honores,de uita et honest.clerico.Ioan.de Anan.in c. 1.nu. 7.de cler.percus.Fely.in c.ueniens,num.4. de testib.et in cap. de hoc, numero 2. de simon.et in cap.uniuersitatis, num.2.de sententia excommu. et in cap. cum oporteat ante fi. de accusat. ubi dicit singulariter esse notandum,nullum genus indiciorum esse sufficiens ponendi clericum ad torturam, nisi sit infamatus, Caball. in milleloq. 898. part.secunda, sequitur Bossi. in sua practic. crimina.in titulo de indici. & considerat: ante tortur.numero 35. ubi pariter dicit de communi

* communi, hancque conclusionem ualde commendat, & corroborat, dicendo per eam posse eripi quem a tortura. Iaso. in l. magistratibus, numero septimo, ff. de iurisdictio.omn.iudi.& ita bis in practica obtinuisse dicit Marsil.in singu. 55. & in l.penult.numero 76. ff. de quæstio. & in l. edictum,numero nono, ff.cod.& in pract. crimina.§. nunc uidendum, numero 51. Dec. in capitu.at si clerici, numero 113. ubi di-
* cit sic tenere modernos,de iudi. & Alexan. in addit.ad Barto.in l.fina.in uer. ueniamus ad indicia specialia, ubi pariter dicit ita
* communiter tenere Canonistas, ff. de quæstio. & hanc conclusionem etiam latè firmat Diaz. in sua pract. canon.crim. capitu.
* 117. & ita seruare Curiam Burdgale. dicit Boer. in decisio. 163. & etiam ita seruari dicit Paris de Pute. de sind. in cap. 3. incipien. mandauit Rex Potestati, numero 7. & conclusiue, numero 8. fol. mihi 341. & Viui. qui similiter refert hanc opinionem
* esse communem,in sylua,opinio. 110.lib. 1. & ideo alios addere non curaui ad docendum dictos testes nec indicium facere,cum a communi,& multo minus a practica in iudicando recedi non debeat ex quo quidem fundamento uenit etiam aliud consequens, quod sicut non faciunt indicium ad torturam tales testes, ita etiam nec ex illis poterat in aliqua pœna extraordinaria puniri,cum contra illum, contra quem de delicto saltem semiplene probatum non est, neque ad torturam, neque ad pœnam extraordinariam deueniri non potest,sed omnino absoluendus & liberandus est,etsi aliqua suspicio delicti militet contra ipsum,cū
22 ex sola suspicione delicti † reus in aliquo non sit condemnandus; prout optime firmat Bal. in l.fi.num. 17.C.de probat. quem latè secutus fuit Anto. Gomes.delict. c. 12. col.fi.in uer.aduertendum usque in fi. And. de Iser.in Const. Reg.qui coram se,num. 2. fol.mihi 120.ter.idemque uoluit Bonacos. in tit. de quæst. inter communes diuersos, num.9.in uer.si semiplene,uol.2.Alexan. in cons.89.num.6.uol.3.& firmat Clar. in sua pract.crim.q.62.nu.1.

23 Et quod quando torturæ † locus nō est, non sit nec locus pœnæ extraordinariæ,uoluit Royas in sing.in fauor.fidei 191. nu.3. in uer.hoc fanè. et sic patet ex dicto primo processu de adulterio minime probatū esse

Quo verò ad secundam resolutionem dico,quod ex quo idem accusator, seu querelans pro sua iniuria postea petierit de adulterio non probato eandē suam accusationē, seu querelam cassari et aboleri, quod fuit præclusa uia iudici in eadem causa contra eundem Plebanum ulterius procedendi,cū indistinctè in tali casu talis specialis aboli-
24 tio † concedi debeat per tex.in l. quamuis la 2.C.de adulter.et in l.2.§.fina.C.de abolit.quod procedit etiam si pecunia accepta petijsset idem accusator abolitionem ,prout dicit glo.in d.l.2.§.fi.C. de abol. et optimè Decia.in tract.crim.ca.35.num.38. ubi
* inter cætera dicit communiter scribentes sequi dictam glo.lib.3. tomo 1. omnino uiden. etsi in alijs casibus multa sint consideranda antequam concedatur abolitio, de quibus per eundem Decia. d. loco nu. 28. cū sequētibus,et dicit Iodoch. in sua pract. crimin.sub rub.de abolitio.cap. 146. nu. 6. et seq. Carrer.in pract.crimin.in uer.vigesimonono,nu.23. fol. mihi 193. Prati. Corrad. in tit. de accusat.num.21. et Cirillu.in Summa crimin. §.tertio in uer.fiscus col.3.
25 in fi.et cum abolitio † specialis operetur,ut accusator amplius non audiatur, nec possit repetere accusatum,prout dicit Decia. d.loco num.39.et Saly.in rub.C.de aboli. in fi. cum quibus concordat Carrer. similiter in
26 dicto loco in princ.ubi dicit † abolitionem specialem nihil aliud esse quam nomen rei abolere inter reos, et eum absoluere ab instantia iudicij,petente et requirente accusatore,prout et idem dicit Prat. Corrad. in supradicto loco in princip. merito apparet, quod dictus Reuerendus Plebanus a dicto Episcopo præcessore,quod non poterat amplius molestari uigore d.processus.

Neque prædictis obstat illud,quod dicit Clar.in d.pract.quæst.51.num. 11.ubi dicit
* hanc esse communem opinionem, quod ex quacunq; causa accusator desistat, poterit
27 iudex † ipse prosequi processum, et finire, & hāc dicit esse cōmunem opinionem,prout dicit Aret.per eum citat. in capitu. licet, col.pen.in ver. super secundo articulo de testibus.Ioan.de Anan.in c.2.nu.2. in ver. secundus de collusio:& idem Clar. quæst. 3. num.6.& seq.

Quia ad illud obiectū dupliciter respondetur non habere locum. Primo quia nos non sumus in casu, quod accusator desistat

ab accusatione illa firma remanẽte, seu querela, sed illam petente aboleri, & cassari, vnde abolita iuxta formam d. l. quamuis la 2. C. de adulte. & l. 2. §. fina. C. de abolitio. remanet præclusa via iudici vlterius accusatum vexandi ad dicta per Areti. in d. loco in ver. & ideò vbi dicit, quod ex veriori opi-
28 nione d. l. 2. C. de abolitio. † non dicit quod iudex prosequatur ex officio, sed qđ accusator cogatur persistere in accusatione, si non petit abolitionem ex causa, & idem vult Angel. ex dicto Iacob. de Aret. in l. 1. num. 4. post princip. C. de generali abolitio. vbi dicit, quod iudex petita abolitione non potest prosequi, quia ista est abolitio legalis, & legitima, vnde lex abolet, & iudex abolitionem declarat, & vltra non potest procedere, qua de re cum in casu nostro idẽ querelans querelauit pro sua iniuria, & alia causa, in tali casu non requiratur, ut concedatur abolitio, sed statim petita per accusatorem a dicta l. 2. §. fi. concedatur, & iubeatur per iudicem declarari. remanet resolutũ in totum esse preclusam viam iudici vlterius in eadẽ causa ex officio procedendi, & ideo dixit Clar. in præcitata q. 51. nu. 11. in fi.
29 ꝙ illud, qđ supra dixit, qđ accusatore † desistente iudex possit prosequi, & finire processum, debet intelligi, vt procedat in illis casibus, in quibus iudex potuisset ab initio ex officio procedere, alias secus, & ista est communis opinio, prout dicit Ioan. de Ana. in d. cap. 2. nu. 2. in uer. & istum intellectum de collus. & idem optimè uoluit Angel. in d. l. 1. numero 4. præsertim in ver. tu uerò reducas, ubi dicit duobus casibus posse iudicem procedere ex mero officio ad punitionem ipsius delicti mortuo accusatore, uidelicet, si antequam moriatur, delictum est probatum, & sic per acta effectum est sibi notorium, uel si crimen sit tale, quod super eo iudex per inquisitionẽ possit procedere.

Secundo respondetur, quod cum coram d. Reuerendissimo D. Episcopo præcessore de adulterio non esset probatum, prout supra est dictum, neque præcederet infamia aliqua contra eum, prout requiritur ad hoc ut iudex ex officio procedere possit, cum
30 aliàs non procedat inquisitio † prout dicit tex. in cap. qualiter el 2. de accusat. & habetur in cap. inquisitionis, §. 1. eod. & in cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. ca. licet Heli. post prin. de simon. & est text. in cap. Deus omnipotens 2. quæstio. 1. & uoluit Specula. in titul. de inquisi. §. 1. in princ. Barto. in l. congruit. num. 3. in uer. quædam est inquisitio specialis, ff. de offic. præsid. Bal. in tit. de pace Constant. §. damna. num. 3. Alexand. in consil. 120. num. 1. volum. 7. Salyc. in l. quod promulgatis, C. de offic. præfect. vrb. late Cuma. in consil. 136. in princip. refert, & sequitur latissimè Marsi. in cons. 117. num. 5. in fi. & sequen. & latè, Tiraquell. de pœni. tempera. aut remitt. causa 53. num. 2. in vers. &
31 de iure canonico. Et qđ † iudex ex suo officio super adulterio non possit procedere, nisi frequens infamia laboret contra adulterum per glo. 1. in cap. 1. desuper allegat. de offic. ordin. cui addo Concil. Trident. cap. 8. sess. 24. de reformat. sequitur Afflict. super constitut. Regni. sub rubr. 42. legum asperitatem, num. 9. in ver. aduerte. lib. 3. et Fulgo. in cons. 135. in princip. & colum. penult. in ver. nouissimè. vltra quod supra per totum consiliũ concordando semper quoddam statutum, cum iure communi, & ex cõsuetudine teneat, quod nec ex officio per iudicem in causa adulterij procedi possit, ex quo per d. l. quamuis, C. de adulter. certæ personæ tantummodo ad accusandum admittantur, & l. constante, ff. eod. & cum Fulgo. videtur tenere Vrsill. in addi. ad decisio. Afflict. 176. num. 4. & idem tenet Anton. de Padilla in l. transigere sub num. 92. C. de transact. vbi postquam dixit hodie tantum licere accusare mulierem de adulterio Marito, Patri, Fratri, Patruo, vel Auunculo, & non alijs, iuxta formam præfatæ l. quamuis, subdit postea, iudicem neque inquirentem, neq; Prouinciam suam purgantem, cõtra Maritatam posse procedere, nisi accusante Marito. & quod ex officio non possit procedi, adulterio notorio non existente, dicit idem Afflict. in decis. 176. num. 2. desuper allegat. & licet ibi dicatur, quod confessio rei de adulterio facit illud notorium, tamen hoc non extat in casu primi processus, cum Plebanus non fuerit nec constitutus, prout patet ex toto illo processu, cum sic soleat ta-
32 lis negatiua † probari, ad dicta per Iacob. Butrigar. in l. 2. C. de error. aduoc. Abb. in cons. 92. num. 3. vol. j. Cephal. in cons. 250. num. 3. vol. 2. Franc. Hercul. in tract. de negati. proban. sub num. 176. & seq. Menoch. in cons. 199. num. 3. uol. 2. & Surd. in consi. 55. num. 14. vol. 1.

Et hanc

Et hanc cōclusionem tenet etiam Diaz. in sua pract. canoni. crim. in cap. 85. nu. 6. vbi postquam dixit, quod licet in Regnis Castellæ, & legionis lege Regia sancitum sit, quod marito non accusante de adulterio vxorem nullus alius eam accusare possit, quod putat nihilominus, quod iudex ecclesiasticus poterit punire clericum in hoc delicto delinquentem, cum non possit lex Regia ecclesiasticos iudices adire. nec valebit opponere, quod maritus non accusauit, quod intelligit, dummodo notoriè constet de adulterio, uel clericus sit confessus, vel conuictus per hæc verba, videlicet. Veruntamen in hoc magna debet adhiberi cautela, nam si adulterium clerici adeò est notorium, maritique persona ita vilis, quod præsumi possit ipsum scire, & paruipende-
33 re, tunc iudex † ecclesiasticus poterit publicè, & liberè de adulterio tractare, & pœnam imponere, si uerò delictum non est publicum, aut marito ignotum esse creditur periculumq; exinde timeri possit vxori, tūc consulerem clericum de hoc delicto conuictum, vel confessum camerario processu, & familiari disciplina corrigendum, relaxandumq; sine expressione causę in sententia, & ita dicit practicasse, dum Vicarius esset Episcopi Salamantini, & sententiam, licet fuerit appellatum, cōfirmatam fuisse. & sic remanet clarum post petitam abolitionem iudicem ex officio procedere non potuisse, cum de adulterio notorio non constet per euidētiam facti, nec præfatus Plebanus esset confessus, vel conuictus.

Et quod idem magister Antonius accusauerit eundem Plebanum, seu querelauerit, patet tam ex rescripto olim Reuerēdissimi Dñi Episcopi in calce supplicationis eiusdem Plebani facto, de quo in processu fol. 58. ubi dicit attentis narratis, remotione ab accusatione facta ab Antonio Fabro ferrario de Zouena, alijsq; &c. quàm ex instantia procuratoris fiscalis eiusdē Curiæ Reuerēdissimo domino moderno Episcopo facta, ut procederet in causa huiusmodi, de qua in processu fol. 74. tergo, vbi dicit aliàs fuisse per dictam Curiam, & ad querelam eiusdem Antonij Fabri &c. & ideo dubitandum non est locum fuisse abolitioni eiusdem querelę, prout iure optimo idē Reuerendissimus dominus Episcopus, visa dicta remotione eiusdē accusatoris ab eius accusa, & alijs de causis animum eius mouentibus, & præstita fideiussione infrà tres menses per oratorem de non cōuersando amplius quouis modo cum vxore dicti magistri Antonij, nec domum eundo sub pœna centum ducatorum ipso facto incurrenda, ac solutis per oratorem ducatis vigintiquinque arbitrio suo applican. gratiam fecit, & amplius non molestari mandauit, declarando postea idem Illustrissimus dominus Episcopus, sic suo fiscali instante, cum dictus orator prædictam fideiussionem per suum diffinitiuum decretum pro præstita haberi declarauit, prout patet dict. process. fol. 61. ter. cum illam non præstiterit infra tres dies, prout sibi fuit iniunctū per quoddam mandatum similiter per eundem Episcopum factum, per quod etiam reseruato iure contra eum ob perseuerantiam in eodem delicto criminaliter procedendi, cum prætenderetur post dictum rescriptum cōmercium carnale etiā habuisse dictum Plebanum cum dicta Aloysia, fuit etiam monitus, ut abstineret à dicto commercio, & consuetudine, prout patet d. process. fol. 59. ter. & seq. Cum non sit dubium decretum iu-
34 dicis † & sententiam æquiparari, prout dicit Alex. in l. sciendum. num. 26. ante fin. ff. de verbor. oblig. sequitur Aymo. de antiq. tempor. 2. part. num. 15. & seq. & num. 19. fol. mihi 144. & seq. Felyn. in c. ecclesia S. Mariæ num. 15. & seq. de constitut. & Soc. sen. optimè in cons. 18. num. 19. & sequen. volum. 1.

Ex quibus omnibus de duobus videndum est, primo an per Reuerendissimū dominum modernum Episcopum successorē potuerit amplius idem Plebanus molestari super prætenso delicto adulterij, de quo in primo processu per antecessorem facto vsq; ad diem rescripti, & eius liberationis inclusiuè: an verò non potuerit.

Secūdo, stante dicto rescripto, per quod cauetur, vt fideiuberet sub pœna centum ducatorum de amplius non habendo conuersationem cum dicta Aloysia sub quouis prætextu, neq; accessum ad eius domum: ac stante postea, quod etiam fuerit monitus, vt est dictum, cum prætenderetur per curiam post dictum rescriptum & liberationem cum eadem perseuerasse in eodem delicto adulterij, cum verum non esset: an per dictum modernum Ordinarium proce-

di potuerit ad aliquam pœnam in vim secundæ monitionis, an primæ, de qua in rescripto, & sic ad pœnam centum ducatorũ tãtum, stante quod per confessionem eiusdem Plebani post eius liberationem tantũ semel commercium carnale cum eadem Aloysia habuisse constiterit, de qua cõfessione patet process. fol. 86. ter. & dico nec potuisse ulterius molestari super primo processu post dictum rescriptum, & liberationem, cum per illud mandatum etiam fuerit amplius non molestari, & similiter non potuisse ad aliquam pœnam in vim secundæ monitionis agere eundem Reuerendissimũ D. Episcopum, sed primæ; cum semel tantũ à die facti rescripti usque ad eius carcerationem cõmercium carnale habuerit cum dicta Aloysia.

Et quoad primum quod amplius super primo processu non potuerit molestari, stantibus desuper dictis, cum nec Deus iudicet bis in id ipsum, vt habetur in cap. sunt plures ante fi. de pœnit. dist. 3. cum semel abso-
35 lutus † siue per accusationem, siue per inquisitionem, seu denũciationem processum sit, non debeat nec de eodem delicto amplius accusari, nec contra eum inquiri. text. est in c. de his, & ibi glo. Abb. & Doct. de accusat. et idem not. Abb. & Ioan. de Anani. in c. fi. de collus. deteg. & est text. in l. penult. §. fi. ff. nautæ, caupo. stab. et in l. si cui. §. ijsdem, & ibi Bart. ff. de accusat. et idem Bart. in l. Senatus num. 2. in fi. eod. tit. Roman. in cons. 213. col. 2. & in l. edita nu. 139. C. de edend. optimè Alex. in cons. 11. num. 7. uol. 1. & hanc esse communem opinionem dixit Angel. in tract. malefi. in uer. et ad querelam num. 90. Dec. in cons. 137. num. 1. Paul. Merend. inter crimin. diuers. cons. 90. num. 1. vol. 2. Salyc. in l. qui de crimine. in princ. et num. 4. C. de accusa. Ioan. Bapt. Asini. in cons. 112. num. 54. in fin. et seq. inter ead. crimin. eod. vol. 2. et quod siue quis fuerit condemnatus, siue absolutus super eodem crimine amplius inquietari nõ possit, cum de eiusdem hominis delicto sępe quęrendum non sit, communem refert etiam Clar. in pract. crimin. quæst. 57. num. 1. et 8. in fi.

Quæ conclusio etiam procedit, et si per viã dispensationis absolutio facta est, prout posset dici in casu nostro, si vigore primi processus probatum esset de adulterio, ex quo solutis vigintiquinque ducatis, et iustis de causis animum eiusdem Episcopi mouentibus gratiam fecit, prout in supplicatione fuerat petitum, prout dicit glo. in d. c. de illis in princ. de accusat. quam sequitur ibidem Abb. num. 6. in uer. quandoque fuit absolutio facta per dispensationem: et d. gl. communiter sequi Doct. dicit Dec. in dicto cons. 137. num. 1. in verb. similiter ista conclusio. vbi etiam ad id plures auctoritates adducit, et idem dicit Clar. in d q. 57. num. 9. vbi similiter refert de communi. Nec de hoc in aliquo dubitandum est, cum et diuina clementia dimissa peccata in vltione ulterius redirẽ non patiatur, prout dicit d. glo. in d. c. de illis, et est text. in c. fi. in princ. dist. 4. et est etiam text. in puncto in c. si illic, et ibi glos. 23. quęst. 4. vbi ad preces fuerat remissum delictum, et pręcipitur amplius non molestari. sequitur Dec. dicto cons. 137. nu. 1. in uer. et diuina clementia.

Ad idemq; facit, q̃d iudex ex causa po-
36 test excedere, † et minuere pœnam legis, faciendo in sententia de causa, vnde mouetur, mentionem saltem per d. uerba, videlicet iustis de causis animum nostrum mouentibus etc. prout fecit idem Episcopus, sicut dicit Clar. in sua pract. crimin. quęstio. 85. num. 10. in uers. ulterius, et num. seq. Sola. latè ad constit. Sabaudię in glo. ult. in tit. de falsi. notar. nu. 12. fol. mihi 177. quod prius voluit Innoc. in c. 1. de constit. quem ibidẽ sequitur Barbat. col. 18. in uer. uenio ad gl. Innoc. et conclusiue col. 20. post princip. in uer. et per ista, ubi etiam dicit dictem Inn. communiter teneri, Dec. in c. de causis nu. 21. et 22. et num. 97. et sequen. et ibi Abb. num. 16. et seq. de offi. deleg. et idem Dec. in cap. 1. in secunda lectura num. 45. et ibi prius Bal. num. 24. de constit. Marian. Soc. in cap. qualiter. el secundo num. 191. et sequen. de accusat. et est text. in l. hodie. ff. de pœni. et quod hoc habeat locum etiam in delicto adulterij, vt Episcopus illius pœnã mitigare possit, cum clerico dispensando. dicit text. in c. at si clerici. §. de adulterijs, et ibi glo. de iudic. Et hæc de primo.

Quo verò ad secundam dico, quod ex quo idem Plebanus confessus fuit in iudicio post dictam liberationem, et gratiam, quod semel tantũ de mense Augusti anni proxime præteriti cùm dicta Aloysia commercium carnale habuerit, prout patet di-

cto suo constituto f.86.ter.licet contra eum
37 talis confessio † plenè probet, prout dicit Afflict.decis.176.num.2.et Grammat.decis.31.num.7.et Bermon.de publi.concub. sub verb.Aut confessionem iure factam incipien.Hæc verba in princ.et num.4.tamen eadem confessio debet acceptari cum sua qualitate a iudice, cum in illa sit fundata quoad transgressionem intentio fisci, cum deposuerit casualiter,cum ibidem transiret de nocte, ueniendo à Ciuitate Belluni, et nō dedita opera,quod iuerit in domum dictæ Aloysiæ,et cum ea semel commercium
38 carnale habuerit, cum confessio † rei debeat acceptari cum suis qualitatibus, vt est dictum,prout dicit Alex. in cons.87.nu.1. vol.1.Lapu.allegat.94.num.6.in ver.quarto,et Salyc.in l.vnica,num.7.in ver. opp.4. et num.8.C. de confess. et Loca.in iud.inquisi.in ver.confessio nu.4.et quod talis cōfessio qualificata debeat uel in totum acceptari, uel in totum reijci, dicit latè Ioan. Roiaf.de heret.par.1.nu.154.cum seq. vbi de ratione.

Vnde cum bis fuerit monitus idem Plebanus,prima vice in dicto rescripto,ut se abstineret à tali conuersatione,& practica sub pœna centum ducatorum ipso facto incurrenda,& secunda vice in dicto mandato nō derogatiuè ad dictam primam monitionem seu prohibitionem, cum prætenderet curia ipsum in antea transgressum fuisse, non est dubium, quod cum semel postea deliquerit,et transgressus fuerit prohibitionē,quod incidit in pœnam dictorum centum, et sic in pœnam primę monitionis,cum illa fuerit imposita per iudicem,statim quod post præfatam liberationē, et rescriptum conuersationem repeteret, sic arbitrando ascendere tertiam partem fructuum ecclesiæ eiusdem Plebani iuxta pœnam impositam a Conc. Trident.vulgato c.14.quam turpe sess.25. de refor. de cuius rescripti uerbis, cum sint clara,disputandum non est l. ille aut ille §. cum in uerbis,et l.non aliter ff.de legat.3. l. continuus § cum ita ff.de verb.oblig.

Quibus accedat,ad demōstrandum quod dicta transgressio veniat super prima monitione, et non secunda, quod quando iniungitur pœna ipso facto incurrenda,prout in casu nostro,si aliquod delictum fiat, statim censetur per illud committentem incursa in vim dispositionis,seu legis illam imponentis,et comminantis,facta transgressione seu delicto commisso,adeo quod sufficit tantum præcedere dispositionem pœnam infli-
39 gentem,licet ad hoc,ut quis puniri † possit de pœna comminata, requiratur sententia iudicis declaratoria delictum fuisse commissum absque vlla expressione pœnę,cum eo ipso incurratur, et sortita fuerit suū effectū, ita firmat optimè Io.And.in c.1.n.8.in fi.in uer.respondet, et nu.9. omnino viden. et ibi etiam Archi.col.2. in ver. requiratur, et Franch.num.6.de homic.in 6. vbi etiam dicunt sic debere omnia iura mundi ciuilia, et canonica ipso facto, vel ipso iure aliquē puniri iubentia intelligi, sequitur Ruin. in cons.153.num.15.vol.1.Alex.in cons.103 num.17.vol.1.et in l.si quis maior,num.13. C.de transact.et Ioan.And. sequitur Curt. sen.in cons.59.post nu.6.ver.confirmamus, et hanc esse communem opinionem dicit Barbat.in cons.77.num.22.uol.1. et quod
40 canon latæ sententiæ † habeat vim sententiæ hominis,dicit Tiraquell.in repe.l.si unquam,in ver.reuertatur,num.399.C.de reuocand.donat. et ideo dicit ibidem sub nu. 400. per totum sententiam declaratoriam facti requiri.

Neque aliquid obstat si diceretur, quod ante primum processum fuerit facta constitutio Synodalis, quod Clerici non deberent tenere concubinas, seu alias mulieres suspectas generaliter eisdem prohibitum per edictum publicum,quæ videatur attendenda ad hoc,vt Prælatus releuetur specialiter faciendi monitiones,prout dicit Diaz. in dicta sua practica canonica criminali ca. 79.colum.6.in verb.vt autem,et ibi addi.in ver.monet omnes.quia ad hoc respondetur primo nihil releuare, et quia in facto de talibus non constat,nec talia præcessisse, cum nec constitutiones synodales editæ fuerint, tum etiam, et secundo, quia prædicta possunt intelligi,ut suppleant monitiones,quæ debent fieri de iure communi, quod tamen non firmo per ea,quæ nunc subijciam. Tertio, quia Sacra congregatio Illustrissimorū Cardinalium,qui decreta Concilij Tridentini interpretantur, censuit in d. cap.14.§. quod si a superioribus moniti.sess.25.de reformat.ut specialiter, non autem generaliter per edictum clerici moneantur: nec mi-
41 rum, cum monitio † quæ fit ad effectū priuationis, uel suspensionis a iure contra ali-

quos

quos debet fieri nominatim per expressionem nominum propriorum, prout dicit Bonifacius de Vitali: in clem. 1. nu. 45. et seq. de vita, et honesta. cler. et talis monitio debet esse trina, quia una peremptoria pro omnibus non sufficeret, ex quo constitutio est pœnalis, prout dicit ibidem idem Vitali. sub nu. 47. et seq. per iura, quæ ipse allegat.

Prout nec aliquid obstat, quod idem Plebanus fuerit processatus antea, prout patet dicto primo processu ad accusationem dicti Magistri Antonij de dicto adulterio: quia tali casu non fuit processum in vim Concilij præfati, cum nulla præcesserit monitio, sed via iuris cõmunis, prout et a Concilio talium concubinariorum ante monitionem præcedẽtem punitio Ordinario relaxatur, prout patet in illis verbis eiusdem Concilij, post prin. videlicet, Prohibet Sancta Synodus quibuscunque clericis, ne cõcubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, uel extra detinere, aut cum ijs ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à Sacris Canonibus, vel Statutis ecclesiarum impositis puniantur. subdendo postea, dans formã quomodò debeat habere locum sua dispositio, et dicit, quod si a superioribus moniti etc. et tunc iubet monitiones fieri in proprias personas tenentes concubinas. Et sic patet super primo processu non fuisse processum in vim Concilij, sed iuris communis, et monitionem non præcessisse, quam quidẽ præcedere omnino necesse est, antequam deueniatur ad aliquam pœnam inflictam clerico concubinario, tam quoad amissionem tertiæ partis fructuum beneficiorum suorum, quam quoad omnium fructuum amissionẽ, ac beneficiorum suspensionem, et illo indurato quoad priuationem, cum Concilium noluerit exterminare, sed reducere, non perdere, sed cõgregare. et quod hodie omnino seruanda sit dicta dispositio Concilij, dicit glo. ad constitutio. Aegidian. in ca. 15. sub rub. de pœna cler. tenenti publicè concubinam, in ver. concubinas num. 6. 7. 8. 9. et 10.

42 ubi conclusiue lib. 3. cum solemnitas † in actu requisita sit formalis, et omnino seruari debeat, prout dicit Bero. in rub. de probat. nu. 24. cum forma det esse rei. l. Iulianus, §. sed si quis ff. ad exhibendum. Ioan. de Ami. consil. 145. num. 5. et quod quando certa forma procedendi data est, si non seruetur, vel si citra formam attentetur, processus

43 † corruat, dicit Dec. in c. prudentiam, num. 20. de offic. delega. et latè id firmat Ioan. de Neuizza. in consil. 77. num. 6. per totum, et cons. 70. num. 6. vbi idem dicit de forma data per statutum, & cons. 15. nu. 12. Ioan. de Amic. d. consi. 145. num. 4. Rolland. a Valle cons. 99. num. 17. uol. 1. Rom. in cons. 236. num. 8. & Cepha. in consil. 421. num. 46. & seq. volum. 3.

Veniendo modo ad secundum processum olim per Reuerendissimum D. Episcopum cõtra eundẽ Plebanũ super dicta trãsgressione formatum, & per Reuerendissimũ Dominum Episcopum successorem continuatum, cũ ex eo de alio non cõstet, nisi ex confessione eiusdem Plebani, quod semel tantum etiam commercium carnale habuerit cum duabus alijs meretricibus nuptis; super quibus fuit interrogatus, nullis præcedentibus indicijs, neque infamia, & male,

44 cum clericus † nec in tortura, quando torqueri potest, non debeat interrogari, nisi de delicto super quo fuit processatus, & super quo extant indicia, & est infamatus, prout dicit in terminis Bermond. de concubin. in ver. Aut confessionem in iure factã sub nu. 10. & seq. tract. to. 11. par. 1. fol. 176. & voluit Locat. in Iud. inquisi. in uer. confessio, nu. 25. fol. mihi 56.

45 Et licet dicta confesio † inducat notorii iudici quoad ipsam, ut habeatur pro plena probatione, neq; aliud requiratur, quin per tale delictum adulterij puniatur idem Plebanus per tex. in c. fi. de cohabit. cler. & mulieru. gl. in c. fi. In uer. notoria, de temporib. ordinand. Afflict. d. decis. 176. nu. 2. & Gram. deci. 31. nu. 7. et dicit Bermon. de cõcub. d. ver. aut confessionem in iure factam, in prin. desuper allegat. & talis confessio in iudicio facta dicatur inducere notorium iuris, eo quia constat iudici, ut iudici, ut est dictum, prout dicit Specul. in tit. de notorio crimin. §. 8. uers. iam de notorio, nu. 2. & in tali notorio probationes recipiuntur, si negetur, & detur appellatio, prout dicit Spec. in d. loco nu. 2. in fi. & Abb. in ca. uestra. nu. 14. & seq. de cohabit. cler. & mulie.

Et dato ẽt, qđ circa dictã transgresionẽ et consuetudinem habitam per dictũ Plebanum cum dicta muliere post primam monitionẽ, etiam probatum fuerit per testes, de quibus in proces. fol. 65. cum seqq. et quod

de ea

de ea constaret notorie iuris præsumptione, prout dicunt Speculat.d.§.8. num.1. & Abb.dicto loco num.14.ad fi.vel etiam esset notorium per euidentiam facti permanentis, quod tamen non videtur, cum non detinuerit in domo propria eandem mulierem, nec in domo eiusdem Plebani visi fuerint filij de eis, nec videantur, adeo quod nulla tergiuersatione celari possit, prout requiritur ad hoc, vt concubinatus, seu adul-
46 terium † possit dici notorium facti permanentis, prout latè & optimè firmat Specul. in d.§.8.num.10.11. & seq. & num. 17. in tit. de notori. crimin. & plene etiam tradit Abb.in d.c.vestra num.15. & sequentibus, de cohabit.cleric. & mulier. & dicit etiam Andr.de Iser. super Constit. Regni. humanitatem.num.12.in fin.fol.mihi 71. ter. vbi
47 pariter dicit, quod notorium† facti permanentis est, cum quis tenet publicè adulterã in domo, & d.c.fi.de cohabit.cleric. & mulier. & quod confessio de dicto adulterio prædicti Plebani ueniat sub secunda monitione eidem facta per eundem Episcopũ, & per hoc videatur habere locum pęna inflicta per dictum Concilium, postquam clericus repetierit concubinatum post secundam monitionem; tamen dico, dictum Plebanum non potuisse, nec posse condemnari nisi in pœnam dictorum centum ducatorũ comminatam in dicta prima prohibitione, seu monitione in dicto rescripto facta, cum
48 non fuerit persoluta, cum verba † legis cũ effectu accipienda sint l.nomen. §.fin. ff. de verbor.signif.l.1. §.hæc autem verba, et ibi Bart. et late Ias.Angel.Alber.et Odofre.ff. quod quisq; iuris, quæ est canonizata in c. hæc autem uerba. distin.1.l. si per alium.§. docere, et ibi idem Bar.ff.ne quis eum, qui, mand.in reg.Cancell.12.quęst.2.num.6.in princ.et Mart.Vrani.in cons.7.num.2.tom. 1.et ideo inter alia dixit Odofr.d.loco, nõ sufficere aliquid inchoare, nisi perficiatur cum illud dicatur perfectum, quod de omnibus suis partibus constat. et sic patet dictam pœnam, quę fuit imposita loco amissionis tertiæ partis fructuũ in casu, si quod continuaret dictum commercium carnale cum dicta muliere, seu ad eius domum accederet idem Plebanus, omninò requiri, quod persoluta sit, antequam iudex ecclesiasticus possit uenire ad secundam monitionem, et ad illius effectum quoad pœnam cum Concilium voluerit quod gradatim, vt reducatur talis concubinarius ad cultum Religionis per coercitionem pœnæ, et non in vim uerborum tantum astringatur ad pęnę solutionem, alias lex imposita esset verbis, et non rebus, quod esse non debet, Soc. in c.qualiter el secundo nu.378. de accusa.
49 cum pœna † sit delictorum coercitio, prout dicit Bart.in l.fi.num.7.ff.de verb.signifi. et imponatur, vt metu pœnæ quis efficiatur obediens, et ideo propter geminationem delictorum pœnas duplicari, ut nullum malum remaneat impunitum, nisi esset delictũ, prout in casu nostro continuatum, cum tũc pœna non duplicetur etiam de iure communi, cum vnum et idem delictum reputetur, dicit Bald.in l.quicunque. num.5.C.de
50 seruis fugit. et quod adulterium † continuatum pro uno delicto adulterij reputetur, consuluit Bart. in cons.222. Antonius commisit, præsertim in fi. Ex quo etiam sequitur euidenter constare de notoria iniustitia eiusdem sententiæ, cum per eam idem Plebanus fuerit sua Ecclesia priuatus, et ad triremes condemnatus vltra alias pœnas, cum vigore secundę monitionis, et si dictus Plebanus non paruisset, non potuisset idem Episcopus alia pœna eum afficere, nisi auferendo ab eo omnes fructus suæ ecclesiæ, et de eadem suspendere, et postea si ipse nõ obstante dicta pœna adhuc perseuerasset, potuisset beneficio priuari, et non antea, prout fecit contra formam eiusdem Con-
51 cilij, et iuris, cum beneficio † quis ob aliquod delictũ priuari non possit, nisi expresse de iure caueatur, prout tenet Rota teste Caputaq. in decis.216.num.6.par.2.et decis.98.num.3.par.3. Et ex his tollitur etiã alia difficultas, quę adducebatur, quod prefatus Plebanus non posset appellare à dicta sententia, quia licet quis appellare nõ possit, quando est confessus, et conuictus de delicto, quod delictum non fuerit commis-
52 sum, tamen bene potest appellare † ab iniquitate iudicis excedentis in condemnatione modum, et vltra modũ, pront respondit Bart.in cons.penult. num.4. quod est in num.43.de auctis, per l.si qua pœna, et ibi idem Bart. nu.1. ubi dicit hanc opinionem
* omnes Doct.communiter tenere.ff.de verbor.oblig.

Et prædicta habent locum etiam si clericus esset publicus cõcubinarius, seu adulter

ter

53 ter cum iudex † inceperit à monitione, et non à priuatione, prout etiam de iure communi facere potest, cum sit eidem arbitrarium an à monitione, vel à priuatione incipere velit, quando concubinatus est notorius, prout dicit Aab. in cap. sicut num. 2. de cohabit. cleri. & mulier. quem secur us fuit Card. Alex. in cap. nullus. num. 3. in uer. & dixit Panor. dist. 32. imò & quod prius debeat clericus cõcubinarius etiam notorius moneri antequam priuari possit beneficio, dicit Staph. de literis gratiæ, in uerbo, quando quis ueniat priuãdus beneficio, incipiẽ. Considerandi modo essent, sub num. 4. fol. mihi 149. vbi dicit notorium concubinarium, si monitus non dimittat concubinam, esse suspendendum à beneficijs, & si se non corrigat eisdem remoueri. & idem voluit glo. ad Aegid. Constit. desuper allegat. nu. 10. & ideo præfatum Conciliũ statuit gradatim esse clericum monendum, & pœnis ab eodem Concilio inflictis puniendum, antequam deueniatur ad priuationem beneficiorum.

Neq; aliquid obstat, & si diceretur, ex quo dicta mulier erat maritata, quod propterea videatur puniendus idem Plebanus grauioribus pœnis propter adulterium, cũ non videatur Concilium loqui de maritata: quia ad hoc respondetur, Conciliũ præfatum loqui generaliter, & indistinctè de clericis tenentibus concubinas, & sic comprehendere tam solutas, quàm non solutas,
54 cum lex generalis, † & indistinctè loquens generaliter intelligi debeat, nec sit restringenda ab homine. Caballi. in milleloq. 52. par. 1. Abb. in c. 2. num. 10. & ibi prius Hostien. num. 4. in ver. & regulariter, de cleric. excomm. ministra. & quod quando lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus, dicit Barthol. Veron. in Auth. sed nouo iure num. 77. in princip. cum iuribus per eum adductis. C. de seru. fugit.

Vlterius etsi à Concilio non comprehenderetur mulier maritata, prout non videtur dubitandum comprehẽdi per supradicta, & essemus in mera dispositione iuris communis, nihilominus præfatus Plebanus
55 pœna ordinaria † à iure clericis imposita, quæ est, vt depositus ab officio toto tempore vitæ suæ in Monasterium detrudatur, prout dicit Diaz. in dicta pract. canon. crimin. cap. 85. num. 2. Bermond. de concubi. in rubr. de adulter. nume. 24. & seq. & latè Clar. §. adulterium. num. 7. in versic. quarto
* nunquid, vbi dicit hanc esse communem opinionem, cum ista pœna multis de causis ad quam perminimam reduci deberet. Primo quia de iure ciuili, cũ dicta mulier fue-
56 rit meretrix, cum ea adulterans laicus † nõ punitur, per l. si ea. C. de adulter. Diaz. in d. cap. 85. num. 5. in princ. & Clar. §. adulte-
* rium. nu. 3. qui dicit ita cõmuniter seruari.

Secundo quia sublatis hodie pœnis, quę à iure imponebantur adulteris, tantum pro adulterio de generali cõsuetudine adulteri
57 † puniuntur in pœna extraordinaria pecuniaria, prout dicit Aymo. in conf. 137. nu. 10. per totum. Vulpell. in conf. 94. num. 8. & seq. ubi attestatur de cõsuetudine totius
* Italiæ. & ita communiter seruari dicit Clar. dicto §. adulterum, numero 7. in versic. sed quicquid.

Qua de re cum ista Aloysia esset meretrix, prout dicunt testes in processu, & de generali consuetudine laici de adulterio cũ meretricibus commisso non puniantur, ac pœna mortis, quæ à iure adulteris imponebatur, de generali consuetudine sit immutata in extraordinariam pœnã, vt est dictũ.
58 Et clericus † possit iuuari lege generali, & consuetudine laicorum, quando similiter est generalis, & eorum statutis ad eius fauorem facientibus, prout dicit Abb. in cap. constitutus num. 4. de in integr. restit. Imol. in cap. dilecti filij. num. 13. in fi. & ibi prius Ioan. Andr. num. 4. Anton. de Butr. num. 8. Petr. de Anchar. num. 3. Abb. numero 4. et Aegid. Bellam. num. 5. de foro competent. Bal. in l. cunctos populos. num. 55. in princ. C. de summa Trin. & in repet. l. de quibus. num. 75. quem ibidem secutus fuit Ias. nu. 12. ff. de legib. et est text. et ibi Gemin. nu. 1. et alij in c. si in adiutorium. distin. 10. et idem Anto. de Butr. in c. ecclesia. num. 17. de constit. et idem Ioan. Andr. in cap. fin. in princ. in uer. vel de strictu. de offic. legat. et late Marant. in disput. 8. nu. 14.

Non est dubium, quod idem Plebanns non esset puniendus pœna ordinaria, sed per quam minima, ut dixi, extraordinaria, cum plura concurrant ad eius fauorem.

Quibus accedat, quod propterea cum esset meretrix dicta Aloysia, idem Plebanus nunquam putauit cum ea committere adulterium, sed fornicationẽ, prout dixit in suo consti-

constituto, vnde etiam propter hanc credulitatem, non videtur quod de adulterio possit puniri, deficiente ab hoc eius voluntate & consensu, cum ex animo & propo-
59 sito distinguantur delicta, † seu maleficia, per text. in l. qui iniuriæ. ff. de furt. l. si conuicij. C. de iniur. & l. 1. C. ad legẽ Cornel. de siccar. & ff. de iniur. l. eum, qui nocentẽ. §. si iniuria, & dicit Bald. in cons. 144. super quæstione num. 4. in versic. item præmitto. vol. 2. & Oldra. in consi. 210. nu. 3. in prin.

Et ideo dixit Alber. in l. quoniam multa, num. 3. C. ad leg. Iul. de vi publi. quod si quis haberet rem cum coniugata, putando esse solutam, quod non committit adulterium, quem secutus fuit Afflict. super constit. Regni sub rubr. 13. terminum vitæ nu. 24. libro 1. fol. 66. Et licet ipse Plebanus sciret essen nuptam, tamen satis est eum putasse cum ea non committere adulterium per dictas auctoritates.

60 Et licet clericus † committens adulteriũ cum meretrice non debeat euadere impunitus sicut laicus, tamen nec debet pœna ordinaria puniri, sed extraordinaria, prout voluit Diaz. in d. cap. 85. nu. 5. in princ. quem ibi sequitur in addi. Ignat. Lopez. in ver. cũ ea adulterans.

Quibus etiam addi potest longa carceratio, vltra multas alias incommoditates & expẽsas, quas passus fuit iniustè dictus Plebanus, cum fuerit affectus illis pœnis, quibus affici non poterat, priuationis, & triremium condemnatione, & in necessitate fue-
61 rit se defendendi, cum longa † carceratio loco pœnę succedat, prout dicit Cels. Vgo. in cons. 62. nu. 11. Ioan. Vincent. Hondod. in cons. 96. nu. 38. in fi. & seq. & in cõsil. 98. nu. 35. & prius Gramm. in decis. 38. ad fi.

Nec non accedat etiam eius bona vox, & fama, ac sua probitas & sufficientia, de qua deponunt latè testes ad eius fauorem examinati propter quæ indulgetur in aliqua parte delinquentibus.

Accedat etiam eius spontanea confessio, statim q̃ fuit cõstitutus, facta; ex qua
62 † etiam mitigari solet pœna, cum mitius agatur cum confesso, quàm cum conuicto, prout dicit Bermond. d. tract. de publi. concubi. sub verbo, aut confessionem iure factam, incipien. hæc verba. num. 21. tractat. tom. 11. par. 1. fol. 176. ter. l. eum qui, & ibi Bart. nu. 4. & ibi addi. ff. de iureiur.

Et ideo dicit idem Igna. Lopez ex dictis Hostien. & Bermond. infrà allegan. in addi. d. cap. 85. Diaz. in ver. aducrte tamen quod iudex ex causa, quando super adulterio contra clericum non proceditur ad accusationem, potest remittere pœnam iuris canonici ordinariam tãquam vigorosam, & amplecti mitiorem, illum condemnando in pœnam suspensionis tantum, & ista opinio in puncto iuris tãquam magis æquior, & humanior dicit esse sustinenda, licet con-
* traria sit communis, in tract. de publi. concubi. sub rub. de adulte. nu. 24. 25. et 26.

63 Neq; prædictis aliquid obstat † Bulla fęl. record. Sixti Papæ V. contra adulteros edita incipien. Ad compescendam quantũ in nobis est carnis in lasciuiam prolabentis petulantiam: quia vltra quod dicta Bulla sit facta in odium particulare coniugatorum, quorum alter petit in iudicio ex causa ab altero separari ad effectum adulterandi, vltra alia capita, tamen eadem constitutio ex propria, & expressa voluntate Papæ noluit habere locum extra vrbem, sed in vrbe tantum, prout patet tam ex rubr. dictæ Bullæ, quæ dicit, de temeraria tori separatione, ac publicis adulterijs, stupris, & lenocinijs, in quibusdam casibus seuerius in alma vrbe puniendis. & ex illis alijs verbis in corpore eiusdem Bullæ videlicet. Proinde ad seruandam inuicem inter coniuges perpetua fide, et concordia societatem, ac ad publicæ honestatis pudorem illibatè tuendã super infrascriptis capitibus, præsertim nostra in eadem vrbe duntaxat perpetuo valitura constitutione, duximus prouidendũ.

Et ex istis satis sit dictum ad defensionẽ dicti Reuerendi Plebani, et pro reuocatione sentẽtiæ contra eum latæ ad laudem indiuiduæ Trinitatis, & gloriosissimæ Virginis matris Mariæ. Et ita fuit iudicatum liberando ipsum a condemnatione triremium, et ab amissione eiusdẽ ecclesiæ parochialis, per R. Vicarium generalem Illustrissimi et Reuerendissimi D. Patriarchæ Aquileien. condemnando tantummodo in pœnam suspensionis a diuinis per annum eundem Plebanum, et in exiliũ a dicta diœcesi Ceneten. per tres menses, reseruata etiam facultate eidem Ep̃o de prędictis gratiam faciendi. Et eadẽ sententia fuit ẽt cõfirmata per Illustris. et Reuerendis. D. Nuntium Apostolicum Venetiarum.

Franc. Monaldus. V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Demonstratio per confinia qualiter fiat.

SVMMARIVM.

1 *Domus dotalis in aliam domum permutari potest.*
2 *Dicenti incumbit intentionem suam fundare.*
3 *Demonstratio per confinia vbi non requiratur.*
4 *Instrumenta extracta de archiuio publico lite pendente, absque compulsu, & parte non citata, an probent.*
5 *Iudicijs vniuersalibus adiudicationis hæreditatis in executione sententiæ quid probandum sit.*

CONSILIVM III.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa filiorum & hæredū q. Marci Antonii Ronzinetti cum domus dotalis matris eiusdem Marci Antonij per Felicem Angelū eius patrem in aliam domum fuerit permu-
1 tata, † quod facere potuit, prout dicit Alberic. et sic communiter teneri in l. vni. §. et cum lex. num. 30. C. de rei vxor. actio. et in l. si constante, et ibi etiam Odofr. qui dicit fundum dotalē effici per l. seq. ff. de iur. dot. non est dubium de excessu executionis factę per Celiam constare, cum in dicta domo exequi non posset, cum non existeret in hæreditate eiusdem Felicis Angeli, ad quā tantum se extendit pro medietate sua executio, sed dicti Marci Antonij.

Neq; aliquid obstat, quin talis executio reuocetur, illud quod obijcitur de confinibus eiusdem domus vię, & mœniarū, quod sint nimis generales, cum conueniant alijs domibus, et sic de illius idētitate nō cōstet.

Quia ad hoc respondetur, quod dantur prius in eodem instrumento duo alij confines, videlicet iuxta rem Antonij Corsæ, quæ est alia domus à latere illi contigua, et illam ab alijs domibus separat, & rem Bertoldi similiter a latere eiusdem domus existentē, & postea vocatur via publica, quæ est ante domum præfatam, & mœnia dictæ terræ, quę existunt in fine eiusdem domus, & sic dicti duo confines viæ, & mœniarum non redduntur generales, sed particulares cum restringantur per dictos alios duos cōfines, & demonstrent identitatem domus, cum clarum sit in iure ad demonstrandum domum, vel fundum certum sufficere exprimi nomen loci, vbi est, cum duobus confinibus, nedum quatuor, prout fuit factum in instrumento de quo agitur. & remanet fundata intentio filiorum, & hęredum dicti q. Marci Antonij. & Celia tenetur, sic dicit
2 instrumentum de alia domo sensisse † intentionem suam probare, prout dicit Bart. in l. demonstratio falsa. 7. q. num. 14. & 16. ff. de condit. et demonstr. l. forma. in princ. et ibi glo. et Bart. ff. de censib. quem sequutus fuit Alex. in cons. 133. num. 5. vol. 1. et in cons. 193. num. 9. in vers. sed dicunt alios confines volum. 2. et plenius in cons. 73. num. 6. vol. 3. et in cons. 112. num. 6. vol. 4. et in l. si nomine. num. 2. in princ. C. de testamen. et Ias. in §. omnium num. 164. instit. de actio. Mago. in terminis in decis. Floren. 2. num. 22. Quibus accedat in instrumento executionis factę per Celiam eadem confinia vię publicę, et mœniarum uocari, unde identitas rei demonstratur.

Quod corroboratur, cum alia domus in dicta terra Vulsinij, neq; per Felicem Angelum fuerit possessa, neq; per Marcū Antoniū in sua hęreditate relicta: et ideo adeo est certa, ut nec requireretur alia demon-
3 stratio † per confinia, ad dicta per Bart. in d. l. demonstratio falsa. num. 16. Bal. in rub. C. de contrahen. empt. num. 44. Dec. in l. si testamentum. num. 3. in vers. & est regula. C. de instit. et substit. et Hierony. de Mont. de finibus regund. cap. 22. num. 3. et facit Mago. d. decis. num. 23. et ideo dixit Rot. nouiss. in decis. 141. in fi. par. 2. quod licet sit diuersitas inter nouos, et antiquos cōfines, tamen ex quo constat de corpore possessionis, quia terrę contentę in instrumēto fuerunt semper possessę tàm à patre dictorum hæredum, quam à dictis hæredibus, satis constare dicatur de identitate illorum, et cum per Celiam non allegetur, neq; alium campum extare in dicta contrata Lauatorij, neq; aliam domum extare in terra Vulsinij, quod per dicta instrumenta sufficienter dicatur constare de identitate, licet sit diuersitas confinium inter nouos et antiquos, tenet expressè ante Rot. Afflict. in decis. 23. num. 2.

Et ita videtur dicēdum de terris emptis à d.

à d.M.Antonio in contrata Correzzanæ.

Et quod dicitur de domo præfata, quod reuocanda sit executio per supradicta, dicitur etiam de campo in cõtrata Lauatorij existente relicto per dictum M. Antonium in sua hæreditate, et ab eo dum seorsum à dicto Felice Angelo cohabitaret in duabus uicibus empto, videlicet unum petium de anno 1570. prius venditum à dicto Felice Angelo ser Claudio Saluatori, et residuum de anno 1572. ab eodem Felice Angelo, cum in primo instrumẽto dicatur, quod vendidit idem Felix Angelus de anno 1565. d. ser Claudio Saluatori quoddam petium campi positi in contrata Lauatorij iuxta bona Cechi Nouelli, viam Romanam, bona Augustini Filippi, et bona dicti Felicis Angeli, quod fuit retrouenditũ dicto M.Antonio de anno 1570. vt est dictũ. In secundo aũt instrumẽto anni 1572. dicitur quod Felix Angelus uendidit M. Antonio eius filio vnum petium terræ positum in territorio Vulsinij in contrata Lauatorii iuxta bona dicti M.Antonij ab vno latere, ex quo prius aliam partem emerat, ac viam Romanam à capite, et à pede bona hæredum ser Augustini, nulla facta mentione de bonis eiusdem Felicis Angeli, prout in prima uenditione facta dicto ser Claudio: ex quibus datur intelligi totum residuum campi fuisse uenditum dicto M. Antonio. Et sic cum tam in prima emptione, quam in secunda cõstet præfatum campum esse in contrata Lauatorij, et prima uice fuisse confinatum per quatuor cõfines, in secunda uerò per tres, non est dubium de identitate eiusdem campi probatum esse, et intentionem dictorum hęredum esse fundatam, et Celię pertinere, si dicit præfata instrumenta de alijs petijs terræ sensisse, ad impugnandum illius identitatem probare debere per desuper adducta.

Et quid plura? etiã ex instrumẽto executionis Celię patet de identitate eiusdem campi, prout et domus, unde dubitandum non est, dictam executionem quo ad dicta bona debere reuocari, & bona empta per eorum patrem, dum seorsum habitauit a dicto Felice Angelo illius patre, sibi acquisiuisse per l.cum oportet. C.de bonis quę lib.

Et licet instrumẽta præfata fuerint absq; compulsu; & parte non citata lite pendente
4 extracta de archiuio publico; tamen † videntur probare, ad dicta per Felyn. in c. ad audientiam nu. 15. in uer. sexta conclusio. de præscriptio. & prius dixit Bal. licet per uerbum fortè in c. 1, de fide instru. & Card. in consi. 72. nu. 6. in vers. in contrarium.

Et prædicta reuocatio executionis fortius procedit, ex quo Celia, quæ reportauit sententiam fauorabilem super medietate hęreditatis Felicis Angeli, nulla facta probatione circa eiusdem bona hæreditaria, quęnam essent, prout tenebatur antequam exequeretur, & acciperet possessionem prędictorum bonorum, prout accipit, exequi faciendo super tota hæreditate tam Felicis Angeli, quam M.Ant. quod facere non potuit, cum in huiusmodi iudicijs uniuersali-
5 bus † adiudicationis hæreditatis in executione sententiæ probandum sit per actorẽ, quid sit in hęreditate alicuius, prout & reus probare potest aliquam rem in illius hæreditate non esse, prout fecissent dicti pupilli, ne spoliarentur de eorum bonis sicut fuerũt spoliati, ita firmat Bart. in l. admonendi, nu. 6. & eum ibidem sequitur Purpurat. nu. 37. & seq. ff. de iureiur. Et pars aduersa de plano eadem bona restituit per instrumentum Concordiæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Pensionis materia, cum enucleatione regulę cancellariæ; de non iudi. iux form. suppl. &c. & de materia spolij.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones promissæ & solutæ sine authoritate superioris, & nudo partiũ consensu, sunt illicitæ, & à iure reprobatæ. 36.*
2 *Pensio ut sit licita quid requiratur.*
3 *Spoliatus non potest petere restitutionem, nisi doceat de legitima assecutione possessionis.*
4 *Gratiæ non suffragantur nisi litteris expeditis. & numero 7.*
5 *Litem ut quis mouere possit litteris non expeditis, quid requiratur.*
6 *Clausula, quod sola signatura sufficiat, quid operetur.*
8 *Fauori suo quilibet renunciare potest. & nu. 30.*
9 *Possessionem beneficii quod quis assequi possit ex sola supplicatione signata, & quod si ea spolietur, restitui debeat.*
10 *Causa finalis cõtractus colligitur ex ipsius proœmio.*
11 *Promissum per errorẽ, & ex falsa causa, quod exigi non possit.*

12 *Causa*

12 *Causa finalis uitiat instrumentum, seu contractum.*
13 *Causa quid sit.*
14 *Consensus per errorem deficit ex parte promittẽtis.*
15 *Exceprio indebiti obstat stipulanti indebitum.*
16 *Verba ubi sunt clara, non est disputandum.*
17 *Sumptum ex regesto supplicationum signatarum non facit in indicio fidem.*
18 *Gratia facta per Principem ante confectas literas est quædã res informis, siue imperfecta, & quomado efficiatur perfecta.*
19 *Decretum irritans appositum in constitutione probibitina quid operetur. & nu. 21. 22. 33.*
20 *Partes non posse solo consensu facere quod in indicio fletur, & fides adbibeatur simplici signaturę, quæ est scriptura priuata, & non facit fidem nisi in cancellaria.*
23 *Nullitate contractus resoluta resoluitur obligatio naturalis.*
24 *Iuramentum tollitur sublata dispositione, cui adijcitur.*
25 *Iuramentum non supplet defectum consensus.*
26 *Forus conscientiæ non est alligatus apicibus iuris, nec strepitui iudiciorum.*
27 *Fictiones et præsumptiones non attenduntur in foro conscientiæ.*
28 *Pensio quod nec solui, nec exigi possit literis non expeditis, in foro conscientiæ & nu. 29.*
31 *Scriptura priuata quando probet.*
32 *Clausula, sublata quauis facultate aliter iudicandi, quid operetur.*
34 *Decreto irritanti renunciari non potest, etiam si merum partium fauorẽ respiceres, cum sit in constitutione appositum.*
35 *Obligatio sine causa non ualet.*
37 *Supplicatio sola quod hodie non sufficiat pro possessione acquirenda, seu tuenda.*
38 *Proprietas semper trahit ad se possessionem.*
39 *Spoliatus non restituitur quando notoriè constat de non iure ipsius.*
40 *Agens possessorio recuperandæ in beneficialibus non restituitur, nisi titulum suum iustum iustificet, seu illum probet.*
41 *Dispositio generalis tantum operatur in suo genere, quantum specialis in sua specie.*
42 *Literæ pensionis de stylo curiæ regulantur ut literę benefitiales.*

CONSILIVM IIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa de Grigis pensionis debet obtinere Reuerendus Plebanus de Lamono, & nedum absolui debet ab impetitis per Reuerendum Ludouicũ de Grigis assertum pensionarium, verum etiam & debet idem Ludouicus condemnari ad restitueudum omnes ratas assertæ pensionis à dicto Plebano de Lamono per errorem ab eo solutas, & per dictum Ludouicum indebitè, ac dolo exactas ex infra dicendis.

Et vt habeamus prædictorum à suis fontibus, seu principijs recta cognirio, & optima iuris resolurio: Quoad primum, quod debeat absolui ab impetitis idẽ Plebanus, dico indubitati iuris esse illicitas, ac à iure
1 reprobatas esse pensioues, † quę sine auctoritate superioris ex nudo partium consensu promittuntur, & à promittente soluuntur. per tex. apertum in clem. 1. §. eadem, & ibi Cardin. num. 2. de supplen. neglig. prælato. ubi text. expresse prohibet super beneficijs ecclesiasticis nouas pensiones imponi, aut veteres augeri, & illas de nouo sic de facto impositas, aut auctas exigi. & est alius contex. in c. nisi essent. §. quia igitur in illis verbis videlicet, nõ quidem pactione partium, & ibi glo. in verb. ex iussione. de pręben. refert, & sequitur Gig. de pensio. quæst. 5. nu. 1. & idem Giga. in q. 34. num. 9. ubi dicit,
2 quod ad hoc, vt pensio † sit licita requiritur, quod constituatur de uoluntate Papæ, seu alterius ad id auctoritatem habentis, & qđ ex causa fiat, & de consensu Rectoris beneficij grauati: & ideo dicit Cardin. in d. § eadem. num. 2. in ver. quarto oppon. quod illis possessio uel quasi de facto vsurpata per exigentem pensionem cum auctoritate superioris non fuerit imposita, quod illi nõ prodest, nec eum tuetur, nec spoliatus restituitur, cum sine titulo possessio pensionis nõ sufficiat, nec præscriptionem inducat, cum habeat cõtra se ius commune per iura, quæ ipse allegat, idem uoluit ibidem late Petr. de Anchar. num. 12. & hinc est, quod si quis exegerit decimas in alterius parochia, qđ cum ius commune illi resistat, si de ea pos-
3 sessione spolietur, quod spoliatus † non potest petere restitutionem, nisi doceat de legitima assecutione possessionis. ca. ad decimas. de restit. spoliat. in 6. & ideo etiam in d. §. eadem num. 4. dixit Bonifac. de Vitali. quod vbi aliquid prohibetur à iure censetur prohibitum & omne illud, quod sequitur ex eo, vel ob id.

Ex quibus remaneret resolutum in aliquo non releuare præfatum dominum Ludouicum prætẽsam possessionem, uel quasi de facto per eũ acquisitam vigore plurium solu-

solutionum de pluribus ratis assertæ pen-
sionis factarum per dictum Plebanum de
Lamono, nec ad illam potest restitui, cum
dictus Plebanus de Lamono nolit, prout
non debet, amplius illam persoluere, cum
de literis Apostolicis assertæ reseruationis
non docuerit, neque doceat, prout nec do-
cere potest idem assertus pensionarius, pro-
ut tenetur, cum aliàs gratiæ non suffragen-
tur, † nisi literis expeditis secundum regu-
4 lam Cancellariæ in suo ordine 26. sub qua
cauetur, quod iudices tam in Romana Cu-
ria, quam extra eam, non iuxta supplicatio-
nem signatam super quibusuis impetratio-
nibus, vel concessionibus, nisi sint cõmissio-
nes iustitiã cõtinentes, sed iuxta literarũ su-
p eisdẽ impetrationibus, & cõcessionib. cõ
fectarũ tenores & formã iudicare habeãt,
decernens irritum si secus fiat. ad idemque
facit alia regula Cancellariæ in suo ordine
30. quæ dicit, quod omnes, & singulæ cau-
sarum commissiones, quæ in antea fieri cõ-
tigerit obtentæ, vel occasione concessionũ
dumtaxat Apostolicarum de beneficiis ec-
clesiasticis gratiarum, super quibus Apo-
stolicæ literæ confectæ non fuerint, ac pro-
cessus superinde habendi nullius sint robo-
ris, uel momenti. & sic apertè patet per di-
ctas regulas, quod etiam si quis haberet
supplicationem signatã reseruationis, pro-
ut non habet Reuerendus aduersarius, &
illius vigore vellet in iudicio agere pro cõ-
sequenda pensione contra Rectorem be-
neficij grauat. ut sibi illam persolueret, qđ
obtinere non posset, cum talis gratia eidẽ
non suffragaretur sine literarum expeditio-
ne, ex quibus oritur actionis exercitium, re-
fert, & sequitur ad id late Giga. de pensio.
d. quæst. 34. num. 10. 11. & sequen. idemq;
tenet pulchrè circa dictam regulã Cancel-
lariæ in simili casu Soc. sen. in cons. 41. nu.
2. ante fi. in uer. secundo etiam aduertendũ,
& nu. 3. in uer. tertio etiam responderi po-
test & nu. 4. vol. 3. & ideo dicit idem Giga.
d. q. 34. nu. 11. inoleuisse stylum Curiæ Ro
manæ, quò d ad hoc, vt quis literis non ex-
peditis super impetratione beneficij possit
litem mouere contra illum super eo, & ob-
tinere causę commissionem contra eius ad-
5 uersarium, quod obtineat à Papa † cõmis-
sionem, quod in causa procedi possit literis
non confectis, quam dicit dari solere vsq;
ad terminum ad articulandum. & sic patet
minimè experiri posse in iudicio circa gra-
tiam obtentam per illum, qui illã obtinuit,
literis nõ expeditis, nisi Papa ex aliqua cau
sa hoc expressè cõcedat per alias literas. ad
idemq; facit quod dicit idem Gig. d. q. 34.
nu. 5. vbi dicit, quod quando in gratia esset
6 clausula † quod sola signatura sufficiat, qđ
tunc quis esset tutus in foro cõscientiæ abs-
que aliqua expeditione literarum, cum tũc
appareat expressè de mente Papæ non cu-
rantis de expeditione literarum.

Et quod literis Apostolicis reseruationis
pensionis non expeditis, etiam si signata es-
set supplicatio, in iudicio agere non possit
7 assertus pensionarius, † & agendo non au-
diatur contra soluentem pensionem, seu sol
uere debentem, cum ex literis, & non ex
supplicatione oriatur actio illam in iudicio
petendi, per dictam regulã Cancellariæ de
non iudican. tenet similiter expressè Giga.
in d. tract. de pensio. q. 40. num. 3. & 4. & in
cons. 26. nu. 32.

Non obstat modo, si opponatur in casu
nostro per d. aduersariũ, primo quod aga-
tur pro dicta pensione consequenda in vim
instrumenti, seu chirographi ad partes facti
in quo cauetur d. Reuer. Plebanum de La-
mono se obligasse cum suo iuramento, & in
forma Cameræ Apostolicæ, soluere dictã
pensionẽ eidem Reuer. Ludouico Grigio,
omni exceptione remota, etiam literis Apo-
stolicis non expeditis, ex quo asserũt fuisse
ad sui fauorẽ signatam supplicationem, &
sic illi stare uelle, etiam d. regulæ renuncian
do, cum non videatur propterea à tali obli-
gatione aliquo modo posse recedere, ad di
cta per Gig. in d. q. 34. nu. 3. in uer. cautela
est, & nu. 6. in uer. ego autem, qui tamen in-
telligit ipse de illo, qui cõsentit pensioni, &
quod non afficiat successorem, prout d. nu.
3. & Rebuff. in sua prax. benefic. in 3. par. si-
gnaturæ in ver. datum apud, nu. 11. & seq.
fol. 92. & Mascard. de probat. concl. 1309.
nu. 20. cum non sit dubium, quod quilibet
8 fauori suo renunciare † possit. per l. pen. C.
de pact. & dicit Florian. in l. nemo potest.
ad fi. ff. de leg. 3. & dicunt in præcitatis lo-
cis Rebuff. & Mascard.

Prout & secundo non obst. & si dicatur,
seu opponatur per d. Ludouicum intenta-
tum fuisse iudicium possessorium, petitorio
suspenso, & quod propterea cum ultimo
loco produxerit sumptum supplicationis

assertæ reseruationis Apostolicæ in dicto
instrumento mentionatæ, videatur tuendus
in dicta eius quasi possessione exigendi as-
sertam pẽsionem, cum satis per eam videa-
tur suum titulum colorasse ad huuc effectũ,
non obstante dicta regula Cancellariæ ad
dicta per Cassado. in decis. 8. per totũ. præ-
sertim num. 14. sub tit. de restitut. spolia. ubi
dicit, dictam regulam Cancellariæ de non
iudicando secundum tenorem supplicatio-
nis &c. à Rota semper intellectam fuisse ha
bere locum in petitorio, & in adiudicatio-
ne tituli, non autem in possessorio, & resti-
tutione, cum quando agitur super spolio
non iudicetur iuxta supplicationis conti-
nentiam, nec canonizetur supplicatio, quæ
tantum adducitur pro colore, qui non in-
quiritur, an sit bonus, uel non, prout ipse di-
cit, & idem Cassad. in decis. 4. num. 2. & se-
quen. sub tit. de causa. possess. & proprieta.
ubi similiter dicit, quod ex supplicatione
perficiatur gratia, & quod supplicatio est
sufficiens pro colore in possessorio recupe-
randæ, & quod pluries ita Rota tenuerit, &
firmat Ludo. Gomes. in dicta regul. de non
iudi. iuxta formam. quæst. 5. ibi etiam latè
Mandos. quæstio. 3. in princip. & quod quis
ex sola supplicatione signata possessionem
9 beneficij † adipisci possit, & si de ea spolie-
tur restitui debeat, esto quod literas nõ ex-
pedierit, cum supplicatio signata, & data
sufficiat pro colorato titulo, cum ad essen-
tiam gratiæ literæ non requirantur, sed ad
probationem, & canonizationem tituli; &
quod ideo prædicta regula Cancellariæ
semper fuerit intellecta habere locum in
petitorio, & non in possessorio, allegando
præfatas decis. Cassad. Gomes. Archidiac.
Ioan. Andr. Domi. & alios firmat latè Gig.
in consi. 146. nu. 1. in fi. & nu. 2. 3. & seq.

Quia respondendo ad primum obiectũ
dicitur ex pluribus dictum instrumen-
tum seu promissionem de dicta asserta pen-
sione soluenda per dictum Plebanum de
Lamono non subsistere.

Primo quia cum dictus aduersarius in
eodem instrumento per modum causæ fi-
nalis ad inducẽdum dictum Plebanum de
Lamono ad se obligandum ad persoluen-
dum dictam assertam pensionem, in eo as-
seruit alias ad fauorem dicti Ludouici au-
ctoritate Apostolica reseruatam fuisse su-
per dicta ecclesia de Lamono in vim cuius-
dam resignationis de ea factæ in manibus
Papæ per quondam Alexandrum de Por-
tillo clericum Paduanum pensionem du-
catorum quadraginta de Italia, & prout in
dicti instrumenti præfatione dicitur per mo
dum causæ obligationis, cũ ex illius proœ-
10 mio colligatur causa † finalis dicti contra-
ctus, vt not. Bart. in l. fina. ff. de hæred. in-
stit. in princip. & numero 3. in ver. & sic ha-
bes, vbi dicit, quod præfationes probant
causam finalem dispositionis, & not. Bald.
in l. 1. in princip. ff. de origin. iur. & in l. ut
liberis num. 1. C. de collat. Roma. in consil.
16. numero 4. vbi dicit ex statuti præfatio-
ne eiusdem dispositionem, & mentem re-
stringi, extendi, & declarari, & Cardin. in
consilio 132, num. primo. & quod ex præ-
fatione siue proœmio, siue legis, siue testa-
toris, siue contrahentium colligatur causa
finalis vniuersalis dispositionis, dicit Ioan.
de Anani. in consilio 7. num. 5. Imol. in con
silio 28. numero 2. ubi similiter dicit men-
tem partium contrahentium ex præfatio-
ne colligi, & ita firmat Decius in simili ca-
su in consil. 600. numero 1. & sequen. Cum
igitur dictus Plebanus de Lamono puta-
uerit dictam gratiam esse de se validam, ac
de iure subsistentem, & illius vigore pos-
se per dictum Grigium literas Apostolicas
eiusdem reseruationis expediri, & ipsum
adstringi, & compelli ad dictam pensio-
nem persoluendam, quod apparet euiden
ter ex tenore eiusdem instrumenti, cum re-
nunciet expressè expeditioni, & intima-
tioni literarum per hæc verba, videlicet.
Qui supradictus dominus Sebastianus te-
neatur, & obligatus sit omni iuris, aut fa-
cti exceptione remota, & non obstanti-
bus Synodalibus constitutionibus, aut de-
cretis summorum Pontificum, ac declara-
tionibus, quæ in alma Vrbe pro tempore
existen. emanantur: Etiam si expresse ca-
ueatur, quod nemo teneatur ad solutionem
quarumcunque pensionum, nisi actualiter
Romæ fuerunt literæ super huiusmodi re-
seruatione, & gratia expeditæ, & intimatæ
Rectoribus quibuscunque, qui reperientur
possidere ecclesias, siue quodcunque aliud
beneficiũ ecclesiasticum. & infra, his tamẽ
non obstantib. &c. Et cum in ueritate dicta
gratia de iure nõ subsistat, neq; illius vigo-
re potuissent literæ Apostolicæ, presertim
t pe d. instũ super dicta reseruatione expe-
diri,

diri, nec ipsum adstringi ad persoluendam dictam pensionem, vt infra demonstrabitur, non est dubium dictum instrumentum corruere tanquam per errorem factum, & ex falsa causa, & nullum parere effectū obligationis, cum illud, quod per errorem &
11 ex falsa causa promittitur, † exigi non possit à promittente, prout optimè dicit Bal. in l.fina.ad fin.in ver.si per errorem. C.de fals. cau.adiec.lega.allegat l.2.§.circa, & ibi habemus glo.in ver.sine causa. in vers. vel exprimitur, & glo.in ver.nocebit.ff.de doli mali exceptio. facit l.alterius circumuentio. ff. de reg.iuris.& est tex.in l.in his rebus.§.mulier. ff.solut.matrim. ubi habetur, quod mulier, quę centū nomine dotis habebat apud uirum, facto diuortio à marito errante stipulata erat ducent. dicitur ibi, quod sola illa centum, quæ erant data, debentur, & illa promissio facta per errorem non attēditur. Bero.in cons. 178.num. 10.volum. 1. sequitur Decius respondendo in nostris terminis de contractu obligationis facto in vim gratiæ nullæ, cum putaret promittens valere in dicto cons. 600.num. 3.in ver.& reten
12 ta hac conclusione, & quod finalis † causa vitiet instrumentum, seu contractum, dicit idem Bal.in l.nec apud, num. 1.C.de hæredi.institue. Alex.in cons. 89.num. 14. vol. 2. & cons. 22.num. 3. uolum. 5. vbi ait, quod quando contractus est celebratus ex falsa causa per errorem expressa, vitiatur in effectu talis contractus, & saltem quando causa est finalis, prout in casu nostro, cum causa
13 † sit quid præteritum, uel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus, prout diffinit Bart.in l.quod autem. sub nu. 2. in ver. causa est.ff.de condit.& demonstr. & quod quando promissio facta est dolo aduersarij, prout in casu nostro, cum fuerit assertū pro causa illud, quod in facto verum non est, circa dictam gratiam, & reseruationem, ad dicta per Bart.& Castrē.in l.dolum.C.de dolo, talis promissio infringatur, saltem ope exceptionis, prout fuit etiam exceptum in casu nostro, dicit Riminal. Sen. in consilio 102.numero 24.& nu. 27. volum. 1. & talis dolus consideratur ex parte asserentis, & petentis.

Prout & rescinditur modo prædicto tāquam per errorem facta talis promissio per dictum Plebanum de Lamono, de cuius errore patet ex supradictis, & infra deducendis, cum per errorem deficiat consensus ex
14 † parte promittentis, & nihil ualeat, quod agitur l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudi.& idem Riminal. dicto consil. 102. numero 22. & sequen. volum. 1. ad idem Paris.in consilio 117.numero 10. cum allegatis per eum volum. 1. ubi dicit, quem non obligari præter suum consensum, & uoluntatem. l. consensu. ff. de obligat. & actio.& ideo si quis stipulatur indebitum, obstat ex-
15 ceptio indebiti, † & potest condici liberatio, prout dicit Corneus in consilio 285. numero 5. in vers. tamen aduertendum est. volum. 4. & Ruin. in cons. 134. num. 10. in fi.& seq.vol. 1.

Quod autem dicta supplicatio de iure non subsisteret, & nullum parere posset effectum gratiæ, literis non expeditis super dicta prætensa reseruatione, nec in vim illius illam consequi, nec literas Apostolicas expediri posse, nec expeditioni illarum renunciari potuisse per dictum Plebanum de Lamono, & per consequens ex falsa causa, & per errorem promisisse præfatam pensionem soluere, & præfatum instrumentum nihil valere, & nullius firmitatis esse euidenter patet: primo ex regula IX. Cancellariæ sanctissimi Domini Nostri de literis in forma. rationi congruit expediendis, cum per eam demandatum sit, vt tantummodo possint expediri literæ Apostolicæ de gratijs factis per suos antecessores à Gregorio XIII. citrà, intra sex menses sui Pontificatus: & sic exclusit vigore supplicationum Pij Papæ Quarti, sub quo Pontifice Reuerendus aduersarius prætendit obtinuisse à Cardinali Vitellio supplicationem dictæ reseruationis signari literas Apostolicas posse expediri, & per consequens dictamgratiam & supplicationem inualidam & inefficacem remansisse, & esse, cum literis Apostolicis non confectis nullatenus ex ea aduersarius iuuari possit, nedum in foro exteriori & iudiciali, verum etiam nec in foro conscientiæ, ex constitutione perpetuis tēporibus, & pro lege obseruanda fęl.record. Pauli Papæ III. ad huiusmodi abusus, & fraudes tollēdas edita in suo ordine V. per quam mandauit literis Apostolicis non expeditis vigore supplicationum beneficiorum ecclesiasticorum, & alijs gratijs signatarum, & registratarum, præterquam habentium clausulam, quod earum sola signa-

tura sufficiat aliquam pensionem per illos, qui illas obtinuerunt, non posse adipisci, nec à iudicibus dari, nec quælibet mandata concedi, vt in possessione immittantur, imò notarijs supplicationum transumpta facientibus, seu mandata diuersas pœnas imponit, & partes ipsæ, ad fauorem quarum signatæ fuerant supplicationes, & gratiæ trãsumptis illarum, seu literis, aut mandatis huiusmodi deinceps vtentes, & illorum prætextu possessionem beneficiorum ecclesiasticorum apprehendentes fructus, quos ex illis pro tempore perceperint, suos non faciant, quinimò ad beneficia in eisdem transumptis ac literis, & mandatis expressa perpetuò efficiantur ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorũ in vtroque foro teneantur, decernens per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungẽtes, etiam si sint sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut Palatij Apostolici Auditores, in quibuscunq; causis, & quibusuis illarum instantijs sentẽtiari, & iudicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter sententiandi & iudicandi facultate, ac irritum, & inane, si secus super ijs à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. quæ quidem constitutio fuit postmodum similiter confirmata per aliam constitutionem à fœl. record. Iulio Papa III. de verbo ad verbum, quæ est in suo ordine inter suas constitutiones 33. similiter perpetuis temporibus duraturam, eam etiam extendendo ad inferiora beneficia ecclesiastica quæcunq;, & quomodocunque qualificata, dicendo pariter, quod illi, qui beneficiorum quorũcunq; vt supra possessionem acceperint, vigore supplicationum, seu sumptorum, vel transumptorum, vel ab alijs apprehensam eorum nomine ratam habuerint, ipsorũ beneficiorum non possessores, sed meri, & nudi detentores, ac violenti, & sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur: nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionẽ (vt præfertur) in vtroque foro teneantur, & obligati existant, Cõstitutiones, seu regulæ Cãcellariæ de annali, & triennali possessione in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragentur, imò & omne ius, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint eo ipso amittant, illisque, & illo priuati, ac ad alia de cætero obtinenda perpetuo inhabiles esse. & infra circa finem eiusdem Constitutionis inhærendo regulæ Cancellariæ prædictæ de non iudicando iuxta formam supplicationis &c. subdit hæc verba generaliter disponendo circa omnes supplicationes Apostolicas, videlicet, quodque de cætero supplicationes etiam manu nostra, & motu proprio signatę, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quam per literarum super illis conficien. fidem, aut probationẽ faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, nec adhiberi possit: decernens sic, & non aliter tam in eadem curia, quam extra eam, & in partibus per quascunque iudices, & commissarios quauis etiam Apostolica auctoritate fungentes, etiã causarum Palatii Auditores, & Romanæ curię Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate & facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, si secus.

Et quod nec Reuerendus aduersarius per dictum sumptum in actis productũ assertę supplicationis gratia reseruationis prętensæ pensionis non probauerit, prout probare tenebatur, stante assertione facta in dicto instrumento, etiam si eum tamen non releuaret, stantibus supradictis, & sic constet de falsa causa promissionis, patet expressè ex dictis Constitutionibus, & præsertim ex illa Iulij in fi. ubi disponitur, quod de cætero supplicationes etiam manu propria Papæ, & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quàm per literarum super illis conficien. fidem, aut probationem faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, nec adhiberi possit, ut etiam supra dictum est:
16 cuius verba, † cum sint clara de eis disputandum non est. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. & l. ille, aut ille. ff. de leg. 3. & ubi casus legis est, ibi nulla dubitatio cadere possit, prout dicit Bal. in l. ancillæ. nu. 2. C. de furt. quem sequitur Zas. in consil. 2. num. 60. vol. 2. Beui, cum alijs allegatis per eum in consi. 1. nu. 3. Afini. in tract. de execut. §. 1. cap. 29. num. 5. fol. 13. & Castiglio. in cons. 9. num. 2.

Et

Et vltra prædictas constitutiones, quod
17 sumptum † ex regesto supplicationum signatarum in iudicio fidem non faciat, licet hoc non esset necesse demonstrare, stantibus præfatis constitutionibus, tenet expressè Aegid. in decis. 252. incip. sumptum de regesto, quem sequitur Giga. in cons. 15. num. 3. & Ludoui. Gomes. in d. reg. de non iudicand. iuxta formam supplicationis q. 1. in verbo hinc est, quod sumptum. & super dicta reg. idem firmat Mandos. q. 6. num. 2. vbi num. 4. etiam dicit in princip. nec sumptum bullarum extra curiam probare, sed tantum in curia, cum de facili possit recurri ad regestum bullarum. & quod sumptum de regesto supplicationum in iudicio non faciat fidem, secus si de regesto literarum Apostolicarum bullatarum extrahatur, & quod ita seruat, & tenet Romana curia, dicit etiam Rota decis. 28. sub tit. de probat. & in decis. 10. de fide instrument. in antiq. & dixit Mascard. de probat. conclus. 1309. numero 7.

18 Quæ conclusio corroboratur † ex eo, quod gratia facta per Principem ante confectas literas, est quædam res informis, siue imperfecta, quæ postea in confectione literarum formaliter ponitur, & reducitur & ad suum esse perfectum per adiectionem clausularum necessariarum, & dationem certorum executorum, prout latè tradit Rota in decis. 20. num. 5. de præben. in noui. & Miles. in suo repert. in ver. gratia apostolica. in princip. & fin. in ver. in contrarium tamen facit, ubi similiter dicit, quod gratia apostolica non censetur perfecta ex sola signatura supplicationis facta per Papã, sed tunc demum, quando super eam literæ sunt confectæ, cum Papa signando supplicationem tacitè mandat literas fieri secundum signaturam, & hoc apparere, cum Vicecancellarius super eandem supplicationem scribat, per quem fieri debeat minuta postea ingrossanda, ad idemq; facit Bal. in vsibus feudor. in cap. 1. ante fi. in tit. per quos fiat inuestit. ubi dicit, quod omnis gratia Papæ videtur fieri hoc acto, quod inde conficiatur scriptura, vnde nisi reducatur in modũ, non dicitur esse perfecta, & dicta Giga. in cons. 26. nu. 32. & sequen. & hinc est quod in beneficialibus literæ habentur loco tituli, prout dicit Rota d. decis. 20. num. 5. de præben. in noui.

Et quid plura, cum ex dictis Cõstitutionibus expresse disponatur, quod vigore supplicationum, seu illarum sumpto gratiarum factarum per Papam, & registrataro in aliquo nõ possit quis iuuari, nec aliquam possessionem quorumuis beneficiorum possit apprehendere, & de facto apprehensam nullam & inualidam esse, ac fructus suos nõ facere, imò ad illorum restitutionẽ in vtroque foro teneri, & obligatum esse, etiam ipsum inhabilitando ad consequi posse amplius beneficia obtẽta causa sublata, & decreto irritanti opponendo: euidentissimè cõstat, quod dictus Reuerendus Plebanus de Lamono non potuerit se obligare ad dandum Reuerendo Grigio præfatam pensionem, renunciando expeditioni præfatarum
19 literarum apostolicarum, cum † decretum irritans in constitutione prohibitiua, prout in casu nostro, appositum operetur, vt quis illius dispositioni renunciare nõ possit, etiã si fauorem partis respiciat, prout dicit latè Gabriel. in suis conclus. in tit. de clausul. cõclus. 3. num. 18. & sequentibus, & num. 33. Barbat. in cons. 37. num. 8. post princip. vol. 1. Soc. sen. in cons. 24. num. 25. vbi optimè
20 vol. 1. & in proprijs terminis, quod † partes non possint solo earum consensu facere, quòd in iudicio stetur & fides adhibeatur simplici signaturæ, quæ est scriptura priuata, & nõ faciat fidem nisi in Cãcellaria, tenet Prob. in addit. ad Io. Monach. in ca. sibi. num. 11. & seq. & conclusiuè num. 13. ubi latè de re-
21 script. in 6. & quod decretum † irritans appositum in cõstitutione faciat, vt illi per partes renunciari non possit, secus si appositum fuerit in rescripto, tenet Petr. de Anch. in c. statutum. col. 3. in ver. quærit Io. Andr. usq; in fi. de præben. in 6. ca. dilecto. cum glo. in ver. huiusmodi clausula, & ibi Abbas num. 14. de præbend. vbi similiter dicit, quod si Papa apposuerit in aliquo decreto clausulam, irritum & inane, quod non potest contra illud fieri, etiam per illum in cuius fauo-
* rem fuit factum, & hanc esse communem opinionem dicit Io. de Selua in tract. de benefic. quæst. 9. num. 13. & quæst. 48. nu. 2. part. 3. tract. tom. 15. par. prima. fol. 62. & fol. 9. à qua in iudicando, & consulendo recedendum non est, prout dicit Socin. sen. in cons. 187. nu. 9. vol. 2. Ias. in cons. 76. nu. 3. vol. 3. Dec. in consil. 174. num. 1. in fi. & in cons. 146. num. 7. & in cons. 229. col. 3. in

prine. Cassad. super regul. Cancellariæ decis. 12. num. 7. & quod à communi opinione temerarium sit discedere in iudicando, dicit Ripa respon. 191. num. 9. sub tit. C. de naturali. liber. Et quod non possit renun-
22 ciari per partes † constitutioni, quando habet decretum irritans, nec etiam rescriptis gratiosis, licet possit renunciari rescriptis ad lites, cum in rescriptis gratiæ omninò forma mandati seruanda sit, per gl. in c. quamuis in ver. pensione, de præben. in 6. & c. cui denon. eo. tenet expressè Aretin. in l. nemo Florian. de sancto Petro num. 21. ff. de leg. 1. ubi dicit similiter, legibus prohibitiuis nō posse derogari protestantes, neq; per contrahentes, prout nec legibus concernentibus ordinationem, prout in casu nostro, licet renunciari possit legibus introducentibus aliquid in fauorem testantis.

Neq; aliquid obstat etsi dicatur dictum instrumentum obligatione camerali; & iuramento partium esse corroboratum: quia ad hoc respondetur, quod stante nullitate præfati instrumenti talis obligatio tāquam accessoriè illi apposita cum resoluta nulli-
23 tate contractus, † resoluatur & obligatio cameralis, prout dicit Gallesi. ad forma. Camer. 1. par. quæstio. 3. per tot. præsertim sub numero 7.

24 Prout & similiter iuramentum † tollitur sublata principali dispositione, cui adijcitur, prout dicit Petr. de Anch. in repet. c. canonum statuta. sub num. 279. de constit. & quod iuramentum habeat illam tacitam cōditionem, quam habet actus, super quo interponitur, & illud interponendo in contractu per errorem facto, cum errantes non cō
25 sentiant, & iuramentum † defectum cōsensus non suppleat, & nihil operetur in prouisione facta per errorem, dicit latè Dec. in allegat. consi. 600. num. 11. in ver. & supradictæ, & nu. seq.

Neq; modo in aliquo obstant in principio ex aduerso obiecta: & primo nō obstat illud, quod dicit Gig. in d. q. 34. num. 3. & num. 6. & seq. desuper citat. quia Giga. in dicto loco dicit, quod in foro conscientiæ vigore talis instrumenti ad partes licitè poterat exigi pensio, non autem in iudicio, prout nos sumus, prout ipse resoluit, & declarat ibidem sub nu. 10. & sequen. respondendo ad obiectum rep. Cancell. dicentis, quod gratia alicui non suffragetur literis nō expeditis, & ità ante eum latè firmauit, & declarauit Ludou. Gomes. in d. reg. de non iudica. iuxta forma. suppli. q. 14. in princ. & in uerbo breuiter prædictis non obstantibus, ubi dicit, ideo hoc procedere in foro
26 conscientiæ, quia forus † conscientiæ non est alligatus apicibus iuris, nec strepitui iudiciorum, prout dicit Archi. in c. scriptum. in uers. in ea. 6. q. 3. de quo dicto meminit Dec. in c. cum dilecta nu. 31. in uer. ex quo infertur. de confir. util. in quo foro dicit nihil adiudicari à iudice, & quod nihil petitur canonizari, sed tantum animo rectificatur: & ad hæc propterea dicit literas nō requiri, quæ forum fori cōcernunt, & ad probationem producuntur, quę in foro cōscientiæ non requiruntur, sed dicto asserentis statur, ad dicta per Alex. in l. si sic legatum nu. 9. ff. de leg. 1. ubi etiam subdit, quod forus conscientiæ à foro contentioso ita differt, sicut cœlū à terra, & infra dicit cōcludēdo ex omnibus per eum dictis inferri, quod cū regula prædicta loquatur in foro cōtentioso, non habere locum in foro conscientiæ, tanquam casus inter se diuersi.

Quam quidem conclusionem etiam hoc aliud fundamentum, infra ibidem in ver. postremo, comprobat, nam dicit ipse clarum esse præfatam regulam de non iudicando iuxta formam &c. fundatam esse in sui ratione in quadam præsumptione, quia præsumit illum, qui solam gratiam per supplicationem habet nolle expedire bullas ratione cupiditatis, & lucri, videlicet, vt fraudet Cameram in annatam, & officiales, quibus acquiritur certum emolumentum ex literarum expeditione, quod dicit cessare in foro conscientiæ, cum quādo lex in præsumptione fundatur, in foro conscientię locum non habet, cum in tali foro, nec fictiones,
27 nec præsumptiones † attendantur, prout latè firmat Felyn. in cap. sicut dignum colum. fina. in fin. in uers. & ideo succedit theorica de homicidio, quod antea uoluit Bald. per ipsum allegat. in l. cum quis num. 19. C. de iuris & fact. ignoran. quem refert ibi Felyn. ubi dicit fuisse in scholis Bononiæ disputatum, & cōclusum, quod lex ciuilis fundans se super præsumptione non ligat in foro conscientiæ, quando habetur ueritas eneruans illam præsumptionem, & idem procedere in l. canonica dicit prædicto loco idem Felyn. & optimè Iason. in rubr.

ff. de

ff.de acquir.hæredit.nu.20.vbi dicit, quod conscientia est scientia cordis,& forus boni & æqui tribunalis veritatis, & non fictionis,in quo foro conscientiæ apices iuris non curantur.

Et sic remanet resolutum per supradicta in foro conscientiæ tantum literis non expeditis exigi posse pensionem de iure primæuo ante editionem dictarum constitutionum, in foro autem iudiciali minime, prout supra firmatum est.

Sed quod nec etiam in foro conscientię
28 solui, nec exigi posset tunc pensio † literis non expeditis, tenet in terminis Hierony. Paul.Barchi.in pract.cancell.fol.67.in ver. Vbi Papa concedit,ubi expresse dicit, qđ utentes gratia Papæ, literis non expeditis tuti non sint in foro conscientiæ, secundum Theologos, & rationem satis concludentē assignat, quia Papa quando concedit gratiam illam,sub tacita conditione concedere videtur,quatenus literę inde expediãtur,& quod mens sua, & intentio talis præsumitur,cum nolit gratiam suffragari,nisi fuerint literæ expeditæ, & ex tali conclusione infert, quod salua conscientia quis soluere non posset,aut pensionem literis non expeditis, etiam si partes hoc velint, ex quo regula hoc disponit, cum consensus partium vltra mentem Papę operari non possit,cum Papa in hoc casu velit, quod ad effectum pensionis gratiæ literæ expediantur, cum per signaturam Papa gratiam facere censetur iuxta stylum per Cancellariam limitandum,seu declarãdum, qui stylus habet gratiam Papæ esse infirmam,& nõ claram, nisi literæ expediantur,aliàs gratia non habet suum esse. Et idem dicit prædictus Praticus habere locum in omni casu,in quo esset de voluntate Papæ tacita,vel expressa, qđ literæ expedirentur, quia ante expeditionē gratia sine peccato uti non possit, prout est in omnibus commissionibus gratiosis habentibus clausulam, vocatis &c. & in dispensationibus super irregularitate,& alijs similibus, in quibus vtentes dictis gratijs, siue literis in conscientia tuti non sint,& ad fructuum restitutionem Cameræ tenentur, ibidem plures Theologos pro,& contra allegando,prout eum refert d.Ludo.Gomes. in d.reg.quæst.14. desuper citat. post prin. in ver.sed aduertendum:& licet ipse ab opinione dicti Practici in foro conscientię discedat per rationes per eum adductas ibidem sub ver.breuiter, tamen in fine dictæ quæstionis dicit rem non esse sine difficultate propter motiua dicti Doct.

Sed hac sua determinatione non obstante hodie expeditum est etiam in foro con-
29 scientiæ tales pensiones † in vim supplicationis, literis non expeditis, minimè exigi posse per præfatas constitutiones Pauli Papæ III.& Iulij Papæ III. in quibus expressè cauetur habentes gratias in vim supplicationum, si fructus beneficiorum receperint, suos non facere in vtroq; foro, & ad illos restituendos teneri, & obligatos esse, vt supra dictum est, vltra quod inhabilitentur ad eadem beneficia,& gratias in posterum obtinen.vt similiter demonstratum est.

Prout nec obstat illud,quod dicit Rebuf. in tertia parte signaturæ nu. 11. & sequen. desuper in obiecto citatus reassumptũ per Mascard.in d.conclus.1309.num.10. similiter in dicto obiecto allegatum, quod partes possint conuenire,vt stetur soli signaturæ, & quod illa probet in eorum præiudi-
30 cium, cum quilibet possit renunciare † fauori suo per l.pen.C.de pact.pro quo facit, quod dicitur de fide adhibenda, & probatione resultãte ex scriptura etiam qualibet
31 priuata,† quę plenè probat,quando partes consentiunt, & conueniunt quoad ipsarum præiudicium tantum, prout de veriori, & ** æquiori opinione refert, ibidem Mascard. num.21. quia idem Mascard.in dicto loco nu.22.resoluendo obiectum dicit,hoc procedere ad effectũ,vt pars aduersa, quæ fuit contenta stare signaturæ,excludatur a gratia, de qua in signatura,non autem quod ex tali consensu partium acquireretur aliquod ius parti habenti signaturam, & quod propter hoc posset ex illa se iuuari ad beneficium obtinendum in iudicio absq; literarũ expeditione:quia hoc etiam partibus volẽtibus non potuerit effici,cum non sit in potestate ipsarum derogare iuri publico, & constitutionibus Apostolicis:& fortius prędicta procedunt in casu nostro,cum d. constitutiones habeant clausulam,sublata qua-
32 uis facultate † aliter iudicandi &c.quę operatur,vt aliquis iudex, siue ordinarius, siue delegatus non possit aliter iudicare, diffinire,concedere,vel interpretari circa in dictis constitutionibus disposita, decreta,& ordinata,quam in eis sit dictum dispositum, de-

cretum, & ordinatum, prout dicit Rebuf. in concor. Franc. in rubr. de firma. & irreuocab. concord. stabili. in uer. octauo. fol. mihi 777. etiam subdit, quod si iudices aliter iudicant, cum sint tanquam priuati, nullam habentes iurisdictionem, cum sit eis remota facultas, & tanquam falsarij puniendi sint vltra alias pœnas, quas patiuntur, secundum dispositionem c. 1. & ibi Doct. de re iudi. in 6. & in l. si filiusfamilias. ff. de iudi. & in rub. C. de pœna iud. qui male iudic.

Et non solum Papa abstulit omnibus, & quibuscunq; iudicibus tàm ordinarijs, quã delegatis, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & sacri Palatij Apostolici Auditoribus omnem iurisdictionem, & facultatem aliter iudicandi, quam in dictis cõstitutionibus sit dispositum, ordinatum & statutum: sed in euentum, quod aliquis prædatorum iudicum de facto aliter attentauerit, vel fecerit, quam in eis sit dispositum, ordinatum, & statutum, apposuit decretum ir-
33 ritans † &c. vt est dictum, per quod annullatur omnis alia declaratio, determinatio, vel sententia, prout latè firmat idem Rebuf. in præcitato loco, in verbo vltimo notanda est, ubi plura ad hoc accumulat, & prius uoluit Felyn. in c. cum accessissent num. 7. de constit. Probu. ad Io. Monach. in ca. tibi, nu. 9. in ver. quod clausula de rescript. in 6. sequitur Gabr. in suis conclus. in tit. de claus. conclus. 3. num. 56. lib. 6. & facit Oldra. in cons. 319. nu. 4. in ver. imò si Prælatus; cui
34 decreto irritanti, † etiam si merum fauorem partium respiceret, renunciari non potest, cum sit in constitutione appositum, vt latè supra demonstratum est, & quod decretum irritans inficiat ne dum titulum sed & possessionem, dicit Gigas in consi. 26. num. 6. & 7.

Et insuper vltra prædicta, quod dicta obligatio facta per dictum Plebanum de Lamono de asserta pensione persoluenda ad fauorem d. Ludouici non valeat, probatur expressè hoc alio inconuincibili fundamento, nam clarum est in iure, quod obliga-
35 tio † sine causa non valet, prout dicit Alex. in cons. 180. nu. 7. uol. 7. & Bal. in l. generaliter nu. 18. & seq. & nu. 22. C. de non num. pecu. Cum igitur dicta asserta supplicatio, de qua in dicto instrumento assertæ reseruationis, aliquod ius non tribuat dicto Ludouico exigendi assertam pensionem, literis non expeditis, neq; ipsum tueretur in aliqua asserta quasi possessione illam exigẽdi, expressè id uetantibus præfatis cõstitutionibus, imò & cum in vim assertæ supplicationis possessionem aliàs accipiendo, illam de facto exigendo ab omni eius prætenso iure ceciderit, & ad restitutionem fructuũ tenetur, vt est dictum, constat expressè assertam obligationem tanquam sine causa factam non subsistere, & in aliquo ipsum Plebanum non obligasse, neque obligatum esse.

Et quid vlterius, nonne supra demõstra-
36 tum est partium consensu pensiones † ecclesiasticas sine superioris auctoritate super beneficijs ecclesiasticis imponi non posse, per iura, & auctoritates allegatas? sed si sic est, quomodo potest sustineri dicta obligatio super dicta asserta supplicatione assertæ reseruationis fundata, si Papa non vult in aliquo suffragari in iudicio, nec extra, cũ etiã velit in foro conscientiæ in vim illius literis non expeditis fructus perceptos restitui, cũ deficiente Papæ consensu, & auctoritate, prout deficit, per supradicta, remaneret dicta ecclesia pensione grauata pacto priuatorum, cum asserta supplicatio in aliquo non suffragetur dictum Reuerendum Ludouicum. Et hæc pro resolutione primi obiecti.

Quo verò ad secũdum, quod dictus aduersarius nõ possit, nec debeat tueri in eius quasi possessione de facto vsurpata exigendi dictam assertam pensionem, non obstantibus decisionibus, & alijs in dicto secundo obiecto adductis, quibus caueatur possessorẽ ex sola supplicatione dici colorare eius titulũ, & in ea debere tueri, imò & spoliatũ debere restitui, euidenter apparet: nã ex d. instrumento manifestè cõstat eius assertam possessionem vsurpasse in uim dictæ assertæ supplicationis, & nũquã literas expediuisse, imò & illarũ expeditioni, & intimationi per d. Plebanum de Lamono renunciari fecisse, & per consequens dictã eius assertam possessionem, uel quasi esse nullã, & inualidam, nullumq; colorem præstitisse, neq; præstare, imò & ex quo usus fuit dicta gratia, literis non expeditis, & sumpto supplicationis in iudicio & in actis producto, nedũ remanet resolutũ eius assertam possessionem, uel quasi exigendi infectãesse, & nunquã illam de iure habuisse, sed de facto usurpasse, & p

ho-

hoc non potuisse,nec debere ad illam restitui, imo & in perpetuum inhabilem ad illam effectum fuisse,& esse, & ad assertas ratas pensionis per eum indebitè exactas a dicto Plebano restituendas obligatum esse, & astringi debere, prout fuit petitum, manifeste edocetur per dictas constitutiones desuper mentionatas,& adductas,quę cum sint clarę decis. in aliquo disputandum est.

Et quod hodie pro possessione acquirē-
37 da, seu tuenda sola supplicatio † non sufficiat, stantibus dictis constitutionibus, reiectis dictis Rotæ decisionibus ante dictas apostolicas constitutiones factis, &.alijs desuper in motiuo adductis, late dicit Mascard.in d.conclus. 1309.num. 10. & 12.& seq. vbi adducit præfatas decisiones, & in conclus. 1388. num. 16. adducendo similiter ad illas reijciendas easdem decis.num. 14.& 15.& late similiter Mando.in d. reg. de non iudicand.iuxta formam supplicatio. q.3.per totum,vbi similiter adducit præ dictas decisiones,& alia in motiuo,&illa reiicit,dicendo hodie non habere locum, stante dicta constitutione Fel.recor.Iulij Papæ III. ad idemque facit Bal. in vsibus feudorum in c. 1.in fi. per quos fiat inuestit.ubi dicit quod qui vitiosam possessionem tradit, tradere non videtur. & optimè Oldra. in consil. 226. in fi.in casu cuiusdam pensionis assignatæ per Episcopum de sua Mensa, & de consensu capituli, ubi postquam demon strauit per plura de iure talem assignationē non subsistere,& illi non solum ius non assistere,sed & resistere,prout in casu nostro di xit periura, quæ ipse allegat, quod cū possessio debeat habere iuris adminiculum, eo quod ex iure plurimum iuuatur, quod propterea prætor neminem tuetur in possessionem,vt contra legem faciat: Et subdit idem Oldrad. quod cum hodie constet de petitorio, prout constat in casu nostro, cum in totū excludatur dictus aduersarius a quouis iure super dicta prætensa pensione, nedum quia nunquam litteras apostolicas expediuit,prout tenebatur antequam se intru deret in illius quasi possessionem exigendi, prout ex actis constat se.intrusisse, & de facto exegisse,lege resistente, verum etiam & quia vsus fuit in iudicio coram Illustrissima D.Vestra sumpto assertæ supplicationis,stā tibus dictis constitutionibus id prohibentibus expressè,& a quouis iure super eā eum priuātibus & inhabilē reddātibus, ēt ex noua gratia Sedis Apostolicę,& adrestitutionem fructuum perceptorum in vtroque foro obligantibus, & astringentibus, de possessorio recuperandæ possessionis inaniter
38 disputatur;quia proprietas † semper trahit ad se possessionem, per c. cum dilectus, de causa possess.& propriet.de diuort.c. significasti, & per Innoc.de filij presbyter. in c. constitutus, quem ipse allegat, et ad idem etiam facit illud,quod dicit Giga. per iura, & decisiones,quas ipse adducit in cons. 26. num.8.in fi.& sequen. vbi dicit, quod spoliatus, cui obstat Papalis reseruatio non restituitur,ad idq; facit,quod similiter spolia-
39 tus † non restituitur, quando notoriè constat de non iure ipsius, prout late firmat idē Giga. in cons.5. num.17. cum per eum adductis,quod prius voluit Alex. in l. naturaliter,§.nihil commune sub num. 27. in vers. decimo fallit.ff.de acquir.possess. & in cons. 77.num. 12.vol.2. & Oldra.in consil. 1. vbi nu.5.dicit,quod restitutio in beneficialibus fieri non debet, cum notorie constat titulum canonicum non hab ere,prout in casu nostro.

Et quid vlterius insisto,cum nemo in be-
40 neficialibus agens † possessorio recuperādæ restituatur, nisi titulum suum iustum iustificet,seu illum probet, prout dicit Oldra.
* in cons. 1. num. 4. & hanc esse communem opinionem, licet multi multa dixerint, firmat Alex. in d.l.naturaliter in §. nihil commune,num.25.& ibi additio in ver.iustificatio. vbi allegantur concordantes, & Rotæ decis.ff.de acquirend.possessio.Et quod gratia non iustificata, ad restitutionem possessionis beneficij agi non possit in interdicto recuperandæ, tenet etiam Rota nouissima decis. 150,num.2.&sequen.par.3.lib.2. & quod spoliatus nullum ius habens in re,seu in beneficio non sit restituendus,tenet similiter Rota nouissima decis. 1138.par.3.lib.3

Neque vnum omittere uolo,quod est, quod dicta asserta supplicatio non fuit a Papa per fiat signata, prout fieri solet, sed per Cardinalem Vitellium per cōcessum, & asserta pensio non fuit reseruata ad fauorem quondam Alexādri Portelli, qui ecclesiam parochialem de Lamono,de qua agitur resignauit, ne pateretur nimium dispendium, prout quotidie seruatur in Curia, & dicit Giga.in cons. 146.in princ. sed fuit in eadē supplicatione

supplicatione una cum dicto Alexandro facta mentio de dicto Ludouico Gulielmi, qui si debuisset habere dictam assertam pensionem, & dictus Alexander non debuisset ob resignationem praefatam pati nimium dispendium, de necessitate oportuit pensionem emptam fuisse a dicto Alexandro per dictum Ludouicum, & sic esse simoniacam, qua de re cum sit talis reseruatio contra stylum curiae, & non careat nota fraudis, aut falsitatis, merito in da taria idē aduersarius nūquā super tali supplicatione assertae reseruationis potuit expedire literas apostolicas

Neque dubitandum est praefatas constitutiones habere locum etiam in pensionibus, & quia de prouisionibus beneficiorum ecclesiasticorum quoruncunq;, & alijs gratijs apostolicis, super quibus confici debent literae, loquuntur, prout cauetur in illa Pauli in principio, & in illa Iulij in illis uerbis videlicet: Et sāctiones ipsas ad inferiora beneficia quaecunque, & quomodocunque qualificata amplians, & extēdens. & in fine in illis verbis videlicet: Quodq; de caetero supplicationes etiam manu nostra, & motu proprio signatae, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quam per literarum super illis conficien. fidem, aut probationem faciant, cum per dictiones praefatas generales, quorumcunq; beneficiorum, comprehendantur nedum beneficia, verum etiam praestimonia, vel pensiones, prout dicit gl. in clem. quoniam, §. dignitatem in ver. quodcunque beneficium de uita: & hon. cler. Cacialup. in tract. pensio. q. 30. & vlti. post princ. & Fel. in c. de quarta nu. 16. de praescri. omnino viden. & idem Mando. in cons. 55. nu. 15. & Mandos. in regu. cancell. 12. reuocan. unio. quest. 2. num. 5. & quia comprehendūtur sub nomine gratiarum apostolicarum, sicut beneficia, & supplicationum, cum tan-
41 tum operetur generalis dispositio † in suo genere, quantū specialis in sua specie, Crauett. in cons. 162. num. 2. in uer. sed praemissis, & quod dispositio generaliter loquens generaliter intelligatur, etiam in materia odiosa, dicit Dec. in c. canonū in 1. lect. nu. 10. de constitu. & in c. cum liceat, num. 23. de praeben. ubi dicit dispositionem generalem omnes casus includere, licet maior sit ratio in uno, quam in alio, & quia militat eadem ratio quoad expeditionem literarum tam super beneficijs obtentis, quam pensionibus, unde militat etiam eadem iuris dispositio, l. non possunt, ff. de legib. Rota decis. 18 ad fi. in ver. maior pars de concess. praebe. in nou. & Bal. in c. quia V. ante fi. de iudi. ubi dicit, quod quae rationis nexus connexit, dispositio iuris non separat, & quod non solum hoc contingit per extensionem sermonis, sed uerius per tacitam dispositionem eiusdem legis, idemque manifeste comprehenditur ex dispositione dictae regulae cancellariae de non iudicando &c. ubi similiter loquitur per uerba generalia, nullā mētionē faciēdo de pēsionib. nec de beneficiis, sed tātūmodo de supplicationibus, sub quibus vis impetrationibus apostolicis signatis, prohibendo, ut non iuxta supplicationum signatarum tenorem, sed literarum iudicari deberet, cum dicta regula habeat locum et in supplicationibus pensionum, ut iuxta illarum tenorē nō iudicetur, sed iuxta tenorem literarum super illis expeditarum, prout late dicit Gigas de pensio. in dicta q. 34. & alijs in principio adductis, & quia etiam
42 literae pensionis de stylo curiae regulantur uti iterę beneficiales, prout dicit idē Gigas d. tract. de pens. q. 35. nu. 4. & in q. vlt. nu. 13

Cum igitur euidenter pateat nullum ius competijsse, neque competere dicto Reuerendo Aduersario in uim assertae supplicationis, seu illius sumpti praetensae reseruationis pensionis, neque quoad possessorium, neque quoad petitorium, imo omnino ad illam inhabilem factum esse, & ad ratarum perceptarum restitutionem teneri in vim dictarum constitutionum, remanet clarū contra eundem Ludouicum, & ad fauorem dicti Plebani sententiandum esse, liberando ipsū Plebanū ab indebitē petitis per dictū Ludouicum, ac eundem etiam condemnando ad restitutionē ratarū pēsionū, ab eo indebitē in antea exactarum, cū fuerit in dicta quasi possessione illā exigēdi intrusus, & p praefatam Constitutionē Iulij derogatū propterea fuerit regulae Cancellariae de annali, & triennali in illis verbis videlicet, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem (vt praefertur) teneantur, & obligati existant, cū constitutiones, seu d. Cancellariae Regulae de annali, & triennali possessore in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragetur &c. Et ista sufficiant pro huiusmodi causæ

causę expeditione me dixisse ad laudẽindiuiduę Trinitatis, ac Beatæ Virginis Matris Mariæ. Et ita fuit iudicatum per eunde Illustrissimum Nuntium Venet. absoluendo tamen assertum pensionarium a restitutione pensionum perceptarum in præteritum.

Franc. Monaldus. V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Matrimonij per verba de præsenti contracti nullitas proponitur & defenditur, & testium in hac materia exactissima discussio tractatur & de metu quid in his operetur, tam respectu amissionis bonorum, quam reuerentiali. Et de ætate requisita ad huiusmodi matrimonia contrahenda; Et an ex copula carnali validetur, & est celeberrimum consilium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ad contrahendum qua ætas requiratur.*
2 *Causa matrimonialis dicitur grauis & ardua.*
3 *Matrimonium vbi petitur declarari nullum, videntur requiri testes omni exceptione maiores, & num. 79.*
4 *Ferro viam aperit qui per contraria transit.*
5 *Veritas clarius ostenditur disputando & opponendo & num. 7.*
6 *Opposita iuxta se posita magis elucescunt.*
7 *Aromata magis redolent quo magis conteruntur.*
8 *Deponenti de facto proprio plene creditur.*
9 *Testi vnico clarissimo deponenti de metu iudex debet eredere, & nu. 10.*
11 *Testi de facto proprio deponenti concurrentibus aliquibus coniecturis & indicijs plene creditur, & num. 12.*
13 *Testis de auditu a principali non dicitur adeo de auditu vt non probet, prout non probaret si diceret se audiuisse a tertio.*
14 *Contrahentis dissensus coniecturatur ex protestatione contraria.*
15 *Testes duo regulariter ad aliquid probandum sufficiunt. 55. 64.*
16 *Metus facilius probatur duobus testibus, quam libera voluntas centum testibus, & nu. 17.*
18 *Metus probatio est difficilis, & potest indicijs, coniecturis, seu præsumptionibus probari, nu. 19. 20.*
21 *Probationes, etiam in genere suo imperfectę, admittuntur in re difficilis probationis, & coniũguntur.*
22 *Lachrimæ dolorem cordis indicant.*
23 *Sequentia probantur ex præcedentibus, & e contra.*
24 *Subiectum cognoscitur ex accidentibus quicquid sit.*
25 *Metus qualis esse debeat ad actum rescindendum.*
26 *Metus triplex, commissiuum, impulsiuum. & suspitionis non temerariæ.*
27 *Metus minor requiritur in mulierẽ quam in viro, & in iuuene quam in sene.*
28 *Metus iustus iudicatur in puella paupere ab alia dotanda, ob timorẽ amissionis dotis, si dotanti non consentiat, & nu. 30. 31.*
29 *Metus perditionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis.*
32 *Facere aliquid coacte, vel timore coactionis, paria sunt.*
33 *Metu aliquid esse factum, sufficit probare subesse iustam causam metus.*
34 *Timor violentiæ inferendæ est iustus metus ad infringendam electionem tanquam metu factam, quamuis impressio non fuerit sequuta.*
35 *Mulierum genus auarissimum est.*
46 *Promissionis causa cessante, effectus cessare solet.*
37 *Obligationis causa cessante, cessat obligatio.*
38 *Verbum (volo) denotat arbitrium proprium ab omni æquitate abstractum,*
39 *Instrumenti verba vbi sunt clara, de eis disputandum non est.*
40 *Instrumentum est veritas apparens, probatio probata, & non probanda, quæ non indiget discussione, seu disputatione fori, cum veritas sit notoria.*
41 *Testis vnicus plene probat contra illum inducentem.*
42 *Libertas omnimoda requiritur in matrimonio contrahendo, ita vt consensus sit cum qualitate libertatis, aliàs matrimonium ipso iure non tenet tãquam metu contractum.*
43 *Matrimonium habet tria bona, fidem, prolem, & sacramentum, quæ omnino excluduntur a metu.*
44 *Spiritualibus, in quibus requiritur consensus cum plena libertate, quis non dicitur habere liberum arbitrium, seu liberum velle, quando in eligendo sequi habet alterius voluntatem.*
45 *Matrimonium contractum metu reuerentiali an & quomodo inualidetur.*
46 *Cap. vnicum §. fina. de desponſ. impub. lib. 6. limitatur.*
47 *Persuasio nimia, per quam persona inducitur ad contrahendum habetur loco compulsionis, & coactionis.*
48 *Rogationes, & preces importunæ æquiparantur metui ad actus rescisionem.*
49 *Annus duodecimus incipiens est ætas illegitima ad contrahendum matrimonium, omni iure.*
50 *Extractis de libris baptizatorum, & matrimoniorum a Curato ecclesiæ parochialis plena fides adhibetur,*
51 *Mors alicuius probatur ex libris Curati parochialis.*
52 *Libro electi a publico plene creditur.*
53 *Matri creditur de ætate filij.*

Vicinis

54 *Vicinis & consanguineis creditur de ætate & morte alicuius, cum talia illis a communiter accidentibus soleant esse nota.*

56 *Compater spiritualis est idoneus testis ad probandam ætatem, eius quam de sacro fonte leuauit.*

57 *Probatio per testes est validior & dignior, quam per instrumenta, & assignatur ratio.*

58 *Matrimonium cõtractum cum impubere vt valeat, quæ requirantur.*

59 *Glosæ ab opinione in consulendo & iudicando non est recedendum, dummodo cõmunis opinio non sit contra eam.*

60 *Matrimonium contractum cum muliere impubere non habente annum duodecimum (licet vir esset pubes) post concil. Trid. est adeo nullum, quod etsi filios susceperint, de nouo dẽnt contrahere cũ præsentia parochi & testium, nec sufficit solus consensus ad validandum primum nulliter contractum, & nu. 61. 71.*

62 *Matrimonium nullum conualidabatur per ius antiquum secuta copula carnali secundum glo. in ver. proxima. c. continebatur, §. si autem de despons. impub. quæ copiose perpenditur, & declaratur.*

63 *Duo, vel plura quando per aliquem debent copulatiuè adimpleri, ad hoc vt aliquid perficiatur, seu ad esse rei, iuri non satisfit, nec releuatur adimplens, si in vno adimpleatur.*

65 *Capitulum, continebatur de despons. impub. declaratur, & nu. 66.*

67 *Impuberes non habent consensum legitimum & aptum ad contrahendum matrimonium.*

68 *Consensus mutuus est necessarius ad substantiam matrimonij, nec sufficit vnius tantum.*

69 *Legis verba intelligi debent cum effectu, & in potentiori significatu.*

70 *Lex quando facit mentionem de probatione, intelligitur de plena.*

72 *Matrimonio non subsistente, dotis, nec aliarum rerũ promissio subsistit.*

73 *Statutum de lucranda dote non habet locum in matrimonio nulliter, & de facto contracto.*

74 *Dos non potest stare sine matrimonio.*

75 *Testimonium ad sui fauorem quis ferre non potest.*

76 *Testis conditio inspicitur secundum tempus iuramenti.*

77 *Testis dicto attenditur id ad quod est principaliter inductus, etsi in consequentiam ex suo dicto commodum reportare possit.*

78 *Legatarius potest esse testis in causa testamentaria, quia in consequentiam, non principaliter ad eum spectat commodum.*

79 *Causis matrimonialibus, sicut criminalibus non defertur iuramentum suppletorium, & nu. 82. 83.*

80 *Mulieres, sicut in criminalibus, ita nec in matrimonialibus admittuntur ad testificandum contra, nu. 81. & nu. 84.*

85 *Mater & affines in causis matrimonialibus tam in coniungendo, quam in separando matrimonium, admittuntur, & num. 90.*

86 *Consulendo & iudicando a communi opinione recedendum non est.*

87 *Practica est optima interpres legum, & ab ea sumitur vera interpretatio.*

88 *Conseruientes, & ancillantes veniunt appellatione domesticorum, & non probant, cum fallentia, num. 89.*

91 *Domestici & familiares admittuntur in testes, quando tractatur de ea probando, quæ domi facta sunt.*

92 *Pauper fidelis admittitur in testem, cum paupertas non sit de genere malorum, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, licet illi minus credatur, nu. 93.*

94 *Præsumptiones præsumptiuæ, etiam imperfectæ, admittuntur ad probandum metum.*

95 *Nullum quod est de iure, rescindi non potest.*

96 *Testes, qui alias nõ admitterẽtur, habẽtur pro idoneis in his, quæ a communiter accidentibus secrete & clã fiunt, vt sunt matrimonia, quæ per vim & metum celebrantur.*

97 *Examen testium non citatorum ad subijciendum se examini non valet.*

98 *Testis non confessus nec communicatus debito tempore paschali non probat.*

99 *Salutare solitus aliquem, si illum non salutat, censetur inimicus.*

100 *Inimicus de proximo reconciliatus repellitur a testimonio.*

101 *Offerenti se sponte in testem non venit credendum.*

102 *Testi demonstranti se esse nimis fauorabilem parti non creditur.*

103 *Testes contrarij non probant.*

104 *Contestes duo de loco & tempore probant de confessione extraiudiciali.*

105 *Conuictus de periurio in vno, est in omnibus reijciendus a testimonio.*

106 *Dicto extraiudiciali non iurato quando magis standum sit, quam iudiciali iurato.*

107 *Testimonium de conscientia aliena est insufficiens, & non admittitur.*

108 *Metus non purgatur durante eadem causa metus.*

109 *Metu probato, est quasi impossibile probari contrarium.*

110 *Iudex circa metum debet considerare causas, quas testes adducunt, in considerando metum, vel liberam voluntatem.*

CONSILIVM V.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa D. Vrsettæ, Visis dictis testium pro vtraque parte receptorum, ac processu in ea fabricato; mihi videtur dicendum ex duobus principalibus fundamentis in eadem causa adductis, matrimonium, de quo agitur, inter præfatam D. Vrsettam, & D. Petrum per verba de præsenti

de anno

de anno proximè præterito contractum,
fuisse,& esse ipso iure nullum & inualidum.
Primo videlicet, quia metu tam amissionis
dotis & bonorum, quàm reuerentiali fuit
contractum. Secundo quia eadem D. Vr-
setta tempore, quo illud contraxit, non erat
1 legitimæ ætatis † annorum duodecim, pro-
ut requirebatur iuxta c. 2. & ibi glo. in ver.
canonibus de desponsat. impub. prout infe-
rius demonstrabitur, & quia causa grauis &
2 ardua est † cum sit matrimonialis, prout di-
xit Bal. in cons. 122. post medium, vulum. 2.
Abb. in c. si pro debilitate in vlt. not. & ibi
Dec. num. 33. de offic. deleg. & idem Dec.
in cons. 133. num. 1. in fi. vbi dixerunt pro-
pterea Curiã nõ cõsueuisse tales causas alijs
quam Episcopis committere. & idem Dec.
in cons. 133. num. 1. ad fi. Berou. quæst. 55.
num. 2. cum alijs adductis per Tiraquel. de
legib. cõnub. in l. 9. num. 64. quod præser-
tim videtur procedere in casu † nostro, cum
tractetur de declarando matrimonium nul-
lum: & propterea videantur requiri testes
omni exceptione maiores, ca. 1. & ibi Do-
cto. de consangui. & affinit. & ad dicta p er
Dec. in consil. 162. num. 12. & conclusiuè
num. 13. Ideo opere pretium esse duxi more
meo firmare conclusiones super nullitate
eiusdem matrimonij, & deinde ea, quæ mi-
hi videbuntur illis obstare, & per partem
aduersam posse obijci, refellere, cum ferro
dicatur viam aperire, qui per contraria tran
4 sit, † prout dicit Bal. in l. præcibus sub num.
48. in princ. C. de impub. & alijs subst. Cur.
sen. in cons. 78. in princip. & Rimi. sen. cõs.
38. num. 1. volum. 1. disputandoque & op-
5 ponendo veritas † clarius ostendatur, l. fi. §.
mixta. ff. de mune. & honor. l. diui. ff. de iure
patr. & Roland. a Vall. in cons. 100. in prin.
6 in ver. & ideo, vol. 1. opposita † nanque iu-
xta se posita magis elucescit, prout dixit di
cere Phylos. Corn. in cons. 5. in princ. vol. 3
7 & sicut aromata † magis redolent, quo ma-
gis conteruntur; ita veritas quanto magis
conteritur, & oppugnatur, tanto clarius ex-
pulsis nebulis in lucem progreditur, prout
dicit Castren. in cons. 23. in princ. volum. 1.
& in cons. 135. num. 18. & Rymin. iuni. in
cons. 7. nu. 7. vol. 1.

Dico igitur matrimonium, de quo agitur
fuisse & esse ipso iure nullum & inualidum,
cum fuerit contractum per dictam D. Vrset
tam metu amissionis dotis, cum nihil habe-
ret, neq; habeat, nec sui haberent, nec pos-
siderent, cum pauperes sint, vnde ipsa dota-
ri potuisset aut posset, vt matrimonium cum
alio contrahere ualeret in euentum, quod
accipere noluisset in maritum præfatum D.
Petrum nepotem Claris. D. Claræ, quæ il-
lam dotauit, vt ipsum in eius maritum acci-
peret; prout patet instrumento dotali inter
præfatam D. Claram & præfatum D. Pe-
trum, ac Clarissimum D. Ioannem Aloysiũ
eiusdem D. Petri patrem, & præfatæ Cla-
rissimæ Claræ fratrem, de quo instrumento
inferius dicetur: nec non metu reuerentiali,
quem habeat, & habet eadem Vrsetta erga
præfatam Clarissimam D. Claram eius ma
trem animæ, vt dicunt, prout patet eodem
instrumento, & attestatur eadem D. Clara
in eius examine, regestro fol. 34. & a ter.
in princip.

Et quod iusto metu amissionis dotis prę-
fatæ prębfatum D. Petrum in suum uirum ac
ceperit dicta domina Vrsetta, & non de sua
libera voluntate, sed coacta, hoc primò at-
testatur præfata D. Clara in eius examine
per totum, præsertim super secundo & ter-
tio articulis, regesto fol. 37. ter. & fol. 38.
quæ eam dotauit, & metum intulit. Cui
quidẽ testi, etsi sit vnica, tamen cũ de facto
8 proprio deponat † plenè venit credendum,
prout dicit Salyc. in l. siquis Decurio, sub
num. 4. in princip. C. ad leg. Corne. de fals.
Mars. latè & optimè in sua prax. crim. in §.
diligenter, num. 130. in ver. facit etiam, &
num. 131. omnino viden. Soc. iun. in consil.
61. num. 8. in vers. præterea, volum. 1. Dec.
in cons. 342. num. 2. in uer. Prima. Afflict.
decis. 369. num. 7. Barth. Veron. in cons. 16
num. 14. in ver. imò plus etiam dico, vol. 2.
in Ciuil. Porti. Imol. in suis Conclus. Con-
clus. 5. in ver. limita quando unus lib. 1. &
ante eos uoluit Castren. in l. quicunq; in fi.
per Glos. ibid. de ser. fugit. Et hanc partem
tenet etiam Gabriel. in suis Conclus. sub
tit. de testib. Conclus. 1. num. 8. & 22. licet,
num. 20. dicat aliquos tenere, quod debeãt
cum dicto talis testis concurrere aliqua alia
indicia, & valde corroboret hanc nostram
conclusionem Ias. licet simpliciter eam non
teneat, ut statim subijciam in l. admonendi,
num. 94. ff. de iureiur. licèt hanc opinionem
simpliciter teneat sibi contrarius in l. cun-
ctos populos, num. 66. C. de Summa Trini.
& fi. Cath. Aluar. Valasc. in suis consult. rer.
iudic.

iudic. in Regno Lusitaniæ consult. 73. in princ. vbi etiam quam plures allegat ita tenentes: Quod corroboratur ex illo, quod dicit Zas. in cons. 2. num. 77. ante fi. in ver. hoc enim & nu. 78. cum allegatis per eum. vol. 2. vbi dicit, quod vnico Clarissimo testi de

9 metu deponenti iudex † credere potest, & excusatur: Quod prius voluit Bal. in cap. veniens el. 1. num. 5. in uer. dicit Accursius; vbi dicit illum sequendo, quod uni solemni uiro quis potest credere, & excusatur; & dicit not. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demõ-

10 strat. & quod vnico testi † de metu deponenti credatur, tenet expresse Barth. Vero. in Caut. 150. quem sequitur Alban. in suis lucubra. ad Barto. in rubr. quod met. cau. sub num. 3.

Et licet nonnulli Docto. vt dixi, simpliciter præfatam conclusionem pro uera non habeant; tamen in hoc omnes concordãt, &

11 nemo ambigit: quod si cũ dicto testis, † qui de facto proprio deponit, cõcurrunt aliquæ coniecturæ, vel indicia, quod plenè probat; prout dicit Ias. in præcitata l. admonendi, sub num. 94. in ver. ego pro opinione, & nu. 95. & seq. ubi subdit, tamen quæcunque in-

12 dicia sufficere † cum dicto præfati testis cõcurrere, ad hoc utprobet. ff. de iureiur. et firmat dictus Aluar. Valasc. in præcitato loco, num. 4. in ver. aut vero, & seq. fol. mihi 139. & late tradit Soc. in fallent. regul. iur. in reg. 507. in ver. Testi vni. in 2. limit. quæ est in fine fol. mihi 519. vbi dicit vni testi esse plenè credendum de facto proprio deponenti, concurrentibus cũ eius dicto alijs indicijs; & in hanc partem inclinauit Rota, prout dicit Veral. in decisio. 271. num. 1. & sequen. par. 3.

Et licet prior opinio videatur tenenda per auctoritates desuper adductas; tamen vt clarius elucescat de bono iure dictę D. Vrsettæ, & ut tollatur omnis difficultas, stante maximè natura causæ, de qua agitur, dico similiter cum dicto præfatæ Clarissimæ Dominæ Claræ concurrere nedum plures præsumptiones, & iudicia; verum etiam & probationes: Nam prima testis examinata pro parte dictæ D. Vrsettæ super tertio articulo regesto fol. 16. deponit audiuisse ab eadẽ Vrsetta pluries dici ipsam præfatum matrimonium contraxisse cum prefato D. Petro, vt haberet dotem a dicta Clarissima D. Clara, cum sit pauperrima, & sui pauperimi, cũ nihil habeant, & ut staret obedientiæ dictæ Clarissimæ D. Claræ, & quod nunquam fuit læta de dicto matrimonio, nec habuit consensum in eo, & quod ipsa Vrsetta statim contracto præfato matrimonio talia dixit. Secunda vero testis super eodem 3. articulo regesto fol. 23. ter. & seq. similiter deponit, quod dicta Vrsetta accepit in maritũ præfatum D. Petrum, ne remaneret indotata, cum esset ipsa & sui pauperes: & quod ipsa testis audiuit dictam Clarissimam D. Claram eidem Vrsettæ dicentem, uolo, ut tu accipias Petrum (sic eidem imperando) quia tibi dabo dotem, quia tu scis, quod es pauperrima: & quod ipsa respondebat (vt referam uerba testis, prout extant) §,, Madonna farò quello, che vi piace, ma cio ella diceua con le lacrime a gli occhi, che la più parte piangeua, che sempre ella è stata di mala uoglia, & mal contenta di torlo per marito, che sempre come esso Signor Pietro andaua à casa di essa Clarissima Signora Chiara, essa Orsetta scampaua in soffitta, & si andaua nascondendo, & che si uedeua pur troppo, che ella era mal contenta di torlo, ma per star all'obedienza, & per gola della robba non hebbe ardir di dir di nò; che cio si comprendeua da gli atti, che essa faceua scampando, & andandosi ella à nascondere hora in Camera, hora in soffitta, quando egli ueniua là à casa. § Et quod quam sæpissimè dictus D. Petrus ibat ad domũ dictæ Clarissimæ D. Claræ: & quod videbat dictam D. Vrsettam, ex quo ab eo aufugiebat, prout vidit dicta testis, Et quod talia euenerunt antequam fuerit contractũ præfatum matrimonium, & tempore, quo tractabatur faciendi nuptias: Et quod talia vidit, & audiuit respectiuè ab eadem Vrsetta, ex quo permanebat in domo præfatæ Clarissimæ D. Claræ.

Ex quibus quidem depositionibus non est dubium metu præfato amissionis dotis, de quo supradictum est, Vrsettam accepisse in eius virum præfatum D. Petrum, & sic matrimonium fuisse & esse meticulosum & nullũ, ut inferius demonstrabitur. Et quia licet prima testis deponat de auditu a præfata D. Vrsettta, tamen adminiculatur illud idem, quod per appropriatum sensum deponunt præfata Clarissima D. Clara, quæ de facto suo deponit, & metum intulit, ut est dictum, ac prefata secunda testis, quæ similiter de

ter de

ter de dicto metu deponit de uisu & audi-
tu proprio, prout supradictum est, cum te-
13 stis † de auditu a principali non dicatur
adeo de auditu, vt non probet; prout non
probaret, si diceret audiuisse a tertio: prout
firmat Veral.decis.267.num.2. par.3. præ-
sertim cum in casu nostro tractetur de pro-
bando dicta & facta per dictam Vrsettam,
vt appareat metu matrimonium præfatum
contraxisse: ad quod facit protestatio me-
tuentis coadiuuans probationem metus,
cum ex ea coniecturetur illius dissensus,
14 † prout dicit Soc.sen.in cons.27.nu.14.pr̨æ
sertim in ver.vnde, uolum.3.v bi dicit, quod
protestatio declarat consensum abesse ab
actu, quem sequitur Aymo. in consil. 114.
num.6.in prin. Et Dec.in l.in omnibus cau-
sis pro facto, num.12.ff.de reg. iur. & quia,
etsi præfata Clarissima D. Clara non depo-
neret de facto proprio, prout deponit, sed
de facto alieno super dicto metu: tamen ex
quo cum eius dicto concurrit depositio pr̨æ
fatæ secundæ testis, quæ similiter deponit
de visu & auditu proprio ob metum præfa-
tum amissionis dotis, & bonorum præfato-
rum præfatam D. Vrsettam contraxisse as-
sertum matrimonium, de quo agitur, con-
tra eius voluntatem cum pr̨æfato D.Petro:
non est dubium de præfato metu per dictã
D. Claram, & præfatam secundam testem
plenè probari; cum regulariter ad aliquid
15 probandum duo testes † sufficiant, cum ma
ior numerus a iure expresè non requiratur
per l.ubi numerus, ff.de testib, ca.in omni.in
fine, & ibi glo, & c.licet extra eo.& Giga.in
16 cons. 29. num.9. Et quod metus † facilius
probetur duobus testibus, quam libera uo-
luntas centum testibus, dicit latè Dec. in d.
l.in omnibus causis pro facto, nu. 18. & nu.
10.ff.de reg.iur.& quod duo testes deponẽ
tes de uoluntate coacta præferantur mille
testibus de voluntate spontanea deponenti
bus, dicit Barbat. cons.71.num.7. uol.2. Et
17 quod magis credatur duobus † testibus de
metu deponentibus, quam decem a'ijs de-
ponentibus de libera uoluntate, firmat Pa-
ris.in cons.53.num.62.& cons.60.num.22.
volum.4.& tanto ualidius, & efficacius pro
18 batur de dicto metu, cum metus † pro-
batio difficilis sit, prout dicit Menoch.de ar
bitr.iudic.in casu 16.num.17.iuncto princ.
lib.2.sequendo Paris.in d.cons.53.nu.61.
& seq.& cõs.60.nu.21.& seq.uol.4.ob idq;
19 indicijs † & coniecturis, seu præsumptio-
nibus de eo probari posse receptũ est; pro-
ut dicit latè Paris.in dictis locis, quod prius
dixit Barto.in l.de pupillo, §. si quis ipsi pr̨æ
tori, num. 17.ff.de oper.nou.nunt. Dec.in d.
l.in omnibus causis, nu.7.ff.de reg.iur. Me-
noch.de Arbi.iud.casu 136.in princ. lib.2.
Alba.in cons.77.num.24. Barth. Veronen.
cons.16. num.11. & ibi Addi. uol. 2. & in
cõs.2.nu.9.uol.1.in ciuil. Boe.in decis.101.
num.4.& seq. Cacher. in decis.179. nu.1.
& plures accumulat more suo idem tenen-
tes; Mascar. de proba. conclus.1056. inci-
pien. cum igitur metus, num.2. Et regulare
20 etiam est † per coniecturas uerisimiles, seu
præsumptiuas probationes illud probari,
quod a communiter accidentibus difficilis
est probationis, prout metus, ut est dictũ, cũ
tunc lex coniecturatis probationibus sit cõ-
tenta, prout dicit Ias. in l.cum ea, sub nu.5.
per totum C.de transact. Calcan. in cons.8.
num.8. Grammat.in cons.50.nu.15. & seq.
in ciuil. quod prius uoluit Bal.in Auth.quas
actiones, num.18.in ver.item ratione, C.de
sacrosan.eccles. Alexan.in cons.64.num.5.
vol.1.& in cons.24.num. 6. & facit nu.26.
* uol. 2. & hanc esse communem opinionem
dicit Purpur. in l. cum fundum, §. seruum,
sub nu.65.ff.si cert.petat.

Et quod etiam quando sumus in re diffi-
cilis probationis, prout est præfatus metus,
21 admittantur probationes † etiam quod in
genere suo sint imperfectæ: & nedum con-
iunguntur plures imperfectæ probationes;
sed etiam plures præsumptiones, latè dicit
cum allegatis per eum Bruno. a sole in suis
quæst.legalib. quæst. 651. num. 7. & sic in
aliquo dubitandum non est plusquam ple-
nè per dictos testes esse de dicto metu
probatum.

Quibus accedat etiam alijs coniecturis
pariter probari præfatam Vrsettam dicto
metu contraxisse præfatum matrimonium,
& non sua libera uoluntate; nam dicta
prima testis regesto folio 17. deponit,
quod quando D. Isabella dixit eidem
Vrsettæ, quod effecta erat nouitia, eadem
Vrsetta fere fleuit, demonstrando tale si-
gnum doloris cordis: & sic contra suam uo-
luntatem accepturam esse præfatum Petrũ
22 in eius uirum, cum lachrimæ † dolorem
cordis indicẽt, per tex. in c. sunt plures in fi.
de penit.di.3.& Card.in Clem.1.§. hæc est
comme-

commemoratio. in princ. in uer. prosequi-
tur autem de reliq.& vener.sanct.

Et quod plorauerit dicta Vrsetta, quan-
do dicta Domina Clara eidem dicebat,
ꝙ uolebat, ut in suũ uirũ acciperet præfa-
tũ Petrũ, pariter deponit dicta secunda te-
stis regesto fol. 23. ubi deponit, §e mi hò
sentito, che la detta Clarissima Signora
Chiara diceua ad essa madonna Orsetta,
uoglio, che tu pigli Pietro, che ti darò della
dote: Et ella rispondeua, cara madõna
farò quello, che ui piase, ma cio diceua
con le lacrime a gli occhi, che la più parte
piangeua. § Et non solum concurrit præfa
ta coniectura ad demonstrandum, quod
præfata Vrsetta metu, & contra eius volun-
tatem contraxerit matrimonium præfatum,
sed etiam hæc alia coniectura, uidelicet,
quod semper eadem aufugiebat, quando
dictus Petrus ibat in domum dictæ D. Cla
ræ, prout deponit dicta secunda testis fol.
23.ter.in fine, cum tales actus indicent di-
ssensum, & metu postea contraxisse, cum ex
23 præcedentibus probentur sequentia, † &
ex sequentibus probentur præcedẽtia, pro-
ut dicit Alex.de neuo.in terminis in consil.
3.num. 11.& facit Barba.d.cons.71.num.7.
cum allegatis per eum, volum.2. ubi dicit
24 ex accidentibus cognosci subiectũ † quic-
quid sit, cum accidentia magnam partem
conferant ad illud cognoscendum.

Et licet nostri interpretes, dicant metum
debere esse talem, qui cadat in constantẽm
uirum, ueluti mortis, uel corporis cruciatum
25 ad hoc, vt dicatur iustus metus † ad actum
rescindendum; prout dicit Menoch. de ar-
bitr. iudic. casu 135. in princip. lib. 2. Abb.
in cons. 77. nu. 1. uolum. 1. Rimin. sen. cons.
15. num. 1. & seq. uolum. 1. & Barth. Vero-
nen. dicto consil. 16. num. 6. & seq. in ciuil.
26 volum. 2. ybi dicit etiam metum † tripli-
cem esse, videlicet, commissiuum, impulsi-
uum, & suspicionis non temerariæ; vbi de
quolibet dat etiam exemplum, & totum re-
sidere in arbitrium iudicis; prout dixerunt
idem Rimi. seni. dicto cons. 15. nu. 6. uolum.
1. Dec. in d.l. in omnibus causis pro facto,
num. 7. ff. de regul. iur. latè Menach. in præ-
citato loco cum allegatis per eum, in uer.
Rectè itaque. Et Veronen. in dicto cons.
16. num. 10. uolum. 2. ac minorem metum
27 † requiri in muliere, quam in uiro, & in iu-
uene, quam in sene: Et ideo considerandas
esse personas, quibus metus infertur ad hoc
ut uideri possit, quisnam dicatur iustus me
* tus, prout ut dixit, ita communiter teneri,
Alba. in d. cons. 77. nu. 2. & seq. quod prius
uoluit Dec. in d.l. nu. 3. Rimi. sen. in d. cons.
15. num. 22. uol. 1. Cachera. in cons. 53. nu.
11. & Menoch. in præcitato loco, in uer. iu-
dex ergo, quod bene facit ad casum nostrũ,
cum dicta Vrsetta sit timida, ac iuuenis duo
decim annorum, & tunc tantum esset in te-
nera ætate annorum 11.

Tamen sciẽdum est metum, de quo in ca
su nostro amissionis dotis, & bonorum ei-
dem promissæ, seu promissorum intuitu di-
cti matrimonij contrahendi, cùm nihil habe
ret, nec speraret aliunde, unde posset eadem
Vrsetta dotari, a Doctoribus nr̃is iustum
28 † metũ iudicari, prout dicit Menoch. de ar-
bitr. iud. d. casu 135. in fine, quod ante eum
dixit Bar. in l. si ob turpem, nu. 6. ff. de cond.
29 ob turp. cau. ubi dicit, metum † perditionis
omnium bonorũ æquiparari metui mortis,
quem secutus fuit Dec. in cons. 690. nu. 8.
& seq. & Gramma. in decis. 18. num. 11. Et
30 quod talis metus † simititer dicatur iustus,
& metui mortis æquiparetur; & in materia
nostra sufficere ad faciendũ declarari matri
monium nullum, firmat Cachera. in d. cons.
53. num. 9. & seq. & quod iustus metus dica
tur sufficiens ad faciendum declarari matri
monium nullum, si quis timore grauis dam-
ni in rebus proprijs contrahat matrimoniũ,
tenet Marti. Garat. inter matrim. diuersim
cõs. 18. nu. 18. uol. 1. ad idẽ Abb. in c. Ab-
bas, nu. 6. quod met. cau. ubi etiã dicit idem
procedere, etsi timeatur de amissione partis
bonorum. Et quod legitimus metus sit, si
timeatur graue damnum in rebus proprijs,
uoluit etiam Bal. in l. interpositas, num. 8.
C. de transactio. & sufficit dictam Vrsettam
habuisse iustam causam timendi priuari de
dicta dote, & bonis promissis, si non accipe
ret præfatum D. Petrum in suum maritum
31 ad hoc, ut dicatur iusto metu † contraxisse
matrimonium præfatum, ad dicta per Bar-
tho. Veron. qui in simili casu consuluit in d.
consil. 16. num. 8. & sequen. uolum. 2. in ci-
uil. quod ante eum uoluit Bal. in d. l. inter-
positas, num. 8. in uer. Item adde. C. de
transactio. Idemque firmat Dec. in consil.
690. sub num. 9. & 10. ubi etiam dicit paria
32 esse aliquid facere coacte, † uel timore coa
ctionis; & probatur in l. nouissimè. post prin.

in illis,

in illis uerbis, videlicet; quod si compulsus,
aut metu ne compelleretur, auctoritatem ac
commodauerit: & ibi etiã not. Bal. nu. 2. ubi
etiam subdit non sic bene aliter reperiri, ff.
quod fals. tut. auth. idemq; uoluit Gram. in
decis. 5. nu. 6. & seq. ubi dicit ibidem nu. 7.
33 quod ad probandũ, ut aliquid metu † factũ
sit, sufficit subesse iustam causam metus, ut
uoluit glo. singularis in c. Bonæ, el 1. in uer.
metuebant circa medium in uers. timebant,
de electio. quæ loquendo de actu spiritua-
34 li dicit, quod solus timor † uiolentiæ infe-
rendæ est iustus metus ad infringendam
electionem, tanquam metu factam, quamuis
impressio non fuerit secuta: & ita tenet in
nostris terminis, dicendo præfatam gl. com
* muniter approbari, Ferret. in cons. 296. nu.
15. quod ante eum uoluit, & illam citat si-
militer consulendo super nullitate matri-
monij metu contracti Alexand. in consil.
98. num. 5. uol. 3. ubi etiam dicit in simili ex
dicto Innoc. sufficere, quod subsit causa, pro
pter quam debemus timere futuram uiolen
tiam & impressionem ad hoc, ut dicatur iu-
stè timuisse, licet in ueritate impressio non
fuerit secuta, neq; etiam commonita, quia
non debet quis se subijcere periculo.

Quibus stantibus non est dubium consta
te metu amissionis dotis & bonorum præfa
torum præfatam Vrsettam matrimoniũ pręfatum contraxisse, & non sua libera uolun-
tate, & iustam causam habuisse timendi, ne
retraheretur ipsa Clarissima a largitate am-
plius eam dotandi, & dandi medietatẽ suo-
35 rum bonorum; & quia † auarissimum est
genus mulierũ l. sed etsi ego iuncta glo. in
in uer. donat. ff. ad Velleia. & dicit Tiraq. de
legib. connub. in l. 9. sub nu. 78. & quia ea-
dẽ Claris. D. Clara cũ minime teneretur ad
dotandũ ipsã Vrsettã, dixit eidẽ, ꝓut dixit
præfata secunda testis regesto fol. 23. ter. ui
delicet §,, voglio che tu pigli Pietro, che
ti darò della dote, che tu sai, sei poueret-
ta: & ella rispondeua, cara madonna farò
quello, che ui piase § sic absolute eidem im
perando dicta Clarissima, & suum consen-
sum in contrahendo tale matrimoniũ non
requirendo, nec recipiendo: vnde de facili
præfata Clarissima potuisset se retrahere ab
illa amplius dotanda, si noluisset præfatum
Petrum eius nepotem in eius uirum accipe
36 re, cum cessante † causa promissionis, so-
leat cessare effectus c. cum cessante, de ap-
pellat. & Tiraq. in fallent. regul. iur. in reg.
cessante causa sub nu. 189. ubi dicit, quod
37 causa obligationis † cessante, cessat obliga
tio, quod ante eum per dictam regulam ge-
neralem dixit Socin. seni. in consilio 31.
numero 19. in uersic. quarto etiam proba-
tur, uolum. 1. & sic ipsa habuit iustam cau-
sam timendi, præsertim cum dicta Claris-
sima eidem imperauit per verbum, uolo,
38 desuper relatum, cum uerbum, uolo, † de-
notet arbitrium proprium ab omni æquita-
te abstractum, prout dicit Bal. in l. cum quo-
dam la 2. nu. 2. in prin. ff. de lega. 2. & quod
uerbum, uolo, meram significet uolũtatem,
dicit idem Bal. in l. fideicommissa §. quan-
quam numero 2. ff. de leg. 3. cum quo con-
cordat Symon Schard. in suo lexico iuris
in uersic. uolo, ubi dicit, quod uerbum
uolo solum denotat de perse uoluntatis de-
clarationem. Nec quod protulerit talia
uerba, & quod tantummodo mota fuerit
eadem D. Clara ad dotandum præfatam
Vrsettam, promittendo medietatem suorũ
bonorum post eius mortem loco dotis, ut
est dictum, ad effectum, ut acciperet præfa-
tum Petrum eius nepotem in eius maritum,
dubitari potest: nec quod ipsa Vrsetta isto
metu inducta contraxerit: cum eadem D.
Clara etiam protulerit talia uerba imperato-
toria, & absoluta, nullum consensum re-
spicientia dictæ Vrsettæ, nec ab ea ad con-
trahendum requiren. etiam in eodem instru
mento dotali super inde celebrato post prin
cipium in illis uerbis, uidelicet, § Detta cla-
rissima madonna Chiara vuole, & dichiara,
che detta Orsetta si coniunga in matrimo-
nio con il Magnifico Signor Pietro fiol del
Clarissimo Signor Zan'Aluise Valier suo
fratello, & ambidue torre in casua sua &c. §
39 Cuius instrumenti † verba cum sint clara,
de eis disputandũ non est per tex. in l. ille,
aut ille, §. cum in uerbis, ff. de leg. 3. l. conti-
nuus, §. cum ita, ff. de uerborum oblig. præ-
sertim cum instrumenti uerba partium uer-
ba censeantur, Decian. in consilio 91.
num. 3. uol. 3. quod ante eum dixit Bald. in
l. Imperator. in 1. lectura, num. 17. in prin-
cip. ff. de sta. homi. Ias. in l. admonendi in
2. lectu. sub numero 154. in fin. ff. de iure-
iuran. & in consilio 137. num. 13. in fine,
uol. 4. & Vezzi. inter Commu. Diuers. sub
tit. de Tabellio. & fide instrumen. num. 4.
uolum. 1. fol. mihi 563. sitque instrumen-

40 tum ueritas apparens, † probatio probata, & non probanda, quæ non indiget discussione, siue disputatione fori, cum ueritas sit notoria: prout latè firmat Ias. in dicta l. admonendi in secunda lect. sub numero 154. per totum, ff. de iureiur. quod ante dixit Bal. per eum citat. in d. l. Imperator in prima lect. numero 10. ff. de sta. homi. & in l. 2. numero sexto, C. quando fiscus, uel priua. sequitur Decia. in consil. 66. numero 60. volum. 3. & in consil. 5. numero 40. & sequen. uolum. 1. & idem Ias. in cons. 124. num. 1. uolum. 1. & in cons. 137. nu. 13. uol. 4. & idem dicit Dec. in cons. 36. un. 2. quæ quidem uerba, ad demonstrandū matrimonium præfatū fuisse meticulosum & nullum, per se ipsa sola sufficiunt, ut infra demonstrabitur.

Et quod præfata domina Clara affectauerit dictam Vrsettam accipere in suum uirum præfatum Petrū: & quod iustā causam habuerit præfata Vrsetta timendi remanere indotata de dictis bonis, si noluisset eidem Clarissimæ obtemperare licet contra eius uoluntatē, ut supra demonstratum est, accipere in suum maritum præfatum Petrum, indicant expressè uerba dicta in eius examine per Claris. D. Mariam Valerio sororem dictæ Claris. D. Claræ testem inductam pro parte præfati Petri, cum deponat eodem re gesto, fol. 79. ter. per hæc uerba, uidelicet, § „E doppo fatto il matrimonio madonna Chiara andaua per casa lodando Dio di hauer accompagnata Orsetta nel suo sangue pure al dispetto di Andrea Pasqualigo. § Ex quibus uerbis datur intelligi, quod dicta D. Clara totū illud, quod promisit, promisit, ut sequeretur tale matrimonium; & copularetur dicta Vrsetta cū dicto Petro eius nepote intuitu sui desiderij tantum, etiam nolente dicta Vrsetta, prout testes deponunt, cum nunquam antea requisita fuerit de eius cōsensu, nisi a presbytero in actu cōtrahēdi, prout apparet dicto instrumēto dotali, demonstrando expressè aliter non esse daturam eidem talia bona, & sic metu illorum amissionis præfatam Vrsettam contraxisse; cum dicta testis de talibus uerbis prolatis per dictam dominam Claram, li-
41 cet sit vnica, † plenè probet contra præfatū Petrū, qui illam in testem induxit, prout dicit Rimi. iuni. in cons. 152. num. 1. & in cōs. 183. nu. 11. & in cōs. 210. nu. 31. uol. 2. Cephal. cons. 141. nu. 16. uol. 1. & prius uoluit Soc. iun. in cons. 69. nu. 11. uol. 1. & Berou. in cons. 96. nu. 11. uol. 3.

Et quid plura? cum in matrimonio contrahendo requiratur omnimoda libertas,
42 † ita ut consensus sit cum qualitate libertatis, aliàs matrimonium ipso iure non tenet, tanquam metu contractum, cum per eum tollatur illa qualitas libertatis in matrimonio contrahendo requisita, etsi metus habeat consensum, non tamen spontaneum, prout dicit glos. in cap. notificasti in uer. licentiam, 33. q. 5. quam pro notabili ad hoc ponderat Abb. sequendo hanc nostrā conclusionem in cap. Abbas, nu. 8. præsertim in uer. item probatur. quod met. cau. & in cap. cum locum sub nu. 6. in fine, & nu. 7. de sponsalibus vbi rationem reddit, &
43 dicit tria bona habere † matrimonium, uidelicet, fidem, prolem, & sacramentum, quę omnia excluduntur a metu. Card. in capitu. Gemma. numero 2. in princ. in uer. ex quo eodem, sequitur Rimi. seni. in d. cons. 15. nu. 8. uol. 1. & hanc nostrā conclusionem sequendo præfatā gl. d. c. notificasti: latè corroborat, & firmat Boe. in cōs. 20. nu. 38. in fi. & seq. plura pulchra adducēdo omnino uiden.

Et propterea cum dicta Vrsetta, ut haberet dictam dotem, seu bona deberet sequi voluntatem dictæ dominæ Claræ in accipiendo in suum maritum præfatum Petrū, prout ultra testium depositiones cauetur in dicto instrumento desuper relato, non est dubium, quod omnimodam libertatem seu liberum uelle in contrahendo præfatū matrimoniū non habuit, ad dicta per Anto. de Butr. in c. cū uirum, nu. 7. de Regul. ubi not. per illū tex. in penul. not. quod in istis spiritualibus, in quibus requiritur consensus
44 † cum plena libertate, quis non dicitur habere liberum arbitrium, seu liberum uelle, quando in eligendo sequi habet alterius uoluntatem: quem secutus fuit, consulendo super nullitate matrimonij, Ferre. in consilio 296. numero 13. quod dictum mirabile est, cum factum in casu nostro ultra testes probetur per instrumentum, & per consequens de eo non sit dubitandum. & propterea non sit etiam dubitandum, stantibus omnibus supradictis, matrimonium, de quo agitur, tanquam metu contractum fuisse & esse ipso iure nullum, prout
* dicit Abb. & esse communem opinionem

glosæ

glosa & Doctorum vtriusque iuris in d. ca. Abbas, num. 8. quod met. cau. & idem Abb. & Card. Alex. in ca. cum locum, num. 6. de sponsalib. optimè Barth. Veron. in cons. 16. nu. 4. uol. 2. in ciuil. Boer. in d. cons. 20. nu. 43. ubi similiter de communi, & num. 50. Marsi. in sing. 347. in princ. latè Bursat. qui dicit hanc esse magis communem opinionem in consil. 72. numero 21. uolum. 1. & ante eum esse magis communem opinionē dixit idem Rimi. sen. in d. consil. 15. numero 8. uol. 1. & hæc quoad primum caput.

Et non solum præfatum matrimoniū fuit & est ipso iure nullum, tanquam contractū metu amissionis præfatæ dotis, & bonorum, & quia liberum uelle non habebat, ex quo debebat sequi eadem Vrsetta uolūtatem dictæ D. Claræ, ut est dictum, quæ per se ipsa sufficerent, uerum etiam & quia præfatum matrimonium fuit contractum
45 metu reuerentiali, † per quem quidem motū, licet aliter non probato, matrimonium non inualidetur, per tex. not. & ibi Bal. & Salic. in l. si patre cogente ff. de ritu nuptiali. Quos secutus fuit Mars. in singul. 347. post princip. in uer. matrimonium. Ias. in §. quadrupli, numero 62. & ibi Addi. institutio. de actio. & Vasqui. controuers. Illustrium cap. 35. numero 18. in uer. diuersorum est, lib. primo.

Tamen aduertendum est, quod si constare potest causa cognita, prout constat in casu nostro, quod ob metum reuerentialem contraxerit, cum probatum fuerit, & ante contractum matrimonium, & postea uerbis & signis dixisse, & demōstrasse nolle in suū maritum præfatum D. Petrum, uidelicet plorando, fugiendo, & uoluntatem suam declarando, prout supra dictum est: Dico quod tale matrimonium, etiam ex isto capite est ipso iure nullum: & ita limitant Doctores præfatum dictum, prout dicit Marsil. in singu. 147. in uer. sed hoc dictum. quod ante eum dixit Abb. in capit. nonne. colum. penul. ante finem in uer. sed hoc mihi: & conclusiuè in uer. & secundum hoc posset solemniter limitari, & numero 2. de præsumptio. ubi dicit cap. unicum, §. fin. de
46 desponsat. impub. lib. 6. limitari, † ut filij non habeantur pro consentientibus, si causa cognita constiterit ob reuerentiam parentum filium vel filiam tacuisse tempore contractū matrimonij, quod dictum in d. ca. nonne, refert, & sequitur Fely. sub nu. 8. & de eo facit magnum festum dicens, quod nūquam obliuiscaris hoc dictum, quia istud dictum ipse alibi non legit, & quod est aptū infringere mille sponsalia. Et hoc dictum etiam refert & sequitur, dicendo præsertim in fœminis habere locum, Vasq. Cōtrouer. Illustr. in d. cap. 35. num. 2. incipien. & pro nostra lib. 1. Et sic etiam ex isto capite matrimonium non ualuit, neque ualet, quod & addi potest id fortius procedere in casu nostro inhærendo supradictis, quod omnino requiratur uoluntas libera ad matrimonium contrahendum, cum pluries fuerit persuasa dicta Vrsetta, & ei dictum per dictā D. Claram, quod uolebat quod acciperet præfatum Petrum in eius maritum: prout dicta secunda testis deponit fol. 23. ter. & sequen. ultra contenta in d. instru-
47 mento, cum nimia persuasio, † per quam persona inducitur ad contrahendum, habeatur loco compulsionis, & coactionis; & consequenter, quod tollatur in puella plena securitas, & liber consensus contrahendi: prout dicit Ferret. iuribus per eum adductis in dicto consilio 296. numero decimoseptimo, imò & rogationes
48 † & preces importunæ æquiparantur metui ad actus rescisionem, prout dicit idem Ferret. in d. cons. & num. 18. ubi plures auctoritates adducit. Et hæc quoad secundum caput.

Deueniendo nunc ad tertium caput nullitatis præfati matrimonij, dico similiter illud fuisse, & esse ipso iure nullum; ex quo quando contraxit eadem Vrsetta cum dicto Petro, tantummodo erat in principio duodecimi anni, vt infra demonstrabitur; quæ ætas illegitima est ad matrimonium
49 contrahendum † tam secundum Canones, quam leges, cum ad hoc ut fœmina matrimonium contrahere possit, requiratur habere duodecimum annum completum, masculus uero decimumquartum per glo. singularem in cap. 2. in uer. canonibus, & ibi Docto. de desponsat. impub. ca. continebatur, & ibi glo. in uer. proxima, & similiter Docto. præsertim Innoc. nu. 2. & Alex. de Neuo. nu. 22. & c. attestationes, ubi pariter Doct. co. l. minorem ff. de rit. nuptia.

Et q; præfata Vrsetta t pe, quo contraxit præfatū matrimoniū, esset tantūmodo constituta in ætate undecimi anni, duorū mēsiū

& nonnullorum dierum, cum ipsa nata sit & baptizzata in fine mensis Iulij videlicet sub die 27. anni 1586. & nuptui tradita de anno 1597. sub die 20. mensis Nouēbris, prout constat testium depositionibus, de quibus infra dicetur, & testimonialibus Curarii in actis productis, & extractis de libro baptizatorum, & matrimoniorum Parochialis ecclesiæ Angeli Raphaelis, de quibus in regesto fol. 91. de quarum plena fi-
50 de dubitandum non est. † ad firmata latè per Mascar. de probatio. Conclus. 673. numero primo, secundo, tertio, & sequen. ubi etiam dicit, idem procedere, etsi non describatur dies natiuitatis, & numero 18. & sequen. & idem expressè firmat de stylo & consuetudine procedere, Anton. Galleat. Maluas. in consilio 85. numero 17. vbi ad probandum de ætate producta fuit fides baptismalis, prout in casu nostro. & Laurent. de Pinu. in consil. vlt. numero 14. & quod per talem librum probe-
51 tur etiam mors, † dicit idem Mascard. in d. Conclus. 673. numero 13. quod prius uoluit Imo. per eum citat. in consil. 110. in fine. Et quod probetur per librum plebani de matrimonio contracto, cauetur ex dispositione Concilij Tridentini capitu. primo, ante finem, in uer. habeat parochus, sess. 24. de reformat. matri. & dicit Mascard. in dicta Conclus. 673. numero 18. & sequen. ad quæ facit illa iuris conclusio, quæ habet,
52 quod libro † electi a publico plenè credatur, prout dicit idem Mascard. in præcitato loco, numero 20. & latissimè in Conclusio. 254. numero 12.

Et non solum probatur de dicta ætate dictæ Vrsettæ per dictas testimoniales de libro plebani extractas, ut est dictum, uerum etiam & per attestationem D. Cyprianę matris dictæ Vrsettæ, de qua in regesto fol. 41 & a ter. in fine, cui credi debet, etsi sit mater
53 † ad dicta per Alex. de Neuo. in consi. nu. 11. cum allegatis per eum; & l. etiam, & ibi glo. ff. de probat. quod ante dixit Bal. in l. de tutela. nu. 1. & 2. C. de in integ. restit. ubi dicit coniunctos ideo admitti; quia melius quam alij præsumuntur scire ueritatem, & ibi etiam Bar. in prin. & Alex. in l. 1. nu. 18. ff. si certum pet. & non solum de dicta ætaté dictæ Vrsettæ deponit præfata Cypriana; uerū & & Clari. D. Clara, quæ semper ipsā retinuit in domo propria. regesto fol. 34. & tertia testis dicto regesto. fol. 29. & quarta testis, quę erat uicina dictæ Cyprianæ tempore, quo erat grauida, & peperit dictā Vrsettam, prout constat eodem regesto fol. 31 & a ter. & fol. 32. & 33. ubi etiam subdit dictam D. Cyprianam ante dictam Vrsettam habuisse duas alias filias, quæ quidem testis tantum cum esset uicina iuncta cum depositione dictæ D. Cyprianæ matris dictæ Vrsettæ, nedum cum alijs, non est dubium plenè probare de ætate eiusdem Vrsettæ, videlicet tempore, quo contraxit assertum matrimonium tantummodo esse in principio duo decimi anni, ut dictū est, addicta per Alex. in d. l. 1. nu. 18. ff. si cer. pet. ubi dicit de mor-
54 te, & de ætate alicuius credi uicinis, † & consanguineis, cum talia illis a communiter accidentibus soleant esse nota. & sic dicit sufficere testem concludere a communiter accidentibus super ętate ad hoc, vt probet, cum per hoc dicatur bonam causam scientiæ reddere; quod ibidem ante eum dixit Bar. sub nu. 15. & seq. ubi plura exempla adducit, eum ad probandum quamuis rem re-
55 gulariter duo testes † sufficiant l. ubi numerus, ff. de testib. c. in omni. in fi. & ibi glos. & c. licet, eod. vt super dictum est; & esse dictæ ętatis etiam fatetur eidem dictum fuisse tā a præfata Clarissima, quam a sua matre eadem D. Vrsetta in primo suo constituto vltimo loco habito, tam ante contractum matrimonium, quam postea. Ex qua scientia duo dicuntur, videlicet, & sua mala fides, & q non fraude dictū fuerit de tali sua illegitima ętate ad contrahendum, cum antea eidem dictum fuerit.

Et quid plura? de dicta minori & insufficienti ætate prædictæ Vrsettæ ad contrahēdū, probatur ēt per Claris. D. Andream Pasqualicū Compatrem spiritualē dictę Vrsettæ, cū illā susceperit de sacro fonte, prout patet in dicta fide extracta de libro baptizatorum eiusdē parochialis ecclesiæ S. Raphaelis, de qua supra dictū est. Cui quidem testi de huiusmodi ætate nō est dubium esse credendū, & quia de facto proprio attestatur, per iura desuper allegata; & quia annotatus & descriptus est in dicto libro baptismali iuxta formā Cōcilij Tridentini c. 2. sess. 24. de refor. cum propterea sit testis necessarius ad similitudinē testis instrumentarij; & quia
56 cōpater † spiritualis ēt pro illa, quā leuauit de sacro fonte, est idoneus testis, prout dicit Barto.

Barto.in conf.92.nu.5.&B al.in l.parentes,
nu.19.C.de testib.Alexand.in conf.42.nu.
18.uol.3.Roma.in l.quamuis, nu.5.ff.de in
ius uocan.Floria.in l.testis idoneus,num.2.
ff.de testib. idem Alexand. in consilio 125.
num.4.uolum.4. vbi dicit, quod licet pater
naturalis non admittatur in testem pro fi-
lio, tamen dicit admitti pro illo, quem le-
uauit de sacro pater spiritualis:vnde si in ca
su nostro ad probandam ætatem admittun-
tur mater, & coniuncti, qui regulariter pro
filijs & coniunctis reijciuntur,multo magis
de illa probabit Compater spiritualis,qui il
lam leuauit de sacro fonte, & ad testifican-
dum admittitur. Et quod Compater &
Comater sint idonei testes, dicit esse com-
* munem opinionem Alexand. de Neuo in
conf.20.nu.7.& per prædictas probationes
cum clarè liqueat dictam Vrsettam esse il-
lammet,de qua dicitur in fide extracta de li
bro baptizatorum,licet in uno nomine fue-
rit æquiuocatum, prout deponit idem Cla-
rissimus D.Andreas d.regesto fol.91.ter.&
seq.cum in ea dicatur,Angela Iacobina, cũ
deberet dicere Vrsetta,& Iacobina;ac ma-
ter dictæ Vrsettæ deponit, & omnes alij te
testes præfatam Vrsettam esse dictæ ætatis,
ulterius inquirendum non est, cum præfati
plusquam plenè probent per supradicta.

Quibus addo quod ualidior & dignior
57 est probatio, † quæ fit per testes,alijs, quæ
fiunt per instrumenta,cum illa sit naturalis,
& iuri naturali congrua,quod de instrumen
to dici non potest, cum uideatur quodam-
modo miraculosa illius probatio:& ista est
** magis communis opinio, prout dicit Viui.
inter cõmunes diuers. plures ita tenentes ci
tando sub tit.de tabellio.& fide instr. nu.8.
vol.1.fol.mihi 563.quod ante eum dixerũt
Abb. & alij in rubr. de testib. præsertim
* Dec.qui dicit hanc esse cõmunẽ opinionẽ,li
cet illam non sequatur per rationes suas.

Ex quibus remanet resolutum etiam ex
isto tertio capite assertum matrimoniũ fuis-
se,& esse nullum tam tempore,quo fuit con
tractũ,quam hodie, etsi copula inter eos nõ
coacta,prout interuenit,ut infra dicetur,sed
spontanea interuenisset,cũ proxima puber-
tati non esset, cũ deficerent ei octo menses
& ultra ad complementum duodecimi an-
ni,ad dicta per glo.not.in d.c. continebatur
in uers.proxima de despons.impub. ubi fir-
58 mat ad hoc,ut matrimonium † ualeat con-
tractũ cum impubere,duo copulatiuè requi
ri,& quod ipsa esset proxima pubertati,uide
licet, quod haberet undecimum annũ cũ di
midio completũ,uel plus propter ualiditatẽ
consensus;& quod malitia suppleat ætatam
id est potens ad coeundũ,prout dicit Alex.
de Neuo.in consil.1.num.13. alias dicit ea-
dem glo. non ualere neque post duode-
cimum annum matrimonium per eam con-
tractum. quam glos. ibidem constanter se-
cutus fuit Innoc. sub num. 2. dicens illam
esse tenendam, quicquid dicant aliæ glosæ,
& tanquam singularẽ etiam illam ibidem se
quitur Card.sub nu.3. & Alexan.de Neuo.
sub num. 22.& seq. ubi refellit opinionem
aliorum aliter tenentium, dicendo glosæ
opinionem & Innoc.esse uerã;& ita in facti
contingentia per plura iura,& auctoritates,
quas allegat,respondit idem Card. in cons.
* 4.per totum. Et hanc esse communem opi-
nionem post multa dicit Calca. consil. 121.
col.penul.in prin.

Nec mirum, cum ab opinione glosæ in
iudicando, & consulendo, quando firmat
pedes,prout in casu nostro,recedendum nõ
59 sit, † prout dicit Alex.in consil.92. nu.4.in
princ.uol.2.Mantua.in l. admonẽdi sub nu.
61.in uer.quarto & nu.62.ff.de iureiur. qui
dicit similiter opinionem glosæ tenendam
esse in iudicando, cũ antecellat omnes alias
auctoritates, dummodo communis opinio
non sit contra eam, prout & omnes auctori-
tates antecellere dixit Contard. cum alle-
gatis per eum in repet.l.vnicæ, num.5.C.si
de moment. posses. fuerit appella. fol.mihi
41. ter. & quod in iudicando tutum non sit
a glosa ordinaria recedere, dixit Bald. in
cons.169.num.3.uolum.5.Et quod ab opi-
nione glo.non sit recedendum, si Doctores
contra eã cõmuniter non concludant, tenet
Affl.in decis.21.num.4.in prin.& quod ubi gl.
firmat pedes seruanda sit, & omnes alias au-
ctoritates tollat,dicit Bertran.in cons. 191.
nu.5.in fi.& seq.in 1.uol.in 1.par. secundæ
par. quod prius dixit Bal. in l. cum hæredi-
tas in fi. C. de deposi. & quod malet magis
in iudicijs habere glo. pro se quam tex. di-
xit Fulgos.in l.ad officium,num.2. C. com.
diuid.& quod ab opinione glos.in iudican-
do, & consulendo non sit recedendum, cũ
antecellat omnes alias auctoritates, firmat
ẽt Barb.in cons.54.nu.8.uol.3.& qđ glosæ
opinio sit cõis, si cum ea concurrunt tres

Doctores, prout concurrunt in casu nostro,
præsertim Innoc. firmat Grat. in consil. 75.
nu. 21. & seq. uol. 2. Ideo alios addere non
curaui, cum a communi opinione in consul
lendo & iudicando recedendum non est,
vt est dictum.

Et quod tale matrimonium cum impube
re muliere non habente annum duodeci-
60 mum † post Conciliũ Tridentinum contra
ctũ, licet viro esset pubes, prout in casu no-
stro, sit adeo nullum, quod, etsi filios susce-
perint, de nouo indigent contrahere cum
præsentia parochi & testium, nec sufficiat
solus illorum superueniens consensus ad ua
lidandum primum nulliter contractum, re-
spondet Nauar. similiter in facti contingen-
tia in cons. 3. per totum sub tit. de desponsa.
impub. in nouissima impressione.

Et quod ex quo præfatum matrimoniũ
fuit, & est nullum, ex quo metu amissionis
bonorũ, seu dotis, ac metu reuerentiali alijs
concurrentibus contractum, ultra pręfatum
caput illegitimæ ætatis, ut est dictum; quod
de nouo cum præsentia parochi, & testium
61 teneantur † matrimonium contrahere, cum
primum non valeat propter deficientiam
consensus; quatenus velint matrimonialiter
coniungi præfati Petrus & Vrsetta, tenet
Nauar. per multa iura, & auctoritates per
eum adductas, dicens ferè per tres signa-
turas negotio discusso ita fuisse resolutum
in sacra pęnitentiaria in cons. 14. num. 7. vs-
que in fi. dicente Illustrissimo Cardinali Al
ciato referẽte ex placito S. D. N. Papę fuis-
se concessum tantum ad euitandum scanda
la in impedimẽtis occultis, quæ in pęnitẽtia
ria deferuntur, posse nouum consensum prę
stari absque interuentu parochi, & testium,
dummodo coniux intelligat impedimenũ
in genere. Et sic patet resolutio in impedi-
mentis non occultis, in quibus non militat
ratio euitandi scandala, quod de nouo con-
trahatur cum pręsentia Parochi, & testium,
prout occulta impedimenta non sunt in ca-
su nostro; & sic debere de nouo cõtrahi per
præfatos Petrum & Vrsettã, si matrimonia
liter coniũgi velint, stante nullitate prædicti
matrimonij, ad dicta per Nauar. in d. cõs. &
stante dicto placito S. D. N. in occultis im-
pedimentis, cum in non occultis appareat
euidenter uoluisse seruari Concilium. arg. l.
cum prætor, ff. de iudi.

Neque prædictis aliquid obstat, ut dixi,
quin iudicetur nullum præfatum matrimo-
nium. Et si dicatur dictã Vrsettã statim con
tracto matrimonio fuisse carnaliter cognitã
a dicto Petro, & per hoc conualidatum ui-
deatur præfatũ matrimonium secundũ ius
62 antiquum † per c. continebatur, §. si autem,
& ibi glo. in uer. proxima, de desponsa. im-
pub. desuper allegata.

Primo, quia eadem gl. iuncta cum tex. nõ
solum vult ad hoc, ut matrimonium contra-
ctũ cum impubere cõualidetur, ut impubes
fuerit de suo assensu carnaliter cognita, & ꝗ
malitia suppleat ætatẽ; & sic quod sit apta
ad coeundum & concipiendum, nedum car
naliter cognosci, per tex. in c. puberes, & ibi
etiam glo. quę redit rationem in uer. tardis-
simè, & glo. seq. in uer. ostendit, de despon-
sa. impub. quod non fuit uerificatum in di-
cta Vrsetta, prout nec verificari potuit, stan
te eius inhabili ætate; sed etiam quod im-
pubes sit proxima pubertati, & sic saltem in
undecimo anno cum dimidio constituta,
cum tunc reputetur a iure apta ad coeundũ
& concipiendum, ac ad consensum præstan
dum. Et propterea dicta glo. dat exemplum
de illo, qui est proximus pubertati, quod
obligetur furto.

Qua de re cũ dicta glosa circa duo esset
verificanda, uidelicet, & quod esset proxi-
ma pubertati, & quod de suo assensu fuisset
cognita, non est dubium, quod cũ circa æta
tem non fuerit uerificata, prout nec uerifica
ri poterat, cum constet tunc tantum esse in
principio duodecimi anni constitutã, quod
iuri non fuit satisfactum: & sic etiam quod
secundum ius antiquum dictum matrimo-
nium fuit, & est nullum, cũ quando duo uel
63 plura † per aliquem debent copulatiuè
adimpleri ad hoc, ut aliquid perficiatur, seu
ad esse rei, quod iuri non satisfit, nec releua-
tur adimplens, si in uno adimpleatur per
tex. in l. inde. §. ius autem, in prin. & ibi glo.
in ver. competere post medium in uers. nota
hic, tex. in l. fi. §. ait lex, & ibi gl. in uer. aucto
ritas, & Odofred. nu. 2. ff. de diuor. Spec. in
tit. de teste, §. 1. nu. 95. & Bal. in l. conuenti-
culam, col. 3. ante fi. in uer. item est argumẽ-
tum ab effectu, C. de episc. & cler.

Secundo, quia etiã dicta Vrsetta per uim
a dicto Petro fuit carnaliter cognita, licet in
ea malitia non suppleret ætatem, prout de-
posuit vltra Claris. D. Clarã, dicto regesto
f. 39. prima testis dicto regesto f. 17. & a ter.
& seq.

& sequen. & secunda testis eodem regesto
64 fol. 24. ter. & sequen. cum duo testes † ad quemuis actum, seu negotium probandum regulariter sufficiant, prout supra firmatum est, per l. vbi numerus, ff. de testib. vnde dicta ui stante, non est dubium, quod etsi dicta Vrsetta fuisset proxima pubertati, prout non erat, quod nec etiam dictum matrimo-
65 nium fuisset conualidatum † secundum dispositionem præfati. c. continebatur: cum requirat, quod suo assensu fuerit cognita, ad dicta in terminis per Rui. in cos. 122. nu. 13. in fi. in uer. præterea, uol. 4. ubi dicit, quod quando constat mulierem per uim, uel metum fuisse cognitam, quod nihil operatur copula ad conualidandum matrimoniũ metu contractum, nec metus purgatur. Vltra quod etiam, quando de iure antiquo conua-
66 lidabatur † matrimonium metu contractũ, vel a principio nullũ per copulã, non ualebat matrimonium vt ex tunc, sed vt ex nunc prout dicit Abb. in c. consultationi, nu. 7. de sponsal. & quod hodie matrimonium ut ex nunc conualidari non possit, cum nullitas proueniat a deficientia consensus, firmat latè Nauar. in d. consil. 14 num. 7. & sequen. sed nouus consensus requiritur, seruata forma Concilij Tridentini, de qua non curabat ius antiquum, prout patet ex dispositione c. is, qui fidem de sponsal. quod sublatum est per præfatum Concilium, prout dicit idem Nauar. in comment. in cap. humanæ aures 22. quæstio. 5. in 3. quæstio. numero 3. & Manuali capitu. 25. numero 144. & ideo.

Tertio dico, quod præfatum matrimonium etiam fuit, & est nullum per nouam legem Concilij Tridentini cap. 1. de reformat. matrimonij, sessio. 24. ex illis uerbis videlicet, ubi Parochus uiro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto &c. Cum consensum legitimum & aptum ad contrahendum matrimoniũ non
67 habeant impuberes † per tex. apertum in d. cap. 2. & ibi etiam glo. in uer. Canonibus, & glo. in uer. coniungantur. de desponsa. impub. Calcan. in d. consil. 121. num. 14. vbi etiam subdit hoc esse beneficium concessum impuberi, & dicit Abb. in ca. omnis utriusque sexus sub nu. 9. in uer. secundus de pœnit. & remiss. quod illa ætas requiritur ad contrahendum matrimonium, quod clare comprehenditur etiam ex illis alijs uerbis eiusdem Cõcilij ante finem, videlicet, Postremo Sancta Synodus &c. vbi hortatur coniuges, ut uel ante contractum matrimonium, uel post, triduo tamen ante illius consumationem, eorum peccata confiteantur & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumant, quod facere non possunt impuberes, cum de consuetudine seruetur; prout dicit idem Abb. in præcitato loco, & num. in uer. & aduerte, quod Eucharistia non exhibeatur impuberibus, sed puberibus tantum: Et sic apparet ex præfata conciliari dispositione per prædicta matrimonium non posse contrahi inter impuberes, cum non habeant consensum legitimum, prout requiritur ex illo uerbo, consensu, cum ad substantiam matrimonij
68 necessarius sit consensus † mutuus, nec sufficiat unius tantum, prout dicit Paris. in consil. 15. num. 19. uolum. 2. & intelligitur de legitimo consensu a principio, prout dicit idem Paris. in cons. 112. nu. 20. uolumi. 4. & est tex. in capitu. uidetur. Qui matri. accu. poss. in illis uerbis, uidelicet, ita ut si non interfuerint, & consensum non adhibuerint secundum leges, nullum fiat matrimonium, & tex. in capitu. secundo, §. qui enim, ubi dicit eadem uerba formalia 35. quæstio. 6. & quia uerba
69 legis † intelligi debeant cum effectu cap. relatum, de cleric. non residen. & Felyn. in capitu. Rodulphus, numero 5. de rescrip. ac etiam in potiori significatu, prout dicit Ias. in l. qui accusare, num. 7. C. de eden. ubi propterea dicit, quod quando lex
70 † facit mentionem de probatione, intelligitur de plena; prout etiam uoluit glos. in clement. constitutionem ante finem; in uersic. fides, de electio. ubi dic t, cum tex. ibi faciat mentionem de fide, debere intelligi de plena: ad quæ inhærent dicta Bal. in l. ita vulneratus, numero quarto, ff. ad l. Aquiliam, ubi dicit, quod uerba legis debent intelligi secundum propriam significationem: & sic quòd contrahentes matrimonium fiant puberes, per iura & auctoritates super hoc capite adductas, cum aliàs non potuissent præstare legitimum consensum, ut est dictum, & ita tenet Calcan. dicto consil. 121. numero 14.

Et ideo consultus respondit Nauar. in d. consil. 3. sub tit. de desponsat. impub. quod

71 cum impubes & pubes † matrimoniũ post
Concilium Tridentinum contraxerint, &
plures filios susceperint: quod de nouo te-
nentur cum præsentia Parochi & testiũ cõ-
trahere, cum illud fuerit nullum. Et ista sit
resolutio huius tertiæ nullitatis; quod Ca-
put tantum debet sufficere R. D. meo ne-
dum iunct. cum alijs duobus, vt inducatur
ad declarandum præfatum matrimonium
fuisse, & esse nullum, & præfatos Petrum &
Vrsettam, quatenus in matrimonium con-
iungi velint, teneri de nouo, stante nunc le-
gitima ætate dictæ Vrsettæ, ad contrahen-
dum cum præsentia proprij Parochi, & te-
stium, secundum dicti Concilij dispositio-
nem; & successiuè sententiari corruere, tam
dotis, quam aliarum rerum promissionem
intuitu dicti matrimonij per præfatam Cla
rissimam D. Claram, tanquam ab eo de-
72 penden.fact. cum matrimonio † non subsi-
stente, dotis promissio, nec aliarum rerum
non subsistat; prout firmat Barba. in consil.
71. numero 21. & sequen. volum. 2. vbi di-
cit dotem & donationem occasione matri-
monij promissam, nomen dotis, uel dona-
tionis non mereri, cum matrimonium sit
nullum, & de facto factum, per Authen.
de nup. §. si aduersus in fi. quod ante eum in
d. Authen. voluit Angel. ubi dicit, quod ubi
matrimonium de facto contrahitur, & est
statutum, quod uir debeat lucrari tertiam
partem dotis præmoriente uxore in matri-
73 monio; † quod cum non sit uir, neque ma-
trimonium iuris, sed facti, nec est dos,
nec nomen dotis; cessant uerba statuti, &
per consequens illius dispositio cessat, quod
ante eos dixit Bald. in l. 1. in princip. C. de
condictio. ob cau. vbi dicit, quod si statu-
tum disponit de dote lucranda, quod ad
hoc, ut statutum habeat locum, requiri-
tur, ut matrimonium valeat, alias non lu-
crabitur dotem; & tex. apertus in eadem
Authen. de nup. in §. si verò decretum, in
ver. si verò ab initio, & sequen. & Boer. in
d. consil. 20. numero 50. & quod ubi non
potest esse matrimonium, non habet lo-
cum dotis assignatio, dicit idem Barba. in
rubr. de rebus eccles. non alienan. nume-
ro 116. in fin. Nec est mirum, cum dos
74 † non possit stare sine matrimonio, pro-
ut dicit Corneu. in consilio 86. numero 2.
in princip. volumine primo, & Ias. in l.
prima, numero sexto, C. de institutio. &
substitutio. & Castiglio. in consilio 11. nu-
mero 6.

Deueniendo nunc ad oppositiones, quæ
testibus fieri possunt. Dico primo non ob-
stare, etsi obijciatur, quod ex quo in præ-
senti pro suo interesse prosequitur cau-
sam nullitatis eiusdem matrimonij eadem
Clarissima D. Clara, cum ab ea recesserit ea
dem Vrsetta, com redierit cum dicto Pe-
tro, quod propterea aliquid circa eius de-
positionem eidem D. Claræ non sit creden
75 dum, cum ad sui fauorem quis † testimo-
nium ferre non possit per tex. in l. omnibus,
C. de testib. l. nullus, ff. eodem, capitu. si
testes, §. nullus 4. quæstio. 3. & dixit Mars.
in cons. 12. numero tertio, cum mille con-
cordantibus.

Quia ad hoc respondetur, quod obie-
ctum procederet, si postquam pro suo in-
teresse comparuit in causa ad sui fauorem
in consequentiam deponendo super facto,
ex quo redditur nullum matrimonium, de-
posuisset; sed quia deposuit pro dicta Vr-
setta in principio, antequam pro interesse
suo comparuerit; dico exceptionem non mi
76 litari tanquam ineptam, cum conditio † te-
stis inspiciatur secundum tempus iuramen-
ti, nec alia extrema anteriora, seu posterio-
ra considerantur, prout optimè firmat An-
gel. in consil. 1. nume. 4. in princip. Et dixit
Alex. in cons. 150. num. 6. vol. 5. & Viuia. in
sua Sylua. opinio. opinio. 992. nu. 2. ubi atte
* statur de communi, vol. 3.

Et si de nouo obijciatur, quod etiam a
principio in consequentiam ad sui fauorem
deposuit, cum nullitas matrimonij respiciat
nullitatem promissionis dotis per eam pro-
missæ, prout supra firmatum est, & sic
non videatur probare. Quia similiter ad
hoc respondeo, talem exceptionem non
77 militare, ex quo in dicto testis † non at-
tenditur, si in consequentiam aliquod com-
modum ex suo dicto reportauerit, sed il-
lud, ad quod principaliter inductus fuit,
etsi in consequentiam ex suo dicto commo-
dum reportare possit, prout dicit Ias. in l.
quoties, num. 12. C. de iud. ubi inter alia
78 dicit, quod legatarius † potest esse testis
in causa testamentaria, quia non principali-
ter, sed in consequentiam ad eum spectat
commodum. Purpu. in l. si quis, nu. 10. ff.
si cer. pet. & optimè Barba. in consil. 2. nu. 8.
volumine 1.

Neque

Neque etiam obstat si diceretur, quod
ex quo in huiusmodi causis matrimoniali-
79 bus requiruntur testes † omni exceptione
maiores, siue de coniungendo, & fortius si
de separando matrimonia agatur ob causę
grauitatem, vt in principio dictum est; cum
propterea non deferatur iuramentum, &
causis criminalibus æquiparari multis pla-
citum est. Et ideo in hac nostra causa pre-
fatos testes non probare, cum omnes mu-
lieres sint, quæ in causis criminalibus non
admittuntur, & per consequens non videan
tur nec in huiusmodi causis omni exceptio-
80 ne maiores, & admittendæ, † prout latè di-
cit Tiraq. de legib. connub. in l. 9. num. 64.
vbi quam plures accumulat ita tenentes.
Latè Gabriel in suis conclus. sub tit. de te-
stib. conclus. 8. lib. 1. Mascard. de probatio.
conclus. 1023. nume. 4. & seq. qui similiter
more suo etiam quam plurimos citat. Soc.
iun. in cons. 29. num. 8. vol. 2. & in cons. 31.
num. 10. eo. vol. cum alijs citat. per Couar.
in 4. decret. in 2. par. cap. 8. §. 12. num. 7. &
seq. mouentur omnes per c. 1. & ibi glo. in
ver. maiores, de consang. & affinit. & per gl.
fi. in c. in literis. de testib. vbi dicit, in sepa-
rando matrimonio requiri testes probatæ
vitæ, & opinionis, allegando præfatum c. j.
& dicendo magis tolerabilius esse contra
statuta hominum aliquos dimittere copu-
latos, quam coniunctos legitimè contra sta
tuta Domini separari. Sed tamen aduer-
tendum est in causa matrimoniali mulierē
81 † censeri testem idoneam, & omni exce-
ptione maiorem, cum tam ad coniungendū
matrimonium, quam ad illud separandum
duo testes tam masculi, quam fœminæ suf-
ficiant. per c. super eo, el 2. & ibi Abb. in 3.
not. vbi dat etiam rationem, de testib. Hen-
rich. Boich. in c. quoniam, nu. 2. eo. vbi con-
cludit de iure canonico mulierem posse esse
testem in causis matrimonialibus. & Abb.
in d. c. super eo. sequitur Dec. in cons. 342.
num. 1. in ver. dicit, & Abb. ibidem commu-
niter sequi. Ad quod facit Gig. sing. 41. Et
* hanc esse communē opinionem: & ita quo-
tidie seruari dicit Soc. iun. in dicto cons. 31.
num. 13. & seq. volum. 2. ubi dicit, quoad
æquiparationem causæ criminalis id pro-
cedere quoad delationem iuramenti, cum
82 † sicut in criminali, in matrimoniali etiam
non defertur, & ita etiam dicit Dec. quoad
non delationem iuramenti æquiparari, in
cons. 162. num. 12. in ver. & hoc confirmari
potest. Et quod in causis matrimonialibus
mulier admittatur etiam sequendo Abb. in
d. cap. super eo. cum alijs per eum citatis, &
esse omni exceptione maiorem, & in codi-
cillis secundum omnes in testem admitta-
tur fœminæ, firmat per plures auctoritates
idem Tiraq. de legib. connub. in d. l. 9. num.
64. desuper allegato. in ver. verum ne hæsi-
tes, vsq; in fi. & nu. 74. per totum, vbi etiam
adducit eundem Abb. ad probandum mu-
lierem esse omni exceptione maiorem. in c.
ex insinuatione, sub num. 7. de procur. ubi
Abb. dicit per dictum vnius mulieris defer-
83 ri iuramentum † in supplementum plenæ
probationis, quod non esset in causis ciuili-
bus, nisi semiplenam probationem non fa-
ceret, & esset omni exceptione maior, pro-
ut dicit ipse in d. num. 74. sequendo Ripa.
in repet. l. admonendi, sub num. 170. iuncto
* num. 179. ff. de iureiur. Et hanc esse com-
84 munem opinionem, vt mulier † in testem
admittatur, etiamsi de matrimonio separan
do agatur, sequendo Soc. in pręcitato loco,
vltra alios per eum citatos, firmat Couar. in
d. 4. parte decret. c. 8. §. 12. nu. 8. in uer. re-
ceptum tamen. & est text. in c. uidetur, qui
matri. accus. poss. & in c. videtur. 35. q. 6. per
quæ iura expresse docetur etiam consan-
guineos, scilicet matrem & affines in huius-
modi causis matrimonialibus tam in con-
iungendo, quam in separando matrimonij
85 admitti, † prout tenet Felyn. in d. c. in lite-
ris num. 6. post medium, in uers. & per hoc
considera, de testib. Vbi dicit in matrimo-
nio etiam consummato disiungend. in te-
stes admitti matrem, & similes, ac familia-
res honestos. & placuit Veral. in decis. 276.
num. 7. 8. & seq. par. 3. Et cum habeamus
communem opinionem & obseruantiam,
pro hac parte ulterius non insisto in allagan
do; cum à communi opinione in iudicando
86 † & consulēdo recedendum non sit, prout
dicit Soc. sen. in cons. 187. num. 9. volum. 2.
Ias. in cons. 76. num. 3. uol. 3. Dec. in cons.
174. num. 1. in fi. & in cons. 146. num. 7. &
in cons. 229. col. 3. in princ. & Cassad. super
reg. Cancell. decis. 12. nu. 7. Minusq; licet
ab obseruantia, seu practica recedere, prout
dicit Dec. in cons. 11. num. 9. circa fin. & in
c. 1. in prima lect. num. 83. & seq. de constit.
Cacher. in procem. suarum decis. num. 14.
87 Et qđ practica † sit optima interpres legis,
tradit

tradit Mascard. de probat. conclus. 1164.
num. 8. & Soc. iun. in cons. 93. num. 52. vol.
4. & quod interpretatio vera sumatur à pra
ctica dicit Rimin. iun. in cons. 30. num. 13.
vol. 1. & Genue. decis. 181. nu. 6. vbi dicit,
quod à practica & communi obseruantia
sumitur legum interpretatio.

Et etiam non obstaret, si opponeretur,
quod dicti testes sint familiares, seu dome-
sticæ personæ, cum inseruiant in domo di-
88 ctæ D. Claræ; cum seruientes † & ancillan
tes veniant appellatione domesticorum, &
non probant, prout dicit latè Alex. in cons.
150. num. 14. vol. 5. & quod regulariter nõ
admittantur, habemus c. in literis, de testib.
l. etiam C. eod. c. 1. & c. 3. & c. accusatores,
el. 3. 3. q. 5. l. pen. ff. de testib. cum alijs addu
ctis latè per Gabr. in d. tit. de testib. conclus.
10. nu. j. & seq. lib. j.

Primo, quia quoad casum nostrum dicta
conclusio limitatur non habere locũ, quan-
do testes domestici, seu familiares essent
89 honestæ vitæ, † & bonæ conditionis, prout
sunt præfati testes, quia tunc admittuntur
in testes prout dicit Bal. in c. in literis, nu. j.
de testib. vbi subdit propterea ibidẽ, Inno.
dixisse non fuisse testes familiares in casu di
cti c. admissos, quia non erant honesti, ex
quo interfuerunt facto inhonesto per domi
num perpetrato. quod & ibidem etiam vo-
luit Ant. de Butr. in fin. in ver. debet etiam.
& idem dicit etiam ibi Felyn. num. 6. post
medium, in ver. & aliud est loqui de famu-
lis. & Ruin. in cons. 158. nu. 28. colum. 5. &
Alex. à Scala. inter matrim. diuers. in cons.
57. num. 2. in fi. & nu. 3. vol. j. vbi reprehen-
dit procuratores qui absq; aliquo discrimi-
ne repellunt famulos à testimonio, perinde
quasi non sint adhoc idonei; & nihilominus
si vitæ sint integri per dictum tex. in c. in li-
teris admittuntur. quem secutus fuit Ma-
scard. in d. conclus. 1023. num. 28. & Ga-
briel. per eum allegat. d. conclus. 10. nu. 19.
vbi etiam citat quam plures ita tenentes. Et
quòd quando tractatur de dissoluendo ma
90 trimonio admittatur quilibet testis, † nisi
in contrarium probetur; & admittantur ma
ter, consanguinei, affines, & domestici, dicit
Veral. d. decis. 276. nu. 7. & seq. par. 3.

Secundo, quia eadem conclusio limita-
tur non procedere, quando tractatur de ea
probando, quæ domi facta fuerunt, prout
in casu nostro, quia tali casu creditur tam
91 domesticis, † & familiaribus, quam alijs;
prout latè dicit Felyn. in d. c. in literis. num.
6. in uer. fallit 3. de testib. quod ante eum di-
xit Bart. in l. quoties. in summa. & num. j. &
seq. C. de naufrag. lib. 11. & in l. si quando
ante fin. in uer. qualiter ergo. C. vnde vi. &
est casus in l. consensu §. super plagis. C. de
repud. & in c. veniens. in fi. de testib. c. super
prudentia. 14. q. 2. & firmat idem Gabriel.
d. tit. de testibus, conclus. 10. sub num. 38. &
seq. ubi alios citat. lib. 1. Et idem procedit
in omnibus casibus, in quibus familiares
possunt melius scire veritatẽ; & in his, quæ
magis ignorantur ab alijs, quam à domesti-
cis, & familiaribus; prout latè dicit in dicto
loco Gabriel. cum accumulatis per eum nu
mero 40. & seq.

Neq; etiam obstaret, quin præfati testes
probent, etiamsi eis opponeretur (exceptis
dicta Clarissima D. Clara, & præfato Cla-
rissimo D. Andrea) quod essent pauperes,
92 † quia per hoc non arcentur à testimonio
in his, in quibus requiritur idoneitas circa
fidem, quia pauper fidelis admittitur in te-
stem, cum paupertas non sit de genere ma-
lorum, ita firmat Floria. in l. testium, num. 3.
in vers. sed in illis. ff. de testib. quem secutus
fuit Zas. in causa matrimoniali in consil. 2.
num. 31. & seq. vol. 2.

Et quod pauperes, cum aliàs sint hone-
stę vitæ, prout sunt testes præfati, in testes
admittantur tam in causis ciuilibus etiam
arduis, quam in criminalibus, licet illis mi-
93 nus credatur, † firmauit Ruin. dicens ita cõ
munitet tenere Doctores, in cons. 158. nu.
27. vol. 4. Bar. in l. ex libero, ad fi. & ibi Mar
sil. num. 7. ff. de quæst. Bal. latè in c. si qui te-
stium. sub num. 5. & ibi etiam Abb. num. 8.
in ver. puto, Aret. num. 7. & seq. & Fely. nu.
8. de testib. & optimè Auffre. in tracta. de
testibus. sub num. 78. in uers. alioquin, fol.
mihi 174.

Et tanto efficatius præfati testes probãt,
quanto nos sumus in probando metu, ad
quem probandum admittuntur præsumpti-
94 ue † probationes etiam imperfectæ, seu
præsumptiones, & coniecturæ, prout supra
late firmatum est: & quia in casu nostro non
tractatur de dissoluendo matrimonio, saltẽ
quoad coniuges, prout in casu c. 1. de con-
sang. & affinit. desuper allegat. cum deficiẽ-
tia consensus stante dicto metu, & illegiti-
ma ætate non permiserit illud effici quoad

con-

contrahentes; vnde nullus uersatur fauor matrimonii, cum illud, quod nullum est, dissolui non possit, per tex. in l. nam etsi. §. post defectum autem. & ibi latè Alber. de Rosat. col. 2. ubi etiam dicit in terminis casus nostri, quod matrimonium, quod non est, dissolui non potest. ff. de iniust. rupto, & irri. fac. testam. Et quod illud, quod est nullum
95 † de iure rescindi non possit, per eandem legem dicit Aegid. Bellamer. in tractat. de permut. benef. par. 4. quæst. 3. sub num. 15. trac. tom. 15. parte prima, fol. 200. Et quod matrimonium nullum non dicatur solui, dicit text. in Auth. de nupt. in §. si vero ab initio. Et ista sufficiant pro firmitate testium super dicto metu, & illegitima ætate, & per cõsequens nullitate matrimonij examinatorum, quibus addo Giga. in singul. 43. vbi
96 dicit à fortiori, quod testes, † qui aliàs non admitterentur, pro idoneis haberet in his, quæ à communiter accidentibus fiunt clam & secrete, prout sunt matrimonia, quæ per vim, vel metum celebrantur.

Deueniendo nunc ad testes examinatos pro parte præfati D. Petri, dico similiter per desuper firmata aliquid non obstare, quin euidenter appareat probatum esse de dicto metu, cum de eo constet tam testium depositionibus quam instrumento desuper mentionato: Et quia præfati testes aduersarij ex pluribus capitibus nihil probant, & quia etsi probarent, nihil releuant per eos attestata, vt infra demonstrabitur.

Et qđ nemo ipsorũ probet, patet, quia fuerunt examinati non citati ad subijciendum se ipsi examini, prout est videre in principio examinis cuiuslibet ipsorum, de quibus in regesto fol. 43. fol. 50. fol. 57. ter. & fol.
97 66. ter. Ideo eorum examen † non valet. Zas. in l. j. post medium, in ver. sic, cum citatis per eum. ff. de in ius vocan.

Et quod in specie non probet primus testis, similiter patet, quia in fine eius examinis dicit, quod nec tempore Paschatis proximè præterito neq; postea ipse confessus fuit peccata sua Sacerdoti, nec sanctissimã Eucharistiam sumpsit, regesto fol. 80. Cũ
98 non † confessi nec communicati debito tẽpore Paschali non probent, prout dicit Peregrn. in nouis decis. Rotę Rom. decis. 339. lib. 3. Ruin. in cons. 106. num. 6. vol. 5. Rolan. à Val. in cons. 24. num. 73. & seq. vol. j. Bursa. in cons. 331. num. 39. vol. 3. refert, & sequitur Viui. in sua Sylua opin. opin. 971. num. 3. lib. 3. exclusa aliorum opinione aliter tenentium, & num. 9. & seq.

Et similiter nihil probat secundus testis; quia similiter secum exceptionem inimicitiæ portat, cum deponat quod prius solebat practicare in domo præfatæ Clarissimę D. Claræ; sed quia eadem Clarissima noluit facere eidem vnum seruitium, quod recessit à tali practica à die Paschatis oliuæ, regesto fol. 50. ter. in fin. & seq. vnde sicut ille, qui est solitus aliquẽ salutare, si postea illum non salutat, censetur inimicus, prout
99 † dicit Guid. Papæ in tract. de præsumpt. sub num. 56. Mars. in l. 1. §. præterea. nu. 8. in princ. ff. de quæst. & Ioan. à Roya. in singul. in fauo. fidei. 199. nu. 5. vbi plures auctoritates adducit, pari modo iste per eandem rationem censeri debet, nec est credendum, etiamsi de proximo sit reconciliatus;
100 † prout optime firmat Couar. pract. quæstio. cap. 18. num. 3. vbi quam plures allegat id firmantes; dicit hanc esse communem
* opinionem, refert & sequitur latè Benuenut. Strac. in suis annotat. ad cons. 9. Aymo. Craue. num. 6. in princ. fol. mihi 13. & prius voluit Alex. cons. 99. num. 3. vol. j.

Et etiam dicto secundo testi non venit credendum, quia ipse deponit dicto regesto fol. 51. quod antequam fuisset requisitus à parte aduersa, vt vellet se subijcere examini, se obtulisse spõte eidem parti aduersæ, dicendo, vt faceret illum examinare
101 † ad firmata per Salic. in l. fi. num. 10. in ver. & aliàs dicimus. C. de accus. quem secutus fuit Ruin. in cons. 146. num. 1. in ver. & sicut dicitur de teste, vol. 5.

Prout similiter nihil probat Clarissima D. Maria Valerio relicta q. Magnifici D. Hieronymi Falasco, altera testis pro parte dicti D. Petri examinata, attento quod dicit, quod vellet quod Clarissimus eius frater, pro cuius filio deponebat, vinceret prętfatam litem, quamuis etiam Clarissima D. Clara sit eius soror, dicto regesto fol. 7. cum testis ita dicendo non probet, cum demonstret se esse nimis fauorabilẽ illi parti, prout
102 † dicit Anto. de Rosell. in cons. 43. nu. 7. inter matrimonialia diuers. vol. 1. & prius voluit Alex. in cons. 150. nu. 13. in fi. vol. 5. Quod fortificatur per eum fol. seq. prolatis, dicendo quod ægrè tulit, quòd cum ipse haberet vnam filiam, eadem Clarissima D.

Clara

Clara magis uellet, ut dici solet, § far del be ne à detta Orsetta, che alla sua.

Prout & pariter aliquid non uenit credendum Isabellę alteri testi eiusdem aduersarij, quæ fuit mediatrix ad contrahi faciendum matrimonium præfatum, prout ipsa deponit eodem regesto fol. 58. & a ter. & fol. 60. nedum quia contrariatur in suo dicto Angelo secundo testi, dum dicit, quod in illo sero, quo fuit consummatum assertum matrimonium inter præfatum Petrum & Vrsettam, ipse Angelus de commissione eiusdem Clarissimæ iuerit ad uocandum dictum Petrum: ac etiam quia mediatrix vltra quod ipsa dicat, quod dicta Clarissima ipsam odio prosequitur, forsan quia ipsa contraxit dictas nuptias; verum etiam & quia conuincitur de mendacio, & deponit inuerisimilia. Et quod contrariatur dicto Angelo patet, nam idem Angel. fol. 53. ter. in fine, & fol. 54. deponit, quod dicta Isabella tenitente dicta Clarissima D. Clara dixit eidem Angelo, cum prope ipsum iuisset, & sic clam a dicta Clarissima hęc verba videlicet § Và via, chiama da mia parte il Signor Pietro, e digli, che'l venga quà à cena, & se sono fatti li stramazzi portane tu uno, e che ne porti vno il seruitore. § Dicta vero Isabella aliter deponit, & dicit dicto regesto. fol. 62. & à ter. videlicet § E la signora Chiara le disse và à chiama Pietro, che uenghi à cena & à dormire, e che'l faccì portar i suoi stramazzi: & cosi lui andò uia correndo: & stette poco, che il signor Pietro giunse, se ben pioueua. § Et sic nō est dubium stante dicta eorum contrarieta-

103 te, † quod aliquis eorum nō probat; prout dicit Bursat. cons. 69. num. 27. uolum. 1. Soc. iun. in cons. 86. num. 23. uol. 2. Marsil.

* in cons. 20. num. 13. Et hanc esse communem opinionem dicit Grat. in cons. 2. num.

** 14. uol. 2. Et magis communiter hoc tenere Doctores dicit Gramma. cum allegatis, per eum in cons. 26. nu. 21. in crimin.

Et quod conuincantur de mendacio, similiter patet, nam eadem Isabella dicto regesto fol. 60. deponit, quod antequam contraheretur præfatum matrimonium, & ipsa ibat ad domum dictæ Clarissimę D. Clarę, eadem Vrsetta ibat ei obuiam, & ipsam deosculabatur, & querebat ab ea, quid erit de isto matrimonio, & quod ipsam hortabatur, ut omni conatu illud concluderet; eidem dicendo etiam, quod nunquam obliuisceretur de dicta teste.

Et tamen probatur per plures testes, quod cum conquæreretur dicta Vrsetta de dicto matrimonio contra eius uoluntatem contracto ad præsentiam matris præfatæ Isabellæ, & eius mater dixisset, quòd ipsa fuerat causa de hoc, & quod ita dixerat eidem dicta Isabella eius filia, quod cum fuerit negatum à dicta Vrsetta, & in die sequenti eadem Isabella iuisset ad domum d. Clarissimæ D. Claræ, & à dicta Vrsetta interrogata fuisset ad præsentiam infrascriptorum testium, quando ipsa fecit ei instantiam, vt ipsam nuptui tradidisset dicto Petro, seu alteri, & dicta Isabella etiam iurando negauit, dicens, quod nunquam de hoc eidem eadem Vrsetta allocuta fuit, & quod eius mater, quæ talia dixit, erat fatua, prout deponit super primo articulo secundæ modulæ eadem Antonia filia q. Dominici desuper examinata dicto regesto fol. 78. & à tergo, ac Catherina filia q. Hieronymi altera testis dicto regesto fol. 81. & à ter. & seq. similiter super primis articulis examinata, vltra Clarissimam D. Claram, dicto regesto fol. 73. ter. & seq. Cum non sit dubium, nedum tres, verum etiam & duo contestes de

104 loco † & tempore, prout sunt præfatæ testes de dicta extraiudiciali confessione probare; prout dicit Afflict. in decis. 364. nu. 4. cum allegatis per eum: & sic probatur per eam conuinci de mendacio eadem Isabellam, cum fuerit facta parte præsente, & ad illius interrogationem, ut est dictum, ad dicta latè per Dec. in c. at si clerici. num. 137. per totum, de iudi. præsertim cum fuerit iurata talis confessio, vnde omnino præiudicaret dictæ Isabellæ, & plenè conuinceretur de dicto mendacio, etiamsi facta fuisset dicta Vrsetta non præsente propter præfatum iuramentum, prout dicit Gram. in decis. 34. num. 59. in uers. sicut etiam dicimus.

Et propterea cum conuincatur de falso in vno, non est dubium, & de periurio conuinci, & in omnibus esse reijciendam præ-

105 fatam testem ratione iuramenti, † cum sit indiuisibile, prout firmat Alex. dicendo hāc

* esse communem opinionem, in l. si ex falsis. num. 13. C. de transact. & in cons. 44. nu. 7. uol. 2. quem secutus fuit Dec. in cons. 105. post num. 5. in uer. similiter testis. Grat. in cons. 2. num. 18. uol. 2. Ruin. in cons. 158.

num.

num. 29. uol. 5. Soc. sen. qui similiter de cõmuni attestatur in cons. 136. num. 9. vol. j. Marsi. in sing. 38. communes conclus. Paris. in cons. 88. referens etiam de communi. sub num. 82. vol. 3. & in cons. 83. num. 39. vol. j. Alcia. in l. j. §. sed etsi mihi. num. 51. in ver. si uero, & num. 54. & seq. ff. de verb. obliga. Innoc. in c. fraternitatis, num. 1. ante finem. & ibi Felyn. num. 21. de hæret. Oldrad. in consil. 37. ad primam quæstionem. num. 1. Roma. in cons. 505. ad fi. in uer. aut in continenti, Aymo in cons. 6. num. 14. Catellia. Cot. in suis memorialibus, in ver. iuramentum est quid indiuiduum. Clar. in sua prax. crimin. quæst. 53. nu. 8. Paser. in cons. 162. nu. 7. & seq. Aegid. Bossi. in tract. de testib. in tit. de opposit. contra testes. sub nu. 22. & Roland. à Val. in cons. 16. num. 19. uol. j.

Et dicta extraiudicialis confessio etiam est verisimilis, & nõ illud, quod dicit in eius examine, cum uerisimile non sit, vt iuuenis vndecim annorum affectaret, & cuperet maritari; & tanta esset etiam eius inuerecundia, ut ipsam Isabellam solicitaret, quod faceret præfatum matrimonium, stante præferrim eius honestate, & timiditate, & aliis qualitatibus, de quibus deponunt dicti testes regesto fol. 80. ter. & altera testis fol. 83. Vnde succedit alia iuris conclusio, quę

106 habet, quod licet dicto iudiciali † magis standum sit, quam extraiudiciali, & non iurato, quòd nihilominus dicta regula fallit, quando cum dicto extraiudiciali, & non iurato, concurrunt præsumptiones ueritatis, & non cum dicto iurato: quia tunc magis standum est dicto primo non iurato, quam iurato, & solemni in iudicio prolato: ita dicit Bal. limitando dictam regulam in c. literas, num. 4. & ibi Abb. num. 2. per illum tex. de præsumpt. Roma. in consil. 505. num. 3. in uer. item limitatur. Soc. sen. in cons. 253. col. 2. in fi. in uer. uel etiam. num. 2. Alex. in cons. 126. nu. 7. uol. 7. & Aymo in cons. 6. num. 44. & seq.

Et ex eodem fundamento periurij redditur nullum quicquid eadem Vrsetta contra primum eius constitutum circa metum illatum in secundis constitutis dixerit, cum periura fuerit; & cum primo dicto etiam cõcurrant coniecturæ & præsumptiones, ac probationes testium & instrumenti, de quibus supra dictum est.

Deueniendo nunc ad dicta dictorum testium examinatorum pro parte dicti D. Petri, dico similiter aliquid non probare, etsi præfatas exceptiones non paterentur, de quibus supra dictum est, prout patiuntur, cum tandem omnes tendant ad probandũ, quod non metu aliquo amissionis bonorũ, & reuerentiali, de quibus similiter præfata Vrsetta contraxit præfatum matrimonium, sed sponte dicendo, quod in actu cõtrahendi riserit, & hilari vultu contraxerit, quia dicta probatio insufficiens est, ex quo probatus fuit metus, cum qui deponit de metu testificentur de uisu, & auditu; sed qui testificant in cõtrariũ de uolũtate propria puellę, testificatur de conscientia aliena: & ideo

107 † testimonium insufficiens est, & non admittitur: & ita iudicatum etiam fuisse in causa cuiusdam puellæ, quæ per vim & metum contraxerit, & in actu contrahendi riserit demonstrando, quod sponte contraxerit, dicit Abb. antiq. in c. super hoc. num. 4. de renunc. quem secutus fuit Barbar. in cons. 54. col. pen. in princ. dicendo Abb. antiq. in dicto loco omnes sequi, vol. j. & eum sequitur etiam Alex. de Neuo. in cons. 3. nu. 6. cum

108 non sit dubium † metum non purgari eadem causa metus durante, prout latè dicit Purpur. in cons. 579. nu. 14. uol. 2. & latissimè Bursat. in cons. 72. uol. 1. & Mascar. de probat. conclus. 1055. aliàs in primis impressionibus, 1054. qui more suo quam plures Doctores allegat ita tenentes sub num. 36. & similiter etiam sit indubitatum, quod eadem causa metus perdurabat, ex quo metu amissionis dotis, & bonorum, de quibus supra, ac reuerentiali contraxit, & in eadem domo præfatæ Clar. D. Claræ permanebat.

Et quid plura? præfatæ testes pro parte præfatæ Vrsettæ examinat. deponunt de signis, & coniecturis, & præsumptionibus, ex quibus elicitur contraria volũtas, & metus, & quod nolebat habere in virum præfatum Petrum, de quibus supra dictum est.

Nec testes partis aduersæ possunt aliter deponentes probare, cum nõ deponant de signis & coniecturis liberam voluntatem necessario indicantibus, stante dicto metu, & ideo dixit Bald. in l. si quis in hoc genus sub num. 4. in uer. adde tamen unum. C. de

109 episc. & cler. quod metu probato, † quasi impossibile sit probari contrarium, & Doctores desuper citati; quòd magis creditur duobus testibus de metu deponentibus, quam

quam mille negantibus, feu de libera uoluntate deponentibus, per rationes fupradictas; quibus addo Alban. ad Bart. in rub. ff. quod met. cau. num. 2. & Iaf. in §. quadrupli. nu. 71. Inftit. de actio. Bartho. Veronen. conf. 16. num. 29. uol. 2. & Couar. in 4. decret. in 2. parte. cap. 3. §. 5. nu. 10. in princip. & fuit originale dictum Innoc. in d. c. fuper hoc. nu. 2. in princ. de renunc. Et ideo non immerito dixit Couar. in dicto loco, in uer.
10 quod circa metum debet iudex † confiderare caufas, quas teftes adducunt, in confiderando metum, uel liberam uoluntatem.

Et non folum probatur de dicto metu per teftes, ut eft dictum, uerum etiam & per inftrumentum, de quo fupra: Et non folum quod eft nullum præfatum matrimonium eft dicto capite metus; uerum etiam & quia non exiftens in legitima ætate eadem Vrfetta illud contraxit contra formam facrorum canonum, & Concilij Tridentini, & tale debet declarari, & abfolui & liberari præfatam Clariffimam dominam dotis, & aliarum rerũ intuitu matrimonij facta promiffione; ac teneri præfatos Petrum & Vrfettam de nouo ad contrahendum, quatenus in matrimonium coniungi uelint per fupradicta. Et ifta pro fine fufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulfinio.

ARGVMENTVM.

Veniens ad caufam pro fuo intereffe, an & quando fit audiendus, & non. Et de nullitate matrimonij, tam ex caufa metus, quam ob defectum ætatis.

SVMMARIVM.

1 *Papa quare non apponat manum iuri patronatui laicorum.*
2 *Teftis habens intereffe quando non adimittatur.*
3 *Mater, & confanguinei admittũtur in matrimonio diffoluendo.*
4 *Cafus legis ubi eft, nulla poteft cadere dubitatio.*
5 *Teftis propter nimiam affectionem ad caufam repellitur.*
6 *Turpitudinem fuam regulariter quis allegare non poteft. & numero 7. 12.*
8 *Notorium quid eſſe per fententiam, uel euidentiam, & confeffionem partis æquipollet.*
9 *Condemnatum quem eſſe, uel de proximo condemnandum, paria funt.*
10 *Cingendus de proximo habetur pro cinctio.*
11 *Potentia proxima actui habetur pro actu.*
13 *Turpitudinem fuam quando quis allegare poffit. & numero 14.*
15 *Matrimoniali caufa confideratur duplex ratio. & qua.*
16 *Metus probatio ex quibus refultet in matrimonio contrahendo.*
17 *Famulæ domefticæ an adimittãtur in matrimonialibus. & qualem fidem faciant, & quid in alijs ciuilibus, & criminalibus. nu. 18.*
19 *Doctores intelliguntur fecundum authoritates, quas adducunt.*
20 *Lucri fpe poteft quis ad matrimonium inuitari.*
21 *Verbum, nolo, quid importet.*
22 *Matrimonij eligendi metu pœnæ libertatem auferri. Et ad matrimonium certa lege inuitari, differt.*
23 *Talem eſſe ab initio, uel poft euentum rei, paria funt.*
24 *Argumentum fumptum, a pari, eft ualidum.*
25 *Confeffioni alicuius ftandum eft in dependentibus a fuo animo.*
26 *Teftis dicto primo iudiciali ftandam eft, non fecundo. & num. 27 & materia declaratur nu. 28. Et quid de dicto in tortura, nu. 29.*
30 *Teftibus duobus deponentibus de metu magis ftatur, quam mille deponentibus de libera uoluntate. & quando.*
31 *Metus adhibitus in actu, præfumitur durare in ratihabitione.*
32 *Matri quid credatur in probanda ætate filij. & numero 33.*
34 *Exceptiones non confiderantur in tefte inftrumentario.*
35 *Teftis conditio attenditur tempore iuramenti.*
36 *Probatio per teftes eft ualidior quam per inftrumentum.*
37 *Aetas quæ eſſe debeat in minore contrahente matrimonium.*
38 *Confenfus principaliter attenditur in matrimonio contrahendo, non copula.*
39 *Pubertati proximum quem eſſe, remittitur iudicis arbitrio.*
40 *Doctorum communis opinio attenditur in cafibus non decifis a iure.*
41 *Arbitrium iudicis fe extendit tantum in non determinatis.*
42 *Authoritas glo. & Inno. quanta in curia ecclefiaftica præfertim.*
43 *Proximus pubertati quando obligetur quo ad delicta, & obligationem naturalem, & eft arbitrarium iudici.*
44 *Aetas qualis eſſe debeat in contrahente matrimonium ex forma Concilij Tridentini. Et quid pro legitimitate filiorum. nu. 45.*
46 *Lex fecunda generalis tollit primam, etfi de ea mentionem non faciat.*
47 *Confilium Nauari quintum. de defponf. impub. in materia ætatis requifitæ in minore ad contrahendum matrimonium perpenditur.*

CON-

CONSILIVM VI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N eadem causa D. Vrsettę, resoluendo obiecta per iudicem data.

Primò dico non obstare primum obiectum dum opponitur, quod non videatur audienda Clarissima D. Clara, cũ uenerit ad causam pro suo interesse, ex quo reperiebatur finita ob recessum ab ea D. Vrsettæ actricis, ad dicta per Mocdan. decis. 3. sub tit. de iudic. Quia dicta decisio facit pro præfata Clarissima D. Clara; ex quo Thomas veniẽs pro suo interesse ad causam, posteaquam fuerat canonizatus titulus Ioannis in causa, quã habebat cum Ludouico, fuit admissus ad causam pro suo interesse, & fuit postea exclusus, quia ex processu facto inter Ioãnem & Ludouicum probatum fuerat, beneficium, de quo agebatur, esse iurispatronatus laico-
1 rum, in quibus Papa † nõ apponit manum, ne retrahantur laici à fundatione ecclesiarum. Lap. alleg. 96. præsertim num. 3. & 4. quem latissime secutus fuit Felyn. in tract. quan. lite. Aposto. noce. Patron. in prin. per
* totam col. & hanc esse communem opinionem firmat latè Roch. de Curt. in tract. iur. patro. in ver. competens. num. 50. fol. mihi 23. Et fuit decisum, cum ipse Thomas negaret processum inter præfatos litigantes factum sibi præiudicare, tanquam res inter alios acta, & illi debere stare, cum uisus fuerit ueniendo ad causam pro interesse suo illum approbare, & sibi uelle communicari omnia contenta in actis tam iura, quam testes, prout amplectitur dicta clarissima D. Clara, & super illis iudicare petit, prout in causa dictæ decisionis fuit factum.

Quo vero ad secundum dicitur similiter non militare, quia de metu plusquam plene probatum est; prout in alijs allegationibus pluribus fundamentis deductum fuit. Nec obstant dicta per Farinac. in tract. de opposit. contra personas testium, quæst. 60. num.
2 11. ubi dicit testem † non admitti, quando agitur de commodo & interesse ipsius certo, & necessario, seu immediato in obiecto allegato. Quia licet regulariter hoc verum sit, tamen non militat in casu nostro: & quia tam in coniungendo quàm in dissoluendo
3 matrimonium mater, † & alij consanguinei admittuntur, prout cauetur in cap. videtur, qui matri. accus. poss. & in c. videtur 35. q. 6. & dicit Felyn. in c. in literis. num. 6. post medium. in uer. & per hoc considera, de testib. prout similiter in alijs allegationibus dictũ est: & tamen non est dubium, quod si mater admittitur ad testificandum super matrimonio disiungendo, quod non consideratur interesse dotis datæ, vel dandæ ad ipsam repellendam, cum non sit dubium, quod si matrimonium declaratur nullum, dotẽ non deberi, si non fuit data, & si fuit data, reuer-
4 ti ad dantem; & ubi casus † legis est, ibi nulla dubitatio cadere potest; prout dicit Bal. in l. ancillæ. num. 2. C. de fur. Zas. in cons. 2. nu. 60. uol. 2. & Franc. Becc. in cons. 1. nu. 3. Et hoc sufficere debet.

Secundo respondetur prædictam oppositionem similiter nõ militare, quando actus est talis de sui natura, ut alij non possint haberi, prout in casu nostro, ut pariter dictum est in allegationibus, cum tractatur de probando metu ex uerbis & signis in domo prædictæ D. Claræ dictis & factis, & non alibi, tam per dictam Vrsettam, quam per prædictam clarissimam respectiuè, prout dicit optimè Felyn. in c. ueniens, el 2, per illum tex. num. 20. præsertim in fine, in uer. & procederet absque dubio, de testib. quem secutus fuit Farinac. sic limitando præfatam oppositionem in dicta q. nu. 61.

Prout & tollitur etiam illa alia oppositio, quod dicta clarissima D. Clara ostenderit se habere affectionem in causa, cum dicat fuisse deceptam, & propterea reijciendam, citando Farinac. d. q. 60. nu. 29. Quia istud obiectum retorquetur in contrarium, cum appareat ex processu ipsam matrimonium prædictum affectasse primo fieri, prout deponit clarissima D. Maria Valerio eius soror inducta in testem pro parte dicti Petri aduersarij, regesto fol. 29.

Secundò, quia similiter ex actis constat, quod eadem clarissima D. Clara fecit fieri monitorium eidem D. Petro, vt adhæreret dictæ Vrsettæ tanquam suæ vxori, offerendo eidem dare, quod promisit, cum Doctores dicant propter affectionem nimiam, ut
5 sequatur matrimonium, repelli † testem, prout dicit idem Farinac. d. quæst. nu. 31. & 32.

& 32. Ergo ut dissoluatur nullam adesse
affectionem ostenditur.

Prout nec etiam obstat aliud oblectum,
dum dicitur, eandem D. Claram allegare
suam turpitudinem, dum dicit à se coactam
fuisse ad contrahendum dictam Vrsettam;
& propterea non esse audiendam, cum re-
6 gulariter quis turpitudinem † suam allega-
re non possit, l. transactione, & ibi Docto-
res, C. de transact. Abb. in c. cum super. nu.
9. post medium, de concess. præben. & Do-
ctores hic inferius allegandi, quia dicta re-
gula multipliciter fallit, & non habet locũ,
quarum fallentiarum solum fallentias, quę
ad propositum nostrum faciunt, adducam.

Et primo fallit, quando quis aliquid fa-
ciendo fuit in errore, putando ualere actũ
per se factum, cum non valeret, prout in ca-
su nostro, cum prædicta D. Clara putaret
ualere matrimonium, licet metu contractũ
fuerit, & per puellam illegitimæ ętatis, cum
nõ subsisteret de iure: & isto casu ad rescin-
dendum actum, & ad allegandum turpitu-
7 dinem suam † admittitur, prout dicit Bart.
in l. de tutela, nu. 2. in uer. soluit glo. & ibi
etiam Bal. num. 3. C. de in integ. restitu. mi-
nor. & ista fallentia tantum sufficit ad resol-
uendum obiectum.

Secundo fallit, & hoc tantum etiam suf-
ficit ad tollendum obiectum, quia ex quo
turpitudo prædicta fuit prius detecta, cum
pro parte dictæ Vrsettæ contra dictum D.
Petrum eius assertum maritum fuerit super
dicta nullitate matrimonij ex capite metus,
& inhabilis ætatis in iudicio actum, ac de-
uentum ad probationes tam per inductio-
nem testium & illorum attestationes, quam
instrumenti dotalis productionem, ac etiã
fuerit processum usq; ad sententiam; & do
dicto metu, & inhabili ętate etiam ultra alia
probatum fuerit in iudicio per confessionẽ
iuratam dictæ Vrsettæ: & sic notorium sit,
8 cum æquipolleat aliquid esse † notorium
per sententiam, rei euidentiam, & partis cõ
fessionem, Feder. de Sen. in cõsil. 236. nu. 2.
Non est dubium, quod tali casu dicta cla-
rissima D. Clara potest dictam suam turpi-
tudinem allegare, si dolo procurasset dictũ
matrimonium fieri, prout non procurauit,
sed magis errore, ut in prima limitatione di
ctum est, ita firmat Felyn. in ca. tertio loco.
nu. 8. in 4. fallen. de præsumpt. & in c. scisci-
tatus. nu. 6. in ver. limita quarto, de rescript.
& in c. lator, col. 1. ante finem, in uer. & est
etiam alius casus, de re iud. quod prius di-
xit Bart. in l. iusiurandum ex conuentione.
§. Procurator. nu. 3. & ibi Ias. nu. 18. qui di-
* cit sic ibi omnes tenere. ff. de iureiur. quod
etiam procedit etsi allegetur turpitudo con
tra non principalem, prout dicit Abb. se-
quendo Bar. in d. loco in c. cum super. nu. 9.
in fi. de concess. præben.

Quod corroboratur, ex quo, ut dixi, om-
nes probationes erant factæ, & nihil super-
erat nisi sententia ferenda, quando dicta
Vrsetta recessit a dicta causa, cũ paria sint;
quem esse condemnatum, vel de proximo
9 condemnandum, † prout dicit Felyn. in c.
fi. nu. 1. de iudæi. quem secutus fuit Marsil.
in sing. 106. post medium. in ver. & uide, &
in l. 1. nu. 96. C. de rapt. virg. optimè Ias. in
l. diuortio. §. interdum sub nu. 15. in fi. ff. sol.
matri. & est text. solemnis, quem ipse alle-
gat in l. qui pænæ. §. diuus quoq; Pius, ff. de
manumiss. Et hinc est, quod de proximo
10 cingendus habetur pro cincto, † prout di-
cit Bal. in l. pen. in princ. ff. de testam. milit.
& Mars. in d. l. 1. nu. 92. C. de raptu virg. Et
fructus de proximo colligendi habetur pro 1
collectis, prout dicit Ias. in d. l. diuortio. §.
interdum, num. 15. quæ regula confirmatur
11 ex eo, quòd potentia † proxima actui, ha-
betur pro actu, l. pen. & ibi Bal. ff. de milita.
testam. quem sequitur Ias. in dicto loco in *
uers. confirmatur. & facit quod notat Bart.
in d. l. pen. per illum text. quod illud, quod
de proximo faciendum est, habetur pro fa-
cto, ff. de milit. testam.

Tertio etiam fallit hæc regula, nec im-
probabiliter ad casum dici potest, quando
quis non agẽdo principaliter, sed excipien-
do allegaret turpitudinem suã contra eius-
dem turpitudinis participem, & allegans
tractet de damno euitando, prout potest di
ci fecisse dictã D. Claram, ex quo cum ipsa
obtulerit dare dicto D. Petro dictam Vr-
settam tanquam eius uxorem uia iudicia-
ria, & ipse ipsam reconuenerit super non-
nullis prætensis ab eo extra contenta in
instrumento dotali, ac alimenta, cum fuisset
mota postea lis super nullitate matrimonij
prædicti, eadem clarissima D. Clara exce-
perit super iudicio reconuentionis moto
per dictum D. Petrum non esse proceden-
dum, ex quo tractatur de nullitate matri-
monij prædicti, cuius occasione prætendi-
tur

tur facta promissio; & sic iudicij præfati expeditionem retardari obtinuit, quo casu etiam sic excipiendo potuit turpitudinem suam allegare, cum tractet de damno cui-
12 rando, † vt est dictum, prout dicit Felyn. in d.c.tertio loco.nu.7.de præsumpt. & in d.c. lator.post princ.in uer.est etiam alius casus, de re iudi.quod ante dixit Abb.in d.c.cum super.nu.9. in uer.ante excipiendo, seu replicando,de concess.præben. Socin. sen.in cons.67.num.24.volum.1.& ante eos dixit Bart. in dicta l.iusiurandum. quod ex conuentione. §. procurator. numero 5. ff. de iureiuran.

Quartò fallit, & potest quis allegare turpitudinem suam, quando includit in se patêtem nullitatem, vel impossibilitatê actus, prout in casu nostro constat ex instrumen-
13 to,& testimonialibus ætatis,† de quibus latè in alijs allegationibus dictum est, prout dicit Felyn.in d.c.lator,col.2. in princip. in ver.bene faciunt,de re iud.

Quinto quis potest allegare turpitudinê suam,quando vertitur periculum animæ, si
14 non allegaretur, † prout in casu nostro ad dicta per glo.in c.inter dilectos, in uer. turpitudinem.ad fin.de donat.& tali casu allegans propriam turpitudinem magis auditur iudicis officio,quam proprio iure,prout dicit Abb.in d.cap.cum super, num.9. post princ. de concess. præbend. quem sequitur Felyn.in d.c.lator,in princ. de re iudi. cum aliàs, nullitate præfati matrimonij stante, asserti coniuges semper uiuerent in fornicatione, præsertim cum sit detecta talis nullitas per probationes factas inter ipsos, ut supra dictum est; & in hoc multum oneratur conscientia iudicis, cum æquè fauor sit dissoluere matrimonium contra legem Dei contractum,sicut legitimum confirma-
15 re:in causa matrimoniali † consideretur duplex ratio,uidelicet & fauor matrimonij & periculum animę,prout optimè firmat Barba.in clem.2.col.7.ad fi.in uer.& quia ęquè fauor de testib, & ista fallentia tantum deducta sit pro facti huiusmodi intelligentia, & non quod dictam D. Claram oportuerit illam deducere,ut audiatur pro suo interesse;quia aliæ supradictæ plusquam sufficiût. Et sic patet prædictæ clarissimæ plenam fidem esse adhibendam, stante præsertim nobilitate personæ per desuper adducta.

Neque aliquid obstant dicta Farinac. in d.q.60. nu.9.11.& 60. in dicto motiuo allegat.quia in dictis locis per eum adducta, ipse resoluit concludenter non habere locum, quando actus clam ab alijs fiunt, & per alios sciri non possunt ea,quæ sunt probanda, prout in casu nostro, cum tractetur probandis signis & factis in domo dictæ clarissimæ tam per dictam Vrsettam, quã per eandem clarissimam D. Claram factis, & dictis; ex quibus resultat probatio me-
16 tus, † de quo agitur, ad dicta per eundem Farinac.ibidem nu.61.& Fely.in c. ueniês, el 2.nu.2 .in fi.in uer.& procederet, & ibi etiam tex.in fine, de testib.

Prout nec obstat alia oppositio, quæ fit famulis eiusdem clarissimæ & Vrsettæ,vi-
17 delicet,quod sint domesticæ,† simulq; cohabitarent cum dicta Vrsetta tempore,quo fuerunt examinatæ, adeo quod non sint integrę testes, etiam quando aliter veritas haberi non potest, ad dicta per Farinac. in d. trac.q.55.nu.44.53.& 57.Quia idem Farinac. in dictis locis loquitur, tales testes sic regulariter inhabiles, licet recipiantur, non facere plenam fidem, hoc procedere, si testificentur in criminalibus, prout apparet ex ijs,quę dicit in dictis locis in quibus loquitur de probatione furti,homicidij, adulterij,fornicationis,& similium; non autem in ciuilibus,prout nos sumus, quia tûc sunt idoneæ testes, & plenè probant,& cæteris præferuntur, tanquam melius de his, quæ domi fiunt,informati; prout dicit idem Farinac.in ead.q. num.35. ubi attestatur hanc
* esse communem, num. 36.& 37. vbi dicit nedum esse communem opinionem, sed sic omnes tenere. Et quod sit uera hæc distin-
18 ctio,quod in criminalibus tales testes † nô faciant plenam probationem, sed in ciuilibus sic;patet ex dictis resolutiuè per eundê Farinac.ibidem sub numero 61.& 62. vbi dicit uerum esse, quod in casu in quo ueritas aliter habere non potest, quod tales testes domestici in testes admittuntur,nedum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus;& quod ita practicatur in Curia : subdendo, postquam dixit admitti quoque in criminalibus; bene uerû esse;quod non sunt testes omni exceptione maiores, & non inducere plenâ probationê, iuxta ea,quę dixit supra d. nu. 44. & 53. & quod in specie hoc notat Boss. in tit. de indici. & considerat.ante tortu. sub num. 177. in ver. non ta-

E men

men credas, & nume. 168. in verſ. & quod domeſticus. In quibus locis tam idem Boſſ. quam Farinac. expreſſe loquuntur in criminalibus, prout eſt videre ex lectura eiuſdem Boſſi. ad quæ ſe refert idem Farinac.
19 cum Doctores, † intelligantur ſecundum auctoritates, quas adducunt; cum & idem Farinac. ſub dicto numero 53. alleget inter alios etiam Clar. in ſua practi. queſt. 24. verſ. item ſcias, qui loquitur in meris criminalibus.

Et quod hæc diſtinctio ſit vera apparet expreſſiſſime ex dictis per eundem Boſſ. ibidem ſub num. 167. vbi dicit, duo præfatorum teſtium facere tantum in criminalibus indicium ad torturam; in ciuilibus autem facere plenam fidem; & ſic plenè quilibet ipſarum eſſe idoneas teſtes, & probare; prout in alijs allegationibus per plura firmatum eſt, & eſſe etiam tales, quæ admittantur ſecundum cap. in literis, de teſtibus, in motiuo allegatum, quia honeſtæ ſunt, prout ſimiliter in alijs allegationibus plenè oſtenſum eſt. Quo ſtante nihil obſtant dicta per eundem Farinac. d. q. 55. num. 66. & 69. quia per me dictis non contrariantur in caſu noſtro.

Neque etiam dubitandum eſt nos eſſe in caſu ad probandum, cũ tractetur de probando præfato metu, quod alij non potuerint interuenire, cum tractetur de geſtis & dictis in domo eiuſdem clariſſimæ D. Claræ per puellam nubilem, & de repente ſecundum occaſiones occurſas in eadem domo geſtis, & dictis, prout ſimiliter in alijs allegationibus plene probatum eſt. Nec in aliquo obſtant conſ. Dec. 320. & 133. ideo illis in ſpecie aliter non reſpondeo.

Deueniendo nunc ad aliud obiectum, in quo dicitur iuſtum metum non videri dubitationem non conſequendi dotẽ, quicquid enim ſit in amiſſione bonorum, & parem rationem non eſſe metum amiſſionis bonorũ ad metum amittendi lucrum, cum quis poſ-
20 ſit ſpe † lucri ad matrimonium inuitari, & priuari, ſi non contrahit cum aliquo, ad dicta per Couarru. in d. motiuo allegatum. in 4. decret. in 2. par. cap. 3. §. 3. num. 6. 7. ** & 8. & eſt magis communis opinio, prout dicit in ſumma magis communem Bern. Henri. concl. 392.

Quia dico idem obiectum à contrario ſenſu facere ad concluſionem eiuſdem metus; nam non negatur, quin aliquis ſpe lucri inuitari poſſit ad contrahendum matrimonium, prout latè tradit Couar. in d. loco, & Iaſ. per eum citat. dummodo inuitetur à tertio in l. 1. nu. 4. C. de inſtit. & ſubſt. & Ioan. Lopez. in repet. c. per ueſtras, de donat. inter vir. & vxor. in 3. notab. §. 21. nu. 1. cum aliud ſit, aliquam inuitari ſpe lucri aliquid habendi, vt cum aliquo contrahat, aliud ſub metu amiſſionis dotis prædictę illam cogere ad contrahendum per verbum, volo, prout fecit dicta clariſſima D. Clara; cum ver-
21 bum, † volo, denotet propriam uoluntatẽ, excluſa voluntate alterius, prout ex dictis per Bal. in l. quanquam nu. 2. ff. de lega. 3. in alijs allegationibus demõſtratum eſt: quod non facit, qui inuitat, cum inuitati libera ſit voluntas faciendi, vel non faciendi illud, ad quod inuitatur ſub ſpe lucri conſequendi, prout benè apparet ex tex. in l. Titio centũ. §. Titio centum. ff. de condi. & demonſt. ubi litera dicit, Titio centum relicta ſunt, ita ut Mæuiam, quæ vidua eſt, ducat, conditio nõ remittetur, & ideo nec cautio remittendã eſt, huic ſententiæ non refragatur, quod ſi quis pecuniã promittit, & ſi Mæuiam vxorem non ducat, prætor actionem denegat. Aliud eſt enim eligendi matrimonij pœnæ
22 metu libertatem auferri, † aliud ad matrimonium certa lege inuitari, & ibi Alberi. vbi decidendo caſum noſtrum cum vno ſimili dicit, quod ſi alicui iubeatur certo loco habere domiciliũ, quod vis libertatis infringitur, cũ ad ita faciendũ non inuitetur, ſed ei præcipiatur, auferendo libertatem cõſenſus: & ſic cum in caſu noſtro eadem Vrſettæ non fuerit inuitata, ut contrahere vellet cũ d. Petro ſub ſpe lucri prædictæ dotis, ſed coacta, cũ per uerbum, uolo, ei iuſſum fuerit per d. clariſſimam D. Claram, cuius eſt filia animæ, & ſub cuius poteſtate erat, ut acciperet d. Petrum; non eſt dubium præfatum matrimonium ta nquam metu contractum amiſſionis præfatorũ bonorũ fuiſſe, & eſſe nullum, prout in alijs allegationibus deductũ eſt, parem rationem damni militare tam in amittendo bona iam quæſita, ſeu partem illorum, vel graue damnũ in illis pati, quam perdendo bona ſtatim acquirenda in non obtemperando iuſſui, ſeu uolũta‑i alterius, dubitandum non eſt, cum in iure paria ſint
23 eſſe tale † ab initio, & eſſe tale poſt euentum rei, uel peruenire ad talem per l. nihil refert,

refert, & ibi Bar. Angel. & Ias. ff. de condic. sine cau. & Iodoch. latè in Enchirid. pari. in ver. tale esse post euentum, inter commu. diuers. fol. mihi 637. uol. 3. Prout nec dubi-
24 tandum est, argumentum † sumptum à pari validum esse, prout uoluit Bald. in l. conuenticulam. in 2. col. ante fi. in ver. item est argumentum a pari. C. de episcop. & cleric. quod tripliciter sumi potest, prout dicit idē Bal. ibidem. videlicet, parium eadem est natura, vel sic, parium eadem est potentia, & non maior; vel sic, à pari potentia causæ par effectus procedit; quod latè comprobat Bal. & alios citando Euerar. in sua Topica iuris, ubi dicit in fin. idem procedere, vbi militat identitas rationis in argumento à pari, fol. mihi 140. & sic concludenter de dicto metu apertè apparet.

Nec prædictis obstat ulterius, quod dicitur, dictam Vrsettam ultimo loco examinatam contrarium dixisse illius, quod in primo suo constituto etiam iurato deposuit, videlicet, non præfato modo, sed sponte prædictum matrimonium contraxisse cum
25 dicto Petro; cum eius confessioni † videatur standum in dependētibus à suo animo, prout dicit Menoch. in dicto motiuo allegat. de arbitr. iud. in casu 86. nu. 9. lib. 2.

Quia ad hoc breuiter respondetur non militare, & primo dicto per eam standum esse, & non secundo, seu ultimo dicto: quia
26 si testis † in iudicio dixit vnum, & in alio, uel eodem iudicio postea dixit cōtrarium, etiamsi dicat, quod prece, vel pretio corruptus primo deposuit dicto primo tanquam valido, & non secundo standum est, ad dicta per Roya. in sing. in fauorem fidei 193. cum alijs adductis per eum num. 1. & hanc
* esse communem opinionem dixit Corne. in cons. 27. num. 9. vol. 3. & similiter hanc esse communem opinionē latè firmat Couar. lib. 2. variarum resolut. cap. 13. num. 8. post medium in uer. deinde primam, cum quam plurimis alijs adductis latè per Farinac. in d. tract. de opposit. contra dicta testi. quæst. 66. par. 4. quæ est sub num. 124. & num. 127. vbi reiectis contrarijs de ueriori opinione attestatur, & nu. 139.

Neque obstat insuper, quod obijcitur, quod etsi primo dixit eadem Vrsetta, metu contraxisse, hoc dixisse, quando reperiebatur apud prædictam clarissimam dominam Claram, à qua dicit fuisse seductam, & quod dum reperiretur in loco tuto, reuocauit eius dictum; & propterea magis standū
27 esse secundo dicto † tanquam in loco tuto prolato. ad dicta per Couar. in 4. decret. in 2. par. cap. 3. §. 6. nu. 2. præsertim cum in primo dicto nullam reddat rationem sui dissensus; & in secundo bonam reddat rationem; & ideo secundum dictum præualere debere, prout dicit Farinac. in dicto tract. quæst. 66. num. 150. maximè cum sit magis uerisimile, prout dicit ibidem Farinac. nu. 152. stāte cohabitatione, & copula tot mensium, & in omnem euentum eius primum dictum debilitari, ad dicta per Farinac. in d. q. nu. 63. ubi de communi.

Quia istud obiectum facile tollitur, attento quod cum primo dicto nedum concurrunt præsumptiones, & coniecturæ, quæ sufficerent ad faciendum illud magis ualidum, & verisimile haberi, & optima ratione prolatum; verum etiam & testium probationes, cum deponant de uerbis & signis præfatis eiusdem Vrsettæ dictis & gestis respectiuè tam ante, quàm post contractum præfatum matrimonium. Ex quibus expresse elicitur, & apparet metu præfatum matrimonium contraxisse, prout in alijs allegationibus latè demonstratum est; ita firmat Farinac. d. q. 66. nu. 151. cum alijs per eum adductis, quod procedit, & si primum
28 dictum † esset extraiudicialiter prolatum, & sine iuramento, licet in casu nostro sit iudiciale, & iurat. idem Farinac. in d. quæstio. 66. par. 6. nu. 216. & seq. vbi dicit hanc con
* clusionem videri communem; quod ante eum dixerunt Bald. in c. literas. nu. 4. & ibi Abb. nu. 2. per illum text. de præsumpt. Roma. in cons. 505. nu. 3. in ver. item limitatur. Socin. sen. in cons. 253. col. 2. in fin. in uers. uel etiam, & clarius vol. 2. Alex. in cōs. 126. nu. 7. vol. 7. & Aymo in cons. 6. nu. 44. in fi.
29 & seq. Et idem procedit etsi dictum † magis verisimile esset dictum extra torturam, quam in tortura. idem Farinac. loco prædicto nu. 178. Et tanto magis, quia non latet Domino meo dictam Vrsettam non carere in huiusmodi secundo dicto suspicione subornationis, & ex hoc habuit ortum eius ratio, quod prius non erat in loco libero, & si in hoc non facio fundamentum, cum non constet ex processu, & supradicta sufficiant.

Neque aliquid obstat, etsi aliqui testes

pro parte dicti domini Petri examinati conati fuerint probare de libero consensu dictæ Vrsettæ in contrahendo, & quia magis statur præfatis testibus pro metu deponentibus, tanquam deponentibus de re perceptibili per sensum corporeum auditus, & visus, quam alijs contrarium deponentibus, seu de libera uoluntate, cum deponant de rè imperceptibili sensu corporeo, & de existen. in mente, & animo; & propte-
30 rea magis statur duobus testibus † de metu deponentibus, quàm mille negantibus seu deponentibus de libera uoluntate, vt similiter in alijs allegationibus latè deductum est, ultra quod negatiua depositionum circa dicta & actus, ex quibus deprehenditur præfatus metus per testes eiusdem Petri non probetur, neque ausi fuerunt super illa deponere, tanquam non probabili, cum non sit coarctata loco & tempore, prout & similiter aliquod adminiculum verisimilitudinis ultimo dicto dictæ Vrsettæ non adfert copula inter eos postea secuta, quia ex quo permanebat in domo eiusdem clarissimæ domine Claræ, & perdurabat eadem
31 causa † metus, eo metu, quo matrimonium fuit factum, eodem metu censetur extorta, & secuta, prout dicit Abb. in c. consultationi. num. 7. & c. ad id in fi. de sponsal. Et ista sufficiant pro plena resolutione eiusdem obiecti.

Deueniendo nunc ad aliud obiectum super defectu ætatis, in quo dicitur non videri concludenter probatum, tum propter librum baptismalem, tum propter sacerdotis dictum contrarium dicentis illius, quod mater dictæ Vrsettæ deposuit, cum licet mater admittatur in testem ad probandum
32 ætatem filij, † prout etiam in alijs allegationibus dictum est, & latè firmat idem Farinac. in dicto tract. quæstio. 54. num. 177. non uideatur tamen sufficiens sicut alterius extranei, sed tantum sufficiat ad inducendam quandam suspicionem & indicium, prout dicit idem Farinac. dicto loco, num. 178. in dicto motiuo allegato. Quia imò dico, quod ex quo dictum matris est coadiuuatum & adminiculatum nedum alijs indicijs, & coniecturis, prout est alterius testis de auditu deponē. ac depositione eiusdem clarissimæ D. Claræ, quę statim natam recepit in domo propria, & pro eius filia animæ eandem Vrsettam, quæ deposuit esse dictæ ætatis vndecim annorum, & paulo plus, & mater naturalis & ipsa pluries eidē Vrsettæ etiam ante contractum matrimonij dixerint, quod tantum erat eadem Vrsetta in ætate vndecim annorum, ac cum dicto eiusdem suæ matris concurrat etiam dictum D. Barbaræ alterius testis, quæ tunc erat vicina eiusdem suæ matris; & sic bene conscia eiusdem suæ ætatis, & quæ reddit optimam rationem eiusdem sui dicti, cum dicat, quod à tempore Paschatis citra eius filia inceperit annum decimum tertium, & eadem Vrsetta per consequens, quæ nata erat aliquos mēses post dictam eius filiam, videlicet de mense Iulij, quod ab illo tempore citra, etiam ipsa incepit annum decimum tertium; & sic cum nouem menses antea, & ultra contraxerit assertum matrimonium, restat clarum probari, quod tempore, quo illud contraxit, tantum esset in ætate vndecim annorum, & mensium duorum, & viginti dierum, vel circa, ut in alijs allegationibus dictum est: quæ quidem testis cum nullam patiatur exceptionem cum dicto dictæ dominę Cyprianæ matris eiusdē Vrsettæ, plenè probant de dicta minori ætate, prout firmat idem Farinac. dicto loco num. 179. 180. & 181. imò & cum non tractetur de aliquo commodo eiusdem Vrsettæ, eadem sua mater etiam probat, sicut quilibet alius extraneus testis, & est communis opinio, prout dicit idem Farinac. ibidem num. 182. & 183. nec de hoc in ali-
33 quo dubitandum est, cum eius fides † circa ætatem dictæ Vrsettæ suæ filiæ approbetur, per c. 2. de desponf. impub.

Quibus accedat etiam de dicta minori ætate probari per depositionem clarissimi D. Andreæ, qui eam leuauit de sacro fonte, & est descriptus in libro baptismali, qui quidem plenè probat de dicta ætate iūctus cum dicto matris, & aliorum testium, ut est dictum in alijs allegationibus; & idem firmat Farinac. in d. q. 54. nu. 200. & nu. 202. & seq. præsertim cum in casu nostro tractetur de probanda ætate eiusdem Vrsettæ, & non de alia re, & de facto suo deponat, &
34 sit testis quasi instrumentarius; † in quo exceptiones non considerantur, ad dicta per Farinac. quæstio. 60. numero 62. & sequen. & nihil refert etsi hodie est procurator clarissimæ dñe Claræ, quia tempore, quo deposuit in causa huiusmodi, eius procurator

non

35 non erat; & conditio testis † inspiciatur, an sit, uel non sit repellendus tempore iuramenti præstiti, & non postea, prout dicit Angel. in cons. 1. post princip. cum alijs per me adductis in alijs allegationibus.

Nec prædictis contrariatur liber baptismalis, quia in eo adest adnotata sub dicto tempore eadem Vrsetta, licet fuerit æquiuocatum in primo nomine, vltra quod etsi contrariaretur testibus liber præfatus, quò ad identitatem personæ eiusdem Vrsettæ magis staretur depositioni testium, quàm
36 libro, cum validior sit probatio, † quæ fit per testes, quàm quæ fit per instrumenta, &
** ista est magis communis opinio, prout dicunt Abb. & alij, præsertim Dec. in rubr. de test. qui dicit hanc esse communem opinionem, licet illam non sequatur, per rationes
* suas: & esse magis communem opinionem dicit Viui. inter communes diuers. sub tit. de tabellio. & fide instrum. nu. 8. vol. 1. fol. mihi 563.

Quod fortius procedit dicta conclusio, cum prædictus clarissimus D. Andreas in eodem libro annotatus & descriptus hoc dicat. Et per hoc nec aliquid obstat, si circa identitatem personæ contrarium diceret plebanus, prout dicitur in motiuo; quia tanquam minus informato in aliquo non debet credi, stantibus prædictorum matris, cõ patris, & aliorum testiũ depositionibus, qui à tempore natiuitatis eiusdem Vrsettæ vsque modo illam viderunt, & cum ea assidue cõuersarunt, & decipi non possint, cum testes magis de re informati alijs minus, nedum vni præferatur, nec tollatur per unum illorum probatio iuribus vulgaribus.

Qua illegitima ætate stante nunc dico & ex isto capite præfatum matrimonium fuisse & esse ipso iure nullum, & tam secũdum primæuam dispositionem canonum, quàm secundum dispositionem Concilij Triden.

Et quoad dispositionem canonũ, quod fuerit & sit nullum, patet, quia nedum glo. in d. c. continebatur in motiuo allegat. de
* desponsat. impub. uerum etiam & cõmunis
37 conclusio Doctorũ se habet, ꝙ quoad † cõtrahendũ matrimonium requiritur, quod impubes sit proximus, seu proxima pubertati, uidelicet, ut tantũ illis desint sex mẽses ad perfectum tempus pubertatis; & sic qđ fœmina habeat ad minus annum vndecimum cũ dimidio, vt matrimonium contrahere possit, ne careat legitimo consensu; &
ꝙ malitia suppleat ætatem propter poten-
* tiam cocundi: & hæc est communis opinio Doctorum, prout demonstraui in alijs alle-
* gationibus. Et de communi etiã attestatur optimè Staphi. in tract. de liter. gratiæ, & iustitiæ, sub rub. Beneficiatus contrahens matrimoniũ amittit beneficiũ nu. 4. in uer. sed tenendo aliam opinionem. & nu. 5. & seq. fol. mihi 141. Et hanc esse etiam communem opinionẽ post relatas multas opiniones diuersorum Doctorũ, firmat Calcan. in cons. 121. vbi dicit ꝙ hæc est cõis opinio & conclusio, quod licet non fuerit secuta copula carnalis, dummodo sit proximus pubertati per sex mẽses, & malitia suppleat ætatem, quod matrimonium contractũ valeat, aliàs non; & sic ipse tenet, quod etiam si sequatur copula, si non fuerit proximus pubertati, quod matrimonium non valeat propter deficientiam cõsensus, & sic cõiter teneri; nec mirum, cum sicut dicit Nauar. in cons. 4. nu. 12. sub tit. de despons. impub. cũ ad contrahendũ matrimonium requiratur discretio, prudentia, & iudicium, quod à legislatore consideratum, & dispositum fuit, masculum debere esse annorum 14. & fœminã annorum 12. completorũ ad hoc, ut contrahere valeant matrimonium, prout dicit tex. in c. 2. iuncta gl. in uer. canonibus, de desponsa. impub. cum in illa ætate à cõiter accidẽti arbitratus fuerit talia in eis inesse;
* & hanc etiam esse cõem opinionem, firmat Couar. in 4. decre. 2. par. c. 5. sub nu. 5. vnde non est dubium ab ea non esse recedendũ in iudicando, prout in alijs allegationibus demonstratũ fuit, quibus addo Ripa. respõ. 191. nu. 9. sub tit. C. de natura. lib. vbi dicit à communi opinione in iudicando recedere, esset temerarium; & per hoc in aliquo nõ refert, etsi carnaliter statim secuto d. matrimonio à prædicto Petro cũ eadẽ Vrsetta fuit cognita; quia prout dicit idem Nauar. sub eod. tit. cons. 5. col. fin. ante fi. Sancta Sedes Apostolica approbauit matrimonia cõtracta inter impuberes in casu in d. c. continebatur, de despons. impub. & c. fin. de eo, qui cogno. consang. vxo. suæ, secuta copula carnali, non tanquam contracta per copulam carnalem, quia illa non facit matrimonium, sed à tempore, quo illa fuerunt contracta per uerba de præsenti; unde aperte educetur principaliter tempus aptum ad consen-

sum præstandum attendi in matrimonio cõtrahendo; & idem dixit in consil. 4. nu. 19. eod. tit. prout dicit dicta glo. dando exemplum de proximo pubertati, quòd obligatur furto, ultra quod malitia debeat supplere ætatem. Et quod non attendatur copula principaliter in contrahendo matrimo-
38 nium, sed consensus,† dicit idem Nauar. in d. consil. 4. nu. 14. & 18. & 19. desuper alleg. Et ex his tolluntur deducta in obiecto primo videlicet, non sufficere dictam Vrsettam ad hoc, ut euitetur nullitas eiusdem matrimonij, habuisse annum vndecimum, & menses tres; sed requirebatur secundum communem opinionem, quod haberet undecimum annum cum dimidio, quicquid dixerit Calcan. 121. sub num. 16. & seq. referendo opiniones aliquorum Doctorum, prout patet ibidem num. 19. qui in totum videntur se fundare in potentia coeundi magis, quam in ætate habili ad consensum præstandum in contrahendo matrimoniũ, cum ipse propterea talem opinionem non sequatur, sed communem, vt supra dictum est, nec dicta per Menoch. de arbitr. iud. in lib. 2. casu 57. num. 31. & seq. qui eum secutus fuit: Nec pariter dicta per Henrich. Boich. in c. puberes. num. 2. & 6. de despon. impub. cum principaliter attendatur consensus, ut est dictum, licet debeat postea interuenire copula virtute matrimonij, prout dicit Nauar. in locis supra allegatis; quod apparet etiam expresse ex text. in cap. vbi non est consensus. 30. q. 2. ubi tex. dicit, vbi non est consensus vtriusque, non est coniugium, & in c. 2. de desponsat. impub. in quibus locis fit præcipua mentio de consensu, nullo facto verbo de copula.

Neque obstat illud, quod in obiecto dicitur; hodie quisnam sit proximus puber-
39 tati † uideatur esse remissum arbitrio iudicis, prout dicit Couan. in præcitato c. 5. nu. 5. ac Menoch. d. casu 57. num. 44. & seq. Quibus addo id etiam velle Ioan. Fab. quẽ ipsi citant in §. pupillus. num. 1. Instit. de inutil. stipul. Salice. in l. impunitas. num. 2. in uer. in alijs autem criminibus. C. de pœnis. Abb. in dicto cap. continebatur. in fine. de desponsatione impub. & Calcan. in dicto consil. 121. num. 19. in uers. alij dicunt hoc esse arbitrandum.

Pro cuius resolutione vnum præmitto,
40 quod est, quod communis opinio † Doctorum in casibus non decisis a iure succedat loco legis, prout dicit optimè Barbat. cum adductis per eum in cap. in præsentia, num. 65. de probat.

Quo sic præmisso primo dico, quod dicta conclusio non se extendit, vt iudex possit arbitrari circa dictam ætatem vndecim annorum cum dimidio, quod minor ætas requiratur ad hoc, vt impubes matrimoniũ contrahere possit propter consensum, cum circa hoc habeamus communem, quæ succedit loco legis, ut est dictum; & sic non ha-
41 bet locum arbitrium † iudicis, cum in non determinatis tantum se extendat, prout dicit Abb. in præcitato c. continebatur, ad finem, & Salyc. in dicto loco, sed tantum illius arbitrium in casu nostro se extendit in arbitrando circa viri potentiam; seu quando dicatur malitiam supplere ętatem in impuberibus, cum possit dari casus stante varietate corporum uirium, & complessionũ, prout post alios considerauit Menoch. in dicto loco, quòd mulier, uel masculus distet à pubertate per sex menses tantum, & tamen non possint coire; & per hoc in dicta ætate non poterat, nec secundum iura Canonica matrimonium contrahere, cum Papa in approbando matrimonium ante pubertatem factum in dicto c. continebatur, fundauit se tam in consensu, quam in copula antea secuta; prout & fecit in cap. fin. de eo, qui cogno. consang. vxo. suæ. Et ideo si deficit uigor coeundi ante pubertatem in aliquo impuberum, etiamsi distat tantum per sex menses à pubertate, cum illa non dicatur ætas præcisè apta ad contrahendum, sed cum sunt puberes, cap. 2. & ibi glo. in uer. canonibus, de desponsat. impub. poterat iudex arbitrari matrimonium esse uel non esse approbandum, prout sibi videbatur impuberes esse aptos ad coeundum inspecta diuersa dispositione, membrorum magnitudine & sagacitate impuberum, ad dicta per Calcan. in dicto consil. 121. cum adductis per eum sub num. 19. & idem vult Abb. in dicto cap. continebatur, de desponsa. impub. & ibi glo. in ver. proxima, in dicto c. continebatur, ubi postquam dixit, quod proxima pubertati dicitur illa, quę habet 11. annos cum dimidio vel plus, & sit apta ad contrahendum matrimonium quoad consensum, cum subdat, quod etiam proximus pubertati obligatur furto, dicit

dicit etiam in fine, intelligo tamen, quod malitia suppleat ætatem, deducendo hoc vltimum tãquam regulariter indeterminatum, quod non dixisset, si in qualibet proxima pubertati malitia suppleret ætatem, quia satis fuisset determinare antecedentẽ, videlicet dictam ætatem proximam pubertati sufficere, argum.text in §. idemq; iuris, Instit.quib.ex cau.manum.non lic. Nec longe abest ab hac opinione Couar.in p̃citato loco, licet non attigerit hanc difficultatem in illis uerbis videlicet, illum puerum, ubi dicit, illum uero puerum, cui sex tantũ menses ad ætatem prædictã deerunt audacius, ac leuioribus argumẽtis proximum esse pubertati arbitrabitur. Et quod contra determinationem dictæ glo.in uers. proxima. & Innoc.in d.c.continebatur, non sit arbitriũ iudicis dare, præsertim in sua specifica determinatione circa matrimonium contrahendum, seu contractum, sed esse per iudicis sequen. sentit Ioan.Faber in d. §. pupillus, nu. 1. dum dicit, si sequeris opinionem
42 gl. † & Innoc.in iudicijs coronaberis, præsertim in Curia Ecclesiastica, vbi venerãtur demum arbitrium iudicis, quis nam sit, vel non, proximus pubertati, arbitror habere locum in omnibus alijs casibus, videlicet obligationibus scilicet, quando naturaliter obligatur, & delictis per impuberem factis, & commissis, non autem in matrimonio cõtrahendo, vt antè dictam ætatem ad contrahendum admittantur, tanquam proximi pubertati, prout dixit Alex. de Neuo. in d. c.continebatur.num. 22.& seq. de despon. impub.& quod habeat locum in delictis, dicit Ioan. Feber, in d.§.pupillus, in uers.item has opiniones.& Sali.in d.l.impunitas. nu. 2.C.de poen. qui postquam ipse dixit nu. 1. cuius ætatis debeant esse masculus & fœmina adhoc, vt valeat matrimonium; & per consequens quando dicantur committere adulterium, vt puniri possint. subdit postea, in alijs autem criminibus, quãdo quis dicatur proximus pubertati, vt impubes puniri possit, dicit esse iudicis arbitrio remissũ tanquam indeterminatum. c. de causis, de offic.deleg.& in delictis etiam loquitur Couar.lib.6.miscell.iuris cap. 23.per totum. & quoad delicta & obligationem naturalem
43 proximus † pubertati quãdo obligetur esse iudicis arbitrio remissum, dicit Dec.in l. pupillum.per totum.ff.de reg. iur. & ita debet intelligi. Couar.in d.c.quinto, nu. 5.& Menoch.in dicto loco, qui ultra alios præfatos Doct.allegant: & sic resideo, quod de iure canonum iudices possunt arbitrari ad effectum contrahendi matrimoniũ, uel contractum dirimi, an intra sex menses, qui deficiunt ad tempus pubertatis cõsideratis eorum impuberũ discretione, & ingenij perspicatia, nec non corporum habilitate ad coeundum, valeant, uel nõ ualeant contrahere, cum possit esse, q̃ etsi proximi pubertati sint per dictum tempus, quod talis discretionis, seu habilitatis corporis nõ sit ad coeundum, ut contrahere ualeant, & non ante dictum tempus, ne detur in hoc iudicis arbitrium contra communem sententiã, quæ pro lege seruanda est, vt est dictum.

Sed tales considerationes hodie sublatę sunt per sacrum Concilium Tridentinum,
44 † cuius dispositione nedum requiritur legitimus consensus contrahentium tempore contracti matrimonij, & sic esse puberes, cũ non consideret præcedentem copulam, sed ętati habiles ad consensum præstandum, & ad copulam, vt in alijs allegationibus dictũ est; sed etiam & forma quæ non potest per aliquem omitti per aliquam consideratione iudicis, quoad parochum & testes, quã non inducebant canones antiqui, cum tantum attenderent habilitatem consensus, & copulæ; & ideo, vt similiter dixi in alijs allegationibus, consultus Nauar.in cons. 3.de desponsat.impub. respõdit, quod si pubes post
45 † Concilium Tridentinũ cum minore duodecim annorum contraxerit matrimonium, & etiam susceperit filios, quòd de nouo tenentur contrahere, seruata dicta forma Cõcilij Tridentini, cum cesset impedimentum illegitimæ ætatis in muliere, & in consil. 4. eod.tit.per totum, conatus fuerit persuadere S.D.N. ut ob utilitatem priuatam, & publicam vellet dispensare duos Illustres impuberes, quos dicebat esse habiles propter eorum qualitates, & ingenij perspicatiam tam quoad consensum præstandum, quam quoad copulam: & quòd ætas annorũ quatuordecim in masculo, & duodecim annorum in fœmina, quæ requiritur ad hoc, ut contrahere possint matrimonium, erat determinatum de iure positiuo; & sic quòd Papa potest dispensare, & obtinere nõ potuit: licet cons. 5. eod. tit. dicat aliàs Pium Papã Quintum consimilem dispensationem concessisse,

cessisse, & Gregorio XIII. fuisse respõsum sedem Apostolicam ob hoc non esse interpellandam, cum si desit discretio, vel potentia consummandi matrimoniũ sedes Apostolica nihil possit, quod si neutrum deesse cognouerit, ordinarius poterit, si causę, quę narrantur sunt veræ, suo iure dictam licentiam concedere.

Nec mirum, quia licet per prędictũ Concilium censeatur iuri antiquo permittenti puberes proximos pubertati, dum haberẽt discretionem & habilitatem ad coeundum, posse coniungi in matrimonium, derogatũ, ex quo requirit legitimam ætatem, & per consequens quod sint puberes. cap. 2. & ibi glo. de desponsat. impub. & dicit Nauar. in dicto cons. 4. cum alijs adductis per me in alijs allegationibus, cum per l. 2. generalẽ superuenientem prima illi contraria tolla-
46 tur, † et si de ea mentionem non faciat. c. j. & ibi Doctor. de constitut. in 6. tamen non videtur tollere limitationem eiusdem legis, quam in corpore habet suæ dispositionis, ad dicta in terminis per Ruin. in consil. 28. num. 7. in uer. tertio adducit, vol. 3. ubi dicit, quod lex communis si generaliter loquatur, potius distinguitur per veterem, quàm distinctio legis antiquæ per nouam indistinctè loquentem penitus abrogetur, & per Domin. in d. c. 1. num. 29. ubi dicit, quòd si in lege præcedenti sunt duo vincula, quod dispositio superueniens tollens vnum vinculum, illud tollit, & non aliud: subdendo etiam constitutionem principis non respicere nisi generalem, & ibi etiam Prob. num. 13. ubi dicit non sufficere facere mentionem de iure communi ad reuocãdum priuilegium disponens idem, quod ius commune, sed opus est, ut reuocetur priuilegium, & est ratio, qui a illud addit vinculum specialius iuri communi.

Et ideo cum d. cap. 2. de desponsat. impub. prohibeat matrimonium contrahi per impuberes, limitando dictam generalem dispositionem, saltem quoad tolerantiam
47 sedis Apostolicæ, de qua dicit † Nauar. d. cons. 5. colum. vlt. de desponsat. impub. subdit, nisi forte aliqua vrgentissima causa interueniente, vtpote pro bono pacis talis coniunctio toleretur: & propterea cum in casu Nauar. requireret pro vtilitate publica, prout ipse dicit in principio eiusdem cons. 4. ideo dixit Papa, prout in consilio sequen. in fin. cauetur: quod si in illa ætate, de qua in dicto cons. 4. non desit illis impuberibus discretio, vel potentia cõsummandi matrimonium, quod ordinarius poterit, si causæ, quæ narrantur, sunt veræ, suo iure dictam licentiam concedere; cum in isto casu contractus matrimonij inter impuberes habentes discretionem, & potentiam consummandi illud, censeatur tolerabilis, dũ præcedat licentia cum præcedenti causæ cognitione: & quo ad dictam discretionem & potentiam, & quoad publicam vtilitatem, cum si Concilium canonem non corrigeret, ut debeant hodie contrahentes esse puberes, & non proximi pubertati, non requireretur talis cognitio, & licentia ordinarij, tanquam super casu ob necessitatem excepto à dicto cap. 2. & ibi glo. in ver. pacis, ut est dictum, cum contrahentes possent uti tolerantia iuris. Et ista sufficiant etiam pro resolutione vltimi obiecti.

Et sic restat resolutum, primum matrimonium, de quo agitur, fuisse, & esse ipso iure nullum duplici capite metus, ac etiã duplici capite ob illegitimam ætatẽ dictæ Vrsettæ tempore, quo fuit contractũ, prout latè & in alijs allegationibus, & hic per me deductum fuit, salua correctione sacrę Congregationis eiusdem Cõcilij interpretum, circa eiusdem Concilij intelligentiam per me adductam.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Matrimonij nullitas ex duobus capitibus proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, uolo, quid importet.*
2 *Velle liberum in eligendo quando quis non habere dicatur.*
3 *Aetas qualis requiratur in contractu matrimonij. Et quid ex forma Concilij Tridentini. nu. 4. Et quid in hoc consuluit Nauar. nu. 5.*
6 *Lex communis generalis superueniẽs potius distinguitur per ueterem, quam distinctio legis antiquæ per nouam indistincte loquentem, penitus abrogetur.*

CON-

CONSILIVM VII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Nhærendo iam dictis, quia adhuc dubitatur, an matrimonium, de quo agitur, sit nullum, mihi videtur propter duas euidentissimas nullitates, vltra alias, de quibus in alijs allegationibus dictum est, omnino cessare omnem dubitationem.

Prima resultans ex instrumento dotali.

Secunda resultans ex defectu ætatis.

Et quoad primam non est dubitandum clarissimam D. Claram in eodē instrumento dixisse § voglio, & mi dichiaro, che Orsetta pigli per suo marito Pietro. §

1 Vnde istud verbum, volo, † arbitrium loquentis ab omni æquitate abstractum denotat: & sic quòd Vrsetta uelit nolit uoluntatem eiusdem D. Claræ sequatur, prout dicit Bal. in l. cum quidam la 2. nu. 2. ff. de leg. 2. vbi subdit facere tale verbum contra illos qui se submittunt voluntati alterius, quia siue æqua, siue iniqua sit, illam debent seruare. Et ideo Ant. de Butr. in c. cum uirum in penult. notab. sub num. 8. de regular. ubi loquendo in istis actibus spiritualibus, in quibus requiritur omnimoda libertas, dixit casum nostrum decidendo, quod ille, qui in eli
2 gendo habet sequi uoluntatem † alterius, quod non dicitur habere liberum arbitrium seu liberum velle, ad quod facit illud, quod dicit Alber. de Rosat. in l. Titio centum. §. Titio centum, ff. de condit. & demonstr. ubi dicit, quod si alicui iubeatur certo loco habere domicilium, quod ius libertatis infringitur. Et ideo non est dubium ex solo instrumento absque alia consideratione constare de nullitate dicti matrimonij, cum eadem Vrsetta non habuerit omnimodam liberā voluntatem, prout requiritur haberi in matrimonijs contrahendis, prout in alijs allegationibus dictum est, & tradūt Doct. in c. cum locum, de sponsal.

Secundo est nullum prędictum matrimonium, quia ex testibus, & actis apertè probatur Vrsettam tempore, quo illud contraxit non habere nisi annos 11. & menses duos, & dies, vnde est ipso iure nullum tam secūdum canones, quam secundum Concilium Tridentinum.

Secundum Canones, quia requiritur in
3 contractu matrimonij, quod saltem † fœmina habeat annos undecim, & mēses sex ad hoc, ut matrimonium contrahere possit; & quod etiam in ea malitia suppleat ætatē; & sic ætas propter consensum, & potentia etiam coeundi, cum possit dari casus, quod talem ætatem habeat, & tamen non sit potens ad coeundum; unde nec tunc posset cō trahere, cum non sit pubes c. 2. & ibi gl. eo. prout dicit glo. in c. continebatur, in uer. proxima, declarando illa uerba Canonis, ætati proxima, & ibi Innoc. Card. & Alex. de Neuo, de desponsa. impuber. & idem Card. in
* cons. 4. per totum, & est communis opinio, & uerior, prout dicit Staphi. in liter. gratiæ, & Insti. in rub. beneficiatus contrahens matrimonium nu. 4. & seq. Calca. in cons. 121. col. 5. in prin. & Ioan. Faber in §. pupillus Instit. de inut. stipul. in prin. ubi dicit, quod sequens opinionem d. glo. & Innoc. in iudicijs coronabitur.

Secundum autem Concilium Tridentinum similiter, & fortius nullum est, etsi habuisset dictam ætatem annorum vndecim cum dimidio, cum requirantur contrahen-
4 tes † esse puberes, cum Concilium dicat, habito consensu a contrahentibus Curatus coniūgat ipsos &c. cum intelligatur de con sensu legitimo: & sic quod masculus sit ætatis 14. annorum ad illum præstandum, & fœmina. 12. annorum completorum, prout late in alijs allegationibus dictum est, cum talis ætas sit præfinita ad cōtrahendum matrimonium d. c. 2. & ibi glo. in uer. Canonibus de desponsa. impub. & Nauar. in consi. 4. num. 12. eod. tit.

Et ideo ipse Nauarra in facti contingentia respondit in cons. 3. eod. tit. quòd cum post Concilium præfatum maior. 14. annorum cōtraxisset cum muliere minore annorum 12. quod matrimonium non ualeret,
5 † etsi habuerint plures filios; & quod de nouo tenerentur contrahere de licentia ordinarij, seruata forma eiusdem Concilij quoad parochum & testes: & sic non attenditur consensus ante dictam ætatem præstitus, neque copula secuta, sed ætas habilis, quando cōtrahitur propter formā eiusdē Concilij.

Et propterea idem Nauarra & si ob utilitatem publicam requisiuit a Papa, prout dixit in

dixit in consil.4.& consil.5.d. tit. dispensari duos Illustres impuberes, dicēdo hře & discretionē, & potentiā coeūdi, illā obtinere non potuit: quod non requisiuisset tantum uir practicus & doctus, si post Conciliū circa ætatem contrahentium procederetur secundum formam Canonum antiquorum, cum sufficiebat habere & discretionem & potentiam coeundi: quas qualitates inesse in dictis impuberibus ipse attestatur in eisdem consilijs, seu memorialibus.

Nec huic conclusioni contrariatur, etsi Papa responderit in effectu, quod adiretur ordinarius, quia si dicti impuberes habebāt discretionem & potentiam consumandi matrimonium,& narrata essent uera quoad publicam utilitatem, quod ipse ordinarius poterit iure suo dare talem licentiam contrahendi, quia hoc dixit, ex quo Concilium primum distinguitur per d.ca.2. in fi.in illis uerbis, nisi forte &c. vbi postquam generaliter prohibuit matrimonia fieri, nisi sint pubcres. subiunxit, nisi forte aliqua urgentissima necessitate interueniente, ut pote pro bono pacis talis coniunctio toleretur: quia in ista limitatione tanquam casus exceptus a generali prohibitione non intelligitur se extendi Concilium ad dicta per Rui.in cōs. 28.nu.7.in uer.tertio, uol.3.ubi dicit legem

6 † communem generalem superuenientem potius distingui per veterem, quam distinctionem legis antiquæ per nouam indistinctè loquentem penitus abrogetur. Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Matrimoniali causa quod tertia persona admitti possit pro suo interesse.

SVMMARIVM.

1 *Interesse in causa, ex quo appareat notorium.*

2 *Dos & donatio occasione matrimonij promissa, non meretur nomen dotis, nec donationis, cum matrimonium est nullum, & de facto factum.*

3 *Statutum de dote lucranda vt locum habeat, requiritur quod matrimonium valeat.*

4 *Audiri quis debet pro suo interesse etiam in iudicio per alios moto.*

5 *Docere de suo interesse summariè sufficit, vt quis audiatur.*

CONSILIVM VIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Vm domina Vrsetta renunciauerit liti per eam motæ cōtra d.Petrum super nullitate matrimonij,& d.Clara uelit illam prosequi pro suo interesse cum promiserit medietatem suorum bonorum pro illius dote.

Resoluendo dubium, dico præfatā D. Claram esse admittendam pro suo interesse ad prosequendum causam intentatam super nullitate matrimonij per D. Vrsettam contra D.Petrum eius maritum: præsertim cum de d. nullitate in iudicio probatum sit; attento quod D. Clara eidem promiserit dotem, prout constat instrumento per dictā D.Vrsettam in actis producto: vnde inte-

1 resse † dicitur notorium, & alia probatione non indiget, ad dicta per Anto. de Butr. in repet.c.per uestras sub nu.122. de cohabit. cleric. & mulier. Et quod notoria non indigeant probatione,& iam dicit Alberi.de Rosat in l.utilitas,nu.2.ff.de in integr.resti. licet debeant proponi, latè Ias. in l. de quibus,nu.88.ff.de legib.cum d.nullitate stante promissio dotis non subsistat, prout firmat Barbat.in cons.71.num.21.& seq.uol.2.ubi

2 dicit dotem † & donationem occasione matrimonij promissam, nomen dotis nec donationis non mereri, cum matrimonium sit nullum, & de facto factum per Auth.de nupt. §.adscriptio, quod ante eum in dicta Auth. uoluit Angel.ubi dicit, quod ubi matrimonium de facto contrahitur, & est statutum, quod uir debeat lucrari tertiam partem dotis præmoriēte uxore in matrimonio, quod cum non sit uir, nec matrimonium iuris, sed facti, non est dos, nec nomen dotis: & sic cessant uerba statuti; & per consequens illius dispositio cessat. Quod ante eos dixit Bal.in l.1.in princip. C.de conditio.ob cau-

3 sam, ubi dicit, quod si statutum † disponit de dote lucranda, quòd ad hoc, ut statutum habeat locum requiritur, ut matrimonium ualeat, aliàs non lucrabitur dotem, nec est mirum, cum dos non possit stare sine matrimonio, prout dicit Corne.in cons.86.nu.2. in prin.

in prin. vol. 1. allegat l. dotis promissio & l. promittendo, ff. de iure dotium.

Et clarum sit de iure pro suo interesse et in iudicijs per alios motis debere quemaudiri † per l. 1. in princip. ff. de appellat. recipiend. Felyn. in c. auditis, nu. 27. de rescrip. & late Mandos. super commissione pro interesse, in verb. pro interesse fol. mihi 32. nec requiritur, quod probatio de interesse, quæ per testes, uel per instrumentum fit, sit multum stricta, uel concludens, sed sufficit esse apparentem, ut quis admittatur etiam ad impediendam executionem, prout latè firmat Felyn. sequendo Innoc. quem dicit omnes sequi. in c. ueniens el 2. nu. 13. & seq. de testib. ubi etiam subdit, sequendo Petr. de Ancha. Abb. & alios, quos citat ibi, in hac summaria cognitione non admitti reprobationem testium, neque quo ad personas, neque quoad eorum dicta. Et quod sufficiat de interesse suo summariè docere † ut quis audiatur, dicit Bisignet. decis. 1. in tit. de rescript. & Felyn. in d. c. auditis, nu. 27. de rescript. ubi inter cætera dicit, quod pro iniuria, uel molestia illatis subditis dominus potest agere, nisi ex illa impediatur utilitas ipsius Domini: & sic consideratur interesse ad hoc, ut quis ad agendum admittatur ex facto alterius, quod ualde facit ad casū nostrū illius ratio, cum per dictam Vrsettam prius super nullitate dicti matrimonij actum sit, ex quo destruebatur promissio assertæ dotis nūc uero a dicto iudicio recessum, quærendo dictam Clarissimam de dicta dote contra iuris formam grauari.

Neque aliquid obstat, etsi eadem D. Clara induxit dominam Vrsettam ad sic contrahendum, quin admittatur, prout petit, & quia putabat matrimonium ualere, cum esset nullum, ad dicta per Bar. in l. de tutela, nu. 2. in uer. soluit glos. C. de in integr. resti. & quia etsi non ignorasset, imò sciuisset matrimonium esse nullum, prout præsumendū est scire præfatum Petrum contrahentem, cum quilibet præsumatur scire iura, potest allegare dolum proprium, & talia petere, Bal. in d. l. numero 1. in princip. Et ista sufficiant ad demonstrandum dictam Clarissi. pro interesse non soluendæ dotis admitti ad faciendum declarari prædictum matrimonium nullum, per supradicta.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Prohibitio appellationis ante diffinitiuam discutitur, ex forma decreti Concil. Triden.

SVMMARIVM.

1 *Causis criminalibus ante diffinitiuam a quocunque grauamine per Episcopum, seu eius Vicarium illatum prohibetur ex constitutione consiliarij & numero 2.*
3 *Casus legis ubi est, nulla dubitatio cadere potest.*
4 *Contumax uerus non auditur appellans.*
5 *Contumax uerus quis dicatur, nu. 9.*
6 *Contumax uerus, ut contra eum possit ferri sententia diffinitiua, quis dici possit.*
7 *Citatio unica pro tribus, cum monitione, quod sufficiat ad constituendum quem in uera contumacia.*
8 *Citatio ex urbanitate post citationem peremptoriam non curatur a lege, si in personam rei non exequatur.*
10 *Remedio appellationis sublato, nō est sublatum remedium nullitatis, & nu. 11.*

CONSILIVM IX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Michaelibus, R. presbyter aduersarius a sententia diffinitiua per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Episcopum ordinarium contra eum latam sub die 11. mensis Aprilis, appellare non potuit, ex infra dicendis.

Primo quia ante prolationem dictæ diffinitiuæ contra eum latæ idem presbyter friuolam appellationem interposuerat a citatione eidem præsentata de ordine dicti Episcopi, & ab alijs prætensis grauaminibus contra formam Sacri Concilij Tridentini cap. 1. §. in causis, sess. 13. de reformat. cum in dicta lege conciliari inter cętera prohibeatur in causis criminalibus ante diffinitiuam sententiam a quacunque interlocutoria, seu alio quocunque grauamine per Episcopum, uel eius Vicarium generalem quomodolibet lat. seu illat. appellari † posse, nec Episcopus, seu illius Vicarius tanquam friuolæ deferre teneatur, prout idem Illustrissimus Episcopus non detulit, & male appellasse

pellasse per D. meum fuit iudicatum, cũ in iure clarum sit, quod si quis appellet ab interlocutoria iudicis, quod iudex a quo possit, & ualeat contra eundem appellantem procedere, & deuenire ad sententiam diffinitiuam, siue ipso citato siue non, a qua potest appellare infra tempus debitum decem dierum, nisi appellatio prius ab eo interposita a tali interlocutoria manifestè friuola esset, prout fuit in casu nostro, cum eam friuolam appellet prædictum Cōcilium, quia in tali casu appellare non potest, tanquam
2 uerus contumax † per tex. apertum in Cle. 1. & ibi Card. nu. 3. 5. & 9. in uer. pone enim & Petr. de Ancha. nu. 5. de dolo & contuma. ubi dicit, quod appellatio friuola manifesta priuat totaliter appellantem beneficio appellandi a diffinitiua, quæ postmodum contra ipsum fertur per iudicem a quo, & ita tenere Canonistas dicit Bar. in l. fi. num. 11. post prin. ff. de in integr. restit. Et istud fundamentum tantum sufficit, cum ubi ca-
3 sus legis † est, ibi nulla dubitatio cadere possit, prout dicit Bal. in l. Ancillæ, num. 2. C. de fur. quem sequitur Zasi. in cons. 2. nu. 60. uolum. 2. & Ancha. in consil. 371. nu. 4. Dec. in cons. 452. ad fi. Aymo. in cons. 273. num. 4. in uer. circa quartum, & nouissimè Franc. Becc. in cons. 1. nu. 3.

Secundo debet reijci doctus presbyter cum sua appellatione, ex quo fuit, & est uerus contumax in non comparendo, quo ca-
4 su non auditur appellãs † l. 1. & ibi Barto. Castr. Salic. & alij, C. quorum appell. non recipiun. l. ex cōsensu §. eum qui, & ibi Bar. & Ang. in prin. Imol. nu. 6. & Ang. Aret. nu. 4. ff. de appella. Alex. in l. properandum, §. si autem reus, num. 10. & ibi Salic. num. 30. & Iaf. nu. 6. C. de iud. idem Bar. in l. fi. num. 11. in uer. mihi ff. de in integr. restit. Imol. in d. clem. 1. num. 7. & seq. de dolo & contuma. quod ante eos dixit Specul. in tit. de appellat. §. 2. num. 1. & nouissime Marant. in suo Specul. in 6. par. in uer. & quandoque appellatur sub nu. 184.

Nec dubium est præfatum presbyterum fuisse & esse uerum contumacem, cum ille
5 dicatur uerus contumax, † qui fuit citatus personaliter peremptoriè ad sentẽtiam, seu ad causæ expeditionem, prout in casu nostro, prout constat de tenore citationis processu C. fol. 15. ter. & seq. & de executione illius in eius personam facta sub die 28. Decembris proximi præteriti, patet dicto processu fol. 18. & non uenit ad sententiam audiendam, prout dicit Bar. in d. l. 1. nu. 2. C. quorum appella. non recipi. & idem Bar. in d. l. ex consensu §. eum qui, & ibi etiã Imol. nu. 6. in uer. nam ille uidetur uerus contumax, & nu. 8. & seq. ff. de appella. Salic. in d. l. properandum, §. si autem reus nu. 31. & ibi etiam Alex. nu. 10. C. de iudi. Petr. de Ancha. in d. Clem. 1. nu. 10. in uer. dicas & melius, & ibi etiam Imol. nu. 7. & seq. de dolo & contuma. & Marant. in præcitato loco, numero 185.

Et quod sufficiat reum fuisse peremptoriè citatum in principio causæ unica citatione pro tribus ad hoc, ut dicatur uerus contu-
6 max, † & contra eum possit ferri sententia diffinitiua tenet Bar. in l. contumacia. §. contumax per totum, ff. de re iud. & colligitur ex dictis per eum in d. l. fina. nu. 11. in princ. ff. de in integr. restit. clarè Salic. in d. l. properandum, §. si autem reus, nu. 33. & ibi etiam Alex. nu. 10. & 12. C. de appellatio optimè Imol. in d. l. ex cōsensu post principium, præferrim in uer. & nota. ff. de appellatio.

Vltra quod post dictam peremptoriam citationem, & in expeditione causæ fuit ẽt ad audiendam sententiam diffinitiuam idẽ presbyter personaliter citatus cum monitione, quod amplius non citabitur, nisi ad ualuas cathedralis Ecclesiæ &c. de cuius citatione constat processu D. fol. 17. & de relatione officialis, quòd ipsum personaliter citauerit eodem processu & fol. in fine, un-
7 de etiam ista sola citatio † cum dicta monitione fuisset sufficiens ad constituendum ipsum uerum contumacem, etsi peremptorie non fuisset citatus, prout fuit, ut est dictum, per tex. in l. cessante, & ibi Bar. per totum, Bald. Salyce. & Castren. C. quomodo & quando iud.

Vltra quod fuerit citatus etiam ad ualuas ecclesiæ iuxta cōmonitionem: ad quod facit illud, quod dicit Salic. in d. l. properandum, §. si autem reus, nu. 33. in fine, C. de
8 iud. ubi dicit, quod citatio, † quæ ex urbanitate fit post citationem peremptoriam non curatur a lege, si in personam rei non exequatur; cum tantum lex attendat citationem peremptoriam in personã ipsius factã.

Vltra quòd etiam fuerit iterum peremptoriè citatus post formationem primi processus usque sub die 18. mensis Decembris anni

anni 1590. prout de tali citatione constat processu A. fol. 89. & de eius comparitione fol. 90.

Et quod sufficiat adhoc, vt reus dicatur
9 verus † contumax in non comparendo, & ne audiatur appellans, si ad sententiam diffinitiuam non comparuerit, cum fuerit peremptoriè citatus, licet antea non fuerit contumax in reliquo processu, tenet Alex. in d. l. properandum, §. si autem reus in octaua conclusione, nu. 18. ubi etiam refert contrarium tenuisse Cuman. & Fulgos. & eundem Fulgos. dixisse eius opinionem non seruari in practica; & sic in practica seruari prædictam opinionem Alex. & idem firmauit latè idem Alexan. in l. sæpè, nu. 79. in uer. ego in hoc puto, ubi plura dicta Bal. adducit, ff. de re iud. qué secutus fuit Maran. in suo Spec. in loco supradicto, nu. 186. fol mihi 369.

Nec talis declaratio, quod dictus presbyter non audiatur appellans tanquam uerus contumax posset impediri, etsi prætenderet dictam sententiam notoriè iniquam & nullam, quia facta tali declaratione poterit tūc de nullitate & iniustitia dicere, & non antea; cum considerentur, ut diuersa a iure, cū
10 sublato remedio appellationis, † non censeatur per hoc sublatum, quin de nullitate, & notoria iniquitate prædictæ sententiæ dicere possit, cum si notorie esset iniqua, prout non est, imò iniustissima, prout patet toto processu contra eum formato, & attestationibus circa quinquaginta testes contra eum examinatos per Curiam & fiscum Episcopalem, prout suo loco demonstrabitur, non meretur executionem, ita firmat in nostris terminis Flaminius Cartari in tract. de executio. senten. cum allegatis per eum in cap. fin. nu. 214. vbi de communi attestatur. Quem sequitur Farinac. in suis quæst. Crimi. q. 11. nu. 62. in fi. lib. 1. & uoluit Pet. de Ancha. in d. clem. 1. sub num. 5. de dolo & contuma. ubi dicit, ut supra est, quod licet
11 appellatio † friuola manifestè priuet appellantem beneficio appellādi a sententia diffinitiua, quæ postmodum contra ipsum fertur per iudicem a quo, non tamen est exclusus a remedio dicendi de nullitate eiusdem sententiæ, cum remedium nullitatis non tollatur, etsi tollitur appellatio. Et ista sufficiant ad demonstrandum dictum presbyterum fuisse & esse uerum contumacem, & in dicta sua prætensa appellatione non potuisse, nec posse audiri; cum ex duplici capite a iure rei ciatur, prout supra late demonstratum est & ita fuit iudicatum per R. D. Alcanium Clementinum tunc Aud. generalem Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Amerini Nuntij Venetiarum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Blaphemiæ, simoniç, & negligentiæ in subministrandis sacramentis, contra curatum, materia exactissime proponitur, cum probationum & testium discussione, & est doctissimum consilium.

SVMMARIVM.

1 *Laici an & quo casu possint querelare clericos.*

2 *Laici non admittuntur in testes contra clericos in causa criminali criminaliter intentata, etiam si veritas aliter haberi non possit. 3. nedum ad plenam probationem, sed nec ad indicium faciendum ad torturam. 4. nisi in delictis exceptis, vt num. 5. & 6.*

7 *Argumentum vales de teste ad accusatorem, & contra.*

8 *Accusare de blasphemia quilibet potest immo tenetur, nu. 9.*

10 *Blasphemia est crimen lesæ maiestatis diuinę.*

11 *Blasphemia ostenditur peccatum horribilius cęteris.*

12 *Blasphemia quo ad obiectum est maius peccatum homicidio, & nu. 15.*

13 *Blasphemus ostenditur peior idolatra, & iudęo, num. 14.*

16 *Iurans al sangue, al corpo, al cospetto di Dio, & di Santa Maria, quod dicatur blasphemasse, datur ratio, & de Beata Virgine, nu. 17.*

18 *Blasphemia in Deum quæ dicatur.*

19 *Blasphemare dicitur dicens putana di Dio, & quare.*

20 *Blasphemi de iure ciuili qua pœna puniantur. Qua de iure canonico, nu. 21. qua de iure diuino, nu. 22. qua ex Concilio Lateranensi sub Leone X. nu. 23. qua ex constitutione Pij v. Pont. nu. 24.*

25 *Maiestatem æternam lædere grauius est quam temporalem.*

26 *Blasphemantes Deum, & B. Virginem toties accusari, & condemnari possunt quoties blasphemant.*

27 *Interuallum solius temporis horarum, non dierum, non inducit diuersitatem, vel pluralitatem delicti, sed diuersi impetus.*

28 *Blasphemias plures eodem impetu dicens, cum vnicum tantum crimen committi dicatur vnica pœna, durius tamen, venit puniendus.*

29 Con-

CONSILIVM X.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Michaelibus, etsi nunquam amplecti soleam causas criminales cōtra reos motas; tamen cum in hac tractetur de offensa immediate Deo facta, ac Beatæ Virgini Mariæ, & de scandalo reparando, ne vlterius sequatur in præiudicium animarum, etiam cum periculo animæ & corporis R. presbyteri processati & condēnati, sequendo exempla maiorum meorum, Rimi. iun. in cons. 7. uol. 1. & a fortiori Hippol. de Marsi. cons. 1. libenter demonstro iustissimam fuisse sententiam per Reuerendissimum D. Episcopum Cœnetæ contra eundem presbyterum latam, cum de tribus delictis sit processatus ad querelam laicorum. Primo videlicet, quod pluries & diuersis vicibus cū interuallo temporis & annorum diuersimodè blasphemauerit Deū, ac Beatam Virginem Mariam. Secundo quod simoniam circa exercitium sacramentorum etiam pluries admiserit. Tertio quòd permiserit suos parochianos absque sacramentali confessione, & susceptione Sanctissimi Sa-

simi Sacramenti Eucharistiæ, etsi in tempore fuerit requisitus ad illa subministranda, etiam quam sæpissimè mori, & circa omnia & quodlibet ipsorum delictorum fuerit, & sit legitimè conuictus.

Et primo deueniendo ad querelas præfatas, dico quòd licet regulariter laici † clericos querelare nō possint, nisi pro sua & suorum iniuria per tex. apertum in c. de cætero, & ibi omnes Docto. de testib. & tenent Archi. Aegid. Domi. in summa 2. q. 7. & Ioan. a Turre crem. in c. non est, nu. 3. ead. 2. q. 7. & licet pro sua & suorum iniuria querelauerint: quòd nihilominus laici & mulieres in delictis criminalibus criminaliter intentatis contra clericos ad aliorum querelam
2 in testes † non admittantur per tex. in d. ca. de cætero in fine, & ibi etiam Docto. præsertim Boich. num. 3. in ver. si quæris de testib. tex. in c. ipsi apostoli, & in c. sequenti 2.
* q. 7. & hanc esse communem opinionem dicit Oldrad. in cons. 145. nu. 3. Couar. pract. quæstio. cap. 18. nu. 2. in uer. secundo illud,
* vbi similiter dicit de communi. Quos secutus fuit Clar. in sua prax. crimi. quæst. 24. num. 10. in uer. præterea, quod procedit
3 etiam † etsi ueritas aliter haberi non possit, ueluti si delictum fuisset cōmissum in villa, ubi copia clericorum habere non potest: ita firmat Fely. in d. c. de cætero, nu. 4. & 5. de testib. reprehendendo Abb. ibi aliter tenentem, dicens idem Felyn. quod adeo resistit lex canonica, ne laici testificentur contra clericos in delictis criminaliter intentatis, quod non videtur, quod iste casus possit de nouo induci ex sola auctoritate d. Abb. quòd procedit, ut non admittantur præfati testes cōtra clericos in delictis præfatis ne-
4 dum ad plenam probationem, † verum etiā nec ad indicium faciendum ad torturam, per rationes, quas adducit Aret. in d. ca. de
* cætero, nu. 10. in fi. & seq. ubi de communi, de testib.

Tamen aduertendum est præfatam regulam a iure, & Doctoribus limitari, locum nō
5 habere in delictis exceptis, † prout sunt delicta, de quibus fuit conuictus dictus presbyter, uidelicet simoniæ crimine, læsæ maiestatis, præsertim diuinæ, prout in casu nostro est blasphemia, & similium, quia de talibus delictis laici bene possunt accusare clericos, dummodo bono zelo accusent, & nō ex odio: pro bono zelo, & absente odio fecerunt præfati DD. querelantes, qui in hoc dederunt liberam facultatem præfato Reuerendissimo D. Episcopo, ut faceret quicquid sibi uideretur, cum essent contenti ad exonerationem eorum conscientiæ, & pro quiete parochianorum, & ut absque scandalo sui Curati uiuere possent, talia crimina per eum perpetrata denunciasse; & sint bonæ opinionis accusando clericos non infamatos nec suspectos de eodem delicto excepto, & quatenus essent malæ opinionis, qđ in totū alienum est a præfatis DD. accusatoribus, seu querelantibus, non admittuntur ad accusandum clericos, si sint malæ famæ, prout latè firmat glo. in summa in uer. quod
* uero vbi de communi, in suo uersiculo, communiter est opinio. 2. q. 7. ubi specificè enumerat, quæ sint crimina excepta, Abb. in c. cum P. Manconella, nu. 5. & 6. & ibi glo. in uer. laicus Anto. de Butr. nu. 8. ubi similiter enumerat, quæ dicantur crimina excepta. Host. nu. 1. & seq. Io. And. nu. 3. & ante eos Innoc. nu. 4. de accusat. Boich. in d. c. de cætero, nu. 8. & Imol. nu. 1. & seq. de test. & nō
6 solum laici † de præfatis delictis, & criminibus exceptis possunt accusare criminaliter clericos modo prædicto, sed etiam ad illa proban. possunt contra eosdem clericos testimonium reddere, seu testificari: cū qui potest de aliquo delicto aliquem accusare; contra eundem possit & testificari. Et sic ua-
7 let argumentum † de teste ad accusatorem, & e contra; prout dicunt in d. c. de cætero. Imol. nu. 1. Aegid. Bellam. nu. 6. & Boich. nu. 8. de testib. & Mars. in cons. 22. nu. 29. & seq. & sic aperte apparet & præfatos DD. q̄relantes potuisse præfatū presbyterum de præfatis criminibus exceptis querelare, & laicos potuisse contra eundem pro illis probandis testificari, ex supradictis.

Et quod quilibet possit de blasphemia
8 † accusare firmat Anan. in c. fi. nu. 18. de maled. per rationem, quam allegat. Quod ante eum dixit Bar. in l. lex Cornelia, §. si quis librum in fi. de iniur. ubi dicit ex illa lege, quod quandocunque est crimen, quod non committitur in certam personam, prout si quis maledixerit Deo, uel portauerit cultellum, uel similia fecerit; quod tunc accusatio cuilibet de populo competit. Et nō solum quilibet de blasphemia potest accu-
9 sare, † sed tenetur, alias diuina condemnatione coercetur, dicit idem Anan. in d. loco, nu. 19.

nu. 19. in uers. adde, & dicit tex. in c. si quis
per capillum, §. si quis autem 22. quest. 1. &
quòd quilibet possit & debeat accusare bla
sphemum, cum id crimen in maiestatem di-
uinam committatur, nec dissimulare debea-
mus eius opprobriũ, qui probra nostra dele
uit, per plures auctoritates firmat Iacob. Si-
man. de catholi. institu. in titul. 8. de blasphe
mia, nu. 2, in ver. quilibet autem, c. in nonnul
lis, §. illud autem vsque in fi, de iude. & ca. si
is, qui 23. q. 4.
10 Et quod blasphemia † sit crimen læsæ
maiestatis diuinæ dicit idem Siman. in d. lo
co, Clar. in §. blasphemia, nu. 4. & Iodoc. in
sua pract. crimin. in cap. si de crimine læsæ
maiestatis sub nu. 8. in fi. & sequen. vbi di-
cit Maiestatem diuinam offendi ex crimine
blasphemiæ, Apostasiæ, hæresis, simoniæ,
sortilegij, diuinationis, incantationis, atque
huiusmodi generis similium, vbi etiam sub
nu. 10. dicit peccatorum esse grauissimum,
cum Deum ipsum habeat obiectum; & pro
pterea expulsum fuisse Luciferum de cęlo.
Et quod istud peccatum blasphemiæ sit
11 horribilius cæteris patet primo. † cum su-
peret peccatum paganorum & infidelium;
cum paganus ea de Deo dicat, quæ licet fal
sa sint, tamen credit esse uera: Christianus
autem blasphemans loquitur contra ueri-
tatem, quam credit. Secundo, cum supe-
ret peccatum homicidarum, cum licet quã-
tum ad nocumẽtum maius peccatum sit ho-
micidium, quàm blasphemia; eo quòd ma-
gis nocet homini interfecto, quam blasphe-
mus Deo blasphemato, cui nihil nocere po
test; tamen quãtum ad obiectum maius pec
12 catum est blasphemia, † quam homicidiũ;
cum homicida, licet offendendo hominem
offendat Deum; tamen principaliter inten-
dit offendere hominẽ; sed blasphemus in-
tendit principaliter & directè offendere ip
sum Deum. Vlterius, quia alij peccatores
inferunt contumeliam Deo in rebus suis,
uel seruorum suorum, sicuti sunt homicida,
raptor, & cæteri &c. blasphemus autem in-
fert Deo in propria persona: et ideo peior
13 est idolatra, † cum idolatra honorem suum
auferat Deo ex ignorantia; blasphemus au
tem non solum aufert honorem Deo, sed
etiam infert ei contumeliam scienter; Ita fir
mat per plures auctoritates super quolibet
capite adductas Cassan. in cons. 1. num. 69.
per totum, vbi, etiam subdit tertio ex aucto-
ritate diui Hieronymi, quòd blasphemus
14 † peior est iudæis, cum iudæi scindebant ve
stimenta sua, cum audirent blasphemiã, ut
tali signo ostẽderent dolorem cordis de in-
iuria Dei, sicut fecit princeps sacerdotum,
quando putauit Christum blasphemasse, si-
cut patet Math. c. 26. & Cassan. latissimè su
per utroque capite plures alias auctoritates
etiam adducẽdo secutus fuit Plotu. in d. tra-
cta. de blasphem. nu. 10. in uer. & cum bla-
sphemia, fol. mihi 18. & seq. in uer. quia pec
catum blasphemiæ. Et quod blasphemia
15 † cum immediate fiat, uel dicatur contra
Deum Optimum Maximum, uel eius Sacra
tissimam Virginem Matrem Mariam, aut
Sanctos, uel Sanctas, sit peius, horribilius,
deterius, abominabilius, & detestabilius,
quam sit peccatum homicidij, periurij, fal-
sitatis, furti, rapinæ, uiolentiæ, & cuiuscun
que alterius maleficij, quod immediatè cõ-
mittitur cõtra homines, firmat idem Plotu.
ex auctoritate D. Thomæ, Antonini, & alio
rum, in præcitato loco in prin.
Deueniendo nũc ad probationes factas
circa præfata delicta, dico incipiendo per
ordinem, ipsum presbyterum conuinci per
plures testiũ depositiones pluribus uicibus
cum interuallo temporis, & annorum bla-
sphemasse Deum, & Beatam Virginem Ma
riã, videlicet, al Sangue di Dio, al Corpo di
Dio & di Santa Maria, Cospetto di Dio,
& similia, cum Deus, diuina persona non ha
beat membra, neq; corpus: & propterea sic
16 † iurando dicatur Deum blasphemasse, per
tex. in Auth. ut non luxur. contra natura in
illis verbis, ab huiusmodi & alijs blasphe-
mijs, prout ibi sic dicit Bar. per dicta uerba,
nu. 2. c. si quis per capillum Dei. & ibi Ar-
chi. in prin. 22. q. 1. ubi rationem assignat,
dicendo, & ne credamus Deum, vt persona
Diuina, habere membra, prout quidam hæ-
retici putabant; uel scientes non habere pe
ierare, non metuamus: & ibi etiam Ioan. a
Turre crem. & Barto. & Archi. latè secutus
fuit Ant. Thesau. in decis. Pedem. 241. nu.
1. post medium, & nu. 4. quod ante eũ opti-
mè firmauit Boer. decis. 301. nu. 1. per totũ,
ubi tractat, quibus modis quis dicatur bla-
sphemare. Et in uer. sexto & ultimo com-
prehendit etiam præfatas blasphemias, ut
17 supra prolatas in Beatam Virginem, † cum
irreuerenter in eam, licet, habeat corpus,
emissæ sint, & latè idẽ Thesau. d. decis. nu. 2.
in fine

in fi.& seq.& Ias.in §.item si quis postulante,nu.58.Instit.de actio.

Cuiquidem conclusioni adhæret illa alia iuris,& omniũ Doctorũ conclusio, quæ ha-
18 bet,q; illa dicatur in Deũ blasphemia, †vel quando Deo attribuitur, quod ei non conuenit;vel cũ ab eo remouetur, qđ ei conuenit.vel cũ attribuitur creaturę,qđ ꝓpriũ est Dei: & sic in effectu blasphemia est de eo falsa loqui vno ex tribus modis prædictis, prout dicit S.Thom.2.2.q.13.art.1.Arnal. Alber. de assertio.Catholi.q. 6. num. 14.& seq.& q.27.nu.1. ubi latè & latissimè Iaco. Simanch.de Cath.Institu.tit.8. de blasphemia in prin. ubi de hac cõclusione pluribus exemplis pertract. Ioan.a Royas.de hæret. par.2.nu.170.vbi quam plures allegat,Soc. sen.consi.102.num.5.vol.1. Syluest.& alij Summistæ in ver. blasphemia in prin.Boer. d.decis.301.nu.1.Alphon. a Castro.de iusta hæret.punit.lib. 1.cap.12.Afflict.in constitut.Siciliæ,lib.3.rub.54. nu. 12.Iodoch. in sua pract.Crimi.in cap.61.de crimine læsæ maiestatis diuinæ sub nu.11. Mando. in tracta.de ingratitu.cap.62.ingrati. 108. in princip. & latissimè Plotu.in tracta. de blasphemia,nu. 1. in uer..est enim blasphemia; ubi quam plures allegat id tenentes. Ideo vlterius non insisto ad comprobandum hãc indubitatam conclusionem.

Ex qua quidẽ conclusione sic in iure firmata apparet dictũ presbyterũ in aliã speciẽ blasphemiæ in Deũ prolatã sæpè ẽt incidisse,cũ plures testes deponãt ipsũ blasphe-
19 mãdo dixisse,† puttana di Dio,cũ Deũ meretricẽ habere q̃ inconueniẽtissimũ, & horrẽdissimũ sit dicere,nemo dubitat. & sic cõstat apertissimè ipsũ conuictũ fuisse & esse per q̃ plures testes in tribus speciebus blasphemiarũ,ẽt sæpius reiteratis in suæ aĩę detrimẽtũ,& absq; Dei,& B.Virginis timore incidisse,& in consuetudinẽ habuisse,& hĩc omnipotentẽ Deũ,ipsamq; B.Virginẽ blasphemare,cũ multo plures uices, q̃ bis, uel ter blasphemauerit.unde de iure ciuili tales
20 blasphemi † pęna ultimi supplicij puniuntur;licèt semel, bis, vel ter, blasphemantes puniãtur pęna extraordinaria fustigationis, berlinæ,vel similiũ,per tex. apertũ in Auth. vt non luxur.contra natur.post med.& dicit Cyn.in l.2.nu.4.& ibi ẽt Bal.nu.7. & Saly. nu.4. C.de reb.cred.Ias.in l.ait pretor, §.iurari,num.13.ff.de iur.iuran.& idem Ias.latè in §. si quis postulante, num. 58.& seq. & conclusiuè num. 61.& ibi ante cum Ang. Areti.nu.59.& seq.Institutio.de actio.Cassan.in consi.1.num.69.ad fin.Iodoch.in sua pract.crim.c.61.de crim.læsæ maiest. num. 12. & optimè Summa Armilla,titu.de blasphemia ante fi. in uer.blasphemantes Deũ fol.mihi 158.& idẽ Ang.Aret.in tract.maleficio in uerbo;verba iniuriosa,sub nu.14. incip.quæro,quæ erit pœna. & ibi latè Augu.Ariminen.in addit.fol.mihi 71.

21 Et licet blasphemantes † de iure canonico uideantur alijs pęnis minoribus puniri,prout dicit præfatus Augu.in d.addi. per tex.in c. fi. de maledi. ubi expresse dicitur, quod ille, qui blasphemat Deum, & Virginẽ Mariã, ac alios Sanctos debeat ieiunare in pane & aqua, & publicè cum corrigia in collo debet adire Ecclesias; & interdicitur sibi sepultura,& multa, de quibus ibi. & in c.si quis per capillum 22. q. 1. ubi disponitur, quòd si quis Deum blasphemauerit, si erit clericus, & in ecclesiastico ordine constitutus, quòd deponatur; & si laicus erit, quod anathematizetur. Tamen ad hoc respondet idem August. in d. addit. ad Ang. in uer.respondeo,quòd istæ pœnæ sunt adiunctæ de iure Canonico,& est pœna spiritualis:& ideo dixit glo.in d.c.fina. in fin. de maled.dixisse,quod iure ciuili ille, qui blasphemat Deum, & Sanctos vltimo supplicio damnetur,per tex.in d.Auth. ut non luxur.contra natu. quod ante eundem Augu. dixit in d.Auth.Iacob.de Beluis.ante fin. in versic. opponitur secundo, ubi dicit, quòd Deum blasphemantes non uideantur puniri pœna ultimi supplicij, sed alia pœna, ut de maledi.cap.fina. Et oppositionem postea resoluendo dicit ibi loqui de pœna spirituali, & in d. Auth. de pœna temporali. Et idem soluit etiam ibidem Barto. num. quarto, ubi allegat pro solutione præfatam glos. fina.

Nec mirum est,si iure Cæsareo blasphẽ-
22 mi pœna ultimi supplicij puniantur, † cum & hoc prius sancitum erat iure diuino,prout habemus in testamento ueteri leuit. cap. 24.in illis uerbis: Ecce autem,vbi dicitur, quod cum quidam blasphemus esset adductus ad Moisẽ,ut puniretur, & illũ posuisset in carcerẽ cõsulẽs dñum, qua pęna deberet puniri: respondit Dominus ad Moisem, blasphemum educ extra castra, & ponent

omnes, qui audierunt eum, manum super caput eius, & lapidet eum uniuersus populus; & ad filios Israel loqueris, Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus.

In concilio autem Lateranensi sub Leone X. celebrato, sessi. 9. in uer. ad abolendã inter Concilia generalia, fol. 127. uol. 5. cõ-
23 tra clericos, † qui semel, bis, aut ter blasphemauerint, pęna extraordinaria, quæ de iure ciuili datur blasphemis, ut supra dictum est, fuit determinata his uerbis, uidelicet: Ad abolendam uerò execrabilem blasphemiã, quæ in maximum diuini nominis & Sanctorum cõtemptum supra modum inualuit, statuimus, & ordinamus, vt quicunq; Deo palam, seu publicè maledixerit contumeliosis, atq; obscęnis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariã eius genitricẽ expressè blasphemauerit, si clericus, uel sacerdos fuerit, eo ipso ꝙ de delicto huiusmodi fuerit conuictus etiam beneficiorum, quęcũq; habuerit, fructibus applicandis, ut infra, vnius anni mulctetur: & hoc sit pro prima uice, qua blasphemus ita deliquerit. Pro secunda uero si ita deliquerit, & conuictus, vt præfertur fuerit, si unicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. quod si tertio eo scelere arguatur & conuincatur, dignitatibus, ac beneficijs omnibus, quecunq; habuerit, priuatus existat: ad eaq; ulterius retinenda inhabilis reddatur, eaq; libere impetrari & cõferri possint.

Et nouissime per Pium Papam V. in sua Constitutione, quæ inter ipsius Constitutiones in Bullario est, super huiusmodi crimine sequendo præfatum Concilium sanci-
24 tum est per hæc uerba uidelicet † Ad abolendum uero nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod antiqua lege Deus morte puniri mãdauit: & imperialibus quoque legibus receptum est; nunc autem propter nimiam iudicũ in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem supra modum inualuit, Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranensi Concilio statuta inuocantes decernimus, vt quicunq; Deum & D. nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genetricem expressè blasphemauerit, si clericus fuerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quoruncunq; beneficiorum suorum: pro secũda beneficijs ipsis priuetur: pro tertia omnibus etiã dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, uel corporali pro prima vice puniatur: pro secunda carceribus mancipetur: pro tertia uerbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit pro qualitate blasphemiæ atque personæ puniatur.

Ex quibus quidem Concilio & Constitutione non videtur derogatum dispositioni præfatæ Auth. vt non Luxu, contra nat. quæ pęnam vltimi supplicij blasphemantibus ex consuetudine imponit, prout supra firmatum est: cum disponant præfat. Concilium & Constitutio contra illos, qui semel bis, uel ter cõuicti fuerint blasphemasse, cũ blasphemans per tres vices non dicatur ex consuetudine blasphemus esse, prout similiter ex auctoritate Cyn. Bal. Ias. & aliorum dictum est.

Nec sub quouis prætextu per iudicẽ põt minui, vel remitti talis pęna; & quia pręfata Constitutio Pij Papæ V. hoc prohibet expressè in fine; & iudex sit minister legis; & quia veniæ locus non est, vbi maiestas Diuina tã detestabiliter offenditur, & vilipẽditur prout dicit Bald. in l. accusatorem nu. 12. in prin. C. de his, qui accus. nõ poss. Si enim offenditur potestas tẽporalis impunitũ hoc cri-
25 men † nõ dimittitur, ne vlterius in talia verba prorũpatur. c. j. de maledic. & l. 1. in ver. iniuria C. si quis Imp. maledix. multo magis puniẽda sunt delicta, quæ in æternæ Maiestatis iniuriã cõmittũtur; cũ lõgè grauius sit ęternã, q̃ tẽporale lædere Maiestatẽ c. vergẽtis, §. cũ. n. de hæret. Auth. Gazzaros. post prin. C. eod. & ita arguit tex. in d. Auth. vt nõ luxur. cõtra natu. §. si. n. & glo. in c. statuimus, in ver. blasphmiã post prin. de maledi. Et hęc dicta sint pro hõdi cõclusionis intelligẽtia; nõ insistẽdo p pea, vt pfatus psbyter puniatur pœna pfatæ Auth. etsi teneã ipsũ ex cõsuetudine blasphemũ esse, sed ut appareat de iustitia snię, de qua agitur, & ipsũ mitius, q̃ iure disponitur fuisse cõdemnatum.

Neq; obstat si diceretur, qđ etsi dictus presbyter fuerit antea processatus; quod nihilo-

nihilominus de blasphemia nunquam fuit condemnatus nisi in præsenti: & proptérea quod non potuerit a dicto iudice condemnari nisi in pœna contenta & imposita dictis Concilio Lateranensi & Bulla illis, qui semel blasphemauerint. Quia adhoc respondetur, quod præfat. Concilium & Bulla non dicunt, quod sit necesse ad hoc, ut blasphemus de pluribus blasphemijs puniri possit in sententia, quod aliàs de blasphemia fuerit condemnatus; sed dicunt, quod si fuerit conuictus semel blasphemasse Deum ac Beatam Virginem, quod clericus puniatur in amissione fructuum unius anni suorum beneficiorum: & si fuerit conuictus, quod bis blasphemauerit, quod beneficijs ipsis priuetur: & si ter blasphemasse conuincatur, quod omnibus dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur; ut supra dictum est. Cum igitur presbyter præfatus conuictus remaneat ex processu nedum semel, bis, & ter, sed pluries Deum, ac Beatam Virginem blasphemasse, & sic ipsum habere in consuetudine: prout apparet tam ex diuersis speciebus blasphemiarum, in quibus deliquit, quam ex pluribus per eum reiteratis blasphemijs in qualibet ipsarum specie, merito ex dispositione præfatæ bullę, etsi alias non fuit condemnatus de huiusmodi crimine, potuit idem presbyter ex isto delicto tantum plurium blasphemiarum, beneficio, quod possidebat, priuari, deponi, ac in exilium mitti, etsi consuetudinem non haberet blasphemandi, sed tantum tribus uicibus blasphemasse conuictus fuerit.

Quod & de iure communi etiam procedit, cum non uno impetu in tantis blasphemijs inciderit idem presbyter, sed diuersi impetus in eo fuerunt cum interuallo temporis, & annorum, quibus prorupit in præfatas blasphemias; unde sic blasphemantes
26 † toties accusari & condemnari possunt, quoties Deum, ac Beatam Virginem blasphemauerint, prout dicit Boeri. d. decisio. 301. num. 16. quod prius uoluit Bartholo. Veronen. in cons. 61. num. 1. 2. & seq. in crimi. per iura per eum allegata. & quod solius
27 temporis interuallum † horarum non dierum non inducat diuersitatem, uel pluralitatem delicti, sed diuersi impetus, dicit text. in l. quod ait lex, §. quod ait lex. & ibi Bart. & Ang. numero tertio, ff. ad leg. Iul. de adult. ubi dicunt per illa uerba text. uno ictu & uno impetu operari, quod in maleficijs dicitur incontinenti fieri illud, quod fit uno impetu licèt duret per horas. Et ita respondit in casu blasphemiæ idem Bartho. Veronen. dicto cons. numero quarto. Et quod si quis eodem impetu plures blasphe-
28 mias dixerit, † quod unica pœna, durius tamen, cum unum crimen dicatur tantum commissum, ueniat puniendus, dicit Simanch. in dicto titu. octauo, numero 19. quod ante eum dixit Alcia. in cap. cum non ab homine, sequendo præfatum Cons. Veron. sub numero 33. de iudic. ubi dicit, quod si quis ex interuallo bis blasphemauerit in continuatione tamen sermonis, non punitur nisi pro una blasphemia. Cum igitur in casu nostro præfatus presbyter in plures impetus inciderit, & pluries blasphemauerit, ut est dictum, cum interuallo temporis, & annorum; merito uigore dictæ constitutionis de pluribus blasphemijs per eum prolatis potuit condemnari per supradicta. Quod fortius procedit in casu nostro, cum licet aliàs antea de blasphemijs præfatis, seu aliqua ipsarum non fuerit condemnatus idem presbyter; tamen fuit processatus, & testibus pluribus de præfato crimine conuictus; cum paria sint, quem esse condemnatum, uel de proximo condem-
29 nandum, † prout dicit Felyn. in capitu. finum, primo, de iudæis. Quem secutus fuit Mars. in sing. 106. post medium in uer. & ubi de. & in l. 1. numero 96. C. de rapt. virg. optimè Iaso. in l. diuortio. §. interdum sub num. 15. in fi. ff. solu. matrimo. & est text. solemnis, quem ipse allegat in l. qui pœnæ, §. Diuus quoque Pius, ff. de manumiss. & hinc
30 est, quòd de proximo cingendus † habetur pro cincto, prout dicit Bald. in l. penult. in princip. ff. de testam. milit. & Mars. in d. l. 1.
31 num. 92. C. de rap. virg. & fructus † de proximo colligendi habentur pro collectis. Et sic idem iudicatur de fructibus de proximo percipiendis, sicut de perceptis, prout dicit Ias. in d. l. diuortio. §. interdum, nu. 15. quæ regula confirmatur ex eo, quod potentia
32 † proxima actui habetur pro actu, l. penult. & ibi Bald. ff. de milit. testamen. quem sequitur Ias. in d. loco, in uer. confirmatur. Et facit quod notat Barto. in dicta l. penult. per illum text. quod illud, quod de proximo faciendum est, habetur pro facto.

33 Hinc est etiam, quod basilica † de proximo consecranda, habetur pro consecrata; cum irreuocabiliter sit obsequijs deducta; prout dicit Abb. in capitu. ecclesia, in 3. not. de immunita. eccles. quod valde facit ad casum nostrum; & hinc est etiam, quod
34 sicut fideiussor actualiter cōdemnatus † potest agere contra principalem: ita etiam potest agere, quando euidenter apparet, quod de proximo est condemnandus: prout dicit Bald. in l. si pro ea in sexta quæstio. numero decimoquarto, C. mand. quem sequitur Ias. in præcitato loco numero decimosexto, & Mars. in dicta l. prima, numero 94. in fi. de rap. virg. & propterea alibi dicit Ang. in l. ex eo tempore ante finem, in ver. si autem rector, de testam. milita.
35 quod pœna † imposita offendenti scholarem matriculatum, habeat etiam locum in scholare, quem Rector iussit matriculari, licet nondum sit scriptus, quem secutus fuit Alexand. in l. si quis id, quod, numero quarto, ff. de iurisdictio. omni. iud. & alibi dixit Salyc. in l. cum in te, in fin. C. de donatio. ante nupt. quod si mulier ducta est
36 † ut viro coniungatur, & ante coniunctionem decessit, quod maritus lucratur medietatem dotis, cum pro coniuncta & copulata habeatur; ex quo de proximo erat copulanda, sequitur Ias. in dicta l. diuortio., §. interdum numero decimosexto, ff. solut. matrimo. & uoluit etiam Felyn. in capitu. tertio loco, numero tertio, ante finem, in uers. & retenta, de præsumptiō. & in rubr. de sponsalib. numero tertio, in in princip. quos refert, & sequitur Mars. in d. l. prima, numero 93. & in d. sing. 106. in uers. attamen. Ad quod faciunt dicta Alexand. in cons. 42. columna prima præsertim numero tertio, volumine septimo, & dicta Paul. de Castr. in cons. 238. incipiente. uidetur dicendum in uer. breuiter hoc putarē, & conclusiuè in uers. non tamen potuit, uolum. 2. Hinc etiam procedit, quod licet ubi tractatur de poena corporali impo-
37 nenda † reus fideiussoribus non sit relaxandus per iura allegata per Mars. in sing. 381. in princip. Roma. in sing. 496. similiter in princip. & ante eos dixit Bald. in l. si quis post, in princip. ff. de testam. ubi dicit reum esse semper in carceribus detinēdum, nec fideiussoribus relaxandum. Et quando crimen est capitale: & quando pœna est personalis, ueluti fustigationis: & quando reus est torquendus, cum adsint indicia, & propter inopiam fideiussoris in criminali, & in l. tertia, numero sexto, C. de episco. audien. prout quotidie practicatur; attamen quando apparet post publicationē
38 processus, quod de proximo reus † est liberandus, relaxandus est ante sententiam; prout dicit Mars. in d. sing. 381. post princip. in ver. attamen, ubi etiam subdit ita plurics practicasse & obtinuisse, licet iudices se redderent difficiles ad excarcerandum reum ante sententiam; sed uidentes doctrinas per eum allegatas, quod illi annuerint; & in d. l. prima, numero 97. C. de rap. virg. quod prius dixit Bal. in l. sed etsi is, numero secundo, ff. de in ius uocan. per tex. in l. nullus ad fin. uer. donec repererit, C. de exhib. reis quem text. dicit esse ad hoc magis singularem, quam aliquem alium, qui reperiatur. & in d. l. si quis post princip. ff. de testam. Roman. in dicto singul. 496. incipien. accusatus, in uersic. sed tamen contrarium.

Et ista sufficiant ad demonstrandum magis efficaciter habere locum præfatam Cōstitutionem Pij Papæ V. ac Concilium Lateranense desuper allegat. contra præfatum presbyterum, nedum quia semel, bis, ter, blasphemauit, & conuictus est; sed quia ex consuetudine blasphemus est.

Neq; obstat etiāsi diceretur de dicto delicto blasphemiæ, sicut est dictum in pluribus speciebus commisso & reiterato non esse probatum saltem legitimè, prout con-
39 uenit in criminalibus, in quibus † probationes debent esse luce meridiana clariores per l. fina. C. de probatio. cum similibus, cum testes contra dictum querelatum examinati sint singulares, licet concordent super qualibet specie blasphemiæ respectiue; uerbis tamen sunt singulares de loco & de tempore, contestem non habentes, & per hoc non uideantur probare,
40 cum clarum sit in iure, testes † singulares non probare in ciuilibus, & fortius in criminalibus ad dicta per Bald. in capitu. licèt causam, numero decimo, & ibi Dec. numero 61. & sequen. de probatio. cum negari non possit, quod ubi adest singularitas, non adsit numerus; & ideo tantum probat unus, quātum mille, prout dicit idem Bal. in l. iurisiurandi, nu. 9. C. de testib.

Imò

Imò quod plus est dicit Bald. ibidem quòd
41 plures testes † singulares minus probant, quam vnus: quod procedit, si in testibus præsumitur dolus, uel reperitur repugnantia, prout in testibus Susannæ: quem in utro que dicto sequitur pariter dicto loco Dec. Marf. in consilio primo, numero 24. & sequen. latissimè Ias. in repetitio. l. admonendi, numero 256. per totum, ff. de iureiuran. Petr. de Ancha. in cons. 277. numero 5. Mi sing. sing. obseruat. obseruat. 76. numero 1. & sequen. cent. 3. vbi latè declarat, talis conclusio quomodo sit intelligenda, cap. nihilominus, & ibi glo. in fin. tertia q. 9. vbi ponitur regula, quod uoces eorum tanquam plurium non admittantur, quos temporis diuersitas simul interfuisse prohibuit. Quam glo. latius declarat Abb. in consilio 42. numero primo, in uersic. sed his non obstantibus vsque in fin. uolumine primo, ubi dicit, quod nunquam testes
42 † singulares probant, etiamsi inducantur ad probandum quid vniuersale, seu totum, nisi quatenus factum esset successiuum, & in diuiduum, & testes deponant super rebus indiuiduis totius: exemplum in probatione Missæ, si unus deponit de epistola, alius de euangelio; secus si deponant de diuiduis; ut unus de euangelio, alter de vesperis: vel in probanda solutione decimæ, si unus deponat de frumento soluto; alter de faba; quia non probant; prout ipse dicit cum alijs adductis per Rim. iun. in cons. 7. a num. 1. usq; ad nu. 26. inclusiuè, ubi de
** ueriori & magis communi per Crot. Vasq. & Ioan. de Amic. attestat. refert, uolumine primo.

Quia ad hoc respondetur, quod dictus querelatus non fuit querelatus de aliqua blasphemia particulari certo tempore & loco per eum prolata, sed in genere ipsum esse blasphemum, & Deum, & Beatam Virginem solitum esse blasphemare; prout latè
43 patet in processu: quo casu testes † singulares bene probant in genere aliquem esse hæreticum, usurarium, blasphemum, seu crimen læsæ maiestatis commisisse, & similia; prout firmat in specie in crimine hæresis Salyc. in l. quicunque, C. de hæret. ubi ex dicto Iacobi Butr. infra allegandi, dicit, quod si contra accusatum de hæresi unus testis dicat, quod audiuit ipsum dicentem Christum nō uenisse in Virginem, & alter dicat audiuisse illum dicere Christum non esse filium Dei; quòd probata est hæresis, cum de hæresi in genere fuerit accusatus, secus si de certa specie hæresis accusaretur, quia tunc non esset probata accusatoris intentio: Quod ante eum dixit Iacob. Butri. in l. Ariani, post medium, in uersic. modo pone, C. eodem. quem secutus fuit Bald. in probando quem esse usurarium in consilio 406. incipienti, in causa Vincentij, numero primo, in uer. in contrarium, uolum. primo, ubi mouetur ea ratione, quia per species, de quibus ipsi testes deponunt, probatur genus. & in consilio 192. numero 9. uolumine secundo, ubi idē firmat. & idē optimè firmat in vsurario Cald. in consilio quinto per totum in tit. de testibus, ubi dat optimā rationem, quod probetur, quem usurarium in genere per testes singulares. Et quod
44 vsurarius † in genere quis probetur per testes singulares, firmat Andreas de Iser. super Constitutio. Neapol. in rubr. de vsur. puniend. vbi in uersi. vsurariorum, sub numero septimo, dicit usurarium quem probari, si duo uel plures testes deponant Titium esse usurarium, & in causa scientiæ interogati, unus dicat, quod uidit dari ad usuras cum Petro; alius cum Martino, & sic de singulis, quia tales testes concordant ipsum esse usurarium; cum noluerit probare Titium dedisse ad usuram Petro, & sic actum particularem, sed ipsum esse usurarium; & numero octauo, ubi allegat similia. Qem secutus fuit super ritu magnæ Curiæ 20. & 21. Ioan. Francisc. Scaglion. numero 13. post Carauit. posit. fol. mihi 221. & idem Bald. in consilio 447. incipien. ad euidentiam, numero sexto, & sequen. uolum. quinto, ubi clariorem reddit rationem, dicens, quod quoties tractamus de probando genere, testes, qui probant species sub eodem genere contentas, non dicuntur singulares, quia in qualibet specie repræsentatur genus; secus si necesse esset probare singularem actum. Et idem Bald. in consilio 465. incipien. visis ipsis articulis, numero septimo, uolum. quarto. & hanc opinionem nedum tenuit idem Bal. in consilijs, uerum etiam & in lecturis; prout in l. de quibus, columna penult. numero 123. uersic. sed nunquid testis, ff. de legibus ubi dicit,

45 quod si ratio testium † sit bona, licet diuer-
sa, non sunt singulares; veluti, si uolo pro-
bare me possidere; & vnus testis dicit,
quod percepi fabam, alter quod frumen-
tum, quod certe probant; quod ista testi-
monia sunt in cauda colligata; & idem
Bald. in l. actor. numero decimoseptimo,
& sequentibus in uersic. hinc autem scien-
dum est, C. de probatio. vbi dicit, quòd
46 † probatio per genus fit per quancunque
speciem; puta, uolo probare quem hæreti-
cum in genere; produco duos testes; quo-
rum vnus deponit de hæresi in uno articu-
lo fidei, alter de alio; & dicere Doct. quod
isti testes probant identitatem generis per
diuersitatem specierum. Et ibi dat etiam
aliud exemplum; & dicit, quod possidere
est quidam actus generalis; unde si uolo
probare possessionem: & vnus testis pro-
bat, quod percepi fabas, alter frumen-
tum; certe quod dicti testes non dicun-
tur testes singulares; sed quod probant
inspecto genere probandi. Et idem Bald.
in l. prima, numero decimonono, & se-
quen. C. de testam. vbi dicit, quod testi-
47 monia † singularia sufficiant ad proban-
dum vsum, qui probatur per ipsius cau-
sam productiuam, quæ est eiusdem actus
repetitio: cum enim natura rei necessa-
rio dat singularitatem & separationem
actus, ipsorum singularis probatio suffi-
cere debet. Et hoc apparet, quia de eius-
dem continuati sceleris nequitia proban-
da tractatur, & de infamia, quæ est una
& eadem resultans ex multis actibus.
Quæ sanè ratio præter alias adductas
est ualde bona, cum testes in casu no-
stro deponant de diuersis & reiteratis bla-
sphemijs, diuersis locis & temporibus
per dictum quærelatum prolatis; vnde
ipsum in genere blasphemum esse pro-
batum fuisse, prout fuit querelatus, du-
bitandum non est. Et idem Bald. in l.
prima, C. qui mune. tutel. ubi dicit, quod
si unus dicit talem esse hæreticum, quia
audiuit ipsum dicentem, non credo in unum
Deum; alius uero quia dixit, non cre-
do in Catholicam Ecclesiam: tales testes
probant, quia sunt contestes in genere.
Et sic apparet quòd Bald. in pluribus locis
hanc opinionem tenuit, & illustrauit: cu-
48 ius auctoritatem † in causis decidendis par
uam non esse dicit Castren. in consilio 152
numero 3. in princip. uolum. 2. quem secu-
tus fuit Aymo in consilio 166. numero 4.
ubi etiam subdit de eo dici, qui nullum
textum in iure ignorauit, & quod Bald.
propter ingenij acumen, & frequentes di-
sceptationes forenses primum locum obti-
neat, aut certè post Barto. dicit Benuenut.
Strach. in tracta. de mercat. in tit. de decot.
in 3. par. num. 22. in fi. & quod opinio Bald.
in iudicando sequenda sit, firmat Fulgos. in
consilio 26. in fin. ubi dicit sententiam Bal.
in iudicando sequi sat honestum, satque tu-
tum, atque irreprehensibile esse. Et re-
deundo ad Conclusionem nostram dico
multum doctè illam tenere Ang. in l. 2. §.
diem, num. 2. præsertim in uersic. & hic
facit, ff. quemad. testam. aperian. vbi dicit,
quod cum quæritur de probatione vnius
uniuersalis, puta iurisdictionis, imperij, uel
49 possessionis, licet testes deponentes per
cognitionem sensitiuam deponant de par-
ticularibus inferentibus ipsum uniuersale,
non dicuntur singulares, siue causa sit ci-
uilis, siue criminalis, per exempla per eum
ibidem adducta. Et idem firmat in prima
sua disputatione Astensis miles. sub num.
17. qui est sub colum. 15. ubi similiter dat
exempla; & idem uoluit Host. in summa in
titul. de testibus, §. quæ diuersitates in prin.
in uer. hoc autem, ubi postquam dedit exé-
pla de diuersitatibus, quæ noceant testimo-
nijs, dicit quòd in facto non reiterabili, ut
est homicidium, quod uno ictu perficitur,
nec reiterari potest, nisi resuscitaret occi-
50 sus sicut Lazarus, uariatio testium † no-
cet: in facto autem reiterabili, ut est adul-
terium, quod sæpius committi potest,
non obest talis uariatio; quia licet non
probent idem adulterium, probant ta-
men illum adulterum esse, contra quem
fertur testimonium. Et idem firmat Zas.
in consilio 11. numero 15. ubi dicit, quod
si unus testis deponit Bertam tali die com-
misisse adulterium, alter alio tempore, quod
isti testes probant adulterium: & idem di-
cit de usurario: quod in totum cum alijs
corroborat in casu nostro nostram conclu-
sionem. Et hanc opinionem tenet etiam
Innoc. in c. qualiter el 2. colum. 2. in uersic.
tunc autem, & sequen. de accusatio. vbi dat
exemplum de iurisdictione, decima, & pre-
scriptione, vultq; testes uariantes in causis
tépore, vel persona probare, quia uterque
bonam

bonam causam sui testimonij reddit. Et
licet subiungat, sed alij contrarium dicunt;
tamen non censetur illam opinionem ap-
probare, sed primam, ut considerauit Cor-
ne. in specie sequendo hanc nostram con-
clusionem in cons. 34. num. 7. & seq. uol. 2.
vbi nu. 10. in uersic. satis enim est, dicit sic
communiter Innoc. allegari in præcitato lo
co, non obstante, quod recitet ultimo loco
aliam contrariam opinionem in dicto versi.
sed alij. & idem firmat idem Corne. in
consilio 185. numero quarto, circa me-
dium, vol. 3. quoniam illa vltima opinio re-
citatur ab eodem Innoc. sub uer. Alij, &
præcedentem opinionem simpliciter ponit.
Vnde prior uidetur ab eo recepta, quasi
verbum, Alij, diuersificet alios abeo, vt
ibi latius per eundem Corne. dicitur. A
qua opinione, ut ipse dicit, non est rece-
dendum, cum sic communiter intelligatur.
Et idem quod dictum est de Innoc. dicen-
dum uidetur de Specula. qui nostram Con
clusionem similiter firmat, dans eadem exẽ-
pla & alia in tit. de teste. §. iam de interro-
gatorijs, numero 11. 12. & 13. vbi plenè:
& ita intelligendos esse Innoc. & Specula.
dicit Hippol. Riminal. in consilio 7. nu. 43.
& sequen. uolum. 1. & sic intelligi Innoc. &
51 quod sufficiant testes † singulares ad pro-
bandum quid in genere, puta quem es-
se infamem, furiosum, uel hæreticum, firmat
latè Alexand. in consilio 141. num. 1. in fin.
& nu. 2. ubi quam plures auctoritates addu
cit, uol. 1. quem sequitur Paris. consilio. 87
nu. 8. & sequen. uol. 3. & idem firmat Dom.
de Santo Gem. adducendo plura exempla
in c. nihilominus, nu. 4. & 5. 3. q. 9. Fel. latè in
cap. licet ex quadam, colum. 5. 6. & sequen.
de testibus, & idem firmat Petr. de Anch.
in dicto celeberrimo suo consilio 277. in-
cipien. ex prædicta facti narratione, nu-
mero 6. in uersic. non obstat, & seq. ubi di-
cit inter cætera, quod si tractatur de uno fa-
52 cto, † quod perficitur uno loco, & vno tem
pore, ut homicidium, adulterium, uel una
obligatio ex consensu, vt mutuum, commo-
datum, depositum, & similes. Et hoc casu si
testes deponunt de diuersis temporibus,
veluti singulares non probant vnicum homi
cidium, adulterium, mutuum, commoda-
tum, uel depositũ, deducta in iudicio, sed di-
uersa, & isti dicuntur singulares, & non pro
bant identitatẽ facti; ex quo nascitur obli-
gatio & actio, quę deductę sunt in iudicio: &
ita intelligitur exẽplũ de Susanna, & alia iu
ra, quæ de singularitate loquuntur. Quando
autem est factum, quod non capit essentiam
in momento tẽporis, uel in uno loco, ut con-
spiratio, coniuratio, & tractatus; conficitur
enim commotio vna, & rebellio ex varijs
partibus, siue præparamentis: & ex istis ua-
rijs & singularibus actibus perficitur vnus
tractatus, & vna rebellio; & quilibet testis
deponens de actu singulari & diuerso ab
alio, deponit de tractatu & conspiratione, &
eam perficit. Et hoc casu singularitas te-
stium probantium, licet singulariter hoc &
illud non dicant, tenet, aliàs lex adstringe-
ret ad impossibile de facto, si uellet omnia
continuata, & distantia, siue separata per
eosdem testes probari, per auctoritates
53 per eum adductas. Et quod † testes sin-
gulares probent in genere, tradit etiam
Rolland. a Valle in consilio 82. numero
43. uolum. 2. & quòd quando tempus & lo-
cus non est de substantia probationis facti,
54 testes † singulares probent, cum concor-
dent in eundem rei finem, licet discordent
in tempore & loco, in casu electionis, se-
pulturæ firmat Guido Papæ decis. 544.
per totum subdendo in fine; ita plúries
non obstante tali singularitate testium in
Curia parlamenti fuisse determinatum,
Quem secutus fuit Mascard. de probatio.
conclus. 130. volumine secundo. & quod
quando tractatur de aliquid probando in
genere, ut hæreticum, uel decimam, uel
iurisdictionem, admittantur ad probandum
55 testes † singulares, licet deponant de di-
uersis actibus in specie, firmat Francis. Marc.
decisione 461. num. 2. in uersic. contrarium;
& sequen. volumine primo. & quod ad pro-
bandum aliquem esse usurarium, hæreti-
cum, vel blasphematorem in genere suffi-
ciant, & probent testes singulares, firmat
in specie Crot. per auctoritates per eum
adductas in consilio 106. numero 11. uolu-
mine 1. quem secutus fuit Riminald. iuni.
d. consilio 7. numero 83. vol. 1. & hanc con-
clusionem etiam tenet Missing. sing. obser.
cent. 3. obser. 76. ubi relatis opinionibus
contrarijs inquit sic reconciliatam repu-
gnantiam Docto. fuisse a Dominis assesso-
ribus, quod prior opinio tenentium testes
singulares sufficere locum habeat, quando
testes inducuntur ad probandũ hæresim, aut

furorem in genere, sed quando in specie
tunc aliorum sententia procedat, idem te-
net Gratu.consil. 190.nu. 18. uol. 2. Calca.
in cons. 19. num. 19. ante fin. in uer. alius, &
num. sequen. & idem firmat Petr. a Plaz. in
epito. delict. in cap. 29. num. 9. in probando
furorem, ubi ante finem rationem assignat,
& dicit adeo tales testes singulares proba-
re, cum non deponant super aliquo facto
in specie, sed utique in genere, asserendo
quem esse furiosum: & idem dicit Sylua.
in consilio 57. num. 34. ubi vult in proban-
do domum emphyteuticam sufficere te-
56 stes † deponere de diuersis solutionibus;
& sic vnus de uno anno, alter de alio; &
sic probare, licet sint singulares, cum de-
ponant super actu reiterabili. Et idem uo-
luit etiam Bertrand. in consil. 48. num. 12.
ubi latè, uolum. 1. par. 2. ubi dici testes sin-
gulares probare in genere aliquem fuis-
se furiosum, uel infamem, uel hæreticum.
Et hanc opinionem, ut ponam finem ulte-
** rius alios allegandi, esse magis commu-
nem reiectis contrarijs firmat Portiu. Imo
len. in suis communibus Conclus. in reg. 34
secunda charta in uer. primo limitatur. Vbi
quam plures citat id tenentes, & in uer. te-
nendo tamen primam opinionem, quæ ui-
detur esse magis communis, fol. mihi 107.
** ter. & seq. hancque opinionem esse magis
57 communem, ut testes † singulares probent
actum successiuum, seu quid in genere, fir-
mat latè Gabriel. in suis Conclus. in ritu. de
testib. Conclus. 2. in 1. limita. nu. 18. & nu.
20. in uer. tenendo tamen primam opinio-
nem; quæ uidetur magis cõmunis, eamdẽq;
opinionem esse magis communem, ut per
testes singulares probetur quid in genere,
puta usuras, famã, iurisdictionem, hæresim,
possessionem, furorem, infamiam, & his si-
milia, firmat latè Viui. in sua Sylua opinio.
908. numero primo, lib. 3. fol. mihi 34. &
eandem opinionem esse magis communẽ,
quicquid dixerit Alexan. in consil. 72. uol.
1. quem dicit aduersus magis communem
locutum fuisse, firmat Alba. in cons. 25. uol.
2. & hanc opinionem etiam esse magis com
munem in probanda consuetudine firmat
Ioan. de Amic. in cons. 1. nu. 59. in fine, &
cõclusiuè nu. 60. ubi dicit magis communẽ
** & ueram conclusionẽ esse; quod consuetu-
58 do probatur per testes † singulares in nume
ro factorum in tempore, & in personis puta,
quia vnus dicit vidisse consuetudinem ob-
seruatam uno tempore inter aliquos, seu iu-
dicatum: & alius dicit uidisse alio tempore
iudicatum & obseruatũ; cum quãdo sumus
in probando quid in genere, seu in uniuer-
so; puta ad probandum famam, iurisdictio-
nem seu merum imperium, infamiam, deci-
mationem, consuetudinem, & similia suffi-
cere, quod testes concordent in eundem rei
finem, licet in prædictis alijs discordẽt per
multas auctoritates per eum ibi adductas.
Et hanc opinionẽ similitèr esse magis com-
munem ex auctoritate Alex. quem dicit hãc
opinionem tenuisse, quicquid antea dixerit
in duobus, uel tribus consilijs, firmat Aym.
Crau. in cons. 267. nu. 4. & seq. in uer. item
quando agitur, & in tractat. de antiquita.
tempor. in 4. par. in uersic. sed enim, nu. 11.
& sequentib. ubi similiter dicit Alex. in plu-
ribus suis consilijs per eum relatis attestari
hãc esse magis communem opinionem, mul
tos alios etiam, idem Crau. citando hanc
opinionem tenentes, ubi etiam attestatur
sub nu. 12. ante fin. ita audiuisse fuisse iudi-
catum per Curiam Gratronop. contra quẽ-
dam presbyterum in causa usurarum, cõtra
quem tantum super usura deposuerunt te-
stes singulares deponentes de mutuis factis
ipsis testibus sub usuris; Et hanc opinionem
per plures auctoritates in materia criminis
læsæ maiestatis humanæ nedum diuinæ,
prout nos sumus, ex desuper firmatis, firmat
& comprobat Mars. in cons. 1. a nu. 27. usq;
in fi. per sex columnas, ubi dicit d. num. 27.
quod in crimine læsæ maiestatis, hæresis,
simoniæ, & in similibus grauibus, & enormi
bus criminibus ad illa probandum admit-
59 tuntur testes † singulares, & alias inhabi-
les; & specialiter in crimine læsæ maiesta-
tis: subdendo ẽt nu. 28. crimen hæresis & cri
mẽ lęsę maiest. æquiparari: hancque opinio
** nem esse uerissimam magisq; communem,
& ita iudicatum fuisse in hac ciuitate Vene
tiarum per grauissimos uiros in causa hære-
60 sis; quod conuictus † de hæresi per testes
singulares teneretur palam abiurare, firmat
Rimina. iuni. per quam plures auctoritates,
quarum aliquas retuli, in d. consil. 7. a num.
27. usque in fin. ubi dicit de magis commu-
ni, & per plures columnas firmat hanc con-
clusionem; respondẽdo etiam ad contraria
per eũ antea adducta a nu. 1. usq; ad d. n. 27.
Ad quod facit illa alia iuris & Doctorum
conclusio

conclusio, quæ habet, quod quando testes
61 † tendunt ad eundem finem, licet sint singulares, quod nihilominus probant; prout dicit latè Marſ. per allegata per eum in d. conſ. 1. num. 50. & habemus text. in l. qui ſententiam in illis uerbis, in unum conſpirante concordanteque rei finem conuictus: ſit. C. de pœni.

Itaque indubitanter apparet dictũ querelatum de præfatis blaſphemijs conuictũ eſſe per præfatos teſtes ſingulares, cum in genere querelatus fuerit, ipſum eſſe blaſphemum; ac in conſuetudine habere blaſphemare Deum, ac Beatam Virginem. Vnde debuit per iudicem ordinarium condemnari, prout fuit condemnatus, in pęnas priuationis beneficij, depoſitionis, & exilij; prout dicta Conſtitutio fel. recor. Pij Papę V. ordinat & diſponit, vt ſupra firmatũ eſt; Quibus addo, quòd quãdo per eandem legem pro uno crimine imponuntur plures
62 pœnæ † ſpeciales, iudex omnes illas imponere debeat, prout not. firmat Bal. in l. data opera, num. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ. quod fortius procedit in caſu noſtro, cum plura delicta idem querelatus diuerſarum ſpecierum blaſphemiarum, & alia, de quibus etiam dicetur, perpetrauerit.

Neq; aliquid obſtat etſi diceretur, quod ex quo aliqui teſtes deponant, quòd per iracundiã dictus querelatus ſit ſolitus blaſphemare; quòd propterea in aliqua parte pœna præfatæ bullæ eſſet minuenda, quia ad hoc reſpondetur primo in facto, quod teſtes deponunt, quod ex qualibet leui cauſa iraſcitur idem querelatus, & ſolitus eſt blaſphemare. Secundo reſpondetur, quod ad hoc, vt fiat mitigatio pœnæ ratione ira-
63 cundiæ, † neceſſarium eſſet probatam eſſe qualitatem iracundiæ, & quod talis fuiſſet, quæ ipſum delinquentem a mente alienaſſet, ſeu in furorem induxiſſet, quod minimè apparet in caſu noſtro; quia alias nullam poteſt habere excuſationem, ſed ordinaria pęna puniẽdus eſt; prout dicit Alber. de agno ſcend. catholi. aſſertio. quæſt. 27. num. 8. ubi omnia prędicta dicit. quod ante eum uoluit Abb. per eum citat. in c. 1. in 2. nota. de his, qui filios occidunt. Et ideo dicit ibidem idem Alber. ex dicto Abb. quòd difficile eſſet probare talem iracundiam. vbi etiam ſubdit prędicta procedere, quãdo eſſet maximus calor iracundiæ ex iuſta cauſa procedens; ſecus ſi ex iniuſta cauſa, prout ex iniuſta cauſa dicunt teſtes iraſci dictũ querelatum, & blaſphemare: quia tunc nec in aliquo minueretur pœna. Et quod in bla-
64 ſphemante mitigatio † pœnæ non habeat locum, niſi iracundia tanta fuerit, quæ dementiæ æquipararetur; & non parua iracundia, cum nemo de facili blaſphemet Deum niſi iratus; firmat optime & diſtinctè Hoſt. in ſumma, in tit. de maled. in §. blaſphemia nu. 5. in princ. in uer. hæc autem. Imò etſi
65 blaſphemus † inique abſolutus fuiſſet, uel remiſſius punitus, quod per alium iudicem puniri poſſit in dando eidem debitam pœnam, vel illam augendo, ſi remiſſius fuit punitus, quam lex voluit; ne quod in odium ipſius introductum eſt, in fauorẽ retorqueatur, firmat Siman. de cathol. inſtit. tit. 7. in uer. blaſphemia. num. 5. cum alijs adductis
* per eum, ubi de communi; & hanc eſſe cõmunem opinionẽ prius latè voluit Couar. var. reſolu. lib. 2. cap. 10. num. 6. plures alias auctoritates adducendo. Ideo in hoc ulterius non inſiſto, cum à cõmuni opinione in iudicando recedendum non ſit. Non omittẽdo etiam dicere, quòd in aſſerta ſua appellatione nedum præfatus querelatus non potuit, nec poteſt audiri, nedum quia fuit & eſt contumax verus, qui non auditur appellans, ſicut latè in alijs appellationibus demonſtratum eſt; uerum etiam & quia in crimine læſæ maieſtatis humanæ, nedum diuinæ, prout nos ſumus, vt ſupra demonſtratum eſt, propter illius atrocitatem, quæ cognoſcitur ex impoſitione pœnæ ultimi ſupplicij, prout dicit Roma. infra allegan. ſicut in crimine hæreſis, cum ęquiparentur; prout dicit Marſ. in d. conſ. 1. nu. 28. & ſeq.
66 appellatio † interpoſita à condemnato de tali crimine nõ admittitur, prout dicit Marſil. in d. conſ. 1. nu. 38. ſequendo Angel. de malefic. in ver. præſente dicto Caio, & appellante, 2. char. in ver. & nota per dictam legem, vbi adducit plura iura, & rationes; quod prius firmauit Roma. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, nu. 1. per totum. ff. de acquiren. hæred. quem ſecutus fuit Auguſt. in addit. ad præfatum Ang. Et iſta ſufficiat me dixiſſe ſuper præfato capite blaſphemiæ, imò blaſphemiarum, adducendo de bono iure præfatæ ſententiæ contra dictũ querelatum latæ per dictum Illuſtriſſimum ordinarium vltra ea, quæ infra dicentur ſuper

per

per alijs delictis, de quibus similiter conuictus est, & in principio præmissum est.

Deueniendo nunc ad secundum caput simoniæ, dico similiter dictum querelatum de simonia conuinci ex pluribus. Et primo quia voluit sæpe sæpius à confitentibus, ut vulgo dicit, § che gli cerpessino tre, ò quattro arbori § antequam illorum cõfessionem sacramentalem audire vellet; prout sæpe fecerunt tale seruitium operarum, propterea ex pacto præcedenti ab eis recipiẽdo; prout deponũt plures testes præcisè vltra alios, qui adminiculantur super eodem capitulo

67 deponentes; cum simonia † nil aliud sit, quam studiosa voluntas, siue cupiditas, seu vitium emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, prout diffinit

* gl. & Doct. communiter, prout dicit Anan. in rubr. de simo. nu. 2. quem sequitur Clar. in §. de simonia, in princ. & num. 5. ante fi. vbi dicit talem simoniam in vendendo sacramenta esse de iure diuino prohibitam.

Secundo, quia idem querelatus noluit audire sacramentalem confessionem vxoris ser Zanneti Migotti de villa Comaiæ requisitus, dicendo quod volebat ire ad terrã Conegliani, prout iuit, & illa absque sacramentis Ecclesiasticis obijt, prout deponunt super sexto articulo similiter quatuor testes vltra alios, qui deponunt de publica voce & fama, & de auditu ab illis de domo

68 mortuæ. Cum simonia † non solum committatur in impendendo aliquid spirituale pro temporali; sed etiam in omittendo spirituale, quod tenebatur impendere propter commodum alicuius temporalis, prout fecit præfatus querelatus omittendo dictæ mulieri debita sacramenta impendere & subministrare pro suo commodo temporali eundi ad Coneglianum. Abb. in c. nemo, num. 2. de simonia. & dicit Ioan. de Anani in d. rubr. num. 2. post medium, in uer. simonia est crimen, eod. Tertio addi potest simoniam commisisse, cum noluerit sepellire quandam mulierem, ex quo sui non potuerunt dare eidem ducatum vnum, prout deponunt similiter quam plures testes super primo cap. Cum non liceat pro exequijs mortuorum, seu illis ducendis ad sepulturã

69 aliquid recipere, aliàs simonia † est, c. suam nobis, & ibi glo. fi. Abb. & alij. de simon. Et licet talem ducatum propterea non habuerit, cum sui propter illorum paupertatẽ illum dare nõ potuerint, & in aliam Ecclesiam parochialem à sua Ecclesia per millia ria distantẽ propterea coacti fuerint dictam mortuam transferre. Et sic licet videatur

70 tanquam delictum † attentatum de cõsuetudine non puniendum; tamen hoc locum non habet in crimine læsæ maiestatis; prout dicit Tiraq. de pœn. tempe. in cau. 38. num. 10. fol. mihi 73. Et quod delictum non cõsummatum in atrocioribus puniatur, dicit Alber. de Rosat. in 2. par. statu. quæst. 3. nu. 7. & est tex. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. Vnde propter præfatum delictum simoniæ sic publicè & notoriè commissum modis prædictis nõ est dubium dictum querelatũ rectè potuisse etiã priuari dicta Ecclesia, prout dicit Clar. in d. §. simonia, nu. 10. Et hæc dicta sint quoad secundum fundamentum.

Quo vero ad tertium similiter dicitur per plures testes conuinci dictum querelatum, quam plures parochianos obijsse absq; sacramentali confessione ac susceptione sanctissimæ Eucharistiæ & aliorum sacramentorum culpa ac negligentia dicti querelati, cum requisitus in tempore noluerit illa conferre, prout deponunt super quarto articulo similiter permulti testes. Et ideo etiam ex isto delicto, cum dictus querela-

71 tus † reus fuerit animarum præfatarum parochianorum, prout dicit expresse glo. in c. officium, in ver. sine confessione, de officio Archipresb. per tex. in c. si presbyter 26. q. 6. à suo officio remouendus fuit; prout dicit Igna. Lopez. in addit. ad practi. Canon. Diaz. sub c. 44. in uer. hinc procedit parochum, fol. mihi 141. Et ista sufficiat pro confirmatione dictæ sententiæ me dixisse: & fuit iudicatum per R. D. Ascanium Clementinum tunc Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Amerini Auditorem generalem, & dominum meum obseruandissimum, intra certum tẽpus præfatum presbyterum condemnatum debere cum alio permutare parochialem, quam possidet, & interim permanere in banno, prout fuit factum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Blasphemiæ causa tractatur, & quomodo probetur tam in genere, quam in specie.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturis non est locus in claris.*
2 *Blasphemia quando non dicatur.*
3 *Blasphemus quis dicitur ex consuetudine.*
4 *Meretrix manifesta quæ dicatur.*
5 *Doctores intelliguntur secundum authoritates, quas allegant.*
6 *Testes singulares quando non probent. & numero 9 & 12.*
7 *Negatiua ex inspectione processus probari solet.*
8 *Testes singulares probant in genere.*
10 *Consequenti dato, datur necessarium antecedens.*
11 *Hæreticus uel usurarius in genere quomodo quis probetur.*
13 *Pœnæ imponendæ blasphemis an, & quando sint arbitrariæ.*
14 *Inferior non potest apponere manum in facto superioris.*
15 *Iudex potest ex causa minuere & ampliare pœnam legalem, statutariam, & constitutam per constitutionem Pontificiam.*

CONSILIVM XI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Resoluendo motiua in eadem causa de Michaelibus data, dico primo quod illa verba prolata per querelatum, videlicet, ‹ Può far Dio, › non sunt affirmatiua, sed dubitatiua, quia nõ sedato animo & quieto asserendo omnipotentiã Dei super aliquo facto fuerunt per eum prolata, sed cum excandescentia animi & ira & sic dubitatiue, prout testes deponunt: & propterea non videtur habere locum motiuũ, quod in dubio talis interpretatio sumenda sit, quæ delictum excludat; quia sumus
1 in claris, † quo casu coniecturis locus non est. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. oblig. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. & Port. Imolen. in cons. 29. nu. 15.

Prout nec secundum motiuum similiter locum habere videtur fundatum super dictis à Nauar. in suo Manual. cap. 12. nu. 83. quia Nauar. loquitur quando quis uel iurando, vel contendendo talia verba per corpus Domini, per sanguinem eius, absq; tamen irreuerentia profert, cum tunc nõ cen-
2 seatur blasphemia, † quod ante eum dixit Caietan. per eum citatus in sua summa in ver. blasphemia, in fine: quia nos in alio casu sumus, cum dictus querelatus protulerit talia verba irreuerenter, prout videri potest ex testium depositionibus per modum iurandi, quo casu blasphemia est reductiuè tamen, licet non proprie, sed secundum modum, quamuis postquam Verbum Caro factum est, Deus habeat & corpus, & sanguinem, prout uoluit Syluester in sua Summa, in ver. blasphemia, in fine, à quo nec Caieta. dissentit, quem sequitur Nauar. in loco præcitato.

Sicut & pariter tertium motiuum locum non habet; & quia prædictæ duæ species blasphemiæ, de quibus supradictum est, sustinentur, & quia dictus querelatus pluries reiteratis uicibus, & cum interuallo temporis & annorum blasphemauit, ‹ Potta di Dio, Puttana di Dio, › prout similiter apparet ex depositionibus plurium testiũ singularium de loco & tempore ita blasphemasse deponentium, & non bis tantum dictas duas blasphemias: & sic conuinci dictum querelatum ex consuetudine blasphemum esse: cum postquam quis vltra tres vices blasphemauerit, Cyn. & alij Doct. in alijs allegationibus super hoc citati clare
3 demonstrant, ex consuetudine dici † blasphemum; quod dicãt quod si quis bis, vel ter blasphemauerit, non dicatur propterea ex consuetudine blasphemum esse, & pœna extraordinaria tantum puniri; & sic, si ultra tres vices blasphemauerit ex consuetudine, blasphemum dici quibus addo dicta Angeli optimè facientia in prima sua quæstione incipien. Astensismiles, sub num. 4. vbi di-
4 cit, quod ad conueniendam aliquam † esse meretricem manifestam, sufficit probare, quod ter, vel quater in domo propria, uel in aliena se prostituerit, cum trinus actus tribuendus sit consuetudini.

Prout neq; aliquid releuant ea, quæ in dicto motiuo in substantia dicũtur secundo loco, quod cum vices considerandæ sint ex allegatis; & non fuerit suppositum ipsum esse blasphemũ in genere; imò & quod specificè blasphemiæ fuerunt articulatæ, & quod

quod demptis dictis duabus speciebus, de quibus supra, quod nec probetur ipsum in genere esse blasphemum, vltra quod blasphemiæ ex temporis interuallo prolatæ debuerunt probari per testes cõtestes cum distinctione temporis & locorum, allegando Mascard. de probatio. conclus. 194. nu. 2. qui attestatur de communi ex cons. Alex. 72. vol. 1. quem solum allegat, licet Alex. minimè de communi dicat, prout est uidere col. 2. & seq. vltra quod in suo casu etiam in libello fuerit expressum certum tempus, prout patet num. 5. in princ. quod dici non potest in casu nostro. Et ideo ad illud debet haberi relatio, considerando iura, quæ allegat secundum factum propositum, cum
5 Doctores † intelligantur secundum auctoritates, quas allegant. Bart. in l. non solum. §. si liberationis. num. 7. ff. de liber. legat. & ibi latè addit. Ioan. Andr. in c. cum nuncius. num. 4. ante fi. de restib. & Marsil. in consil. 12. num. 15. Primo quia quoad factum respondetur, ex quo ex eo uenit resolutio iuris, dico præfatum querelatum in genere fuisse querelatum solitum esse blasphemare Deum, & Beatam Virginem, & non in specie, videlicet in aliquo certo loco & tẽpore aliquam speciem blasphemiæ protulisse; & ad probandum etiam in genere ipsum esse blasphemum fuisse articulatum, & non in specie, prout dicitur in motiuo, allegando Alex. in d. cons. nu. 3. qui dicit, quod quãdo tractatur de probatione alicuius rei, in qua tẽpus sit de substantia rei, quod tunc
6 testes singulares nullo modo probẽt; † quia hoc dici non potest in casu nostro, cum certum tempus, & locus deductus non sit, vt per me est demonstratum in alijs allegationibus; & videri potest ex eodem processu in locis per me allegatis, cum talis negatiua
7 † ex illius inspectione probari soleat, ad dicta per Iacob. Butrig. in l. 2. C. de error. aduocat. Abb. in cons. 92. nu. 3. volum. 1. Cephal. in cons. 215. num. 3. uol. 2. Purpur. in cons. 524. num. 10. vol. 2. latè Franc. Hercul. in tract. de negati. proban. sub nu. 176. & seq. tracta. tomo 4. fol. 21. & Menoch. in cons. 199. nu. 3. uol. 2.

Et dum dicitur, quod per testes cõtestes debeant probari cum designatione loci, & temporis prædictæ blasphemiæ ex prædicto cons. Alex. desuper per Mascard. citat. dico Alex. in dicto cons. 72. aduersus ma-
** gis communem opinionem locutum fuisse; prout in specie reprobando prædictum cons. 72. Alex. respondit Alba asserendo in contrarium, vt est dictum esse magis communem in cons. 25. num. 1. vol. 1. per me in alijs allegationibus citat. & eundem Alex.
** attestari hanc esse magis communem opinionem, quicquid ipse dixerit in dicto & duobus alijs consilijs, in quibus contrariũ sentit, cum in duodecim, uel tredecim alijs consilijs, quæ citat, teneat hanc partem, qđ
8 in genere probent testes † singulares, firmat Aymo de antiquit. temp. in 4. par. in ver. sed enim. nu. 11. fol. mihi 179. ter. & seq. omnino videndus.

Qua de re etsi Alex. attestatus fuit in dicto cons. 72. de communi; prout dicit idem Mascar. quod non fecit, prout est videre in col. 2. 3. & seq. eiusdem consilij; tamen dico, quod ex quo magis communis opinio est in contrarium, vt est dictum, quod attendi non debet dicta communis opinio, sed magis communis, quæ præfertur, & seruanda est, cum superueniat tanquam lex, & ea quæ super communi disposita sunt, in magis communi locum habeant, prout dicit Coras. in tract. commun. opin. in præfatione num. 38. & 45. diuers. quem sequitur Granut. in theorem. 4. nu. 5. fol. mihi 22.

Et dum dicitur, quod ex quo deductum est, quod dictus querelatus in genere sit blasphemus, quod per consequens de vicibus particularibus non probetur: Quia ad hoc respondetur, ex dictis per me in primis allegationibus in resolutione oppositi, qđ
9 feci, quod testes † singulares in genere deponentes non probarent aliquem esse hæreticum, vsurarium, blasphematorem, & similia; resolutum est præsens obiectum, cum ibi demonstrauerim ex pluribus auctoritatibus Bald. Angel. Salic. & aliorum, quod speciebus probatis per testes singulares ad vnum tendentibus perficitur genus, quibus addo Rimin. iun. in allegato ibidem cons. 7. num. 27. 83. & 124. cum per eum allegatis, & Ang. in cons. 234. num. 3. in princ. Et sic non posse dici aliquem in genere probatum esse hæreticum, vsurarium, blasphematorem, & similia; prout Doctores tenent, nisi censeatur prius, per testes singulares probatum esse de speciebus hæresis, vsurarum, & blasphemiarum: vnde resultat illũ in genere esse probatum hæreticum, vsurariũ, blasphe-

blasphematorem, & similia, cum qui vult consequens, vt in genere sit conuictus, necesse est, ut uelit necessarium antecedens, videlicet vt species censeantur probatæ, ex quibus perficitur genus; cum dato conse-
10 quenti, † necesse sit dare necessarium antecedens ad illud. §. idemq; iuris, Instit. quib. ex cau. manum. non lic. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat. imò & non possit stare consequens absque necessario antecedenti, dicit Bal. in l. conuenticulam. col. 4. ante medium, in ver. item est argumẽtum. & in uer. item est locus. C. de episc. & cler. & Aymo in cons. 76. nu. 27. & in cons. 202. num. 29. Et sic cum Doctores velint per duo testes de diuersis speciebus deponentibus, ad unum tamen finem tendentes,
11 in genere quem probari hæreticum, † vsurarium, & similia, prout de duobus testibus singularibus tradit exemplum Iacob. Butrig. in l. Ariani. per me ibidem citat. quem secuti fuerunt, Bald. Salic. & Crot. in casu nostro, ac Andr. de Isernia similiter ibidem citat. qui dat exempla de duobus testibus singularibus, dicendo, quem per eos probari in genere vsurarium, cum multo magis probent testes duo singulares de loco & tẽpore de qualibet specie blasphemiæ in eadem identitate speciei concordantes, prout testes deponunt in casu nostro: & sic probatur ultra decem vices blasphemasse prædictum querelatum, stante numero testiũ de diuersis speciebus blasphemiæ deponentium, de quibus in principio dictæ allegationis facta est mentio; & sic à fortiori habet locum Constitutio allegata fel. record. Pij Papæ V.

Prout nec obstat aliud motiuum, dum dicitur, quod quando tractatur de aliquem
12 puniendo, quòd testes † singulares nõ probent de delicto sic in genere deponẽtes, ad dicta per Clar. in sua prax. crim. quæst. 53. sub nu. 19. in uer. sed quid si agatur de probãdo delicto in genere; quia ad distinctionem ibidem factam per Clar. respondit, & iure defendi non posse dicit idem Rimin. iun. dicto cons. 7. num. 136. & in contrariũ esse veritatem, cum possit agi criminaliter ad pœnam adulterij, hæresis, & id genus: & tamen delictum probatur in genere, puta quod pluries adulterauerit, varios errores hæreticales professus sit, de quibus factis varij testes deponunt, nec plures de uno particulari; sicq; vere loqui quoad pœnam inferendam, & hanc opinionem dicit esse magis communem, & veram, idem Riminal. num. seq. Et ita fuisse terminatum in hac ciuitate Venetiarum in causa hæresis & iudicatum etiam in Curia parlamenti Delphinalis teste Guid. Papæ decis. 544. quem ipse allegat.

Quo vero ad vltimum motiuum, in quo allegatur Farinac. in quæstio. 20. num. 66.
13 Quod † pœnæ imponẽdæ blasphemis sint arbitrariæ; illud resoluendo dico (prout dixi in alijs allegationibus in huiusmodi causa factis) quod pro prima, secunda, aut tertia blasphemia blasphemanti non imponitur pœna ordinaria, de qua in allegata ibi Auth. vt non luxur. contra natur. cum illa habeat tantum locum in illo, qui est solitus blasphemare, si per statuta locorum, vel aliam legem aliter prouisum nõ sit, sed alia pœna extraordinaria iudicis arbitrio: prout dicunt Cyn. Bal. & Salic. per me allegat. in l. 2. C. de reb. cred. cum alijs etiam per me citat. & dicit Farinac. num. 64. Et quod per Constitutionem Pij Papæ V. tam circa hanc pœnam extraordinariam imponendã clerico fuit prouisum; & propterea illi stan dum esse, cum cesset arbitrium iudicis aliter prouidendi, cum pœna arbitrata fuerit
14 à superiore; cum inferior † non possit apponere manum in facto superioris, c. cum inferior, de maio. & obedien. & idem dicit Farinac. ibidem nu. 64. ante finem, ubi dicit, quod in castigando tales blasphemantes sunt in primis seruanda statuta, & consuetudines locorum, quæ si deficiant, tunc recurritur ad pœnam extraordinariã, prout patet per exempla per eum ibidem adducta. Et ideo cum in casu nostro habeamus Constitutionem Pontificiam, per quam statuta est certa pœna clerico blasphemanti semel, bis, ter, ab ea recedi non potest per supradicta. Vltra quod talis Constitutio, ut in alijs allegationibus dixi, non videatur moderare pœnam ordinariam, quę videtur imponenda illi, qui ex consuetudine solitus est blasphemare. Et si diceretur, quod si-
15 cut iudex † potest minuere & ampliare ex causa pœnam legalem, & statutariam, & sic ordinariam, prout dicit Farinac. in quæst. 17. num. 5. 6. 7. 8. & seq. & num. 10. vbi remissiuè de causis, quibus moueri potest iudex. Et quod propterea idem possit face-

re

re D. Iudex in pœna constituta per dictam Constitutionem Pontificiam.

Quia ad hoc respondeo, in primis allegationibus similiter ostendisse aliquam caussam non subesse talem pœnam minuendi, ad quas me remitto, addendo tantum pœnas Constitutionis prædictæ tanto fortius procedere, quanto prædictus querelatus & cōdemnatus sit Sacerdos, & Curatus, atq; suis Parochianis propterea scandalosus, & pessimi exempli. Et ista sufficiat pro præfatorum motiuorum resolutione pro iustitia sententię condemnatoriæ me dixisse, ad alias allegationes in causa huiusmodi factas in reliquis me referendo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Ecclesia unita Monasterio an alteri ecclesiæ inseruire teneatur, & de probatione tituli & seruitutis in corporalibus. Et de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia S. Seueri Venetijs est unita & subiecta pleno iure Monasterio monialium S. Laurentij.*

2 *Beneficium unitum alteri assumit eius naturam, & statum. & nu. 3.*

4 *Ecclesia non exempta si uniatur exemptæ efficitur exempta, & contra.*

5 *Verba, pleno iure, quid importent.*

6 *Ecclesia quomodo dicatur esse subiecta alteri in spiritualibus.*

7 *Res tradita pleno iure dicitur esse absque onere hypotheca.*

8 *Confirmatio Papalis quid operetur.*

9 *Papa factum ex certa scientia in dubium reuocari non potest.*

10 *Venienti contra factum Papæ ex certa scientia perpetuum silentium est imponendum.*

11 *Dispositio generalis idem operatur in suo genere, sicut specialis in sua specie.*

12 *Res inter alios acta regulariter tertio nō præiudicat.*

13 *Vocandi sunt in iudicio illi quorum interest, non alij.*

14 *Sententia declaratoria super statu personæ facit ius quo ad omnes, & omnibus præiudicat.*

15 *Casus legis ubi est, ibi nulla cadere potest dubitatio.*

16 *Sententia est nulla ex defectu citationis.*

17 *Testes nō reddentes rationem sui dicti non probant.*

18 *Ratio attenditur in dicto testis.*

19 *Iurium incorporalium in acquisitione quid requiratur.*

20 *Testis deponens de auditu regulariter non admittitur.*

21 *Testes singulares non admittuntur ad probandam iurisdictionem decimandi, nec aliquid in genere.*

22 *Præscribens contra illum, ad cuius fauorem est iuris præsumptio, quid probare teneatur.*

23 *Decimæ pertinent ad illam parochiam intra cuius limites prædia consistunt.*

24 *Titulus non requiritur ubi adest præscriptio tanti temporis, cuius initij non est memoria. ratio assignatur. nu. 25.*

26 *Competere quæ non possunt nisi ex priuilegio præscribuntur spatio tanti temporis, cuius initij non est memoria.*

27 *Tempus cuius initij non est memoria æquiparatur priuilegio indulto a Papa, vel à Cæsare, & de tali tempore plura ibi in discursu.*

28 *Titulus indistinctè præsumitur ex possessione, vel quasi tanti temporis, cuius non est memoria, etsi non allegetur. & nu. 30.*

29 *Quasi possessio in incorporalibus creari non potest sine scientia & patientia illius in cuius præiudicium præscribitur.*

CONSILIVM XII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Monasterij sancti Laurentij RR. Abbatissa & Moniales debent obtinere, nedum quia ipsæ probarūt Ecclesiam parochialem sancti Seueri, de cuius seruitute & subiectione agitur, esse vnitam & subiectā pleno iure dicto eorum Monasterio à tanto tēpore citra, cuius contrarij memoria non existebat vsq; de anno 1391. prout nec hodie fortius existit. Et propterea dictā Reuerendam dominam potuisse & posse liberè, & licitè ad eius voluntatem & beneplacitum de eadem Ecclesia, & de omnibus ad eam pertinentibus tam circa oblationes, quam circa alia quęcunq; disponere, prout pro tempore disposuit: Verum etiā & quia R. Plebanus parochialis & collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ Formosæ aduersarius circa prædictam seruitutem, & subiectionē, prout per se petitum fuit, intētionem suam non probauit; prout infra super vtroq; capite demonstrabitur.

Et quoad primum, quod dicta Ecclesia sancti Seueri sit vnita & subiecta pleno iure
1 dicto Monasterio † sancti Laurentij: Et quod propterea clerici in dicta Ecclesia S. Seueri per eandem Abbatissam pro tēpore instituendi, teneantur ad eius libitum Missas,

sas, & alia diuina officia in earum Ecclesia sancti Laurentij Monasterij præfati celebrare, ac eidem Abbatissæ ecclesiastica sacramenta ministrare, patet tam ex libello aliàs dato pro parte eiusdem R. Abbatissæ, & conuentus Monasterij prædicti contra clericos, & procuratorem præfatæ Ecclesię sancti Seueri; qui à tali subiectione uoluntunt se subtrahere coram R. Vicario Ecclesiæ Castellanę Venetiarum, de quo constat regesto fol. 62. vbi inter cætera leguntur
„ infrascripta verba, videlicet Dicens quod
„ prædicta Ecclesia sancti Seueri à tanto tē-
„ pore citra, cuius contrarij memoria nō exi-
„ stit, fuit, & est subiecta & unita Monasterio
„ sancti Laurentij pleno iure. Et inf fol. 63.
„ leguntur hæc alia uerba, videlicet, Quod
„ clerici, qui pro tempore fuerunt in Ecclesia
„ sancti Seueri ad requisitionem & uolunta-
„ tem Capituli, & conuentus, ac dominę Ab-
„ batissæ sancti Laurentij, ratione dictæ sub-
„ iectionis & unionis consueuerunt tempori-
„ bus antedictis Missas & alia diuina officia
„ celebrare in prædicta Ecclesia sancti Lau-
„ rentij, & à dominabus Monialibus requisi-
„ ti ecclesiastica sacramenta conferre &c.
Quàm ex sententia per dictum Reuerendū Vicarium lata vsque de anno 1391. supradict. de qua dicto regesto fol. 68. vbi legun tur in principio inter cętera infrascripta ver
„ ba, videlicet, In his scriptis diffinitiuè sen-
„ tentiamus, & sentētiando declaramus, prę-
„ dictum Monasteriū sancti Laurentij fuisse
„ & esse in plena possessione omnium petito-
„ rum in dicto libello &c. Et infra videlicet
„ Ipsamq; Ecclesiam sancti Seueri pleno iu-
„ re spectare ad dictum Monasterium sancti
„ Laurentii, & eius Capitulum & Conuentū.
Et infra folio 69. in ea dicatur, videlicet
„ Ipsamque dominam Abbatissam in eorum
„ superiorem, & dominam recognoscere, &
„ obedire in oībus, & singulis deductis &c.
Quàm ex literis Apostolicis fęl. recor. Bonifacij Papæ IX. per quas confirmata fuit dicta sentētia ex certa eius scientia; de quibus dicto regesto fol. 58. & seq. in quibus inter cætera leguntur infrascripta verba,
„ videlicet, Exhibita siquidem nobis nuper
„ pro parte dictarum Abbatissæ & conuētus
„ petitio continebat, quod cum olim Ecclesia
„ sancti Seueri de Venetijs dictæ diœcesis
„ eidem Monasterio canonicè vnita, & pleno
„ iure subiecta esset de ratione vnionis & sub-
„ iectionis huiusmodi clerici &c. Et infra dicto reg. fol. 59. leguntur hæc alia verba,
„ videlicet, Nec non clerici pro tēpore per-
„ petui beneficiati in dicta Ecclesia ad requi-
„ sitionem Abbatissæ & Cōuentus prędicta-
„ rum in Ecclesia prædicti Monasterij Mis-
„ sam, & alia diuina officia celebrare; ac Ab-
„ batissę, & Monialibus eiusdem Monasterij
„ pro tempore existen. ecclesiastica sacramen
„ ta ministrare tenerentur: idemq; obserua-
„ tum fuisse à tanto tempore, cuius contrarij
„ memoria non existebat &c. Et infra fol.
„ 60. tergo dicatur, videlicet, Nos igitur hu-
„ iusmodi supplicationibus inclinati senten-
„ tiam ipsam auctoritate Apostolica ex certa
„ scientia confirmamus, & in pręsentis scripti
„ patrocinio communimus, supplētes omnes,
„ & singulos defectus, si qui forsan interue-
„ nerint in præmissis, & nihilominus eisdem
„ Abbatissæ & Cōuentui concedimus, quod
„ præsentes literæ ad probandum plenè om-
„ nia, & singula præmissa ubiq; sufficiant, nec
„ ad id alicuius probationis adminiculum re-
„ quiratur.

Ex quibus quidem supradictis manifestissimè apparet, & dictam Ecclesiam sancti Seueri esse unitam & subiectam pleno iure dicto Monasterio & Cōuentui sancti Laurentij, & presbyteros pro tempore in ea instituendos ad libitum dictæ Abbatissæ, & Cōuentus teneri, & obligatos esse ad celebrandum in dicta Ecclesia sancti Laurentij monasterij prædicti Missas & alia diuina officia, ac eisdem Abbatissæ & monialibus sacramenta ecclesiastica mistranda.

Et ideo dicta unione stante, ut supra, nō est dubium, quod dictus Reu. Plebanus sanctæ Mariæ Formosæ aliquod ius, neq; aliquam subiectionem non potest prætēdere in dicta Ecclesia sancti Seueri, prout prætēdit, videlicet, quod quolibet anno teneatur ire aliquis presbyter dictæ Ecclesiæ S. Seueri ad benedictionē fontis in die Sabbati sancti, & à medietate Quadragesimæ vsq; ad octauam Paschatis debeant mādare baptizandos ad baptizandū in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Formosæ, cum unio prædicta operetur, quod non consideretur status, & qualitas Ecclesiæ sancti Seueri: etsi aliquando Ecclesia sanctæ Marię Formosæ, siue illius Plebanus potuerit aliquod ius habere in dicta Ecclesia sancti Seueri, quod minime apparet, nec probatur: imò de

de contrario constet; sed monasterij sancti Laurentij ab omni seruitute immunis & liberi, cui vnita est, prout dicit Paris. in cons. 30. num. 10. & seq. uol. 4. ubi dicit, quod be
2 neficium † vnitum alteri, propter vnionem desinit habere nomen, & solum considératur beneficium, cui fit vnio, & propterea dicebat, quod in casu suo non erat considerādum Monasterium sanctæ Cęciliæ, sed tantum monasterium sancti Saluatoris, cui fuerat vnitum, quod prius voluit Rot. in decis. 11. de reb. eccles. non alien. in antiq. & qđ Ecclesiæ vnitæ mensæ Episcopali non consideratur amplius eius natura, sed tantum mensæ, cui fuit unita; cum post unionem
3 † sequatur eius statum in omnibus, firmat Oldrad. per plura iura, & auctoritates in cōsil. 257. num. 16. & seq. Et quod Ecclesia vnita monasterio montis Oliueti, quod sua membra regit, atq; gubernat per suos monachos, debeat post vnionem pariter regi, & gubernari per illos, & in omnibus institutis, & alijs dictæ regulæ se conformare, consuluit Angel. in cons. 247. quod incipit, vnitorum una & eadem natura est: quem secutus fuit Dec. in cons. 173. num. 3. ubi dicit, quod Ecclesia unita mutat naturam, & assumit qualitatem Ecclesiæ, cui vnio fa-
4 cta est, & quod Ecclesia, † quæ non erat exempta, si vniatur & subijciatur exemptæ Ecclesiæ, efficiatur exempta: & econtra si exempta uniatur & subijciatur non exemptæ, non exempta efficiatur per unionem, cum amittat eius qualitatem. Et hoc tantum debet tollere omnem prætensionem dicto Reuerendo Plebano in casu nostro; cum etsi dicta Ecclesia sancti Seueri non fuisset exempta à prætensa subiectione ante dictam unionem, & subiectionem; tamē ex quo apparet à tanto tempore citra, de quo memoria hominum in contrarium non existit, fuisse unitam, & subiectam dicto monasterio sancti Laurentij exempto, prout & Papa attestatur; manifestissimè patet, esse exemptam: prout firmat expresè Dominic. de sancto Gemin. in c. cum personæ. §. fi. colum. 2. in uer. si uero una. & ibi etiam Lapu. num. 5. & Petr. de Anchar. in fin. in uer. si autem una subijciatur, de priuil. in 6. sequitur Mandos. in reg. Cancel. 22. q. 13. num. 18. & seq.

Quibus accedat, quod nedum sententia prædicta & Papa in suis literis dicūt, quod dicta Ecclesia sancti Seueri sit vnita, & subiecta prædicto monasterio sancti Laurētij, vt supra est dictum; sed addunt etiam, quod pleno iure subiecta est; cum dicta uerba ple
5 no iure † importent, quod in temporalibus, & spiritualibus subiecta sit prædicto Monasterio, & illius Abbatissæ; prout dicit Ant. de Butr. in c. Pastoralis. nu. 12. de priuileg. glo. in c. cum inter vos, in uer. pleno iure, de re iud. Barba. in clem. ne Romani. col. 40. in fin. in uer. tu tene istam partem, de electio. vbi dicit, quod tunc in spiritualibus dicitur
6 Ecclesiam † alteri Ecclesiæ esse subiectam, quando ille, qui habet Ecclesiam, cui est subiecta pleno iure, & non alius, in illa exerceat iura spiritualia. Et hinc est, quod dixit Alex. in cons. 208. num. 1. & seq. vol. 2.
7 Quod res † tradita pleno iure dicitur esse absq; onere hypothecæ, & infra num. 4. dicit, quod ista uerba pleno iure idem importāt, ac si dictum esset, quod bona essent tradita sine diminutione. quem secutus fuit Dec. in cons. 498. num. 10. & 9. ubi etiam nu. 8. dicit, quod ubi bona data sunt pleno iure, talia uerba important, quod proprietas transferatur cum usufructu, refert, & sequitur Felyn. in c. auditis. num. 4. 5. 6. ac 7. ubi etiam tradit de alijs effectibus dictorū uerborum, de præscript. quæ omnia apertè demonstrant dictam Ecclesiam sancti Seueri absque aliquo onere prætensæ seruitutis esse.

Nec omittere uolo dicere, quod sicut per dictam sententiam sunt obligati dicti presbyteri sancti Seueri diuina officia celebrare in dicta Ecclesia, & monasterio sancti Laurentij ad beneplacitum Abbatissæ, ac in eadem Ecclesia sancti Seueri: ita qnoque in die Sabbati sancti aliquis eorū extra prædictas Ecclesias inseruire non potest, cum uix sufficiant illis inseruire.

Nec etiam omissum esse uolui dicere; quod ex quo dicta sententia per Papam, vt est dictum, ex certa scientia fuit confirmata, quod non potuit, neq; potest de præmissis per dictum R. Plebanum tanquam omninò exclusum per dictam vnionem, & subiectionem pleno iure de dicta Ecclesia sancti Seueri dicto Monasterio sancti Laurentij factam (vt similiter dictum est) coram Reuer. D. Vicario agere in vim iurisdictionis ordinariæ, quam habet; cum talis con-
8 firmatio † operetur tres effectus: Primo quod

quod facit rem maioris auctoritatis. Secundo validat invalidum. Tertio operatur (& est casus noster) quod retractari non possit illud, quod Papa confirmauit, absque nouo Sedis Apostolicæ mandato; per glo. singul. in c. frater, in uer. auctoritate, 17. q. 4. & est tex. in c. 2. de confir. vtil. uel. inutil. & cap. 1. in fi. eodem.

Nec mirum est, cum quod Papa fecit ex certa scientia, in dubium reuocari non pos-
9 sit, † imò omnino debeat obseruari, prout dicit Grat. in cons. 9. num. 176. vol. 1. Bart. in cons. 196. nu. 3. in uer. & cum Papa. par. prima, Port. Imol. in suis cõclus. conclus. 1. in uers. vigesimotertio.

Et quod veniens contra gestum à Papa ex certa scientia repelli debeat, & perpetuũ
10 silentium eidem imponendum sit, † dicit Gramma. in cons. 100. nu. 6. & in cons. 99. num. 20. in ciuil. & Grat. in prædicto loco, quod prius dixit Bal. in tit. de pace Cõstan. in c. 1. incipien. Imperialis, num. 28. vbi similiter dicit, quod quis audiri non debet contra illud, quod Princeps facit ex certa scientia: imò quòd debet repelli, & eidem imponi perpetuum silentium, allegans inter cætera l. fi. post princ. dicentem, quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalẽ sensum regat?

Et quod in dicta Ecclesia sancti Seueri aliquod ius seruitutis, seu subiectionis, & recognitionis prætensæ non habeat dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Formosæ, siue illius Plebanus, vltra quod per supradicta manifestissime probatum sit: tamen etiam clarissimè apparet per aliam sententiam latã per Episcopum Ceneten. tunc temporis ad fauorem d. R. Abbatissæ, & Monasterij sancti Laurentij, & cõtra vicinos eiusdem Ecclesiæ usq; de anno 1198. vigore commissionis Apostolicæ Innocentij Papę Secundi; prout constat dicto reg. fol. 133. tergo & seq. & multo ante lat. quam supradicta sententia, in qua quidem sententia leguntur, d. regesto fol. 135. ter. ista uerba, videlicet, „ Pronuntio ipsam Ecclesiam sancti Seueri „ cum omnibus ad eã pertinentibus ad ipsam „ Abbatissam, & monasterium pertinere, & „ infra videlicet, Et essentialiter definio, ne „ prædictam Abbatissam, uel monasteriũ su- „ per prenominata Ecclesia S. Seueri, uel ali- „ quibus oblationibus, uel alijs ad ipsam Ec- „ clesiam pertinentibus aliquo modo uel oc- „ casione molestare, uel inquietare, sed dimit „ tant supradictam Abbatissam & Monaste- „ rium, & cuicunq; commiserit supradictam „ Ecclesiam S. Seueri, liberè, & pacificè habe „ re & tenere, & de ea & omnibus ad eã per- „ tinentibus & spectantibus, tã oblationibus, „ quàm alijs, prout uoluerit disponere, & ordinare. Cum ex supradictis uerbis dubium non sit, omne prætensum Ius d. R. Plebani esse exclusum, cum sentẽtia prædicta dicat, „ Ecclesiam prædictam S. Seueri cum omni- „ bus ad eã pertinentibus ad ipsam Abbatis- „ sam, & Monasterium pertinere, & infra. Et „ libere, & pacificè ualeant ipsam habere, & „ tenere, & de ea, & de omnibus ad eam spe- „ ctantibus & pertinentibus, tam oblationi- „ bus, quam alijs prout uoluerit, disponere, & „ ordinare, ut est dictum; Cũ talia uerba aperte demonstrent integrum ius dictę Ecclesię tam circa iura parochialia, quam seruitium præstandum per clericos dictæ Ecclesię ad dictum Monasterium, & Abbatissam in totum pertinere, quacunq; prætensione subiectionis per alios prætensa exclusa; cum qui omnia dicit, nihil excludat iuribus vulgari-
11 bus; & idem operetur generalis † dispositio in suo genere, sicut specialis in sua specie, prout dicit Aymo in cons. 162. nu. 1. in uer. sed præmissis. Et quod uerba generaliter & simpliciter prolata ab homine, prout sunt ista, nõ recipiant restrictionem, dicit. Ruin. in cons. 150. nu. 13. vol. 3. & in cõl. 111. nu. 1. eod. & dixi in cons. meo 10. nu. 2. & seq.

Quæ quidem sententia etiam per eundẽ Papam Innocentium auctoritate Apostolica fuit confirmata; prout & confirmata etiã fuit per Martinum Papam V. insertim etiã in suis literis confirmationis tenore prætensionum partium, & sententia prædictæ supplicationis, & cõmissionis Apostolicæ, prout cõstat d. reg. à fol. 126. vsq; ad fol. 142. Ex quibus censetur confirmata etiã præfata sententia ex certa scientia Papæ, prout optimè firmat Archi. cum per eum accumulatis in c. præsentium. nu. 1. 7. q. 1. Ac etiam vigore literarum Apostolicarũ prædicti Martini Papæ V. de anno 1429. per Episcopũ Mothon. Iudicem executorem ad instantiã eiusdem Abbatissæ pro debita executione dictæ sententiæ cõtra omnes contrauenientes dictæ sententiæ, Episcopum Castellan. c. usq; in spiritualibus Vicarium generalẽ, ac clericos, & alios quoscunq; pro tempore

 existen.

existen. promulgauit sententiam excommunicationis in processu fulminato, seruatis tamen debitis dilationibus, & monitionibus antequã ab illa afficiatur dictus Episcopus Castellan. delegando etiam vices suas Primicerio sancti Marci & alijs &c. ut eadem Abbatissa defendatur super iurisdõne prædicta, quã habet in Ecclesia S. Seueri, prout cõstat d. reg. à fol. 142. ter. vsq; ad fol. 150.

Neq; aliquid obstat, si dicatur d. sententias d. R. Plebano, neq; suæ Ecclesiæ nocere nõ debere, ex quo fuerũt latæ inter alias personas suis antecessoribus nõ uocatis nomine d. Ecclesię S. Mariæ Formosæ; cum
12 res † inter alios acta regulariter tertio non præiudicet, per l. sępe, & ibi Doctores. ff. de re iud. & toto tit. C. res inter alios acta. Quia ad hoc facilis est responsio, nam quomodo volebat, ut uocarẽtur in iudicio sui antecessores nomine dictæ Ecclesiæ per d. Abbatissam, & Moniales, si ipse nõ probauit, neq; tempore latarum sententiarum neq; in pręsenti, neq; unquã aliquod ius prætensæ subiectionis in d. Ecclesia S. Seueri habuisse, neq; habere; cum tantum vocandi sint illi
13 in iudicio, † de quorũ interesse tractatur, & præiudicari potest, & nõ alij ius, & interesse non habẽtes, per l. de unoquoq;. ff. de re iud. Secundo dicitur d. obiectionem nihil releuare, ex quo constat etiam ex assertione Papæ de unione & subiectione d. Ecclesiæ S. Seueri pleno iure Monasterio, & Cõuentui prędicto sancti Laurentij ab omni subiectione exempto, vt est dictum, cum etsi ante vnionem & subiectionem pręfatam fuisset in aliquo subiecta d. Ecclesia S. Seueri prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ Formosæ, qđ non apparet, imò de contrario constat, esset effecta libera, & immunis, cum sit eiusdem naturæ, prout est monasterium prædictum; per auctoritates desuper adductas.

Vltra quod etiam uerum nõ sit, licet necesse non sit demonstrare, stantibus suprascriptis; quòd quęlibet sententia inter alios lata tertio etiam non uocato in iudicio non
14 pręiudicet, cum sententia † declaratoria super statu personæ, videlicet aliquẽ esse ingenuũ, faciat ius quoad omnes, & oĩbus pręiudicet, prout dicit Fely. in c. quamuis, nu. 10. de re iud. quod prius latè firmauit Alex. in d. l. sæpe nu. 56. ff. eo. & Ant. de But. in c. causam, el 2. col. vlt. in uer. & hic dicit Inno. qui si. fint. leg. quod posset induci ad casum nostrum, stante declaratione exemptionis d. Ecclesiæ S. Seueri; cũ fuerit sñiatum Ecclesię & monasterio exẽpto esse unitã & subiectam pleno iure; sic esse liberã à pretensa subiectione per d. R. Plebanum aduersariũ. Et hęc quoad probationem boni iuris R R. Abbatissæ & monialiũ pręfatarũ sufficiãt.

Quò vero ad secundum caput, quod idẽ R. Plebanus nõ probauerit intentionẽ suã, quoad prætensam seruitutem & subiectionem, manifestissimè apparet, nam primo conatus fuit suã intentionẽ probare per testes ad perpetuam rei memoriã examinatos coram Illustriss. & Reuer. D. Patriarcha pręcessore, ac per eius diffinitiuã sñiam superin de latã, de qua in reg. fol. 114. & seq. dictis R R. Abbatissæ & monialibus, de quarum interesse principaliter agitur, in iudicio non uocatis, nec ad sñiam citatis, fundando illã super dictis testibus, seu attestationibus ad perpetuã rei memoriã examinatis ad instantiam R. Plebani prędecessoris moderni Plebani, quod de iure minimè fieri potuit, aut potest. Secundo conatus fuit probare intẽtionem suam per nonnullos testes in pręsenti iudicio examinatos, qui pariter nihil probant, ut inferius demonstrabitur.

Et quod nihil probent asserti testes ad perpetuã rei memoriã examinati super prętensa seruitute, & subiectione d. Ecclesię S. Seueri, patet primo quia ex quo d. R R. Abbatissa, & moniales in hac Ciuitate Venet. habeant eorũ Monasteriũ, & morentur, ac cõtra eas poterat agi per aduersariũ à principio, non potuerunt recipi, nec examinari canonis dispositione resistente. per tex. in c. quoniam frequenter. in prin. in illis uerbis,
„ videlicet, Siue pars conuenta sit cõtumax,
„ siue sit absens, absq; malitia, & conueniri
„ non possit, vt lit. non contest.

Secundo, quia dato sine ueri pręiudicio, qđ à principio tales testes recipi potuissẽt, & examinari ad perpetuã rei memoriã, ꝓut non potuerunt per suprascripta; tamẽ tales attestationes nihil ualent, ex quo infra annum, quo conueniri poterant præfatę Abbatissa & Moniales, contra eas non fuerit actum; nec eisdem talis testiũ receptio denunciata, prout tenebantur facere per eundem tex. in d. c. qm̃ frequenter. in fi. princip. in illis verbis; uidelicet, sed si actor &c. Circa quę dubitandum non est in decisis à
15 lege, & ubi casus † legis est, ibi nulla dubitatio

tatio cadere possit; prout dicit Bal. in l. ancillæ.nu.2. C. de fur.quem sequitur Zas. in cons.2.num.60.vol.2. prout nulla est inualida prędicta sententia est,nedum ex supra-
16 dictis, † uerum etiam & quia præfata Abbatissa, & Moniales, de quarum interesse agitur, citatæ non fuerunt, per dicta l. de unoquoque. ff. de re iud.& tradit latè Soc. scn.in consilio 12. num.5.6. & sequen. volum. 1. qui abundantissimè de huiusmodi nullitate pertractat, quauis auctoritate, & quouis modo, & per quamuis personam, etiamsi per Principē procedatur. Curt.iun. in cons. 170.nu.17.vol.2.& Petr.de Anch. in cons.309.nu.2.

Quò verò ad alios testes in huiusmodi iudicio examinatos similiter nihil probare ad fauorem dicti Reuerendi Plebani, & eius Ecclesiæ, ambigendum non est; nam primus & secundus testis in ordine examinati primo non probant, quia deponunt, quod post contagium viderunt interfuisse diuinis officijs, & benedictioni fontis baptismalis in die Sabbati sancti in Ecclesia sanctæ Mariæ Formosæ quon. Reuerend. presbyterum Hieronymum Fumatū Nuntium Congregationis sanctæ Mariæ Formosæ Capellanum vel sacristam Ecclesiæ sancti Seueri, prout dicunt dici audiuisse, nullam causam scientiæ reddentes per appropriatum sensum corporeum visus.congruentem,& necessario concludentē,prout dicit Bald.in consilio 219. testes & attestationes numero 2.in uer. dico de iure,vol.4. quod esset sacrista vel Capellanus Ecclesię sancti Seueri, videlicet quia viderunt eum officiare in dicta Ecclesia pluries, sicut cæteri Capellani de dicta Ecclesia &c. prout illam reddere tenebantur, cum fuerint interrogati, quam cum non rediderint, non
17 est dubium non probare, † per text.in l.sola & ibi glo.in uers.sola,post medium. C.de testibus. §.licet dudum, & ibi similiter glo. in uer.causam, ante finem. Authen. eodem Bal.optimè in dicto cons.219. num. 2. uolum.4.Innocen.latè in cap.cum causam,nu. 1.& sequen. de testibus. & Iustin. Rubc. in tract.de testib.diuers.sub num.113. & seq. par.3.fol.mihi 654.Bart.in l.1.num.7.ff.de no.oper.nunc. & Abbas in c. cum causam. num.6.de testib. Quod procedit,& si causa scientiæ fuerit reddita minus sufficiens, uel iusta, Tindar.in d.tract.sub num.9.fol.187. quod prius voluit glo.in ver.sine causa,post medium,per eum allegata,in l.palam.§.circa.ff.de dol.mal.excep. ubi dicit causam nō videri redditam,si non est sufficiens. Alex. in cons.100.num.5.circa medium, in uers. nam dictum,uol.1.& idem uoluit idem Iustin. Rubc.in prædicto loco num.115. cum
18 non sit dubium,quod ratio, † quam reddit testis sui dicti,attenditur; prout dicit idem Tindar.in prædicto loco,num.7.& 8.Fely. in c.quoties,nu.9.de testib. Guid.Pap.sing. 895.& idem Alex.in dicto cons.100.num. 5.circa medium,in uers.dictum,vol.1.Castellia. Cott.in suis memorial.in uer.testis facit per totum,& Bal. in repet. l. de quibus, num.123.in fi.ff.de legib.& in d.cons.219. num.2.uol.4. vbi dicit, quod ratio & causa scientiæ limitat,modificat, & restringit testis dictum:& propterea,quod magis statur rationi,quam dicto. Et quod in teste magis attendatur ratio, quam dictum, dicit Abb. in cons.83. num. 24. & quod in testis dicto debeat attendi ratio; & omnis virtus eius probationis in ratione consistat, dicit Soc. iun.in cons.69. num.13. vol.1. Secundo nihil probant,quia dato sine ueri præiudicio, quod dictus presbyter Hieronymus fuisset sacrista,vel Capellanus dictæ Ecclesię sancti Seueri; & quod iuisset in die Sabbati sancti in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Formosæ ad benedictionem fontis baptismalis;nihilominus cum dicta Ecclesia sit unita & subiecta pleno iure dicto Monasterio S. Laurentij; & omne ius in ea habeant Abbatissa, & Moniales eiusdem Monasterij, aliquod præiudicium illis non fecisset; nec aliquod ius per eum fuisset acquisitū dicto Reuerendo Plebano, neque eius Ecclesiæ circa hanc discontinuam seruitutem, cum non fuerit probata pro parte sua sciētia prędictorum actuum;& patientia dictarū RR. Abbatissæ & Monialium, prout vtrumque
19 requiritur in acquisitione † talium iurium incorporalium probari,prout firmat in c.de quarta,ante fi.Innoc.in ver.sed hęc.& Ant. de Butr.in uer.inquantū, & ibi etiam Abb.
* num.29.ubi dicit sic communiter teneri per Legistas & Canonistas,de præscript.

Prout & nihil probat tertius testis in ordine examinatus, cum deponat φ q. Presbyter Petrus de Zero Capellanus, prout ipse dicit, dictæ ecclesiæ sancti Seueri, dixerit Plebano sanctæ Mariæ Formosæ tū-

temporis se excusando, quod non poterat
ire in die Sabbati sancti ad benedictionem
prædicti fontis baptismalis in dicta Eccle-
sia sanctæ Mariæ Formosæ, quia erat occu
patus: Dicens ipse testis, quod ipse hoc non
audiuit, sed quod idem Plebanus ita sibi di
20 xit, & sic testis de auditu deponens, † qui
regulariter non admittitur, iuribus vulgari-
bus, ut dicit Bald. in dicto consilio 219. nu-
mero 3. in princip. volum. 4. cum mille con-
cordantibus. Et propterea non sit opus
demonstrare, quòd nec reddant bonã cau-
sam scientiæ, quòd dictus presbyter Petrus
esset eiusdẽ Ecclesiæ S. Seueri Capellanus.

Prout nec aliquid probãt concludenter
prædicti secundus & tertius testis; etsi se-
cundus deponat, quod iam multis annis vi-
dit quoddam Breue super portam Ecclesię
sancti Seueri dicens, Venite ad baptismum
Ecclesiæ sanctæ Mariæ Formosæ à media
Quadragesima vsque ad octauam Pascha-
tis inclusiuè. Et tertius testis deponat, qđ
iam triginta annis raro vidit quendam pue
rum baptizari, qui erat de Parochia sancti
Seueri in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ For
mosæ, contestes non habentes, cum per di-
ctos actus, etsi illi probarentur, prout non
probantur, per tales testes singulares non
probẽtur; etsi inducti fuerint ad probandũ
dictam subiectionem in genere, & est ma-
** gis communis opinio, prout dicit latè Ioã.
de Amic. adducẽdo multas auctoritates in
cons. 127. numero 11. in uer. tamen magis
communis, & num. 3. & sequen. reiecta opi-
nione aliorum aliter tenentium; ubi etiam
21 dicit testes † singulares nec admitti ad pro-
bandum iurisdictionem decimandi, & hãc
opinionem veriorem esse, ut per testes sin-
gulares non probetur aliquid in genere, pu
ta iurisdictionem; neque aliquid in vniuer-
sali, firmat Crot. in tract. de testib. in septi-
ma parte, numero 139. & conclusiuè num.
140. fol. mihi 439. reiecta similiter opinio-
ne aliorum aliter sentientium, cum non sit
expressè fundata in iure; & ideo dicit inhę-
rendum esse regulæ, quæ se habet, quod te-
stibus singularibus non credatur; prout etiã
dicit Ioan. de Amic. in dicto consilio 127.
numero 4. non fuerit acquisitum aliquod
ius dicto Plebano, seu eius Ecclesiæ, cum
sint actus (prout dicti testes deponunt) facti
intra quatuor uel quinque annos in circa:
& sic non probant de aliqua præscriptione
decursa quadraginta annorum, cõtra dictã
Ecclesiam sancti Seueri, & monasteriũ pre-
dictum, vnde ex ea aliquod ius prætendere
posset, ad dicta per Ant. de Butr. num. 5. &
Innocen. & alios in dicto cap. de quarta. de
præscript. accedente maxime, quod deficit
in illis scientia, & patientia dictarum RR.
Abbatissæ & Monialiũ, quæ in acquisitio-
ne iurium incorporalium requiritur, vt su-
pra dictum est, nec potuerunt interrumpere
immemorabilem præscriptionem, de qua
infra dicetur ad fauorem RR. Abbatissæ
& Monialium decursam, nec earum iura
tollere. Bal. in repet. l. de quibus, num. 91. ff.
de leg. & quod dicitur de dictis duob[us] acti-
bus, dicitur etiam si aliquando aliquis Ca-
pellanus dictæ Ecclesiæ sancti Seueri iuis-
set in die Sabbati sancti, prout dicunt dicti
tres testes ad dictam Ecclesiam sanctæ Ma
riæ Formosæ ad interessendũ benedictioni
fontis baptismalis, & diuinis officijs, licet
non probetur, vt supra demonstratum est;
attento quod intentio eiusdem Abbatissæ,
& Monialium sit fundata in unione, & sub-
iectione pleno iure de dicta Ecclesia facta
dicto earum Monasterij S. Laurentij; de
qua constat tam sententia, quã literis Apo-
stolicis, de quib. supra dictũ est: ex qua ex-
cluditur oẽ prætensum ius Plebani p̃dicti.

Et non solum habent intentionem fun-
datam, & tuentur dictæ RR. Abbatissa &
Moniales in dicta earũ possessione uel qua-
si unionis, & subiectionis præfatæ ad exclu
dendum dictum Reuerendum Plebanum,
& eius Ecclesiam à prætensa seruitute, &
subiectione discontinua per supradicta; ue-
rum etiam & à pręscriptione tanti tempo-
ris, cuius initij memoria hominum in con-
trarium non existit, quæ etiam excludit di-
ctum Plebanum ab omni prętensione: et si
vllo vnquam tempore fuisset dicta Ecclesia
sancti Seueri circa pręt ensam subiectionẽ
eiusdem Ecclesię sanctæ Marię Formosæ
subiecta; prout videntur uelle probare se-
cundus & tertius testis, cum quartus, quin-
tus, & sextus licet innuant dictam Ecclesiã
esse posse subiectam; tamen dicunt ignora-
re, an sit subiecta Ecclesię S. Marię Formo-
sę, uel non, quod minime apparet neq; con
22 stat, ut est dictum, cum pręscribens † cõtra
illum, ad fauorẽ cuius est iuris pręsumptio,
teneatur probare uel tempus quadraginta
annorum, & iustum titulũ, vel tantũ tẽpus,
cuius

cuius initii memoria in contrarium nõ exi-
ſtit, ad effectum, ut probetur præſcriptio,
ex qua ius ſuum tueatur, per text. in cap. pri
mo, de præſcript. in ſexto, ubi ponitur caſus
in Prælato, qui allegat præſcripſiſſe deci-
mas in Parochia alterius Eccleſiæ; nam di-
ſpoſitio, & præſumptio iuris eſt in contra-
23 rium, quod decimæ † pertineant ad illam
Parochiam, intra cuius limites prædia con-
ſiſtunt: ideo præſumitur in dubio eas occu-
paſſe, & poſſeſſionem fuiſſe iuſtam, per c. ad
decimas, de reſtitut. ſpoliat. eodem libro.
Vnde opus eſt ultra tempus quadraginta
annorum, quod doceat de titulo, qui det
cauſam præſcribendi, uel de præſcriptione
tanti temporis, cuius initij &c. quo caſu nõ
24 requiritur titulus, † prout habetur in dicto
cap. primo, de præſcriptio. in ſexto, & dicit
Cardin. in conſil. 114. numero 2. & in con-
ſil. 88. num. 2. in uerſ. item ſine titulo. Et
25 ratio eſt, quia ſpatium tanti temporis, † cu-
ius initij hominum memoria non exiſtit, ha
betur loco tituli legitimi conſtituti, prout
dicit ibi Cardin. per l. hoc iure. §. ductus
aquæ, & ibi glo. ff. de aqua quotid. & æſti-
ua. & habet uim priuilegij. cap. ſuper qui-
buſdam. §. præterea, iuncta glo. ſuper uer.
non extat memoria. de uerborum ſignific.
l. 1. §. ultimo, ff. de aqua pluuia arcen. & di-
cit Cardin. in dicto conſ. 88. numero 2. cir-
ca medium, & Felyn. in cap. cum nobis, co-
lum. 2. ante finem, de reſcript. Hinc eſt,
quod nedum imperium & iuriſdictio, ſed
26 † etiam regalia, & ea, quæ non poſſunt cõ-
petere niſi ex priuilegio, præſcribuntur ſpa
tio tanti temporis, cuius initij &c. prout di-
cit Bertach. in tracta. de gabel. in prima par-
te, numero 26. & ſequent. quem ſequitur
Balb. de præſcript. in quæſtio. 6. num. 13.
ſecunda par. 3. parte princip. fol. mihi 63.
thom. 17. Et quod talis præſcriptio, ſeu
conſuetudo tanti temporis, cuius initij &c.
ſeu centum annorum, cum tempus, cuius
initij memoria non exiſtit, centum anno-
rum dicatur, licet Felyn. dixerit centum &
uiginti, & male, prout firmat Balb. in præ-
dicto loco, num. 24. habeat vim priuilegij
ex certa ſcientia à principe conceſſi, dicit
Bald. in cap. primo, num. 3. in tit. quæ ſint
regalia. quem ſecutus fuit Iaſ. in l. de qui-
bus. num. 43. ff. de legib. Et quod propter
tantum tempus non requiratur, quod iuſti-
ficetur poſſeſſio ex titulo, licet ius commu-
ne ſit contra præſcribentem, firmat idem
Balb. in prædicto loco & numero. Et quod
27 tantum tempus † æquiparetur priuilegio
indulto à Cæſare, vel à Papa, tradit latè Bar
bat. in conſil. 35. numero 10. & ſequen. ubi
de priuilegio, & effectu tanti temporis latè
pertractat. volum. 2. & latè Decius in conſ.
85. colum. 2. in uer. his tamen non obſtanti-
bus, ubi ſimiliter plura dicit de præſcriptio-
ne tanti temporis, cuius initij &c. Et quod
nedum præſcriptio tanti temporis habeat
uim priuilegij, ſed et quod præſcribatur
per dictum tempus Imperium. Et quod ta-
lis præſcriptio pro ueritate habeatur, ſi non
habet aduerſatiuam poſſeſſionem, prius di-
xit Bal. in cap. cum cauſam, num. 5. de pro-
bat. quem ſecutus fuit Dec. in prædicto lo-
co. Et quod vſus tanti temporis habeat
vim conceſſionis, et priuilegij: et quod talis
conſuetudo, et longiſſima obſeruãtia æqui-
polleat veritati, ſiue dicamus talem uſum
et obſeruantiam eſſe conſuetudinem, ſeu
præſcriptionẽ tanti tẽporis, cuius initij etc.
Et neutro caſu eſſe titulum neceſſarium, ſeu
tituli allegationem; nec neceſſe eſſe docere
de aliqua bona fide vtentium, cum præſu-
matur: tradit optimè, et latè Alex. in conſil.
6. nu. 1. & ſeq. volum. 1. et cum tantum tem
pus cuius initij etc. poſſit, quantum Princeps
cum cauſa, firmat Andr. de Iſern. in cap. 1.
in uer. flumina, num. 8. in uerſ. item ducere
aquam, in tit. quæ ſint regal. Et quòd tan-
tum tempus idem operetur, ac ſi Impe-
rator conceſſiſſet, cum habeat vim conſti-
tuti, ut ſupra dictum eſt. Et quod tanto
tempore etc. preſcribantur ea, quæ aliàs de
ſui natura imperſcriptibilia ſunt: et tantum
poſſit, quantum Imperator cum cauſa, dicit
etiam Iaſ. ſequendo Iſer. in repet. l. quomi-
nus, nu. 42. et ſeq. ff. de flumin. Et quod ex
poſſeſſione, uel quaſi tanti temporis &c. in-
28 diſtinctè præſumatur titulus, † etſi non al-
legetur; tenent Ang. in l. ſi certis annis, nu.
4. in uerſ. ſi uero eſt longæua, & Paul. de
Caſt. nu. 2. in uer. aut ergo. C. de pact. & la-
tè Soc. ſen. in conſ. 127. nu. 8. uolum. 1. ubi
etiam addit ex dicto tempore acquiri etiã
directum dominium; & quod per tantum
tempus acquiratur ius directum, prius uo-
luerunt Bal. num. 9. & Salic. num. 8. in fi. in
l. traditionibus. C. de pact. ſequitur Dec. in
dicto conſ. 85. col. 2. in uer. & uirtute talis.
& quod in acquiſitione iurium incorpora-

lium, prout est prædicta subiectio, per vsum tãti temporis, cuius initij &c. nõ sit necesse probare de scientia aduersarij, in cuius præiudicium præscribitur, prout est necesse probare, quando quis se fundaret in præscriptione communi, & quare, firmat Fely. in cap. cum nobis, colum. 2. post medium. in uers. sed aduerte. & num. 3. de præscript. cum sine scientia, & patientia illius, in cuius præiudicium præscribitur, non possit in istis incorporalibus creari quasi possessio
29 † per l. 2. C. de seruit. & aqu. cum alijs adductis per Alexan. in dicto consilio 6. num. tertio, in uers. est enim verum, uolum. 1. Et quod per tale tempus, cuius initij &c. probata possessione, uel quasi, non requiratur probari de scientia, & patientia superioris in præscribendis regalibus, iurisditione, pedagio, & similibus, & in alijs incorporalibus, ut in seruitutibus, in quibus ad præscriptionem inducendam requiritur scientia, & patientia illius, in cuius præiudicium præscribitur, ut est dictum; tenet Balb. in prædicto loco, numero 22. ubi refert de communi, & prius esse magis communem, & ueram hanc opinionem, firmat Alexan. in dicto consilio numero 3. & conclusiuè numero 4. uolum. 1. quem secutus fuit Decius in dicto consilio 85. colum. 2. circa medium. Et quod in præscriptione tanti tẽporis, cuius initij memoria &c. sem-
30 per præsumatur titulus, † & bona fides, dicunt Innocent. & Bald. in cap. si diligenti in fine, de præscript. refert, & sequitur Bald. in prædicto loco, numero 18. & quod præscriptio resultans ex tanto tempore, cuius initij &c. dicatur iuris, & de iure præsumptio, adeo quod non recipiatur probatio in contrarium; licet admittatur probatio, quod nõ sit lapsum tantum tẽpus, quod dici non potest in casu nostro, stantibus sententijs, & literis Apostolicis, de quibus supra fit mentio, firmat singulariter Felyn. in dicto cap. cum nobis. numero 7. de præscriptio. sequendo Anton. de Burr. qui hoc firmat in cap. peruenit. numero 19. ante finem, in uers. ad tertium, qualis sit hæc præsumptio, & conclusiuè in uers. mihi. de censib. & Felyn. sequitur Bald. in prædicto loco. num. 19.

Et hæc latè sufficiant ad docendum de bono iure dictarum Reueren. Abbatissæ & Monialium Monasterij sanctæ Laurentij, & de malo iure dicti Reuerendi Plebani sanctæ Mariæ Formosæ aduersarij, qui sine aliqua actione egit, non solum ex sententijs, & literis Apostolicis supradictis; uerum etiam & ex præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria hominum in cõtrarium non existit. Et cum præfatus Reuerendus Plebanus cessauerit a lite & a molestijs nunquam causa fuit expedita.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Statuti Vulsinij validitas excludentis fœminas ab intestato à quacunque successione, habita competenti dote, discutitur, & copiose tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Vulsinij excludens fœminas propter masculos ad literam recitatur.*

2 *Statuti ratio finalis colligitur ex eius præfatione.*

3 *Statuti uerba & mens attendenda sunt, etiam contra ius commune nullã faciens differentiam sexus in successionibus.*

4 *Filia dotata exclusa simpliciter per statutũ a successionibus ab intestato, absque adiectione, donec uel quousque, censetur perpetuo exclusa.*

5 *Familiarum dignitas & honestas conseruatur diuitys, & perit inopia.*

6 *Statutum disponẽs, quod extantibus fratribus defuncti soror non admittatur, sed debeat dotari, habet locum etiam in fratribus uterinis, quod clarius discutitur, nu. 7.*

8 *Ratio siue causa legis, statuti, & consuetudinis uenit attendenda.*

9 *Statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant communiter est per totam Italiam. & numero 20.*

10 *Filia dotata a patre non potest agere ad supplementum dotis, nisi in magna quantitate esset grauata. num. 11.*

12 *Dos congrua non dicitur, si fuit minor legitima.*

13 *Filia exclusa per statutum stantibus masculis non potest petere legitimam, nec eius supplementum.*

14 *Legitima consideratur secundum vires patrimonij per patrem post mortem relicti, & numerum filiorum.*

15 *Filia dotata & præterita, stantibus masculis hæredibus, non potest impugnare, nec petere irritari & annullari aliquo pacto testamentum, nec alias quascunque vltimas voluntates.*

16 *Statuta contraria iuri communi in terris ecclesiæ Romanæ*

Romanæ immediatæ subiectis non valent, nisi à præside prouinciæ confirmentur, & assignatur ratio. & nu. 17. 23.

18 *Factum Papa mandante dicitur factum per Papam.*

19 *Populus non potest facere statuta, sicut nec clerus sine Episcopo, & assignatur ratio. declaratur numero 22.*

21 *Consuetudo locorum proximorum quando attendatur ad concludendam consuetudinem alicuius loci.*

24 *Renunciare quis potest legibus in sui fauorem intro ductis.*

25 *Appellare quis non potest a sententia lata contra ipsum per iudicem, a se electo. cum declaratione. numero 26.*

CONSILIVM XIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa vertente inter filios pupillos, & hæredes q. D. Marci Antonij Ronzinetti de Vulsinio reos conuentos, & se defenden tes ex una; ac dominam Cæliam Ronzinettam uxorem D. Alexandri Donzellini similiter de dicto loco, de & super per eam pretensis; de quibus infra dicetur; agentem partem ex altera. Pro eiusdem causę clara resolutione infrascripta in facto pręmittenda sunt.

Et primo, quòd quondam D. Felix Angelus Ronzinettus pater dictæ Cęlię, dum in humanis ageret, habuit duas uxores, ex eis suscepit plures filios, & filiam ex prima uxore, videlicet quod habuit prefatū Marcum Antonium patrem dictorum hęredū; ex secunda autem uxore, quod habuerit Mercurium, Aemiliū, & pręfatam Cęliam. Secundo, quòd in dicta terra Vulsinij extat statutum, sub rubr. Quod fœmina dotata, uel dotanda non succedat. cap. 41. cuius uerba hic inserere volui, cum quodlibet illius caput faciat ad causæ decisionem circa prætensa per dictam Cęliam, huiusmodi sub tenore videlicet.

1 Ad conseruandam † familiarum agnationem statuimus, & ordinamus, quòd fœmina dotata, seu dotāda à patre, matre, auo, auia, fratribus, & patruis, stantibus masculis ex legitimo matrimonio procreatis, non succedat in hęreditate, & bonis prefatorū patris, matris, aui, auiæ, fratrum, & patruorum ab intestato morientium, quę propter dotem ab uno, uel pluribus ex prenominatis constitutam, uel constituendam exclusa intelligatur à successione omnium, & singulorum, & cuiuslibet prenominatorum.

Declarantes, quòd ultra dictam dotem nil aliud petere possit ex hęreditate, & bonis prenominatorum, & ipsorum cuiuslibet tam dotantis, quàm nō dotantis, siue ratione legitimæ iure naturę debitę, siue Trebellianicę, siue alterius cuiuscunque legitimę successionis & portionis, sed dote sibi constituta, uel constituenda contenta, & quieta esse, & stare debeat.

Declarantes insuper, quod testamentū, codicilli, donationes causa mortis, & quęlibet alię vltimæ uoluntates omnium, & singulorum pręnominatorum, siue dictę fœminę dotatę tamen, seu dotandę, ut supra, fuerint in eis pręteritę, siue fuerit aliquid ordinatum, uel derelictum, uel titulo institutionis, uel legati, siue aliquo alio titulo, siue nihil, stantibus dictis masculis hæredibus nō possint à dictis fœminis tam rōne præteritionis, quam per inofficiosi querelam, siue per aliam nullitatem, & defectum, aliquo pacto impugnari, irritari, & annullari, sed omnes dictæ ultimæ uoluntates firmæ, & ualidæ in suo robore maneant, & subsistant: Et illud tantum, quod fuerit dictis fœminis in dictis ultimis voluntatibus legatum, & ordinatum, & non vltra peti possit, et si nihil fuerit eis relictum, nihil peti possit, etiam sub prætextu legitimæ Trebellianicæ, & alterius cuiuscunq; successionis & portionis, & vt in successionibus ab intestato dispoſuimus.

Volumus tamen, quod dos constituta, uel constituenda dictis fœminis constitui debeat competenter suis loco, & tempore oportunis pro qualitate & dignitate familiarum, & quantitate patrimonij, & non minor legitima iure naturæ debita.

Tertio in facto præmittendum est, dictum statutum fuisse visum, cognitum, comprobatum, & confirmatum ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Rusticucio tunc dictæ terræ Vulsinij Gubernatore, & Rectore perpetuo à sanctissimo D. N. & Sede Apostolica deputato, habente merum & mixtū imperiū absq; alicuius participatione eiusdē Sedis Apostolicæ ius & iustitiam mini-

ministrando, & Locumtenentem in eadem terra tenendo.

Quartò qualiter adhuc viuẽtibus suprascriptis oĩbus Felice Angelo, Marco Angelo, Mercurio, Aemilio, & Cælia eiusdẽ Felicis Angeli filijs, obiit eius secunda uxor, & mater prædictorum Mercurij, Aemilij, & Cęliæ.

1 Quinto qualiter post mortem præfatæ secũdæ suæ uxoris obierũt Aemilius, & Mercurius unus post alium superstitibus adhuc dictis Felice Angelo patre, Marco Antonio, & Cælia eiusdem Felicis Angeli filijs, & fratribus respectiuè.

Sexto præmittendum est postmodum obijsse dictum Felicem Angelum eorum patrem facto testamento, & instituto hęrede vniuersali præfato Marco Antonio, & in eo prætcrita dicta Cælia.

Septimo præmittendum est, præfatam Cęliam post mortem Dom. Felicis Angeli eius patris mouisse iudicium cum D. Alexandro Donzellino eius marito, & contra præfatum Marcum Antonium eius fratrẽ consanguineum, & agnatum ex parte patris in primo gradu, ab eodem Primo petendo sibi dari, & restitui dotem d. suæ matris, & portionem bonorum maternorum. Secũdo petendo supplementum dotis, cum diceret se parua dote fuisse a dicto eius patre dotatam. Tertio petendo testamentum declarari nullum per dictum eius patrem factum, cum fuerit præter ita.

Octauo & vltimo qualiter super dictis eius præten sionibus fuit inter ipsam Cęliã, & præfatum Marcum Antonium deuentũ ad compromissum, & ab arbitris & arbitratoribus fuisse sententiatum, & laudum prolatum contra præfatum Marcum Antoniũ, & ad fauorem D. Cæliæ; à quo laudo fuit appellatũ pro parte D. Marci Antonij ad locumtenentem dictæ terræ Vulsinij, & ad ipsum itum tanquam ad bonum virum, qui stante dicto statuto nullum & inualidũ declarauit in omnibus & per omnia præfatũ laudum, seu sententiã existere. A qua pronuntia cum fuisset appellatum pro parte D. Cæliæ, & itum uti ad bonum virum ad iudicem appellationis causarum Vulsinij Ciuitatis Balneoregien. per eundem iudicem fuit similiter confirmata d. sententia ad fauorem D. Marci Antonij, & contra præfatam Cæliam per dictum Locumtenentem Vulsinij lata. A qua similiter fuit secundo appellatum per dictam Cæliam, & causa in Vrbe introducta.

Quibus stantibus in facto veris de tribus principaliter in causa eiusmodi dubitari contingit.

Primo an stante d. statuto ab eo excludatur dicta Cælia, tam à prętensa dote materna, quam portione bonorum maternorum, & alijs supradictis prætensionibus, uel non.

Secundo an d. statutum sit validum, stante tantum approbatione, & confirmatione de eo facta supradicti Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis; vel non subsistat de iure.

Tertio an D. Cælia à sententia dicti Iudicis Balneoregien. tanquã ad bonũ virum per eum adeptũ potuerit appellare, & causam in Curia introducere, vel non.

Et quoad omnia ad fauorem dictorum filiorum, & hæredum præfati Marci Antonij, & contra D. Cæliam, & eius maritum, ex infra dicendis concludo.

1 Et primo quia non est dubium stante dicto statuto causa conseruandæ agnationis facto, prout in illius præfatione dicitur: ex
2 qua colligitur ratio finalis † dispositionis, prout dicit Bart. in l. fi. num. 3. ff. de hæred. instit. & in casu statuti dicit Corneus in consil. 86. num. 2. in uers. & maxime. volum. 1. quod etiam procedit, & si talis ratio non fuisset expressa, prout fuit, cum excludat fęminas propter masculos, prout dicit Ruin. in consil. 28. num. 1. in uers. secundo, vol. 3. & latè Curt. iun. in consil. 150. num. 1. vbi
* dicit, hanc esse communem opinionem. volum. 2. quem secutus fuit Gabriel. in suis conclus. sub tit. de stat. conclus. 6. in princip. & num. 6. ubi dicit proptcrea ex eadem ratione posse arguere, & num. 9. ubi eandem
* opinionem communem refert libro 7. & tempore mortis dictæ suæ matris uiuerent præfati Mercurius, & Aemilius, eiusdem Cæliæ fratres vtrinque coniuncti, quod ab eisdem primo à tali successione dotis, & portionis dictæ suę matris fuit per dictum statutum eadem Cælia exclusa, cum statutũ præfatum hoc expresse dicat in prin. per totum, cum fuerit dotata a dicto Felice Angelo eius patre, nec de eo disputandum est, cum mentem & uerba statuti habeamus,
3 † etsi sit contra ius commune, nullam faciens

ciens differentiam sexus in successionibus, prout optimè dicit Mantu. in cons. 86. nu. 4. & seq. uol. 1. & fortius Lapu. in alleg. 101. nu. 9. cum ordine successiuo censeantur dicti sui fratres uocati ad talem successionem ante præfatum Marcum Antonium eorundem, & dictæ Cæliæ fratrem cõsanguineum in primo gradu ex parte patris, & agnatum exclusa dicta Cælia, prout firmat latè Ruin. in d. cons. 28. præsertim num. 11. per iura & rationes per eum adducta, uol. 3. ad dicta per Castren. in l. fin. nu. 6. & seq. C. de verb. sig. & latè Alber. Bru. de statut. q. 13 sub nu. 60. & seq. præsertim nu. 64. in uer. satis enim esse debet. Licet aliqui tenuerint fratrem consanguineum cum vtrinque coniunctis eodem tempore vocari, prout dicit dicto loco Bun.

Et cum dicta Cælia fuerit uigore præfati statuti semel exclusa, vt est dictũ, a præfata successione, & si præfati Mercurius, & Aemilius obierint postea uiuente præfato Marco Antonio eorundem patre in primo gradu, licet ex parte patris ac agnato, ut est dictum per tex. in §. sunt autem agnati. Inst. de leg. agnat. succes. & dicit Rom. in nostris terminis in cons. 411. nu. 1. in fi. ac etiam dicto eorum patre, non est dubium, quod in 4 perpetuum censetur exclusa † ab hæreditate, & bonis dictæ suæ matris ex isto capite tantum, cum statutum præfatum non exclu serit illam ad tempus, donec quandiu, uel quousque masculi superuixerint, sed simpliciter, prout optimè firmat Bar. in l. fi. nu. 1. & 2. in uer. quid dicemus. et in uer. sed si poneremus, ff. ad Trebell. latè Bal. qui dicit hanc esse ueritatẽ in l. in quibus nu. 2. in fi. in uer. sed hic occurit, nu. 3. C. de secund. nup. & in Auth. sed & si quis, nu. 10. C. eo. & in cons. 215. legis municipalis, nu. 1. in ver. contrarium est verum, vbi dat distinctas rationes, omnino uiden. uol. 3. & in cons. 361. super inserta materia, vbi in facto etiam refert ad fi. tenorem uerborum statuti similis nostro statuto, vol. 2. in cons. 111. ad conseruatione domus, nu. 1. ante fi. in uer. quod autem dico eo. 2. uol. & in cons. 267. proponitur, qđ Manfredinus, nu. 5. uol. 5. Petr. de Anch. in cons. 220. hæc quæstio iam vulgaris, nu. 1. per totum, præsertim in fin. vbi conclusiuè Ang. in cons. 184. col. fi. in uer. ex quo Ferrariæ. Alexan. in cons. 20. col. 4. uer. nono, & col. seq. in uer. non obstat sextum, uolum. 1. Laurent. de Palat. in tracta. statu. excluden. fœminas propter masculos sub num. 26. in ver. sed quæritur cum alijs citatis a Tiraquello more suo in repe. l. si unquam, in ver. susceperit liberos sub num. 193. & conclusiue nu. 194. C. de reuocan. donat. & Gabr. in d. suis Conclus. sub tit. de statu. conclus. 4 in prin. ubi quam plurimis adductis profert * hãc esse communem opinionem, ideo alios addere non curaui; cum ab ea in consulendo & iudicando recedendum non sit, prout dicit Soc. sen. in cons. 187. num. 9. uol. 2. Ias. in cons. 76. num. 3. uol. 3. Dec. in consil. 174. nu. 1. in fi. & in cons. 146. num. 7. & in cõs. 229. col. 3. in prin. & Cassad. super reg. Cancella. decis. 12. nu. 7.

Et licèt præfatum fundamentum quoad præfatam successionem bonorum maternorum sufficere debeat ad excludendum dictam Cæliam, cum semel fuerit exclusa per supradicta: nihilominus ulterius docẽdo de bono iure dictorũ filiorũ, & hæredũ dicti quondã Marci Antonij, & de malo iure dictæ Cæliæ, dico ad successionem dictorum Mercurij & Aemilij circa dicta bona materna uocatum fuisse dictum Marcũ Antonium eorum fratrem consanguineum in primo gradu ex parte patris, ut est dictũ, tunc superuiuentem, per dictum statutum similiter exclusa a tali successione d. Cælia, licet utrinque coniuncta, cum ipse sit Agnatus, ut similiter supra firmatum est per dictũ §. sũt aũt Agnati, Inst. de legit. Agna. succe. & a statuto præfato propterea uocatus sit, cum duret eadem causa finalis statuti conseruandæ Agnationis, prout dicit Collegiũ Perusi. in cons. 210. col. 2. in uer. durante autem causa finali inter cons. Angeli posito, & dicit Brun. in reperto. super constit. statu. & Decret. in uer. Agnatus ante fi. in uer. statutum, quod stantibus agnatis, ubi allegat l. 1. C. de legit. hæred. & facit optimè Dec. in cons. 627. nu. 6. & seq. & quod admittatur ad dictam successionem fratrum dictus Marcus Antonius, exclusa d. Cælia, licet utrinque coniuncta uigore dicto statuti ad conseruandam agnationem familiarum edi 5 ti; cum familiarum dignitas † & honestas conseruetur diutijs, & pereat inopia; prout dicit Roma. d. consil. 411. nu. 2. Lapu. alleg. 101. nu. 3. in fi. & seq. & Ias. in cons. 67. nu. 9. uol. 1. & Reip. interfir stirpes, & familias domorum conseruari, prout dicit Collegium

legium Perus.d.cons.& loco. Voluit in nostris terminis Roma.d.cons.411.num.1.& seq.vbi elegãter consuluit, quod si statutum
6 disponat, † quod extantibus fratribus defuncti soror non admittatur, sed debeat dotari: quod tale statutum intelligatur non solum de fratribus utrinq; coniunctis, sed etiã de fratribus, qui tantum consanguinei sunt, hoc est de fratribus, qui nati sunt ex eodem patre, licet ex diuersis matribus; & hoc propter fauorem agnationis; per quod statutũ dicit, ut est dictum, casum nostrum deciden do fratrem consanguineum in primo gradu excludere sororem utrinq; coniunctam, dicendo hanc dispositionem congruere uerbis & menti statuti, ut conseruetur Agnatio per iura & auctoritates per eum adducta. & eum secutus fuit Ruin.in d.cons.28.nu.11. in uer.non obstat, uol.3.ubi dicit, uerum esse, quod dicit Rom.in d.cons. & habere locum ordine successiuo, prout ius commune disponit, cum propterea non ledatur ratio finalis statuti conseruandæ agnationis, uidelicet, ut primo succedant fratres utrinque cõiuncti, & excludant sororem, postea uerò illis nolentibus, uel nõ existentibus, prout in casu nostro, quod succedat frater consanguineus in eodem primo gradu coniunctus existens. & idem uoluit Brun.in tracta. statu.art.13.nu.60.& seq. desuper allegat. sequitur Bursat.in cons.98.nu.11.qui profert
* hanc esse communem opinionem, uol.1.& Rom.similiter secutus fuit Ias.in d.cons.67 nu.8.uol.1.& in l.tres fratres, num.18.ff.de pactis. Latè Mantu.in d.cons.86.in princip. nu.1.& seq.& nu.18.vol.1. qui similiter consuluit in nostris terminis, & pluribus iuribus & auctoritatibus hãc conclusionem firmat. & idem uoluit latè Sigismun.Lofred.in paraphra.feudal.col.antepe.& pcipuè in uer. quid autem sit, si fratri primogenito. & idẽ uoluit Cur.iun.d.cons.150.num.2.uol.2.& idem firmat, & iudicatum fuisse attestatur in ciuitate Mantuæ de anno 1461. Campeg. in tra.de dote in 1.p.in q.47.in uer.mihi tñ f. mihi 455. & in nostris terminis decisiuis ita fuisse iudicatũ in audientia Barensi, casu ualde discusso, firmat Viui.in Decis.469. per totum, & conclusiuè nu.5.& seq.lib.3.
** Et hanc esse magis communem opinionem testatur idem Viui.in sua Syl.opi.334.nu. 2.in uer.in contrariam uerò partem lib.1. & ita etiam in regio Cõsilio fuisse iudicatũ testatur Vrsillu.ad Afflict.in decis.38.sub nũ.11.in fi.in uer.et si eadem causa.

Ex quibus remanet etiam resolutum in aliquo non obstare, quæ dicuntur in motiuo per D. Rotę Decanum videlicet; quod iudex iniustè pronũtiauerit contra præfatam Celiam ex secundo matrimonio cum alijs suis fratribus susceptam, & eius matrum tanquam a statuto prefato exclusos, bona materna & fratrum eidem non peruenire; cum statutum debeat intelligi in successione fratrum, & sororum utrinque coniunctorum respectu exclusionis a bonis maternis, cum non utrinque coniunctus non possit excludere filios, & filias secundi matrimonij a successione materna: cum sit, quod statutum in suo casu operetur suum effectũ; neq; sit extendendum ad alium casum contra expressam iuris dispositionem, quæ vult quod pater reseruet omnia eidem prouenientia ex bonis maternis filijs secundi matrimonij, etiam quod ex illis nõnulli obierint
7 adhuc viuente patre † per tex.expressum in d.motiuo allegatum in l.fœminæ §.1.C.de secund.nupt.subdendo etiam in eodem motiuo idem procedere, & si Cęliã præfata semel fuerit a successione materna per fratres exclusa, quorum postea hæreditas peruenit ad communem patrem: quia decedente patre debent redire bona ad filios secundi matrimonij: & quod hæc est dispositio dictæ l. fœminæ, prout latè in dicto motiuo dicitur. Quia ex supradictis per me patet ad dictum motiuum clara & resoluta responsio, primo quia in iure verum non est, quod stante dicto statuto propter masculos excludente fęminas gratia conseruandæ Agnationis, ad excludendum fœminam a successione fratris vtrinque coniuncti requiratur, quod similiter superfit alius frater utrinque coniunctus, cum supra demonstratum sit sufficere superuiuere ad fęminam excludendam aliũ eius fratrem consanguineum in primo gradu ex parte patris, prout erat præfatus Marcus Antonius, cum verè iste dicatur frater, & agnatus, & a tali statuto comprehensus, & uocatus uerè & propriè ad hæreditatem confratrum consanguineorum in primo gradu ex parte patris, exclusa dicta Cęlia, fauore conseruandæ agnationis familiarum, ad quam respexit statutum præfatum ex sua finali ratione, ad dicta latè, & doctè in nostris proprijs terminis per Roman. Ruin. Brun. Mantu.

Mantu. Cort. iun. & alios in consilijs & lo-
cis desuper citatis, quos propterea hic con
sulto repetere omitto.

Et ex tali vera conclusione in iure venit
alia resolutio, videlicet, quod uerum non sit
quod Felix Angelus eorum communis pa-
ter successerit prædictis suis filijs, qui ante
eum obierũt, prout in dicto motiuo dicitur
successisse, cum ad successionem dictorum
suorum filiorum, & fratrum respectiuè di-
ctæ Cęliæ, & Marci Antonij, stante quod
dicta Cęlia fuerit dotata a dicto Felice An
gelo, ut cõseruet agnatio per dictũ statutũ,
uocatus fuit dictus Marcus Antonius, & nõ
eorum communis pater, ut est dictum: pro-
ut patet expresse ex illis verbis statuti in
princip. ubi fit mentio specialis, quod fœmi
na dotata excludatur a successione fratrum
stantibus masculis ex legitimo matrimonio
procreatis: & sic non obstant nec quæ dicun
tur in motiuo in ultima illius parte; cum sta-
tutum prædictum non operaretur in casu
suo, si excluderetur dictus Marcus Anto-
nius a tali successione suorum fratruum, cũ
alium casũ non habeat, nisi uocandi agna-
tos respectu finalis rationis, stãte quod eius
ratio finalis dispositionis fauore conseruan-
dæ agnationis adhuc duret in persona sua,
& in dicto statuto sit expressa, prout supra-
firmatum est per cons. 210. Colleg. Perus.
* & aliorum, & hanc esse communem opinio
nem firmat Paris. in cons. 16. num. 24. uol. 3
& facit qđ dicit Barb. in cons. 71. nu. 19. in
prin. vol. 2. vbi dicit, ꝙ eius rei cuius cã cõ-
seruatiua durat, sẽper effectus dicitur dura-
re. & ꝙ dicta ratio sit finalis, & unica eiusdẽ
statuti, dicit etiam Viui. in d. decis. 469. nu.
* 5. in princip. ubi de communi, & quod ra-
8 tio, † siue causa legis, statuti, & consuetudi-
nis attendenda veniat, firmat latè Tiraquel.
in Fal. reg. iur. in reg. cessante causa sub nu.
143. & facit nu. 140. & seq. fol. mihi 130.

Nec de validitate dicti statuti quoad
eius essentiam dubitandum est, cum tale sta
9 tutum, † quod stantibus masculis fœminæ
non succedant, communiter sit per totam
Italiam, prout dicit Angel. in Auth. de hæ-
red. & Falcid. in fi. prin. & nu. 9. Cyn. in l. san
cimus in uer. per totam, C. de nupt. & Clar.
in §. testamentum, q. 42. nu. 6. in prin. in uer.
sed quid. vbi dicit similiter per totam Italiã
esse tale statutum, Lapu. in alleg. 101. nu. 2.
vbi quamplures allegat, & tenet hoc indu-
bitatum Camp. de stat. nu. 44. & quod tale
statutum ualeat, & sit fauorabile inspecto iu
re ciuili illius loci, cum sit inductum in fauo
rem agnationis, & familiarum conseruanda
rum gratia, dicit Bal. post Cyn. in d. l. sanci-
mus, nu. 14. in uer. sed an dictũ statutũ, C. de
nupt. & in l. lege, nu. 5. C. de legiti. hæredi.
ubi dat etiam rationem, & hanc esse com-
* munem opinionem dicit Pari. in d. cons. 16
nu. 22. uol. 3. & quod dictum statutum ua-
leat, & sit rationabile, nouissimè dixit Io-
seph. Ludo. in decis. Perus. 21. nu. 45. par. 1.

Ex quibus remanet resolutum sententiã
ad fauorem dicti Marci Antonij latam &
contra dictam Cęliam, & eius maritum fuis
se & esse validam, stante præfato statuto, cũ
ex eo successerit d. Marcus Antonius dictis
suis fratribus quoad proprietatem in bonis,
quæ ad ipsos peruenerunt per mortem eo-
rum matris, exclusa dicta Cęlia, per desu-
per adducta, succedendo tantum in usufru-
ctu eorum communis pater, & ante illorum
obitum, & post, cum superuiueret per l. 1.
C. de bonis mater. l. sancimus, & ibi Castr.
& Salic. C. commu. de success. & l. cũ opor-
teat. C. de bon. quæ lib.

Et sicut per dictum statutum dicta Cę-
lia exclusa fuit a prętensa dote, & bonis ma
ternis; ita etiam per secundum caput eiusdẽ
statuti desuper relati exclusa fuit, vt aliquid
petere non possit occasione supplementi do
tis, cum dicat parua dote fuisse a patre dota
tam cum prætendat quòd fuerit minor le-
gitima licet minime uerum sit, cum tempo-
re, quo nuptui fuit tradita d. Cęlia, & eidem
dos per patrem data, superuiuerent omnes
filij dicti Felicis Angeli, & fratres dictæ
Celiæ, ut est dictum: & propterea conside-
ratis tunc bonis eiusdem sui patris plusquã
decenter dotata fuit. Et sic præsumitur, cũ
ipse plusquam alius sciat capere bonum cõ-
silium pro filia, nec conqueri potest, & eius
dote debet esse tacita & contenta, prout pr̨æ
fatum statutum dicit, cum fuerit a patre do-
tata, vt est dictum de suis bonis, & non ab
alijs: ita voluit Paul. de Castr. in cons. 275
super primo quæsito nu. 6. uol. 1. quem secu
tus fuit Dec. in cons. 89. num. 4. ante fin. in
uer. secunda. Et in cons. 26. nu. 2. & in consi.
203. num. 6. in fi. Alc. de præsump. in reg. 1.
præsump. 2. nu. 6. in uer. ex eadem ratione.
& seq. Aymo in cons. 236. nu. 4. in uer. qui-
nimo. Cur. sen. in cons. 80. recte, nu. 3. in fin.
& nu. 4.

& nu.4.per totum latè Menoch.de arbitra. iudic.casu 149.nu.2.& seq.& nu.5.& seq. optimè Marant. in dispura. 10.num. 20. & sequen.& non reddit rationem,&quod filia
10 † non possit agere ad supplementum prætẽsæ dotis', quando fuit dotata a patre, dicit etiam Ioseph.Ludou.in decis.Peru.21.nu. 41.juncto num.52.ubi dicit hanc esse com-
* munem opinionem. Ideo vlterius non insisto,cum a communi & magis communi in consulendo & iudicando recedendum non sit,vt supra firmatum est; cum in allegando alios ita tenẽtes valde suppleant Menoch. & Marant.in præcitatis locis.

Neque præfatæ Conclusioni in aliquo obstat ultimum caput eiusdem statuti similiter desuper relati;ubi disponitur, quod dos constituta, seu constituenda dictis fœminis constitui debeat competenter pro qualitate & dignitate familiæ, ac quantitate patrimonij, & non minor legitima: quia præfatum statutum habet locum: quando dotatur ab alio, & non a patre; quia si dotatur a patre prout in casu nostro dicta Cęlia dotata fuit, præfatum statutum non habet locum, cum nec conueniant nec illius uerba, nec mens: prout firmarunt præfati Docto. desuper citati,præsertim Dec.d.cons.26.nu.2.& cõs. 89.num.4.in uer.secunda.Menoch.d.casu 149.nu.17.& seq. & Marant. d. dispu.10. nu.22.vbi dicunt,propterea filiam conqueri non posse minus competenter fuisse do-
11 tatam a patre, † nisi in magna quantitate grauaretur, quod dici non potest in casu nostro,cum patre viuente, illius patrimonium & legitima debita filijs non consideretur;
12 & tamen congrua dos non dicitur, † si fuit minor legitima,prout dicit Maran.d.dispu. nu.20.Menoch.d.casu nu.16.& hanc esse
* communem opinionem dicit Dec.d.consil. 89.nu.4.et Aymo.in d.cons.136.nu.3.vbi
* similiter dicit esse communem. Et ideo dixit Clar.in §.testamentum,nu.6.in uer.sed
** filia exclusa,magis communiter teuere Do
13 cto.quod filia † exclusa per statutum stantibus masculis non possit petere legitimam, nec eius supplementum: Et sic non potest talis consideratio paruæ dotis intuitu legitimæ habere locum in patre uiuente, et do-
14 tante, cum legitima † consideretur secundum uires patrimonij per patrem post mortem relicti, et numerum filiorum per tex. in Auth.nouissima,C.de inofficio.test.et dicit Dec.d.cons.89.nu.9. et hæc quoad exclusionem prætensi augumenti dotis.

Quod autem d.Cęlia aliquod ius non habeat, neque haberet contra præfatum Marcum Antonium hæredem uniuersalem institutum a Felice Angelo eorũ patre in eius testamento;et si ipsa Cęlia in ipso fuit præterita: patet expresse stante similiter præfato statuto in tertio capite desuper relato,cũ ex eo disponatur, quod fœmina dotata,ut supra,et præterita, stantibus dictis masculis
15 hæredibus, † non possit impugnare,nec petere irritari, et annullari aliquo pacto testamentum,codicillos, donationes causa mortis, neque alias quascunque ultimas uoluntates tam ratione præteritionis, quam per inofficiosi querelam, siue per aliam nullitatem,et defectum;sed quod dictæ ultimę uoluntates firmæ et ualidæ in suo robore maneant,et subsistant, cum per dictum statutũ expresse excludatur,vt non possit præfatum testamẽtum impugnare,nec nullum dicere, et per consequens nec agere contra præfatum Marcum Antonium in eo hæredem institutum,propter quem fuit exclusa a statu-
** to. Et hæc est magis communis opinio, prout dicit Paul.de Castr.in in consil.96.in prin.uol.2. latè Alexand. in l. Gallus, §. et quid si tantum, num.16.præsertim in uersi. primo casu,vbi dat rationes,et attestatur si-
* militer de communi,ff. de lib. et posth. et in l.filiæ dotem,nu.6.in uer.statuto ciuitatis cauetur, ubi pariter dicit hanc esse communẽ
* opinionem,C.de collat.Dec. in cons. 105. nu. 1. in princip. ubi similiter dicit de com-
* muni,et num.2.in uer.non obstat. Et hanc
* esse communem opinionẽ dicit etiam Are. in cons.159.nu.20.in uer.uenio ad uudecimum. Et idem Alex.in consil.47.num.19
** ubi etiam dicit hanc esse magis communẽ
** opinionem uol.2.et magis communem opinionem hanc esse in proprijs terminis etiã firmat Clar. cum alijs per eum allegatis in §.testamentum q.42.nu.6.post prin.in uer. sed quid si adsit statutũ. et in eisdẽ nostris terminis idem firmat,et attestatur de magis
** communi Ioseph.Ludo.d.decis. Perus.21. nu.5.par. 1. et ita fuisse iudicatũ per omnes de Consilio testatur Afflict.sequendo Docto.in d.l.Gallus,§.& quid si tantum ita cõmuniter tenentes,ff.de lib.et posth.in decisio.158.num.6.Et ex his omnibus supradictis sufficienter demonstratum sit, dictam

Cęliam

Celiam cum eius marito ab omnibus suis prætẽsionibus vigore præfati statuti in prin. relati fuisse exclusã,& minimè potuisse molestare præfatum quondam Marcum Antonium, prout fecit, nec de præsenti posse dictos suos filios,& hæredes.

Nunc deueniendo ad secundum dubiũ, dico similiter præfatum statutum ualidum esse,& obseruandum;ex quo per præfatum Illustrissimum & Reuerendissimum D. Cardinalem Rusticucium tunc dictæ terræ Gubernatorem perpetuum merum & mixtum imperium habentem locumtenentem in ea tenendo ius,& iustitiam ministrando,absq; aliqua Sedis Apostolicæ participatione, vt est dictum,fuerit visum, cognitum, confirmatum, & approbatum ad dicta per Bal. in cons.407.nu.2.in fi.uol.2.vbi dicit,non va-
16 lere statuta † contraria iuri communi in terris Ecclesiæ Romanæ immediatè subiectis facta;cũ omnis eorum status,& statuta a superiore depẽdeãt,nisi eorũ statuta a Præsidẽte prouinciæ confirmentur,& in l.omnes populi sub nu.14. in ver.item ibi. ff. de iust. & iure. Vbi dicit, quod nulla uniuersitas potest facere statuta absq; magistratu;&quod hæc opinio est seuera,& tenaciter obseruatur in terris Ecclesiæ: Et propterea,quod si tota prouincia Marchiæ faceret statutum,
17 † non admitteretur per Ecclesiam nisi esset approbatum cum alijs adductis per Cantuc. in nouissimis decis.Rotæ,decis.780.du birati, 19. Martij 1584. an statutum Mõtisfalisci,sub num.1.& seq.par.1.in motiuo præfato allegat. vbi sub num.4. dicit ita in Rota resolutum fuisse in una Auximan. molendini coram Robusterio,subdendo,quod res caret difficultate, stante Aegidiana,lib. 2.cap.36.quæ fuit extensa per Paul.Tertiũ ad totum statum Ecclesiasticum;cum per dictum cap.36.post princip.in uer.statuentes. Sratuatur,& ordinetur super statutis tam factis, quam faciendis per hæc uerba videlicet, statuentes, quod nulla communitas, aut uniuersitas alicuius ciuitatis,& communantiæ castri,seu villæ audeat,uel præsumat de cætero condere, aut iam facta retinere, vel facta, aut fiendã seruare aliqua statuta, ordinamenta & constitutiones, decreta,aut municipales leges,seu alia quocunq; nomine nuncupentur, nisi sint illa prius uisa cognita,& inspecta;& expresse,ac singulariter approbata per Rectorem Prouinciæ, uel suos iudices, quibus ipse duxerit committenda,de qua approbatione constet.

Cum igitur statuta terrę Vulsinij fuerint uisa, cognita, & inspecta, ac approbata, & confirmata per præfatum Illustrissimum & Reuerendissimum D. Cardinalem Rusticucium, tunc dictæ terræ perpetuum Gubernatorem a S.D.N. & Sede Apostolica deputatum habentem merum & mixtum imperium,& prout est dictum,non est dubium dicta statuta aliqua alia cõfirmatione Sedis Apostolicæ non indigere;& iuri & d.Cõstitutioni Aegidianæ esse satisfactum, cũ per talem Cõstitutionem satis,& expresse a Sede Apostolica dicantur præfata statuta cõ-
18 firmata; cum quod sit Papa † mandante, per Papam dicatur factum ca. si apostolicæ de præben.in 6.& l.1.§.omnia autem,C.de vet.iur.enucle.ac ad dicta per Bar.in l.1.nu. 15.in fi.ff.de iurisd.omn.iud.ubi dicit,quod quilibet iudex dicitur princeps ciuitatis, vel Territorij,cui præest,per l. Spadonem, §.si ciuitatis,ff.de excusa.tuto.subdendo ibi quòd propterea potest dici Dominus totius illius Territorij utiliter considerati,sicuti Princeps.Et idem voluit Bald. loquendo in casu nostro in d.l.omnes populi sub num. 11.ff.de iust.& iur.ubi dicit, quod sicut cle-
19 rus † sine episcopo non potest facere statuta, quia essent membra capite mutilita; sic etiam nec populus sine magistratu, cum debeat subesse,& non præesse; cum magistratus sit eius princeps,& infra nu.15.ubi dicit quod si princeps uetat statutum suo magistratu inconsulto fieri; prout fuit dicta constitutio Aegidiana,& fiat,quod tum non valet,cum princeps possit cassare statuta facta, & fienda.ex quibus auctoritatibus patet expresse, cum præfata statuta fuerint confirmata a dicto Illustrissimo D.Cardinali, tũc dictæ terræ perpetuo Gubernatore, ut est dictum,sufficienter & expresse dici a dicta Sede Apostolica confirmata,stante præsertim extensione de dicta Constitutione facta ad totum statum ecclesiasticum,cum indignum, & absurdum esset dicere illud, q͂ licet præsidenti prouinciæ ad tempus dato ad gubernandum, non licere Cardinali perpetuo Gubernatori.

Quod fortius videtur habere locum in casu nostro,cum statutum præfatum,de quo agitur, nedum usu sit receptum in d. terra Vlsinij,sed seruetur etiam per totam Italiã; prout

20 † prout dicunt Ang. Cyn. & alij desuper
citati. Vnde dubitandum non est etiā alias
fuisse per Sedem Apostolicam cōfirmatum.
Ad idemque facit illud, quod dicunt Imo.
in c.cum ecclesia vulterana nnm.4. in uersi.
vltimo not.de electi. & Compostella inc.1.
num.7.in uer. sed cum dicimus per totum,
de consue.vbi dicunt, quod ad concluden-
dum consuetudinem alicuius loci, consuetu
21 do locorum proximorum attenditur, † quā
do in loco particulatis cōsuetudo nō uiget,
cū consuetudo extendatur de locoad locū.
Fortificaturq; præfata conclusio ex di-
stinctione, quam faciunt Docto. uidelicet,
22 quod † populi subiecti immediatè Eccle-
siæ Romanæ possint condere propria statu-
ta circa res, & eorum iura, & si iuri canoni-
co contrarientur, sine licentia & confirma-
tione Papæ, prout firmat expresse, & opti-
mè Ias.in d.l.omnes populi, sub nu.8.& seq.
ff. de iust. & iur. quod ante eum constanter
firmauit Abb. per rationes, quas allegat.in
c.quod clericis sub nu.45.in uer.sed iste in-
tellectus, & seq.de for.compe.ubi inter alia
ad hoc comprobandum inducit tex. in cap.
veniens de iureiur.vbi Ciuitas Tridentina,
quæ est supposita ecclesię, facit statuta, & ha
bebat consuetudines speciales, nec Papa re
probat, nisi inquantum tangit ius & honorē
ipsius Principis, ut ibi satis colligitur. & eū
secutus fuit Alex.in cons.177.num.3.& ibi
add. uol. 2. & ante eos optimè & expresse
sic distinguens tenuit Bal. in d.l.omnes po-
puli, sub nu. 14.in fi.in uer.sed puto uerum,
& nu.15.& seq.ff.de iust.& iur.sequitur Ce
pha.in cons.38.num.22.& seq.uolum.1. &
cum hac distinctione de iure arbitror intel-
ligi debere Docto. tenentes, quod in terris
23 Ecclesiæ statuta † debeant a superiore ad
hoc, ut ualeant, confirmari, quod habeat lo-
cum in cōcernentibus ius, & honorem Prin
cipis, & nōn in concernentibus ius. & inte-
resse subditorum statuentium; prout consi-
derant Ias. Abb. Alex. & ante Bal. desuper
citati: cum & legibus in merum fauorem ali
cuius aliquid introducentibus per illum re-
24 nunciari possit, † prout dicit Floria.in Ane-
mo potest in fi.ff.de leg.1.ad quæ faciunt di
cta Bar. in d. l. omnes populi, num.26. post
principium, ff.de iust. & iur. sed quia in ter-
ris ecclesiæ uiget præfata Constitutio Aegi
diana, quæ in genere & indistinctè populis
prohibet statuta fieri, uel facta tenere, & ob-
seruare, nisi prius fuerint uisa, cognita, & cō
firmata, ut est dictum: ideo ab ea non puto
recedendum, prout censuit Rota nouissima
d.decis.780.nu.4. par.1. cum & illi per ap-
probationem, & confirmationem præfato-
rum statutorum per dictum Cardinalem fa-
ctam modo prædicto satisfactum sit. & hæc
quoad secundum dubium.
Quò verò ad tertium similiter dico, d. Cę
liam a sententia contra eam lata per iudicē
Ciuitatis Balneoregiensis, uti bonum uirū
25 per eam adeptum, † prout supra præmis-
sum est, non potuisse appelllare, ad dicta per
Bar.in l.1.in fi.ff.de leg.2.latè Abb.in cons.
38.num.1.post medium, in uer. condescen-
do, & nu.2.& seq.uol.1.& in c.quinta uallis
sub num.40.de iureiuran. Salic. in l.cum an
tea nu.18. C.de arbi.& in l.si societatem sub
num.29.in princip. præsertim in uer.hoc di
co, ff.pro socio. ubi dicit decidēdo in specie
nostrū casum, hoc habere locum in personā
utriusque, ut quilibet semel possit bonum ui
rum adire, ut seruetur æqualitas: & sic sicut
non potuisset appellate prefatus Marcus
Antonius, si locumtenens terræ Vulsinij
per eum, uti bonus uir adeptus contra eum
pronuntiasset, ita etiam dicta Cęlia, cum a
sententia dicti Locumtenentis ad fauorem
præfati Marci Antonij & contra eam lata
appellauerit, & iuerit ad præfatum iudicem
Balneoregien. uti ad bonum uirum, cum cō
tra eam sententiauerit confirmando senten
tiam præfati Locumtenentis, ulterius appel
lare non potuit, seu reductionem petere, per
supradicta.
Et licet Docto. modificent, & limitent
hanc conclusionem, ut non procedat quo-
tiescunque in appellatione interposita a sen
tentia reductionis ad arbitrium boni uiri sit
26 expressa qualitas † & quantitas læsionis;
prout dicit ita practicari ex dicto Bal. Cor-
rad.de offic. præto. sub rubr.de appel. in li-
mita.60.fol.346.in fi.& seq.& Lanfran. de
Orian.in sua prax.in c.10.de interloc. & ap
pella.sub num.60.in uerbo, decimoquarto,
in uer. Bal. adhuc tenuit, vbi similiter dicit ita
* audire practicari fol.mihi.357.et sub.num.
67.in uer.item appellans, uer. secundo fallit
fol.mihi 365. tamen aduertendum est in ca
su nostro, prout in facto mihi præsuponitur,
in dicta appellatione per prefatā Cęliā in-
terposita talem expressionem qualitatis et
quantitatis læsionis non esse expressam,
prout

prout nec exprimi potuit, stante dicto statuto, ex quo in qualibet sua prætensione ab eo excluditur, prout supra demonstratum est: & sic non esse sub regula, quòd appellatio præfata non admittatur, prout dicit Lanfranc. in d. loco desuper citato sub d. num. 6. & ista sufficiat me dixisse etiam pro resolutione tertij dubij; & ad docendum dictam Cęliam in omnibus excludi cũ dicto euis marito per dictum statutum; & ulterius non esse audiendam contra dictos filios, pupillos, & hæredes præfati quõdam D. Marci Antonij. Ad laudem & gloriam indiuiduæ Trinitatis, & gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Statuti excludentis filias ab intestato stantibus masculis, fauore agnationis, ad dilutionem obiectorum materia continuatur.

Et de validitate statutorum ciuitatis, vel populi.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Aegidiana habetur pro indubitabili, & vniuersali lege in toto statu ecclesiastico, & assignatur ratio.*
2 *Facta populi pro notorijs habentur.*
3 *Sigillum superioris muniens statuta populi dat signũ ratificationis, & confirmationis.*
4 *Confirmationis terminus quid importet.*
5 *Statutum exclusiuum fœminarum stantibus masculis, vt bona conseruentur in familia, est validum, & datur ratio, & est absolute fauorabile, nu. 6. & seruatur in tota Italia communiter, nu. 7.*
8 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur.*
9 *Populus a Principe sub qua conditione concessa sit facultas condendi leges & statuta.*
10 *Iure municipali tolli possunt ea, quæ iure ciuili decẽ sa sunt.*
11 *Populus quilibet potest facere statuta iuri communi contra, cum ampliatione, & restrictione.*
12 *Statuta condita a populo dicuntur ius ciuile, & commune illius populi.*
13 *Statuta facta a legato cuius valoris sint.*
14 *Antecedens qui vult, necesse habet velle omne consequens ad illud.*
15 *Leges ciuitatis, seu alterius loci, præsentia, aut præterita negotia non excitare, sed ad futura tantum trahi, nec etiam ad pendentia per appellationem.*
16 *Statuta quando dicãt publicata, & de eis copia haberi possit.*
17 *Sententia lata contra statutum redactum in volumine statutorum est nulla.*
18 *Lex & statutum non tollitur per non vsum, sed per contrarium vsum, seu per non vsum habentem actum implicitum contra dispositionem legis & statuti, & nu. 19.*
20 *Allegans non vsum statuti tenetur ad illum probandum, & sic contrarium vsum, qui consistit in facto, & assignatur ratio, nu. 21. & 23.*
22 *Statuta loci edenda non sunt, sicut nec leges iuris communis.*
24 *Statutum & lex quomodo differat a consuetudine.*
25 *Opposita oppositis debent reprobari.*
26 *Lex fœminæ. C. de secun. nupt. declaratur.*
27 *Statuti a forma non est recedendum.*
28 *Filia exclusa a statuto simpliciter propter masculos, & sine aliqua dictione restrictiua, non potest aliquid ab intestato prætendere, etiam si sit vtrinque coniuncta, nu. 29.*
30 *Pater quale ius habeat in bonis aduentitijs filij.*

CONSILIVM XIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



OBiecta per informantem ex parte Cęlię minimè obstãt, quin ipsa excludatur a prætensis contra filios & hæredes quondam Marci Antonij Ronzinetti, stante statuto Vulsinij ad conseruandum agnatorum familias: Quod fœmina dotata, seu dotanda non succedat &c. prout latè in alijs allegationibus per me deductum fuit.

Et quoad primum obiectum, dum opponitur de confirmatione eiusdem statuti, dicitur illud esse sublatum; ex quo statuta Vulsinij confirmata fuerunt auctoritate Apostolica; cum illa confirmauerit Illustrissimus Cardinalis Rusticucius, tum dictę terrę perpetuus Rector, & Gubernator a Sede Apostolica deputatus, ad disposita per Aegidia-
1 nam † lib. 2. cap. 36. in princip. quam ad hoc pro indubitabili & vniuersali lege in toto statu ecclesiastico, cum ad illud fuerit per Paulum Tertium extensa, allegat Cantucc. in allegata decis. 780. nu. 4. in nouiss. par. 1. cum Papa mandante per Papam dicatur factum. c. si Apostolicæ, de præben. in 6. & l. 1. §. omnia autem, C. de vet. iu. enucle. prout similiter in alijs allegationib. latius dixi.

Ad secũdum verò dum obijcitur de simplici subscriptione, seu confirmatione per

dictum

dictum Cardinalem facta: similiter dicitur triplici fundamento illud corruere, & ualidam esse prædictam confirmationem.

Primo quia prædicta statuta fuerunt cũ causæ cognitione confirmata, cum illa fere per tres menses, antequam confirmarentur, fuerint discussa per dictum Cardinalem cũ assistentia oratorum eiusdem communitatis Vulsinij ad hunc effectum missorum, prout
2 notorium est, cum facta † populi pro notorijs habeantur in loco, prout dixit Alex. in consil. 81. num. 2. volum. 2. Vnde dicuntur ex certa scientia confirmata fuisse talia statuta, & non conditionaliter, prout dicitur in obiecto. Et ita resoluit Dec. in rubr. de confirma. vtil. uel inut. sub num. 17. iuncto num. 11. ex aduerso allegat.

Quibus accedat, quod (vt audio) fuerũt munita etiam sigillo dicti Cardinalis, quod est signum ratificationis & confirmationis,
3 †prout dicit Bal. in l. in fraudem nu. 4. ff. de testam. milita. ad quod faciunt dicta Bero. in d. rub. nu. 11. in uer. item ex certa sciẽtia.

Secundo respondetur, quod etsi de dicta causæ cognitione non constaret, quod nihilominus talis confirmatio, cẽseretur facta per dictum Cardinalem ex certa scientia, & nõ in forma communi, seu conditionaliter, cum sic importet ius termini confirmatio-
4 nis, † cum non adiecerit clausulam, sicut iuste, vel similem, prout firmant in c. penul. ad fi. Ioan. Andr. Card. Anto. de Butr. & Imo.
* de confirma. uti. uel inutil. & est communis opinio, prout dicit & defendit Berou. in dicta rubr. sub nu. 14. per totum, vbi per plures rationes respondit ad Deci. ibi. sub nu. 11. & seq. contra communem etiam per ipsum attestatum tenentem in obiecto allegato; cum a communi in iudicando recedendum non sit.

Tertio respondetur, & hoc tantum sufficit, quod etsi dicta confirmatio censeretur in forma communi, seu conditionaliter facta, videlicet, quatenus statuta prædicta iusta sint, & rationabilia, & non alias, prout in obiecto dicitur, ad dicta per Dec. in d. rubr. sub num. 11. & seq. quod nihilominus statutum, de quo agitur, dicitur legitimè confirmatum, cum rationabile sit, & iustum, prout dicit idem Dec. in consi. 627. in casu num. 4. vbi dicit iusta ratione fuisse factum statutũ; ex quo excluduntur fœminæ, stantibus masculis, vt bona conseruentur in familia; nec de illius validitate esse dubitandum. Et quod tale statutum sit rationabile & iustum & non illicitum; cum non repugnet iuri diuino, vel naturali immutabili, nec a iure im-
5 probetur, † expresse respondendo ad l. maximum vitium, C. de lib. præter. & ad l. lege 12. tabularum, C. de legitim. heredib. quæ videbantur in contrarium facere, latè firmat Lapu. in allegat. 101. a num. 11. in uer. restat videre, & seq. & conclusiuè num. 13. per totum. Et quod statuta rationabilia cũprobentur, & defendãtur a Papa, dixit tex. in c. 1. & ibi glo. in ver. rationabilia. de con-
6 sti. in 6. & quod dictum statutum † absolutè sit fauorabile, attenta ratione principali cõseruandi bona in familia, & non odiosum; latè comprobat idem Dec. cum alijs citatis per eum in l. 2. num. 5. in versic. sed quod imò tale statutum, vbi attestatur hanc esse
** magis communem opinionem, & num. 8. C. de in ius vocan. quod ante eum uoluit Bal. in l. sanctimus num. 4. in uer. sed an dictũ statutum, C. de nupt. & in d. l. lege duodecim tabularum sub num. 5. vbi dat etiam rationem, C. de legit. hæred. & hanc esse com
* munem opinionem, quod dictum statutum sit fauorabile, dicit etiam Paris. in consi. 16. num. 22. vol. 3. & Petr. de Anch. in repet. c. Canonum statuta, num. 412. de constit. & quod tale statutum sit fauorabile, & initium sumpserit a Deo Optimo maximo, firmat Io. Coras. in miscel. iur. lib. 5. cap. 16. nu. 1. & conclusiuè nu. 2. & sic patet statutum, de quo agitur, fuisse legitimè confirmatum, siue ex certa scientia, siue conditionaliter, seu in forma communi confirmatum censeatur, cum sit rationabile, iustum, & fauorabile, per supradicta.

Quod etiam comprobatur, quia in tota Italia communiter seruatur tale statutum,
7 † prout dicit Angel. in Auth. de hæred. & facil. in fi. princip. & num. 9. Clar. in §. testamentum, q. 42 2. nu. 6. in princip. cum alijs per me citatis in allegationibus.

Et idem procedit, etsi dari posset casus, quod in dicto uolumine statutorum adesset aliquod statutum inconfirmabile, quod expresse negatur ad dicta per Ben. in d. rubr. de confir. vti. vel inuti. col. vltima, post prin. in uer. secundo, cum in separabilibus vtile
8 per inutile † non vitiatur c. vtile. de reg. iur. in 6. & dicit Aymo in consi. 1. nu. 4.

Et propterea nec obstat illud, quod dicitur

citur in 3. obiecto, dum dicitur, quod sicut
legatus non potest condere statuta iuri com-
muni contraria in terris ecclesiæ, cum hoc
solum facere possit Papa: quod per hoc præ
dictus Cardinalis Rusticucius talia statuta
confirmare potuit, allegando Innoc. in c. fi.
de offic. leg. quia ualde decipitur informans
in suo fundamento: ex quo licet legatus in
terris ecclesiæ non possit condere statuta
iuri communi contraria, prout dicit Innoc.
in prædicto loco: non per hoc ualet conse-
quentia, quòd populus Ecclesiæ Romanæ
subiectus illa condere non possit: & prædi-
ctus Cardinalis eiusdem terræ Vulsinij per-
petuus Rector, & Gubernator illa confir-
mare non ualeat: quia dicitur, quòd in hoc
maiorem auctoritatem habent populi in ter
ris ecclesiæ, quam non habet legatus, cum
9 populis † facultas condendi leges munici-
pales, seu statuta, etiam super his, quæ dispo
sita & prohibita sunt a iure communi, a prin
cipio concessa sit, dummodo eorum statuta
non habeant legem prohibitiuam, seu resi-
stentem, ne fiant, nec sint iuri diuino, seu na-
turali immutabili contraria, ut est dictum.
Bar. in l. omnes populi, nu. 26. & ibi latè Ias.
nu. 8. 9. & 10. ff. de iust. & iur. & Lapu. d. al-
legat. 101. nu. 13. in uer. & per hoc usq; in
10 finem. Et quod iure municipali † tolli pos-
sint ea, quæ iure ciuili decisa sunt, tradit la-
tè Ioã. Coras. tract. de iure ciuil. in arte. redi.
cap. 12. tract. tom. 1. fol. 74. & quod quili-
11 bet populus † possit facere statuta iuri com
muni contraria, etiam circa pœnas a iure cõ
muni impositas, nisi ius commune expresse
deroget statuto, firmat Alberi. in 1. par. stat.
q. 8. incipien. sed an ualeat statutum, num. 4.
& 9. & conclusiuè in fi. ubi dicit hanc opi-
nionem totum mundum seruare: postquam
per totam quæstionẽ examinauit hunc pas-
sum: & cum refert & sequitur Ias. in d. l. om-
nes populi, nu. 10. ff. de iust. & iur. nec mirũ,
12 cum talia statuta dicantur ius ciuile, † & cõ
commune illius populi. c. ius ciuile, dist. 1.
Alex. in d. cons. 81. num. 1. uol. 2. Alberic. in
prima par. statu. q. 142. in fi. Alber. Brun. in
suo cons. post tract. de stat. posit. num. 19. &
Barba. in rub. de reb. eccles. non alien. num.
11. quod dici non potest de statutis factis a
legato, cum illa non dicantur ius ciuile, sed
13 prætorium † & ideo non est mirandum, si
per talia statuta a legatis facta non possit sta
tui contra ius cõe ciuile, cum non habeãt in
hoc patẽ potentiã cum populo, prout tradit
Abb. in d. c. fi. de offi. leg. & Alber. Brun. de
statu. art. 10. nu. 17. & 18. in prin. & sic sicut
Populus Vulsinij potuit condere tale statu-
tũ, ita & Cardinalis potuit illud confirmare
ne per indirectum a populo auferatur, quod
a iure concessum est: cum uolens ius antece-
dens, necesse sit, ut uelit necessarium conse-
14 quens, † ad illud, §. idemque iuris insti. qui
bus ex cau. manu. non licet.

Non obstat etiam nec quartum obiectũ,
cũ in facto, nec in iure uerũ sit. Pro cuius cla
ra resolutione præmittendũ est, leges ciuita
15 tis, † seu alterius loci præterita, aut præsen
tia non excitare negotia, sed ad futura tm̃
trahi. c. 2. & c. fi. de const. l. leges, & constitu
tiones, C. de legib. & constit. l. comparatio-
nes ad fi. C. de fide instru. & l. penul. in fi. C.
de decur. lib. 10. & Pet. de Anch. in repet. c.
canonum statuta, nu. 338. de const. nec etiã
trahi ad pendentia per appellationem, Au-
then. ut cum de appellat. cognosci. §. 1. col.
8. & latè tradit Ioan. Cora. in d. tract. c. 11.
per totum.

Quibus stantibus in iure dico non esse ue
rum in facto post publicationẽ dictorum sta
tutorũ, quæ de eis colligitur facta, postquã
in publicũ fuerunt posita, & ab omnibus in-
spici & uideri cœperunt, & potuerunt in ta-
bulis palatij communis, seu in Archiuio pu
blico, & communiter habetur eorum copia
16 † cum tunc ligare cœperunt, etsi nõ fuissent
præconizata per uocem præconum, prout
dicit latè Bal. in tract. de statu. in uers. publi-
care statuta. fol. mihi 137. & optimè in l. 2.
§. postea super uer. pro rostris, ff. de orig. iu.
ibi etiam subdit ad hoc allegare illum text.
aduocatos, & Ioan. Coras. d. c. 11. in princ.
fuisse seruatum per longũ tempus; prout di-
citur in obiecto probari, & sententijs, & te-
stium depositionibus; licet uerum non sit,
quod in negotijs, seu factis occursis post pu
blicationẽ dictorum statutorum illis in iu
iudicio allegatis pro illis decidendis, quod
contra illa fuerit sententiatum, prout neces-
sarium est aduersarium in iudicio duo in ca
su statuti, de quo agitur, probare, prout di-
cit Natt. in cons. 254. nu. 6. uol. 2. quem se-
quitur Ioseph. Ludoui. in suis conclus. sub
rub. de statu. conclus. 1. In uer. opus est pro-
bari, cum etsi aliqua sententia contra prædi
ctũ statutũ, de quo agitur, lata fuisset; cũ re-
17 dactũ sit in uolumine statutorũ, nulla fuisset

prout fuit tentum in Rota teste Verallo, decis. 265. par. 2. quod antea dixit Alexan. in cons. 81. nu. 1. uol. 2. & prius uoluit Bar. in l. cum prolatis, nu. 1. & seq. & ibi Castren. nu. 2. in uer. secus, & in uer. si uero, Imo. num. 5. & idem Alex. nu. 13. & 19. ubi profert hăc communem, ff. de re iud. Bal. in l. 2. nu. 2. C. quando prouoc. non est necesse, & in cap. 1. nu. 6. de re iud. sequitur Bero. consil. 92. nu. 35. uolum. 1.

Quod comprobatur, cum lex, seu statutũ
18 non tollatur per non usum, † sed per contrarium usum, seu per non usum habentem actum implicitum contra dispositionem legis & statuti, ad latè dicta per Feli. cum allegatis per eum in c. 1. nu. 10. per totũ de treugua & pace. Vbi etiam dicit ita intelligendum esse Alber. in 1. par. statu. q. 142. in fi. quod antea uoluit Ioan. And. in c. Ioan. nu. 14. in uer. dixerunt, per totum. & ibi etiam Abbas nu. 9. & Imo. nu. 12. in uer. item desuetudinem. de cler. coniug. optimè Angel. Are. in proœm. Inst. §. igitur sub nu. 4. Ripa respons. 3. sub tit. de consuet. incipien. per non usum. Carauit. super rit. magnæ Curiæ 182. num. 1. & consulendo responderunt, Alex. in cons. 136. num. 19. uol. 2. Purpu. in cons. 249. nu. 2. & seq. vol. 1. Ioan. de Amic. cons. 1. nu. 43. & seq. Gabriel in cons. 84. nu. 60. & seq. vol. 2. & Mascar. de probatio. conclu. 1338. statutum, nu. 7. in uer. secun-
19 do, & nu. 8. cum per non vsum lex † per mille annos non tollatur, vt quia casus non euenerit, uel non fuit petitum seruari, cum lex semper loquatur, & sit in uiridi obseruantia latè idem Ioan. de Amic. d. cons. 1. nu. 43. & Mascar. d. loco in prin. quod prius dixerunt Iacob. Butrig. in l. fi. col. fi. ante fi. in uer. itẽ quæro, C. quæ sit longa consuet. & Barto. in proœm. ff. §. & antea, quem sequitur Fely. in d. c. 1. ante medium, in uer. & in proposito, de treu. & pac.

Et ideo non obstant dicta per Soc. in l. si filius, nu. 7. ff. de lib. & posth. in obiecto allegat. nec per Dec. in cons. 134. nu. 8. male allegat. in cons. 469. quia prædicti Doct. loquuntur, quando per contrarium usum longi temporis contrarium illius, quod lex, uel statutum disponit, fuit obseruatum, prout supra dictum est. Et apertè demonstrant uerba Decij ibidem nu. 9. in resolutione sui obiecti, in uer. non obstat, ubi dicit allegan-
20 tem † non usum statuti teneri ad illum probandũ, & sic contrariũ vsum, qui consistit in facto c. 1. de const. in 6. quod & optimè dicit Anch. per eum allegat. in cons. 283. iure stricto in prin. in uer. sed præsupposito, vbi inter cętera dicit, quod sicut leges moribus utensium confirmantur; sic moribus utensiũ in contrarium abrogatę sunt: & uoluit etiã Bal. in c. fi. nu. 12. post medium de consuet.

Et propterea etiam malo dicitur per informantẽ, quod pro parte dictorum filiorũ Marci Antonij debeat probari usu fuisse recepta talia statuta, cum a tali onere probandi releuentur prędicti heredes; ex quo prędicta statuta iam diu fuerunt publicata, & in publicum posita, cum ab illo die citra ligare cęperunt, prout supra dictum est.

Et ideo cum statutum, de quo agitur, sit inclusum in d. uolumine statutorũ; nec pars aduersa id neget, prout nec negare posset, allegans illud non debet probare illius usum, cum habeat ex eo in dubio intentionẽ fundatam. Sed pars aduersa excipiens de contrario usu cum fundet se super negatiua, & exceptione contrarij iuris, probare debet,
21 † prout in terminis nostris dicit Dec. in d. cons. 534. nu. 9. quem secutus fuit Rolan. à Valle in cons. 91. nũ. 53. & seq. uol. 1. quod prius uoluit Bar. in l. in illa, nu. 5. ff. de uerb. oblig. & cons. 144. iudex communis assisij per totum presertim ad fi. in uer. sed si constãret. & in l. fi. §. sed cum antiquitas, nu. 2. C. de curat. furio. Ioan. de Amic. d. consil. 1. nu. 43. in fi. & ita firmat Ioseph. Ludouic. in d. concl. 1. sub rub. de statu. in uer. in dubio autem vbi refert hanc esse magis communem opinionem, quod ante eum dixit esse magis communem Pet. Benintenol. in decis. 13. num. 9.

Quod confirmatur ex hac alia cõclusione, q statut a proprij loci, in quo viget iudiciũ, cũ sit ius notũ illis de loco, cũ quilibet possit
22 illa uidere, edenda nõ sunt, † sicut non edũtur leges iuris cõis, cum semper habeantur pro productis, nisi esset aliqua reformatio noua, non clausa in libro statutorum, prout firmat optimè Castren. in d. l. cũ prolatis in fi. & ibi et Imo. ff. de re iud. quod prius dixit Bar. in l. omnes populi, in fi. sub num. 67. in uer. secundo casu, ff de iust. & iur. latè Dec. in c. 1. nu. 299. & seq. & ibi etiã Abb. in fi. in uer. aut allegaт statutũ illius loci, de ꝓba. & Fului. Pacia. de ꝓba. c. 66. n. 65. & seq. li. 1

Et ideo non obstat decisio. Veral. 203. num. 8.

num. 8. lib. 3. in motiuo allegata: quia loqui-
tur de allegante vsum statuti pro fundamen
to suæ intentionis, & non statutum in uolu-
mine statutorum existens, confirmatum, &
publicatum, prout præfati hæredes faciunt,
cũ tali casũ sufficiat eos docere de statuto,
si negaretur a Cælia extare, prout non nega
tur, absque eo, quod de illius usu probent;
cum per non usum lex, seu statutum non tol
latur, sed per contrarium usum, prout supra
firmatum est. Vltra quod per præfatos hæ-
redes probatum sit statuta præfata Vulsinij
esse usu recepta, & quotidie seruari; & offi-
ciales tam communis, quam iustitiæ in in-
gressu eorum officiorum iurare illa tam in ci
uilibus, quam in criminalibus obseruare,
prout constat testium depositionibus, & in-
strumentis productis, & examinatis. Vnde
si Cælia ad euitandum statuti præfati dispo
sitionem allegat, usu non fuisse receptum,
de contrario usu in iudicando probare de-
23 bet, cum fundet se in negatiua, † & in ex-
ceptione ad dicta per Dec. in d. cons. 534.
nu. 9. cum alijs ad hoc desuper allegatis.

Quod si non esset tale statutum confirma
tum, & publicatum, & sic quod ligat pro se
habere, inseruiret de uěto; si etiam de illius
usu esset probandum per allegantem, & de
eo non probaretur, prout probatum est, cum
tunc magis diceretur allegans iuuari con-
suetudine, quam statuto, ad dicta per Cyn.
in l. fin. num. 5. in uer. sed tertio loco, C. quæ
24 sit long. consuet. ubi dicit statutum, † sicut
lex tantum a consuetudine differre, quantũ
expressum a tacito, & tolleretur uia excipiẽ
di, & exceptionem probandi de contrario
usu per excipientem, cum cognito uno de
contrarijs, cognoscatur & reliquum. Instit.
de his, qui sunt sui, uel alie. iur. quod feren-
25 dum non est, cum opposita oppositis † de-
beant reprobari. Bal. in c. fi. num. 12. in fi. de
consuet. & hæc dicta sint cõtra obiecta pro
ualiditate dicti statuti.

Et ideo dicto statuto firmo stante, deue-
niendo ad ultimum obiectum circa præten-
sam dotem maternam; cum tãtum ad istam
pro omnibus prætensis se restrinxerit infor
mans Cæliæ, dico, prout latè demonstraui
26 in alijs allegationibus allegatam † l. fœmi-
næ, §. 1. C. de secund. nupt. non habere lo-
cum in casu nostro, cum tempore, quo obijt
mater Cęliæ, superuiuerent Mercurius, &
Aemilius eiusdem Cæliæ fratres utrinque
coniuncti, & ab eis primo a tali successione
dotis fuit per dictũ statutũ exclusa, cũ fuerit
dotata a Felice Angelo eorũ patre, & statu-
tũ pręfatũ hoc expresse dicat in prin. per to
tum, cũ disponat ad conseruandas agnato-
rũ familias, quod fœmina dotata, seu dotan
da a patre, matre, auo, auia, fratribus, & pa-
truis, stantibus masculis ex legitimo matri-
monio procreatis non succedat in hæredita
te, & bonis pręfatorũ, patris, matris, aui, auię
fratrũ, & patruorũ ab intestato morĩtium,
q̃ p. p. dotẽ ab uno uel pluribus ex pręnomi
natis cõstitutã, uel cõstituẽdã exclusa intelli
gat a necessitate oĩum & singulorũ, & cuius-
libet pręnominatorũ, nec de eo est disputan
dum, cũ mẽtem & uerba statuti habeamus,
etsi sit contra ius cõe, quod non facit diffe-
rentiã sexus in successione, prout optimè di
cit Mantua in cons. 86. nu. 4. & seq. uol. 1. &
fortius Lapu. alleg. 101. nu. 9. & quod a for
27 ma statuti † non sit recedendũ, dicit Pet. de
Anch. in repet. c. canonum statuta, nu. 349.
de const. cum ordine successiuo censeantur
dicti sui fratres uocati ad talem successionẽ
ante præfatũ Marcũ Antoniũ eorundẽ, &
d. Cæliæ fratrem consanguineum in primo
gradu ex parte patris, & agnatorũ, ut infra
dicetur exclusa dicta Cælia, prout optimè
firmat Rui. in cons. 28. nu. 11. per totũ, uol.
3. Paul. de Cast. in l. fi. num. 6. & seq. C. de
uerb. signifi. & latè Albert. Bru. de statu. art.
13. nu. 60. cum sequentib. præsertim nu. 64.
in uer. satis .n. esse debet, licet aliqui tenue-
rint ab eo citati in tali casu fratrem consan-
guineum etiam uocari eodẽ tempore cum
utrinque coniuncto.

Et cum dicta Cęlia fuerit uigore prædi-
cti statuti semel exclusa, ut est dictũ, a præfa
ta successione, etsi posta prędicti Mercurius
& Aemilius obierint, uiuẽte prædicto Mar
co Antonio eorundẽ, & d. Cæliæ fratre in
primo gradu, licet ex parte patris, & agnato
ut est dictũ, per tex. in §. sunt aũt agnati, inst.
de legit. Agnat. successio, & dicit Roma. in
nostris terminis in cõs. 411. nu. 1. in fi. ac di-
cto eorũ patre, nõ est dubiũ, q̃d in perpetuũ
censetur exclusa a bonis & dote dictæ suæ
matris, cũ eadẽ Cęlia fuerit dotata a dicto
eius patre, ut est dictũ, cũ statutũ prędictum
28 nõ excluserit illã ad tps † donec, quãdiu, uel
quousq; masculi superuixerint, sed simplici
ter fauore agnationis, prout optimè dicit
Barto. in l. fina. num. 1. & 2. in uersic. quid

diceemus, & in uer. sed si poneremus, ff. ad trebellia. late Bal. qui dicit hanc esse ueritatem in l. in quibus num. 2. in fi. in uer. sed hic occurrit & num. 3. C. de secund. nupt. & in Auth. sed & si quis, num. 10. C. eod. & in cons. 215. legis municipalis, nu. 1. in ver. cõtrarium est verum, vol. 3. & in cons. 361. super inserta materia, quia consuluit super cõsimili statuto, uolum. 2. Petr. de Anchar. in consil. 220. hæc quæstio iam vulgaris, num. 1. per totum, præsertim in fi. Angel. in cons. 184. colum. fin. in uer. ex quo Ferrariæ. cum alijs citatis a Tiraquel. in repet. l. si unquam in uer. susceperit liberos, num. 193. & conclusiuè num. 194. C. de reuocand. donat. & Gabriel. in suis concl. sub tit. de stat. conclu. 4. in prin. vbi quamplurimis adductis more
* suo profert hanc esse communem opinionem: ideo alios addere non curaui, cum a cõmuni in iudicando recedendum non sit.

Et licet præfatum fundamẽtum sufficiat, ut dicta Cælia censeatur in perpetuum exclusa ab omni successione, & dote materna, stante dicto statuto, & suprascripta conclusione, cum & propterea etiam habeatur pro mortua, prout dicit Castr. in l. fi. num. 3. ff. de acqui. hæredi. quẽ secutus fuit Albe. Brun. in tract. de statu. art. 13. nu. 84. & in art. 10. nu. 14. in fi. nihilominus vlterius docendo de bono iure præfatorum hæredum, & de malo iure dictæ Cæliæ, dico ad successionem dictorum Mercurij & Aemilij circa dictam dotem maternam uocatum fuisse dictum Marcum Antonium eorum, & dictæ dictæ Cæliæ fratrem consanguineum in primo gradu ex parte patris, ut est dictum, tũc superuenientem per dictum statutum, similiter exclusa dicta Cælia, licet utrinque coniuncta, cum duret eadem causa finalis statu-
29 ti conseruandæ agnationis, † prout dicit Colleg. Perus. in cons. 210. col. 2. in uer. durante autem inter cons. Angeli posito. Et Dec. in cons. 627. nu. 6. & seq. & uoluit Bal. in l. maximũ uitium, nu. 15. C. de liber. præter. & quod admittatur ad dictam successionem frattum circa dictam dotem, & alias res dictus Marcus Antonius, exclusa dicta Cælia, licet utrinque coniuncta, vigore dicto statuti, uoluit Rom. in d. cons. 411. nu. 1 cum sequent. quẽ secutus fuit Ruin. in cons. 28. nu. 11. per totum, vol. 3. Brun. in d. tracta. de statu. art. 13. nu. 60. cum seq. Ias. in consil. 67. num. octauo, volum. 1. & in l. tres fratres, nu. 18. ff. de pact. latè Mantua. in d. cons. 86. in prin. nu. 1. & seq. & num. 18. uol. 1. Curt. iun. cons. 150. num. 2. uol. 2. Camp. qui dicit ita iudicatum fuisse in ciuitate Mãtuæ in tracta. de dote in 1. parte quæst. 47. in uer. mihi tamen, & in nostris decisionis terminis ita fuisse iudicatum in audientia Barensi casu valde discusso, dicit Viui. in decis. 469. per totum, & conclusiuè num. 5.
** cum sequen. lib. 3. & hanc esse magis communem opinionem testatur idem Viui. in Sylua, opin. 334. num. secundo, in uer. contrariam uero partem. lib. 1. & ita etiam in regio cons. iudicatum fuisse testatur Vrsill. ad Affl. in decis. 38. num. 11. in fi. in uer. & eadem causa.

Et sic remanet resolutum d. l. feminæ, §. 1. locum sibi non vindicare in casu nostro, stante dicto statuto gratia cõseruandæ agnationis facto, cum primo successerit in dicta dote Mercurius & Aemilius, & postea, cum illi obierint, dictus Marcus Antonius tanquã illorũ & dictæ Cæliæ frater consanguineus in primo gradu, & agnatus, & a statuto uocatus propriè & uerè, prout dicit Colleg. Perus. d. cons. 210. loco prædito. Et hãc esse cõ-
* munem opinionem dicit Paris. in cons. 16. nu. 24. uol. 3. succedendo tantum in usufru-
30 ctu eorum communis pater, † & ante illorum obitum, & post eũ superuiueret, & proprietas peruenerit ad dictos eius filios masculos a dicto statuto uocatos per l. 1. C. de bon. mater. & l. sancimus. et ibi Castren. et Salyc. C. commu. success. et l. cum oporteat C. de bonis quæ libe. prout latè in alijs allegationibus dixi. Et ista sufficiat me dixisse ad exclusionẽ d. Cęliæ circa per eam petita, et pro responsione ad dicta per informantẽ eiusdem Cæliæ minus breui manu, minus uera, et parum digesta.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Pensionem vt quis uigore rescripti Apostolici obtinere possit, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Gratijs suffragari, volens in vim literarum, debet contenta in literis probare.*

2 *Rescripto seu gratię si opponatur, quod contenta in illis*

in illis non sint vera, in expressis onus probandi incumbit impetranti, in tacitis opponenti.

3 *Rescripta ad instantia partis emanata, censentur habere clausulam, si preces veritate nitantur, vel si ita est.*

4 *Literæ pensionum gratiosę non prosunt pensionariis si sunt subreptitiæ.*

5 *Literæ reseruationis pensionis, de sty lo curiæ, regulantur prout literæ beneficiales.*

6 *Mandati fines diligenter seruandi sunt aliter &c. & num. 10.*

7 *Factum nedum contra formā mandati, sed etiam, preter, citra, vel vltra, est nullum ipso iure.*

8 *Mandatum est stricti iuris, & strictę interpretatur.*

9 *Mandatum factum ad vnum non transit ad aliud.*

11 *Regula cance llariæ sub rubr. de consen. in resignat. & & pensio. prohibet literas expediri nisi de consensu debentis soluere pensionem.*

CONSILIVM XV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VIsis actis super prætensis pēsionibus inter RR. DD. Dominicum de Bertis Rectorem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ loci de Soligo Cenetēsis diœcesis, Simeonē Riccium Rectorem parochialis Ecclesiæ eiusdem loci de Soligo; et Franciscum Tregistum Clericum Taruisinum agentes, quilibet tamen pro sua pensione ex una. Ac R. D. Hieronymum Longum de Tartio Rectorem parochialis Ecclesiæ loci de Lutrano eiusdem diœcesis Cenetensis, se defendentem parte ex altera. Ac visis literis Apostolicis super eisdem pēsionibus expeditis; dico breuiter me expediendo, quòd dictus R. Presbyter Hieronymus plebanus præfatæ Ecclesiæ Sancti Nicolai a petitis & prætensis pensionibus debet absolui, & liberari, cum narrata & expressa per dictos prætensos pensionarios in dictis literis ad tales reseruationes, & gratias obtinendas nō fuerint verificata, nec probata coram R. D. Vicario Illustrissimi & R cuerendissimi D. Episcopi Cenetensis, executore, prout illa verificari & probare tenebantur, si talibus gra-
1 tijs suffragari volebant † ad firmata per Abb. in capit. secundo, num. 3. de rescriptis vbi dicit, quod in rescripto emanato ad instantiam partis subintelligitur clausula; si vera narrata sunt in rescripto: & quod si opponatur narrata non esse uera, quod onus probandi incumbit impetranti. Et idem Abb. in cap. dudum, num. 8. in uer. quandoque & num. 9. de præsumpt. vbi similiter dicit, quod in expressis iu rescripto, seu gratia, si opponatur nō esse uera, qđ onus probādi
2 incumbit impetranti † in tacitis autem opponenti: quod prius voluit Ioan. Andr. in c. 1. num. 2. præsertim in uer. non esset absurdum, de lit. contest. in 6. quos secutus fuit Berou. in consilio 144. numero septimo, volumine 3.

Et propterea semper rescripta ad instantiam partis emanata, prout in casu nostro,
3 † censentur habere illam clausulam; si preces veritate nitantur, vel si ita est, vt est dictum, per tex. in d. c. 2. in §. verum. & ibi etiā Abb. num. 3. desuper relatus, de rescript. & Ioan. Andr. in præcitato loco in princip. de lit. contest. in 6. & Tholos. in enarrat. ad tit. de rescript. c. 50. num. 2. lib. 1. fo. mihi. 109.

Et quod dicti asserti pensionarij non verificauerint narrata, & expressa in dictis literis, & p pca assertæ literæ reseruationū pfatarū pēsionū sint subreptitiæ, & nullæ; cū nō possit negari Papæ falsū expresū fuisse, patet: nam in eisdē literis inter cætera fuerunt narrata, quæ erant probanda certis ex causis, præfatum R. D. Hieronymum Longum Plebanum præfatæ ecclesiæ Sancti Nicolai dubitare de uitibus suæ prouisionis & collationis ecclesiæ præfatæ per ordinariū factæ cum inde secutis: & quod propterea adhuc ecclesia præfata vacabat; & ideo qđ cupiebat de ea prouideri, prout a S. D. N. fuit prouisus reseruatis præfatis assertis pensionarijs dictis pensionibus; prout patet ex illis uerbis earundem literarum, videlicet,
„ tibi pensionem annuam liberam, immunem
„ & exemptam uiginti ducatorum monetæ
„ Venetæ ad rationem nouem Iuliorum, &
„ quatuor solidorum pro quolibet ducato su-
„ per parochiali ecclesia S. Nicolai loci de
„ Lutrano &c. Et in illis alijs subsequentibus
„ verbis, uidelicet, „ Ad hoc pro eo, quod nos,
„ & hodie dicto Hieronymo, cui antea, sicuti
„ pro eius parte nobis nuper exhibita petitio
„ continebat, dictam ecclesiam Sancti Nico-
„ lai, tunc per obitum q. Iosephi de Viduis
„ Rectoris dictæ ecclesię S. Nicolai extra Ro
„ manā Curiā de mense Septēbris anni Dñi
„ millesimi quingentesimi, nonagesimi defun
„ cti uacātē, nec antea dispositioni Apostolicę

" reseruatã,vel affectã,uenerabilis frater Epi-
" scopus Cenetensis ordinaria auctoritate cõ
" tulerat,& de illa etiam prouiderat,dubitan-
" di ex certis causis collationem, & prouisio-
" nem huiusmodi,& inde secuta quęcunq; ui
" ribus non subsistere, eandem ecclesiam ad-
" huc,ut præmittitur,uacantem sub certis mo
" do & forma conferri, & assignari per alias
" nostras literas mandauimus,prout in singu-
" lis literis prædictis plenius continetur, ex-
" pressus accessit cõsensus,& successores suos
" dictam ecclesiam S. Nicolai pro tempore
" quomodolibet obtinentes annis singulis
" pro una uidelicet in beati Ioannis Baptistę
" & altera medietatibus pẽsionis per present.
" reseruat. huiusmodi in Domini nostri Iesu
" Christi natiuitatis festiuitatibus in ciuita-
" te Cenetensi currere, nec aliter,alioquin
" præsens reseruatio nulla sit eo ipso,

Et tamen talis narratiua per eos non fuit verificata, prout nec uerificari potuit, cum dictus R. Hieronymus plebanus, ut supra nunquam dubitauerit, neque dubitet de ualiditate eius prouisionis auctoritate ordinaria de dicta parochiali, seruata forma Sacri Concilij Tridentini,fact.neque pro aliqua Papæ prouisione super dicta ecclesia suppli cari mandauit, imò simpliciter consensit reseruationibus dictarum pensionum, facta etiam narratione in mandato, quod iam tribus annis possidebat dictam ecclesiam Sancti Nicolai,prout constat eius mandato, de quo in actis;credens propterea Papam non esse concessurum tales pensiones, cum ecclesiã non vacantẽ,neq; ꝑ obitũ neq; ꝑ resi gnationem pensionibus grauare non soleat.

Et propterea dicta subreptione asserta rum literarum pensionum stante,cum simus in gratiosis, non est dubium illas corruere, & nullas esse dictas assertas reseruationes ipso iure: & sic minimè dictas assertas pensiones per dictum R.Plebanum assertis pen
4 sionarijs deberi † per Clemen.primam post prin.in illis uerbis,uidelicet gratia huiusmo di ueluti subreptitia nullius penitus est momẽti de prębẽn.c.ad audientiã el 2.& ibi latissimè Fel.sub nu.22.ubi de cõi, de rescriptis.& Bero,in conf.13. num.13.uol.1.& in cõs. 144.nu.4.uol.3.Veral.decis.7.nu.2. & decis.135.nu.4.par.1.ubi dicit in Rota fuisse tẽtũ.Et q͛d literę ad beneficia subreptitię ipso iure sint nullę,dicit, Abb.in c.cũ in nr̃is n.11,Ant.de But.n.5.Imol.n.6.de cõces.ꝑb,

Et quod de stylo Curiæ literę reseruatio nis pensionis regulentur,prout literæ bene-
5 ficiales, † dicit Giga.de pensio.q.vlt.nu.13

Et ideo si aliquod decretum,seu sententia fieret in uim assertarum literarũ subrepti tiarũ ad fauorẽ assertorũ pensionariorũ, & contra d. R. Plebanũ per R. D. Executorẽ, illis executionẽ dando, sic viribus non subsistentib. nullũ,seu nulla esset, & corrue ret cum toto processu, prout optimè firmat idẽ Giga.in d.q.vlt.no.14.Fely.in c. fin.nu. 39.& seq.de præsumpt.d.c. cum in nostris; & ibi Ant.de Butr.num.5. Abb.num. 11.& Imol.nu.6.de concess.præben.

Neq; aliquid obstaret si diceretur,quod Procurator præfati R. D. Hieronymi Plebani dictæ ecclesiæ S. Nicolai in positionibus assertarum pensionũ sub dictis narratiuis super fructibus dictæ ecclesiæ, & dictæ eius prouisionis per S.D.N.vt supra fact.cõ sensit: quia ad hoc respondetur per talem consensum dicto R. Plebano non fuisse factum aliquod præiudicium, cum ad hoc nõ haberet mandatum ab eo, prout ex tenore eiusdem mandati uideri põt,cum fines man
6 dati diligenter seruandi sint, † alias quod contra illius tenorem & formam facit Procurator, nullum & inualidum est, & domino non præiudicat l.diligenter,in princ.& l. si quis pro eo,ff.mandati.l.cum mandati, & ibi Bal.& Sal.C.eod.c. cum dilecta.in fi.de. rescrip.c.cum olim,§.quia uero,de offic.de-leg.c.perpetuas,de arbitr.Soc. iun. in cons. 22.nu.14.uol.3.Nouizza.cons.70.num.7. Mazzol.in cons.98.nu.1.Bursat.cons.395. nu.12.in uer.secundo nu.4.& Dec.in cons. 77.nu.1.ubi dicit hanc esse communem regulam,et quod nullum sit ipso iure,quod fit a procuratore nedum contra formam man-
7 dati, sed etiam illud, † quod factũ est,præter,citra,uel ultra mãdatum, firmat expresse Soc.iun.d. cons.22.num.14.et seq.quod prius uoluit Abb.in c.Pisanis,nu.5. de rest. spoliat. Bursat.d.cons.395.nu.14.uol.4. Et uoluit idem Mazzol.dicto consil. 98.nu.3. ubi etiam dicit num. 2. ex auctoritate Diui Ambrosij,quod nihil iungere possumus mãdato, cuius forma pura seruanda est, et si quid ei addatur, uel detrahatur,quod uidetur mandati prçuaricatio,nec mirũ,cum ma
8 datum sit stricti iuris, † et strictè interpretetur sm omnes;prout dicit idẽ Mazzol. in d. cõs.98.n.2.9 prius dixit Crot.in repe.l.oẽs

populi,

populi sui numi §. 6. in ver. & 1. ff. de iustit.
& iur. & voluit Rom. in conf. 3. nu. 6. &
seq. vbi adducit etiam exempla. & in consil.
9 461. nu. 6. & hinc est, quod † mandatum fa-
ctum ad vnum non transit ad aliud, prout
dicit Corn. in conf. 193. & seq. vol. 4. quem
secutus fuit Paris. in conf. 47. nu. 87. & seq.
vol. 1. Et dixit Bursat. d. conf. nu. 13. in fi. Et
ideo dixit idem Bursat. in d. consil. 395. sub
nu. 23. in ver. similiter tenuisse Rot. quod si
procurator datus ad resignandum, reserua-
ta D. Constituenti annua pensione soluen-
da etiam literis nō expeditis, sed ad solam,
vt aiunt, supplicationem, non potest libere
assentire resignationi, quæ dicitur nulla, si
omittantur in supplicatione verba illa, lite-
ris non expeditis.

Et quod ad vnguem forma mandati ser-
uād. sit, alias corruit, quod geritur per pro-
10 curatore, † tenet etiam idem Bursat. in alle-
gato conf. 395. sub num. 13. cum allegatis
per eum; vbi etiam adducit a num. 15. vsq;
ad nu. 33. plura exempla demonstrantia re-
strinctionem mandatorum, & non extendi;
prout etiam quā plura similia exempla ad-
ducit etiam Flam. Paris. in tract. de resignat.
Benef. lib. 9. q. 17. à nu. 9. vsq; ad 15. tom. 2.

Et sic cum defecerit mandatum dicto
Procuratori ad consentiendum assertis pen
sionibus, & prouisioni desuper dictis, nō est
dubium expeditas fuisse dictas literas reser
uationum absque consensu dicti Reueren-
di Plebani, & nullas & inualidas fuisse, &
11 esse per regulam Cancellariæ † S. D. N.
Papæ sub rubr. de consensu in resignationi-
» bus, & pēsionibus in fi. vbi Papa dicit, Nec
» literæ reseruationis uel assignationis, etiam
» motu proprio cuiusuis pensionis annuæ su-
» per alicuius beneficii fructibus expediri
possint, nisi de consensu illius, qui pensionē
persoluere tunc habebit. De qua regula me
minit etiam Bursat. in d. conf. nu. 28. Et ista
sufficiant ad demonstrandum præfatam ec-
clesiam Sancti Nicolai pensionibus præten
sis non esse grauatam, sed immunem, prout
literæ eiusdem R. Plebani suæ prouisionis
per Ordinarium factæ, demōstrant, & sic ip
sum ad illas prosoluendas assertis pensiona-
riis non teneri: & cum prædicti asserti pēsio
narii adhuc taceant, lis sub iudice est.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Impugnatur sententia excommu-
nicationis lata ob non solutionem
pensionis, ex pluribus, prout in
consilio.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, & non alias, posita in reseruatione pensio-
nis, quid operetur.*
2 *Dictio dummodo facit conditionem.*
3 *Potestas executori tradita sub certa forma, transgre-
di non debet.*
4 *Conditio denotat causam finalem, qua cessante cessat
illius dispositio.*
5 *Conditio non purificata nihil ponit in esse.*
6 *Mandati fines diligenter seruandi sunt, & factum
vltra est nullum.*
7 *Executor ad quid teneatur.*
8 *Gratia Papæ etiam motu proprio facta est nulla ip-
so iure, quando adest defectus consensus.*
9 *Gratia conditionalis est adeo imperfecta, vt nec bene
ficium afficiat.*
10 *Facere sub conditione quæ deficiat, & non facere pa
ria sunt.*
11 *Conditio retinet omnia in suspenso, qua non impleta
dispositio est imperfecta ad differentiā modi actui
adiecti, & ibi quid sit modus.*
12 *Verba sub modo prolata an inducant conditionem
vel modum ex ordinatione faciendi cognoscitur.*
13 *Conditionis effectus qualis sit.*
14 *Actore non probante reus est absoluendus.*
15 *Conditionis purificatio quod sit duobus testibus pro-
banda.*
16 *Negatiua dificientis probationis probari solet ex
inspectione processus.*
17 *Pensiones, quæ ex mero partium consensu promit-
tuntur, & soluuntur sine authoritate superioris,
sunt illicitæ, & a iure reprobatæ.*
18 *Pensio vt sit licita quid requiratur.*
19 *Papa in beneficialibus habet omnimodam potesta-
tem, & in eis est illi pro ratione voluntas.*
20 *Concilium Tridentinum quid disponat circa pensio-
nes super beneficiis imponendas.*

CONSILIVM XVI.

*Spiritus sancti gratia os aperiat, & il-
luminet intellectum.*

IN causa Vallotta sententia ex-
communicationis lata per Re-
uerendum Vicarium Episco-
pi Vincentin. iudicem exe-
cutorem contra R. Presbyterum Marcum
Landum Vallottum Resignatarium, & as-
sertum pensionarium; ex quo non soluit pē-
sionem, de qua agitur, sexaginta ducatorum

de Camera super fructibus Parochialis Ec-
clesiæ S. Stephani de Vincentia reseruata
Reuerendo Presbytero Hieronymo Pisa-
no resignanti, ad cuius fauorem reseruata
fuit dicta pensio; prout constat literis Apo-
stolicis processu fol. 4. est nullá ipso iure, tã
quam lata contra formam mandati Aposto
lici, vel illa non seruata, cum d. pensio non
fuerit simpliciter reseruata ad fauorem d.
Hieronymi resignantis, sed sub conditione,
dommodo centum ducati liberi annuatim
remaneant pro illius Rectore, & non alias,
per hæc verba videlicet,, Earundem tamen
præsentiũ uigore, nec aliàs, alioquin præ-
sens reseruatio nulla sit eo ipso. Et dummo-
do ex fructibus dictæ ecclesiæ centũ ducati
liberi pro illius Rectore pro tempore existẽ
te annuatim remaneant integre persoluen-
di Apostolica authoritate tenore earundem
præsentium reseruamus, cõstituimus, & assi-
1 gnamus. Cũ illa clausula, & nõ alias, † ope
retur, vt dicta reseruatio sit conditionalis, &
nihil videatur actũ, nisi purificetur conditio
ad dicta per Rebuf. in cons. 75. col. 2. in uer.
maximè, prout ẽt. Et quod dicta dictio dum
2 modo, † faciat conditionẽ, est tex. in c. fi. de
translat. episc. c. ex tuarũ, & ibi Io. Andr. nu.
7. & Card. in prin. in 3. nota. de Auth. & vsu
Pal. vbi dicunt dictã dictionẽ, dũmodo, im-
portare conditionẽ; & oportere illud existe
re. Quos latè secutus fuit Cur. sen. in consil.
73. nu. 8. & ꝙ dicta verba, du mmodo rema
neant centũ liberi pro Rectore, importent
conditionẽ, & conditio formam substantia
lẽ mãdati, q̃ omissa vitiet actũ in nostris ter-
minis reseruatę pẽsionis, firmat Rota nouis-
sima decis. 160. nu. 2. lib. 3. & Cassad. decis.
10. per totũ præsertim in prin. ubi dicit ita
determinasse signaturã, & n. 8. et facit opti-
mè Gomes. in comp. signat. in vet. cõfirma-
tur, & seq. fol. mihi 530. & seq. cũ qua con-
cordat gl. in c. si pro te in uer. assensus de re-
scrip. in 6. vbi dicit, qđ qñ potestas est sub
3 certa forma tradita executori, † potestas il-
la trãsgredi nõ põt per c. cui de non, in fi. de
pręben. eo, & quod cõditio denotet formã;
qua non impleta actus ipso iure nullus sit,
dicit Ripa in l. si quis bona, num. 13. ff. de pi
gnor. & hypoth. quod confirmatur, quia cõ-
4 ditio † ẽt denotat cãm finalẽ, qua cessante,
cessat illius dispositio, prout dicit idẽ Ripa
in præcitato loco per authoritates per eũ ad
5 ductas: & quod conditio † non purificata ni
hil ponat in esse dicit idẽ Ripa respon. 185.
nu. 1. in fi. & seq. & respon. 7. nu. 5. lib. 1. ad
idemq; Rebuf. in cons. 124. in col. 3. in uer.
itẽ fines, ubi dicit, ꝙ cũ fines mandati diligẽ
ter seruãdi sint; ideo illud, quod fit ultra mã
6 datũ, † nullũ est, per l. diligenter ff. mandat.
& c. cũ dilecta, & ibi gl. de rescript. & pro-
pterea nõ potuit d. executor deuenire ad di
ctã sñiam excõmunicationis cõtra dictũ as-
serũt pẽsionariũ, etsi dictã pẽsionẽ soluere re
cusauit, & recusat: ex quo eidẽ executori nõ
constitit, prout nec hodie constat, quod de-
ductis cẽtũ pro dicto Rectore de fructibus
dictæ ecclesiæ, remaneant soluendi ẽt dicti
ducati 60. eidẽ Hieronymo asserto pensio-
nario, prout necesse erat & est, antea consta
re, & remanere ꝑ ꝑ formã mandati dictarũ
literarũ, & Papę voluntatẽ, de qua expressè
constat ex illis uerbis literarũ, uidelicet, alio
quin pręsens reseruatio nulla sit eo ipso &c.
cum iurisdictio exequendi d. executori fue-
rit data sub conditione præfata: & sic nõ est
7 merus executor, † cum tunc teneatur om-
nino parere mandanti, ad dicta per Bald. in
cons. 341. nu. 6. vol. 4. & Gemi. in cons. 109
ꝑ totũ; sed est executor, cũ insit iurisdictio
in cognoscẽdo de cõditione prædicta in di-
ctis literis apposita, prout dicit idẽ Bal. in d.
cõs. 341. nu. 6. & Ideo, ꝙ ante illius purifica
tionẽ per eũ gestũ fuit, nullũ est, prout tenet
Rota, teste Puteo decis. 283. in princ. lib. 2.
quẽ secutus fuit Paris. de Resignat. benefici
d. q. 3. num. 28. & seq. lib. 1. & dixit ẽt Rota
nouiss. in decis. 451. n. 1. & 6. par. 1. qđ gratia
8 † Papæ ẽt motu proprio facta est nulla ipso
iure, qñ adest defectus cõsensus, prout in ca
su nrõ, dicta cõditione non purificata, ut est
dictũ, nec mirũ, cũ gratia cõditionalis sit im
perfecta, & eius effectus sit in suspẽso per c.
si pro te; & ibi Doct. de rescript. in 6. & ibi
gl. vbi dicit ꝑ pẽa mandatũ cõditionale an-
te conditionẽ existẽtẽ consensũ non ha-
bere, & Menoch. in conf. 38. nu. 15. & 16.
9 vol. 1. ubi dicit gratiã † condionalẽ adeo es-
se imperfectã, ut nec beneficiũ afficiat. quod
ante eũ dixit Paris. plures decis. Rotæ citã-
do in cons. 82. nu. 7. uol. 4. ubi dicit propte-
rea qđ pendẽte conditione posita in gratia,
si alius obtinet secundã gratiã de eodẽ bene
ficio pure, illa secunda pura prævalet primę
conditionali; & secundus præfertur primo;
dato ꝙ postmodum veniat conditio per di-
ctum tex. in dicto cap. si pro te de rescript.
in 6.

in 6.& alijs authoritatibus per eum addu-
ctis. Et quod sit talis gratia conditionalis
imperfecta & in suspenso, dicit etiam idem
Menoch.in cons.105.num.86.eo. uol. 1.
* Et hanc esse communem opinionem dixit
nouissimè Flam.Paris. de resignat. benefic.
lib.1.d.quæst.3.num.23. vbi etiam per tres
columnas tractat de effectu conditionis. Et
propterea dixit eadem Rota nouissima in
decis.47. par.1. non solum expressam & ta-
citam conditionem suspendere, sed etiam
quod paria sint aliquid non fieri, uel fieri
10 † sub conditione, quæ deficiat. & idem
Flam.Paris.dicto loco num.32.cum condi-
tio substantiam ipsam suspendat, prout di-
cit idem Menoch.d.cons.& num. 86. per l.
cedere diem.ff.de uerborum signifi. & dicit
Imol.in l.hæreditas ex die.num.9.& seq.ff.
de hæredib. instit. & ideo dixit Aretin. in
cons.11. num.2. in princ. contractum con-
ditionalem non esse cõtractum; cum natu-
ra cõditionis ea sit, vt antequam adimplea-
tur, seu purificetur, nihil ponat in esse,& in
totum suspendat quemlibet actum condi-
tionalem in euentu, vel defectu speratæ
conditionis; prout latè dicit Paris. in cons.
19.num.45.cum seq.vol.2. Flami. Paris. d.
3.quæst.num.20.Corne. latè in cons. 227.
num.5.uol.4.Socin.iun.in cons.1.num.33.
vol.1.Menoch.cons.63. num.28. uol.1.&
& in cons.78.num.14.eod.vol. vbi dicit ad
differentiam modi actui adiecti, † condi-
11 tionem omnia retinere in suspenso, & illa
nõ impleta dispositionem esse imperfectã;
modum aũt dicit esse moderationem quan-
dam dispositioni adiectam; cum qui hono-
ratur aggrauan. in tẽpus dispositionis per-
fectæ. Quod ante eum dixit Bar. in l. qui-
bus diebus.§.Termilius.num.1.ff.de cond.
& demonst.& Bart.in d.distinc. Modernos
sequi dicit ibidem Soc.sen.num.7.& 8. vbi
similiter tractat de effectu conditionis, &
modi.& in fi.eiusdem nu.8. dicit, quòd est
quædam similitudo inter modum & condi-
tionem, quia sicut modo non impleto infir-
matur legatum; ita quando conditio defi-
cit, seu non impletur, illud euanescit à prin-
cipio;& ideo dicit aliquando modum con-
ditionem appellari.per c.uerum, & ibi Ca-
nonistæ, de condit. apposit. Et quod uerba
12 † sub modo prolata an inducant conditio-
nem, uel modum, ex ordinatione facien-
di cognoscantur, dicit Bald. in cons. 219.
num.5.vol.2.vbi dicit, quod si ordo verbo-
rum est, quod prius mandetur executioni
dispositum principale, quam onus facit mo
dum; sed si est ordo conuersus, facit condi-
tionem, vt cum dico, lego tibi decem, vt cũ
nauis ex Asia venerit, quia consensus deest,
nisi nauis veniat. per l.nõ solum. ff.de actio.
& oblig.& idem Bal.in c.dudum.el 2.num.
45.de elect. ubi dicit, quod modus debet
impleri per uiam compulsionis, si expediat
domino; sed cõditio debet impleri per mo-
dum exclusionis, idest, si non impletur, ex-
cluditur quis ab initio & exordio contra-
ctus per iura, quę allegat.& propterea dixit
Corne.in cons.192.num.5.uol.2.quod cõ-
ditio habet se ad esse,& non esse.
Et quod effectus conditionis ille sit, ut
13 illa pendente faciat omnem † obligationẽ
cessare, tanquam consensu deficiente. dicit
text.in c.1.§.fi.de sponsal.in 6. & Gozzad.
in cons.1.num.40. Et quòd conditio pen-
dens, seu non adimpleta, uel uerificata fa-
ciat omnem obligationem cessare, cum ni-
hil interim debeatur: & quod quis propte-
rea, cum nulla obligatio sit orta, in mora cir
ca promissum constitui non possit, neq; con
ueniri, per plura iura, firmat Petr. de Anch.
in cons.181.num.2. Et quod obligatio nõ
oriatur pendente conditione, cum nihil in-
tersit, an quis non sit debitor, an sit sub con-
ditione, cum debitum sub conditione pro-
priè debitum non dicatur; cum natura con-
ditionis ita suspẽdat debitum, ut ante illius
euentum nullus resultet effectus; & illa de-
ficiente in contractu apposita perinde sit, ac
si nunquam ille contractus fuisset celebra-
tus, dicit similiter per plura iura, quæ alle-
gat Purpur.in cons.447. num.34. cum seq.
uol.2. Et sic remanet resolutum per supra-
dicta dictam sententiam excommunica-
tionis fuisse & esse ipso iure nullam, tanquã
latam contra expressam mentem Papæ &
formam mandati literarum; cum coram eo
non fuerit uerificata; prout in primis & an-
te omnia erat verificanda quãtitas fructuũ
dictæ Ecclesiæ ad hoc, ut videre posset, an
remanerent centum ducati liberi pro dicto
titulari, detracta de eis dicta pensione duc.
66. pro Pensionario sub dicta conditione
assignata, & non alias: alioquin uoluit D.
N. eo ipso reseruationem dictæ pensionis
nullam esse per supradicta.
Et quod aliqua probatio circa quanti-
tatem

tatem fructuum dictæ Ecclesiæ non fuerit facta per dictum assertum pensionarium, prout facere tenebatur coram dicto executore, si pensionem consequi volebat, cum pro illa habenda ipse agat, & regula sit, quod pro parte actoris, seu illius, qui actoris locum tenet, faciendæ sint probationes, adeo
14 quod si nihil probauerit, absoluendus † sit reus, quod dicit Corne. in cons. 195. nu. 6. uol. 3. & in terminis uoluit Flam. Parif. dicta quæst. 3. num. 4. ubi dicit, quod asserens conditionem esse purificatam, debet probare purificationem, cum sit fundamentum suæ intentionis, prout dicit etiam Corne. in consi. 92. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. nu. 33. & latè per plura iura, & authoritates, cum sit quid facti, dicit Mascar. de probat. conclus. 343. præsertim nu. 4. cum seq. & quod conditio respiciat factum merum, dicit Cephal. in cons. 46. num. 44. in princ. uol. 1. & esse probandam duobus
15 testibus purificationem conditionis † dicit Corne. in cons. 92. num. 1. in ver. item sufficit. uol. 1. ad quod facit Prob. in additio. ad Ioan. Monach. in c. ordinarij, num. 35. de offic. ordin. in 6. ubi dicit, quod in beneficialibus quilibet est actor, & reus.

Et quod de fructibus & redditibus dictæ Ecclesiæ aliquid non fuerit probatum per dictum assertum Pensionarium, patet ex inspectione processus facti coram dicto exe-
16 cutore, cum sic talis negatiua † deficientis probationis probari soleat, ad dicta per Iacob. Butrig. in l. 2. C. de error. aduoc. Abb. in cons. 92. num. 3. uol. 1. Cephal. cons. 250. num. 3. uol. 2. Purpur. in cons. 524. num. 10. uol. 2. latè Franc. Herculan. in tract. de negat. proban. sub num. 176. & seq. tract. tom. 4. fol. 21. Menoch. in consil. 199. num. 3. uolum. 2. et latè Surd. in cons. 35. numero 14. uolum.

Neque aliquid obstat, etsi dicatur, quod dictus titularis præstiterit consensum dictæ reseruationis, & propterea quod non uideatur posse resilire in dubium dicta solutio pensionis propter dictum eius consensum. Quia ad hoc respondetur, illicitas, ac à iure
17 reprobatas esse pensiones, † quæ sine authoritate superioris, ex nudo partium consensu promittuntur, & à promittente soluuntur, per tex. apertum in Clem. 1. & eadem, & ibi Card. num. 2. de supplen. neglig. prælat. ubi tex. expresse prohibet super beneficijs ecclesiasticis nouas pensiones imponi, aut ueteres augeri, & illas de nouo sic de facto impositas, aut auctas exigi. & est alius contex. in c. nisi essent. §. quia igitur. in illis uerbis, non quidem pactione partium, & ibi glo. in uer. ex iussione. de præben. refert, & sequitur Giga. de pensio. quæst. 5. nu. 1. & idem Giga. in quæst. 34. num. 9. vbi dicit,
18 quoad hoc, vt pensio † sit licita requiritur, quod constituatur de uoluntate Papæ, seu alterius ad id authoritatem habentis, & quod ex causa fiat, & de consensu Rectoris beneficij grauati: & sic consensus Rectoris sine consensu Papæ nihil operatur; & cum
19 Papa † in beneficialibus habeat omnimodam potestatem, & in his est illi pro ratione uoluntas, prout dicit glo. in c. si gratiose. in uer. à Romano, & ibi Domini. num. 16. de rescript. in 6. & dicit Giga. de pensio. q. 6. num. 10. in princ. & Felyn. in c. quæ in ecclesiarum, num. 40. & sequen. de constit. assignauerit que prædictam pensionem super fructibus dictæ Ecclesiæ sancti Stephani; dummodo centum ducati similes liberi remaneant pro illius Rectore, & non aliàs, & sic sub conditione purificanda per pensionarium, alioquin uoluit eo ipso nullam esse dictam reseruationem, nec est dubitandum est, aliter conditione supradicta non verificata illam persolui non debere: quia & sacrum Concil. Trident. si non remaneant centum ducati ex fructibus Parochialis Ecclesiæ 21
secundum communem æstimationem pro
20 Rectore, † illas pensionibus grauari expressè prohibeat, per cap. 13. §. ad hæc in posterum. Sess. 24. de reform. Et ista sufficiant ad exclusionem dicti asserti Pensionarij, conditione per eum non uerificata, & pro bono iure dicti titularis, cuius consensus regulatus fuit à Papæ uoluntate per supradicta; cum talem pensionem non purè, sed sub conditione uerificanda reseruauit, & non aliàs; & hæc satis sit me dixisse. Et fuit obtentum in causa mandari ad vlteriora procedi, retardata solutione assertæ pensionis.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Feudalis materia pro masculis ad exclusionem fœminarum exactissime tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Consultorem breuitati studere decet.*
2 *Pars in unoquoque actu præiudiciali citari debet.*
3 *Citatio partis est necessaria, ubi actus exigit causæ cognitionem.*
4 *Lex non damnat nec punit absentem non citatum.*
5 *Sententia lata parte non citata ubi potest competere aliqua defensio est nulla.*
6 *Citatio est inducta de iure naturali, & concernit defensionem.*
7 *Possessor etiam iniustus est citandus.*
8 *Ius quando petitur in aliqua re citandi sunt illi, quos negotium tangit.*
9 *Citari debet pars etiam in sententia principis, alias sententia non valet, & potest opponi de nullitate, & numero 10.*
11 *Princeps iuri naturali & diuino est suppositus.*
12 *Citari debet is cuius interest, nedum in iudicialibus, sed & in extraiudicialibus.*
13 *Feudi dominus est iudex in causa feudali tam in petitorio, quam in possessorio.*
14 *Pares curiæ sunt eligendi in causa inter dominum & uasallos.*
15 *Sententia declaratoria, & partis citatio requiritur super feudi priuatione.*
16 *Libellus dari, & lis contestari debet in causis feudalibus.*
17 *Iudex factum improuide debet ralaxare sine citatione.*
18 *Inuestituræ tenor inspiciendus est ad cognoscendam qualitatem feudi.*
19 *Feudorum genera tria esse proponuntur.*
20 *Feudū acquisitum ex pacto & prouidentia quid sit.*
21 *Feudo mixto succedere uolens quæ requisita habere debeat.*
22 *Feudum hæreditarium ad quos deuoluatur, & transeat.*
23 *Inuestituræ primæ tenor attenditur in feudis.*
24 *Feudum concessum pro se, & successoribus suis masculis & fœminis, cui deferatur.*
25 *Feudum hæreditariū uenit in petitione hæreditatis.*
26 *Feudum hæreditarium mixtum potest relinqui per uasallū in testamento uni ex comprehensis in inuestitura.*
27 *Dicens se esse talem debet hoc probare.*
28 *Negatiua, quod quis aliquid non probauerit, ex processu probari solet.*
29 *Mulieres Venetijs quantum pro dote habere possint.*
30 *Fœminæ quādo & quomodo ad feudum uocatæ censeantur.*

CONSILIVM XVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa Contarena feudali. Visis ac diligenter per me discussis processu & iuribus in huiusmodi causa factis, & productis: ac studēdo breuitati, pro-
1 ut consultorem decet; † sicut dicit Dec. in cons. 534. in princ. Mihi videtur dicendū inuestituras per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Episcopum Paduan. in personas clarissimarum DD. Agnesinæ & Lucretiæ filiarum q. clarissimi D. Petri Contareno q. clarissimi D. Iacobi & litis consort. fact. de quibus cōstat in processu B. fol. 39. & seq. fuisse & esse nullas & inualidas, tum respectu citationis, tum ex capite iniustitiæ: Et propterea clarissimam D. Ceciliam similiter Contareno q. clarissimi D. Hieronymi filij dicti q. clarissimi D. Petri, q. clarissimi D. Iacobi Contareno, ac vxorem clarissimi D. Bertucij similiter Contareno debere obtinere secundum per eam petita ex infra dicendis.

Et quoad primum, quod dicta asserta inuestitura fuerit, & sit nulla, patet: Nam licet pro parte præfatæ clarissimæ D. Ceciliæ fuerit comparitum coram eodem Illustrissimo & Reuerendissimo D. Episcopo, seu illius generali Vicario etiam ad causas feudales iudice, & commissario specialiter per eundem Episcopum deputato; ac petitum eandem clarissimam D. Ceciliam ob mortem q. clarissimi D. Ioannis Baptistæ Contareni eius patrui, ac fratris prædicti q. clarissimi D. Hieronymi eius patris, quorum vniuersalis est hæres, inuestiri de dicto feudo decimali possesso per dictum q. clarissimum D. Ioannem Baptistam tempore sui obitus vltimum de linea masculina, de quo aliàs vltimo loco inuestitus fuit dictus q. clarissimus D. Iacobus pater dicti q. clarissimi D. Petri, similiter patris dicti q. clarissimi D. Hieronymi eius patris, ac dicti q. clarissimi D. Ioannis Baptistæ eius patrui, prout constat regesto fol. 218. producendo etiam arborem descendentiæ ad effectum prædictum; quæ omnia licet fuerint admissa per dictum Vicarium; ac in sequenti instantia

etiam

etiam petitum similiter suo nomine terminum assignari ad articulandum pro uerificandis narratis & contentis in eisdem arbore & instantijs, ut obtinere valeret dictā inuestituram, attento quod præfatum feudum sit hæreditarium mixtum, & ipsa propterea debeat de eo inuestiri, exclusis supradictis clarissimis DD. Agnesina & Lucretia, ac litis consort. cum non habuerint, neq; habeant hanc qualitatem hæredis requisitam pro feudo præfato obtinendo, ut infra dicetur; tamen idem Illustrissimus D. Episcopus nulliter, & de facto, non uocata, nec citata dicta clarissima D. Cęcilia ad instanniam dictarum aduersariarum, mediantibus earum procuratoribus; de qua instantia, & mandatis constat dicto regesto B. fol. 39. & fol. 15. & seq. easdē clarissimas DD. aduersarias suis portionib⁹ inuestiuit; prout in eadem inuestitura continetur, de qua dicto regesto B. fol. 39. & seq. sic ante causę cognitionem & sententiam proferendo inter partes prætendentes; & exequendo cōtra dictam clarissimam D. Cęciliam, & ad fauorē dictarum clarissimarum aduersariarum à dicto integro feudo exclusit, quod minime facere potuit, aut potest; cum in iure trita sit regula; Quod in unoquoque actu
2 præiudiciali debeat pars † citari, præsertim cum in casu nostro prius in iudicio comparuerit, & notorie constaret de suo prætenso iure, ut est dictum, aliàs nō ualet, quod agitur, prout firmat Marsil. in repetit. l. de unoquoque num. 11. ff. de re iud. per illam legē, cum qua concordat l. nam ita diuus. ff. de adoptio. ubi Vulpianus dicit illos esse uocandos, qui lęderentur ob confirmationem adoptionis, & ibi latè glo. in l. fi. in princip. & ibi glo. in uerf. communis, C. de legib. c. cum olim, de testib. cap. 1. de cau. possess. & proprie. ubi Papa de se ipso dicit, inaudita parte nihil posse diffiniri. clem. Pastoralis, de re iud. ad idemque c. Romana §. sententias, de appell. in 6. & c. constitutionem. eo. in 6. Et quod ubi geritur actus, in quo exigitur causæ cognitio, prout in casu nostro; cum quælibet præfatarum partium prætendat in dicto feudo, tanquam ad illud per antecedentes inuestituras uocat. succede-
3 re, ibi necessaria sit partis citatio, † habemus l. nec quicquam. §. ubi decretum, & ibi glo. ff. de offic. procons. & legat. l. fi. C. si per uim, uel alio modo. Specul. in tit. de secundo decreto. §. nūc dicamus. nu. 1. post prin. in uer. & ubi desideratur. & Soc. sen. in cōsi. 12. num. 6. in princip. uol. 1. Et quod in his, quæ parant magnum præiudicium, & requiritur causæ cognitio, procedi nō possit parte nō citata, tenet latè Gabriel. in suis conclus. in tit. de citatione. conclus. 1. num. 347. & 348.

Et non solum est citādus quis semel, sed etiam ad quemlibet actum, in quo de ipsius præiudicio agitur, uel quem posset impedire ne fieret. per c. omnia. 3. q. 9. ubi tex. dicit „ Omnia, quæ aduersus absentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut iudicantur om-
4 nino euacuentur, quoniam absentem † nullum punit, nec ulla lex damnat. c. in nostra, & ibi glo. fi. de procur. & late Soc. d. consi. 12. nu. 6. post princ. in uers. non solum. cum allegatis per eum. uol. 1. Imò licet dici soleat, quod in notorijs nō requiritur citatio; & quod in absentia sine alia citatione procedi tur, si possit de facto liquide constare sine alia discussione, & indagine facienda; prout latè dicunt Abb. Marsil. & Gabriel. statim allegandi; tamen hoc non procedit, cum aliqua defensio potest cōpetere, quia
5 tunc citatio † est facienda, aliàs sententia est nulla, prout latè dicit Abb. in cap. cum olim. nu. 22. & seq. de re iud. latissime Marsil. in d. l. de unoquoque. num. 12. ff. eod. & Gabriel. in suis cōclus. sub tit. de citatione. conclus. 1. num. 2. in fi. 3. & num. 4. & 5. Et quod iniquissimum sit absentem inauditum condemnare, dicit Petr. de Ancha. in consi. 309. num. 2. glo. pen. in cap. lator, de re iud. ubi similiter dicit, sententiam contrà absentem non citatum prolatam in quocunq; iudicio nullam esse, quod procedit siue iuris ordine seruato procedatur, siue sit talis iudex, qui procedere possit summariè, & de plano sine strepitu & figura iudicij, aut de facto sine ulla iuris substantia, & solemnitate seruata, cum tūc manu regia dicatur
6 posse procedi, cum citatio † sit inducta de iure naturali, & defensionem concernat, prout dicit latè idem Soc. sen. in d. consi. 12. num. 6. per iura per eum allegata, vol. 1. Et quod videatur ipsum Deum induxisse citationem, & causæ cognitionem dicit Abb. in d. c. cum olim, num. 26. de re iud. & prædicta etiam procedunt, siue agatur de proprietate, siue de possessione, quoniam possessor nullo modo priuari debet sua possessione;

ſionē; prout priuata fuiſſet dicta clariſſima
D. Cęcilia, ſi a dictis inueſtituris non appel
laſſet, & de illarum iniuſtitia & nullitate di
xiſſet, niſi citetur, etiam ſi ſit iniuſtus poſſeſ-
7 ſor, † firmat idem Soc. d. conſ. 12. num. 6. in
uer. item prædicta theorica, per text. in c. li-
cet. de præben. in 6. c. inter quatuor. de ma-
ioritate & obed. l. fin. C. de edic. diui Adri.
tollend.

Et quod in præiudicium poſſeſſoris ni-
hil poſſit agi, neq; de ſua poſſeſſione amo-
ueri, etiamſi de facto poſſideat, niſi ipſo ci-
tato, tenet optimè Bal. in l. ſi deſerta. omni-
no uiden. & ibi in addit. Barbat. C. ſi pro-
pter public. penſitatio. & quod ſine cauſæ
cognitione nemini ſit auferenda poſſeſſio,
tenet Innoc. relat. à Bal. in d. loco. in c. inter
quatuor, num. 2. & ibi etiam ſubdit num. 3.
8 quod quando petitur ius † in aliqua re, illi
vocari debent, quos res tangit, de maior. &
obedien. & ibi etiam Bal. in princ. vbi dicit
poſſeſſore non uocato, nihil eſſe innouan-
dum. & num. 4. ubi ſubdit libellum eſſe dan
dum cõtra poſſeſſorem. ad idem, idem Bal.
in l. ſi maritus, num. 2. C. de donat. inter vir.
& vxor. ubi dicit in d. l. eſſe caſum, quod li-
cet aliquis clericus committat aliquod de-
lictum, propter quod ueniat deponendus,
uel ſi fiat depoſitio ipſo facto, tamen nõ de-
bet ſpoliari beneficio per uim, ſed debet
ſpoliari cauſa cognita. Et quod ſine cauſę
cognitione aliquid non ſit auferendum ali-
cui de eo, quod poſſidet, præcipit tex. in c. j.
in fi. 12. q. 5.

Quod habet locum nõ ſolum in inferio-
re à Principe; ſed etiam in proceſſu ab eo-
demmet Principe facto. per tex. in d. Clem.
paſtoralis. de re iud. l. fi. & ibi glo. 2. & Bald.
num. 2. & ſeq. C. de legib. ubi dicit, quod
9 licet Princeps † non teneatur ſeruare ordi-
nem iudiciorum in procedendo, prout no-
tat Innoc. in c. in cauſis, de re iudi. quod ni-
hilominus pars debet citari, alias non ualet
ſententia Principis, & poteſt opponi de nul
litate per illum tex. cum dicta gl. ſubdendo,
quod ideo pars eſt citanda, ut poſſit ſe de-
fendere; quæ defenſio cum ſit de iure gen-
tium, ſeu naturali. auferri non poteſt. per d.
Clem. paſtoralis deſuper allegatam, & per
alia iura, quę ipſe allegat, quod etiam com-
probat, dicendo, quod coram Principe re-
quiritur examinatio, & uentilatio ueritatis.
Et quòd inquiſitio ueritatis eſt de iure gẽ-
tium, & ideo quod licet Princeps nõ tenea-
tur ſeruare ſolennitates legales; tamen di-
cit non debere deeſſe obſeruantiam iuris
gentium, cum pertineat ad naturalem ęqui-
tatem. & Bal. ſequutus fuit Abb. in dicto c.
cum olim. num. 25. & 26. de re iud. & ideo
dixit Papa de ſe ipſo in c. 1. de cau. poſſeſſ.
& proprie. (vt eſt dictum) quod parte inau-
dita nihil poſſit diffiniri, & ibi etiam glo. fi.
in fi. vbi dicit contra abſentes non citatos,
non confeſſos, non conuictos, nihil poſſe
diffiniri. & idem dicit Petr. de Anchar. in
conſ. 353. num. 2. & ideo dixit etiam Abb.
in c. cum inter R. de elect. quod nõ eſt prę-
ſumendum pro ſententia Principis, ſi proce
dit parte non uocata, & eius defenſionẽ nõ
10 admiſſa. Et quod ſententia † Principis li-
cet lata contra ſubiectum ſit nulla abſq; ci-
tatione, & cauſæ cognitione, dicit idẽ Abb.
in dicto cap. cum olim. num. 24. de re iud. &
quod citatio per Papam non poſſit tolli, cũ
concernat defenſionem, quæ eſt de iure na-
turali, firmat ſequẽdo Abb. & alios in prę-
citato loco, Curt. iun. in conſ. 170. num. 17.
& ſeq. uol. 2.

Et quod Princeps procedere non poſſit
citatione omiſſa, & ſi procedat, nulla ſit ſen-
tentia, dicit per plura Oldra. in conſ. 43. nũ.
1. per totum. Et quòd in ſententia Princi-
pis licet non requiratur ſeruari ordo iuris
ciuilis, requiritur tamen ſeruari quaſi ordo
naturalis; & ſic quod quis citetur ad effe-
ctum, ut poſſit ſe defendere, cum Princeps
11 † iuri naturali, & diuino omnino ſit ſuppo-
ſitus; dicit optimè Angel. in l. Princeps. nu.
2. per totum. ff. de legib. Et quod ſententia
lata per Principem, Imperatorem, uel Papã
parte non citata non valeat, ſicut nec ſenten
tia alterius iudicis, cum citatio ſit de iure na
turali, (vt pluries dictũ eſt) quod Princeps
auferre non poteſt, dicit Caſtren. in d. l. fin.
num. 3. C. de legib. & quod ſententia Prin-
cipis ob defectum citationis omiſſæ, ſicut
ſententia ordinarij inferioris ſit nulla, dicit
Roma. in conſ. 369. nu. 6.

Et quod is, cuius intereſt, non ſolum de-
beat citari in iudicialibus, ſed etiam in ex-
12 traiudicialibus, † firmat Ioan. Andr. in d. c.
ex ratione. num. 11. in uer. etenim non ſolũ
in iudicialibus; allegat l. in cõcedendo. ff. de
aqua plu. arcen. de maior. & obedien. c. fi. d.
l. nam ita diuus. ff. de adoptio. cum alijs iu-
ribus. de appel. ſequitur Bal. in vſibus feud.
in c. 2.

in c.2.§.sancimus.num.5. eadem iura allegando, quo tempore miles. & in c.1.nu.10. in uer.& dicit Innocen. de inuesti. in marit. fact. vnde infert Bal. ubi supra, quod etiam arbitrator, qui extraiudicialiter procedit, tenetur citare partē, aliàs si ex abrupto procederet parte non citata, non ualeret arbitramentum, seu laudum per eum latum, ad idem Angel.in cons.179. ante fi. in uer. hoc probatur aperte, ubi dicit, quod quando donatarius vult facere intimare donationem, debet citari donator, uel eius hæres; & tamen talis actus est extraiudicialis, cum de eorum præiudicio agatur, per generalem regulam, de qua in d.l.nam ita diuus.refert, & sequitur latè Marsil.in d. l. de unoquoq; num.33.& seq.ff.de re iud.

Et quid plura? Adeò necessaria est citatio, ut non solum non possit vasallus feudo priuari absq; causę cognitione, si inter vasallos super eo controuersia fuerit, prout est in casu nostro, siue sint vasalli de alijs bonis feudalibus, siue non; cum dominum feudi
13 † tam in petitorio, quam in possessorio inter eos iudicem tam lex, quam canon constituerit. per text. apertum in c.1.§.præterea si inter duos, & ibi Andr. de Isernia nu.78. Card. Alex. Afflict. & alij de prohib. feud. alien. per Federicum. tex. in c. ex transmissa, & c. uerū. & utrobiq;, Inno. Io. And. Ant. de Butr. Petr. de Anch. Abb. Maria. Socin. latè, & alij, de foro compet. Clar. latissimè in tract. de feud. quæstio.90.num.5.& seq. per Duen. in regul.321. incip. feudi Dominus. vbi etiam tradit remissiuè de fallent. & amplè Scard. in tract. de feud. parte 10. sectio. 1. num.1. lib.2. vbi quamplures allegat ita tenentes; & regulæ prædictæ dat sexaginta ampliationes. & in sect. seq. dat.20. limitationes eidem regulæ. Vesembec. in cōs.41. num.37. par.1. & Iudex ordinarius dicitur, prout dicunt prædicti Doct. & Scard. dicta par.10. sectio.3. in 6. quæst. num.79. ubi de
* communi attestatur eod. lib. & non solum Dominus feudi de huiusmodi causis feudalibus inter vasallos agitatis cognoscit; verum etiam alijs per eundem Dominum delegari possunt; prout delegauit in casu nostro idem Illustrissimus D. Episcopus suo Vicario: idem Scard. in dicta parte 10. sectio.4. num.10. Et hæc conclusio procedit, ut possit delegari etiam penitus priuato, & in nulla dignitate constituto; prout dicit idem Scarde. in præcitato loco. nu.13. ubi latè fol. mihi 125. Sed etiam etsi cōtrouersia fuerit inter dominum & vasallum, cum tunc dominus sibi ius non dicit contra va-
14 sallum, sed sunt eligendi pares curiæ. † per text. in dicto cap.1.§.præterea. in uer. si uerò inter dominum & vasallum lis oriatur, & ibi Doc. de prohib. feud. alien. per Federic. & tradunt etiam Docto. in d.c. ex transmissa, & c. uerum, præsertim Maria. Soc. in dicto cap. ex transmissa. num.9. cum seq. ubi etiam sub num.17. tradit, qui dicantur pares Curiæ, de foro compet. & Clar. dicta quæstio.90. in princip. & Iacob. de sancto Georgio. in tract. feud. in uer. & dicti vasalli. num.9.& 10.& idem Iacob. in d. uers. & dicti vasalli, nu.26. ubi tradit. de modo citandi vasallos coram paribus curię ad instantiam Domini.

Et adeo dicta conclusio uera est, ut sine citatione, & causæ cognitione vasallus feudo priuari non possit, ut si vasallus ipso iure feudo priuatus fuisset ob aliquod delictū, seu causam, nihilominus requiritur sententia declaratoria super priuatione feudi, &
15 partis citatio, † ita firmat idem Scard. in d. tract.2. par.9. par. princ. sectio.8. num.8. & seq. fol. mihi 615. ubi quamplures allegat ita tenentes; quod ante eum voluit Parisiu cons.1. num.20.& seq. & conclusiue nu.24. uol.1. ubi dicit, si secus fiat, sententiam esse ipso iure nullam, Iacob. de sancto Georg. in dicto tract. feud. in uer. dictiq; vasalli. num. 9.& Bal. in cons.141. num.3. uol.2. & tandem, quod siuè agatur corā paribus curiæ, siue coram ordinario domino feudi, siue coram iudice per eum delegato, qui eorum vice cognoscit de causa feudali, teneantur seruare ordinem iudiciarium secūdum formā iuris communis, ut supra dictum est; cū contrarium non reperiatur in causis feudalibus determinatum. Et quod coram iudicibus cognoscētibus de talibus causis feudalibus
16 debeat dari libellus, † & lis contestari, firmat Iacob. de sancto Georgio, in dicto tracta. feudali, & uerbo, & dicti vasalli sub nu. 25. ubi allegat Innoc. in c. cęterum, de iudi. quem dicit Doct. communiter sequi. & idē dixit Clar. in §. feudum, q.91. quod tempora appellationum à iure statuta sint etiā seruanda in causis feudalibus. Et dixit esse cō-
* munem opinionē; attento quod ubi in feudis aliquod specialiter nō reperitur constitutum,

tutum, semper sit seruandum ius commune;& ibi etiam addit.

Et sic indubitatum est ex supradictis dictas inuestituras per dictum Illustrissimum D. Episcopum eisdem clarissimis DD. aduersariis factas, fuisse & esse ipso iure nullas & inualidas, & tales esse declarandas; quibus addo Bal. in c. graue, præsertim in fine; vbi dicit per iudicem relaxandum esse etiã sine citatione, quod improuide factum est,

17 † & in d. c. inter quatuor, num. 7. ubi dicit, quod factum sine citatione, sine citatione reuocetur, de maior. & obedien. Et hęc quo ad primum.

Deueniendo modo ad secundum caput, dico similiter indubitatũ esse dict. inuestit. præfatis clarissimis DD. Agnesinæ & litis consort. concessas fuisse & esse iniustas & inualidas; attento quod præfatæ inuestitæ non sunt hæredes neq; q. clarissimi D. Iacobo Cõtareno vltimo loco de dicto feudo decimali inuestiti pro se filijs, & hæredibus masculis, & fœminis, ita quod extantibus masculis fœminæ non succedant; sed tantũ illis deficientibus, prout constat regesto cõclusiuè fol. 218. tergo, neq; q. clarissimi D. Ioannis Baptistæ vltimi vasalli ex linea masculina, prout ex natura huiusmodi feudi requirebatur, & requiritur, ut de eo pro earum prętensis portionibus inuestiri possent.

Et quod præfatum feudum sit hæreditarium mixtum pro illius natura, & causæ intelligentia in facto præmittendum est, me dietatem decimæ totius villæ sancti Ambrosij, seu sancti Brusoni, de qua agitur, Paduan. diœcesis, quam ante in feudum ab Episcopatu Paduæ tenebat q. D. Manfredus de Delesmaninis, fuisse dat. ab eodem Episcopo & Episcopatu; cũ præfatum feudum esset deuolutum, & apertum eidẽ Episcopatui vsque de anno 1333. q. dominæ Delesmaninæ de Delesmaninis filiæ dicti q. Manfredi pro se, ac suis hæredibus masculis & fœminis; prout constat conclusiuè regesto fol. 87. & seq. ex tenore inuestiturę,

18 † qui inspici debet ad iudicandum qualitatem huius feudi. c. 1. in fi. & ibi Bal. nu. 3. in uer. nota, de duob. fratri. à capita. inuestit. & idem Bal. in l. 1. §. sed et si quis; el 2. in fi. C. de latin. lib. töllen. & tradit latè Dec. in cons. 445. nu. 8. in uer. in causa istorum.

Ac qualiter post mortem præfatæ Delesmaninæ fuerunt inuestiti de anno 1340. de eodem feudo filij q. clarissimi Ioannis Contareni, ac hæredes dictæ Delesmaninę facta prius per eos eidem Episcopo Paduæ plena fide, quod essent hæredes eiusdem Delesmaninę, prout constat eorum inuestitura reg. fol. 39.

Prout & similiter successiuis temporibus omnes aliæ inuestituræ de eodem feudo factæ, semper factæ fuerunt recipientib. & pro eorum hæredibus masculis, & fęminis, prout patet inuestitura facta Piramo, & Engelfredo similiter de Contarenis de an. 1360. reg. conclusiuè fol. 130. ac de alia inuestitura, qua fuerunt de eodem feudo Inuestiti mediante eorum tutore, Ioannes Christophorus, & Catherina filij d. q. Pirami Contareno pro se ipsis, ac eorum hæredibus masculis, & fœminis de anno 1361. prout constat conclusiuè reg. fol. 135. prout & similiter de anno 1364. de eodem feudo pro se filijs, & hæredibus masculis, & fęminis fuerunt inuestiti Petrus & Nicolaus q. clarissimi D. Engelfredi Contareni mediante eorum curatore reg. conclusiuè fol. 141. prout & pariter patet de cõsimili inuestitura mediante eorum procuratore facta de anno 1374. in personas prefatorũ Ioannis Christophori & Catherinæ conclusiuè reg. fol. 157. prout & de anno 1390. ob mortẽ prefatorum Ioannis & Catherinæ fuit inuestitus eorum portionibus vacantibus eiusdem feudi predictus Christophorus Contareno pro se, filijs, & hæredibus masculis, & fœminis, mediante eius procuratore conclusiuè reg. fol. 162. prout & de consimili inuestitura facta de anno 1410. q. Christophoro Contareno pro se, filijs, & hæredibus masculis, & fœminis, regesto conclusiuè fol. 171. tergo.

Prout & de consimili inuestitura facta Iacobo, & . . . filijs prædicti Christophori Contareni de anno 1429. qui fuerũt inuestiti pro se ipsis ac filijs, & hæredibus masculis, & fœminis: ita quòd extantibus masculis &c. conclusiuè reg. fol. 176.

Prout de anno 1449. fuit inuestitus de eodem feudo decimali Iacobus Contareno pro se, filijs, & hæredibus masculis, & fęminis, ita quod extantibus masculis, fœminæ non succedant, sed tantum illis deficientibus, ut supra in alijs inuestituris reg. conclusiuè fol. 180.

Ac etiam de alia inuestitura facta de anno

no 1461. in personam Chistophori q. Iacobi Contareno pro se, filijs, & hęredibus masculis, & fœminis; ita quòd extantibus masculis &c. conclusiuè regesto fol. 185. & de consimili inuestitura etiam patet fact. de anno 1467. in personas Ioannis Petri, & Christophori etiam Contareni regesto conclusiuè fol. 196. ter. & seq. sicut etiam de consimili inuestitura facta de anno 1482. in personam præfatorum pro se ipsis, filijs, & hæredibus masculis, & fœminis, ita quòd extantibus masculis &c. conclusiuè regesto fol. 203.

Prout & de alia consimili inuestitura facta in personam Petri Contareno patet, de qua conclusiuè reg. fol. 206.

Et de consimili inuestitura tanquam de feudo antiquo, & ueteri, prout in superioribus inuestituris etiam dicitur in personā q. D. Iacobi Contareno de anno 1509. pro se, filijs, & hæredibus masculis, & fœminis; ita quòd extantibus masculis fœminæ &c. de qua conclusiuè reg. fol. 212.

Prout et de alia consimili, et ultima inuestitura constat, in qua in particulari se fundant dictæ DD. aduersariæ facta de anno 1524. in personam q. clarissimi D. Iacobi q. Petri Contareno pro se, filijs, et hæredibus masculis, et fœminis, ita quod extantibus masculis, fœminæ non succedant, sed illis tantum deficientibus, de qua conclusiuè regesto fol. 218. ter.

Quibus in facto stantibus de iure succedit clara, et indubitata conclusio, dictū feudum esse hæreditarium mixtum; et de eo propterea minime potuisse, nec posse inuestiri, postquam defecit linea masculina, dictas clarissimas aduersarias, cum non fuerint, neq; sint hæredes, neq; dicti q. Iacobi, qui vltimo loco de dicto feudo fuit inuestitus, neq; prædicti q. Io. Baptistæ ultimi vasalli de linea masculina, sed de dicto feudo debebat, et debet inuestiri clarissima Dña Cęcilia Contareno hæres uniuersalis ex testamento, de quo regesto fol. 250. d. q. Io. Baptistæ vltimi vasalli, imò et cumulatiuè omnium hæredum vniuersalium tam dicti q. Iacobi vltimo loco inuestiti, quam q. clarissimi D. Petri filij D. Iacobi, et patris q. Hieronymi patris d. clarissimæ D. Cecilię, ac q. Iacobi, et dicti q. Io. Baptistę, in personam cuius deuenit tota hæreditas, et illorum fuit uniuersalis hæres; et non præfatę Agnesina, Lucretia etc. quæ minime fuerunt, neq; sunt hæredes d. q. Petri Contareno; cū illius uniuersales hæredes fuerint præfati eius filij masculi Hieronymus, Iacobus, Franciscus, ac D. Ioan. Baptista, fratres pręfatarum aduersariarum, excepta N.

Et quod sit feudum hæreditarium mixtum; et per consequens quod ad illius successionem non uocetur nisi ille, qui sit de descendentibus, & hæres vniuersalis, uel illud acquirentis, uel ultimi vasalli, nūc demonstro: Nam in nostro proposito sciendū
19 est tria esse genera feudorum: † Aliquando enim est feudum simpliciter, et absolutè hęreditarium, videlicet, quando concessum est pro se, et hæredibus quibuscunq;: et ad hoc ut quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit hæres; nec aliqua qualitas descendentiæ requiritur propter illam dictionem, quibuscunque, et ideo tale feudum transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, prout firmat Bal. in l. cum virum, num. 21. in ver. aut est feudum hæreditarium, C. de fideicom. & in c. Imperialem. nu. 19. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. & in l. 1. in 34. q. num. 27. in fi. ff. de rer. diuis. Ripa in l. ex facto. §. si quis ita. nu. 16. vbi dicit hanc * opinionem communiter approbari. ff. ad ** Trebell. & quod hæc opinio communior sit, licet aliqui tenuerint contrarium, dicit Curt. iun. in tract. feud. in vltima parte tertię partis princip. sub num. 62. & seq. & in cons. 1. nu. 1. ubi similiter de communi attestatur, & nu. 2. latè Aymo in cons. 256. nu. 8. in uer. hic tamen, ubi etiam profert hanc ** esse communem, & communiorē hanc esse opinionem, latè etiam refert Soc. iun. cons. 103. nu. 28. uol. 2. & eam esse communem etiam dicit Paris. in cons. 23. nu. 170. uol. 1. & hanc opinionem tanquam magis communem in practica seruari dicit Clar. in §. feudum, q. 9. nu. 2. & tale non est feudum, de quo agitur.

20 Quandoq; autem & secundo, feudū † est simpliciter, & absolutè ex pacto, & prouidentia concedentis acquisitum, ueluti quādo est concessum pro se, & filijs, uel pro se, & liberis, nulla facta mētione hęredum, & tale feudū non dicitur hæreditariū: & sic ad succedendū in tali feudo nō requiritur, q̄d quis sit hæres, sed de descendentibus proximior, licet secus sit, quando est hæreditarium mixtum, prout in casu nostro, vt infra dicetur

dicetur latè & optimè Alex.in conf.19. nu. 4.5.& conclusiue num.6.7.& seq. uol.5. & in conf.55.nu.6. volum.4. quod ante dixit Andr.de Isern.in cap.1.an agna.vel fili.defunct.sub num.2. in verf. sed si datur Titio. Loffred.in conf.52.num.53.Purpur.in consi.85.num.5. in uer. & pro fundamento, &
* num.6.uol.1. & hanc esse communem opinionem dicit Dec. conf.445. num.8. & ut quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit filius, vel descendens ab illo primo acquirente, nec requiritur, quòd sit hæres. Et hãc esse communem opinionem dicit Ias. in l. post mortem.nu.3.ff.de leg.1.allegat Alex.
* in conf.119.ubi num.4. attestatur de communi.& in conf.129. num.1. vol.5. & licet Alex. loquatur de emphyteusi ecclesiastica; tamen idem procedit in feudo; cum valeat argumentum de emphyteusi ad feudũ, si illud, de quo quæritur aliter expresse non reperiatur in iure decisum; prout dicit Hieron. Gabriel.in conf.86.nu.7.cum per eum
* adductis.vol.1. Et quod communis & vera conclusio oĩum scribentium sit, quod quando feudum est acquisitum pro se, & filijs simpliciter, quod tale feudum non habeatur à patre, sed à genere; & consequenter non sit hæreditarium; secus si fuit acceptum pro se, filijs, & hæredibus, prout in casu nostro, ut infra dicam. Firmat idem Ias.in conf.56.numero 26. in verf. est ergo communis,& nu.29.uol.3.refert, & sequitur idem Clar.d.q.9.nu.3.

Quandoq; & tertio feudum non est simpliciter hæreditariũ, prout in primo casu dictum est; neq; simpliciter ex pacto, & prouidentia acquisitum, prout in secũdo dixi; sed participat de vtroq;, prout est feudum, de quo agitur; veluti quando est cõcessum pro se, filijs, & hæredibus, prout in casu nostro; vt ex superioribus inuestituris in facto præmisso deductum est: & tali casu requiritur
21 quod ille, qui vult in tali feudo † succedere, nedũ sit filius, verumetiam & hęres: & sic quod in eo vtraq; qualitas cõcurrat. ita decidit Iacob.de Beluis.in c.j.in uer.sed an in casu isto vsq; in fi.de eo, qui sibi, vel hæredi. suis mascul.& fœm.inuestit.accepe.& licet ibi contrarium tenuerit Bal.sub nu.4. impugnando opinionẽ Iac.de Beluis.tamẽ Alex. in conf.19.nu.16.vol.5. dicit, quod cõiter Doct.non adhærent opinioni Bal.sed contrariæ opinioni, quã tenet Iac. de Beluis.& quem ibi ẽt secutus fuit Aluar.col.7.in ver. quæro ab extra. Andr.de Iser.in c.j.an agn. vel fili.defunc.nu.1.in fin.in ver.si dixit Titio,& hæredibus, latè Paris.in cõs.2.n.26.
* & seq.ubi de cõi, vol.j.& in conf.3. nu.17. vbi similiter de cõi, dicendo nõ admitti aliquem ad tale feudũ, nisi sit hęres primi inuestiti, vel descendentiũ ab eo, & conf.4. nu. 28.& seq.vbi similiter de cõi, eo.vol.& Cur. iun.d.cõs.j.nu.11.& seq.ubi pariter de cõi, idem Affl.in decis.112. nu.3. et quod tale
22 feudũ † hæreditarium nunquã transeat ad filios, seu agnatos, nisi illi sint hęredes recipiẽtis, vel illius ꝑ defuncti, de cuiꝰ successio-
* ne agitur, dicit similiter de cõi Paris.in cõsi. 106.nu.25.& seq.eo.uol.j. Aymo in consi. 197.nu.5.in uer.hoc tñ, vbi ẽt refert cõem. Et quod tale feudũ, cum sit acceptũ pro se, filijs, & hæredibus suis, dicatur feudũ mixtum; & ꝙ in eo succedere volẽtes, cõis opinio sit, quod requiratur, vt sit de liberis, seu descendentibus, & hæres, dicit Soc. iun.in conf.114.nu.12. uol.2. latissimè Loffre. d. conf.52.nu.54. & seq. ubi similiter attestať de cõi dicendo, vbi dicit succedere debẽtes in feudo esse inuitatos, vt hæredes. Et optimè Grat.in cõs.4. nu.42. vbi bis refert hãc
** esse cõem opin.imò et esse magis communem opinionem dicit Alex.in conf.10. nu. 8.vol.3. Et hanc opinionem tanquam veriorem et magis communem semper vidisse obseruari in practica dicit Clar. dic. q.9. nu.4.ideo alios addere non curaui.

Neq; obstat, si obijceretur, quod in dictis inuestituris fuit adiectũ verbũ, masculis, videlicet, qđ fuerit acquisitũ d.feudũ pro se, et hæredib.masculis, et fęminis, prout dr in
23 prima inuestitura, † quę attendi dẽt; etsi posteriores illi essent cõtrarię, ꝓut nõ sunt, vt statim subijciam, cum simus in feudo antiquo, prout latè firmat Dec.in cõs.184. col. 3.in ver.primo, ꝙ prima inuestitura. Bello. in cõs.33.col.1.in vers. et quemadmodũ in totũ. Curt.iun. in conf.181.nu.3. et in cõs. 108.nu.18.et Osasc.decis. Pedem.139. in prin.cũ et similiter in posterioribus inuestituris, et ꝑsertim in vltima dicať, pro se, filiis, et hęredib.masculis, et fœminis etc. Et per hoc qđ d.feudum nõ debeat cẽseri hęreditarium ꝑ ꝑ dictũ uerbũ, masculis, sed ex pacto et ꝓuidẽtia acquisitũ, et ad illius successionẽ uocari descendentes, etiãsi nõ sint hæredes primi acquirẽtis, uel ultimi vasalli

I præ-

præmortui: prout latè defendit hãc opinionem Dec. in d. conf. 184. in causa istarum nobilium. num. 3. & seq. quem secutus fuit Roland. à Valle in conf. 68. nu. 30. Ofasc. in decis. 161. nu. 2. in princ. in motiuo, quia ipse hanc opinionem non tenet, sed contrariam, quod sit hæreditarium mixtum, ut inf. dicetur. Nat. in conf. 127. num. 2. & 3. Bero. in conf. 68. nu. 71. in fin. & seq. vol. 1. Rube. Alex. in conf. 110. nu. 4. & seq. ubi dicit ex dicto Iaf. ita tenere omnes. & in conf. 18. in motiuo num. 1. & 2. & hanc partem etiam tuetur Bello. in conf. 33. nu. 2. qui dicit hãc
* esse communem; & refert Clar. in motiuo in d. q. 9. nu. 9. qui similiter hanc opinionem non tenet, sed contrariam; ut statim dicam: tamen contraria opinio uidelicet, quod dictum feudum dicatur hæreditarium mixtũ, licet fuerit acquisitum pro se, filijs, & hæredibus masculis &c. et ꝙ in eo non possit quis succedere, nisi sit filius, uel descendẽs, & hæres, vel primi acquirentis, vel ultimi
** vasalli præmortui, est magis uera & communior opinio ab omnibus nostris attestata contra Rayn. & sequaces à Clar. in loco proximè citato in motiuo ad illorum opinionem confutan. relatos, Rub. Alexan. sibi contrarius latè per multa iura, & rationes in conf. 18. per totum, ubi num. 3. attestatur de communi cõtra Dec. proximè citatum. latè Bero. sibi etiam contrarius in conf. 67. num. 75. ubi de magis communi, & nu. seq.
24 vol. 1. ubi dicit, quod licet feudum † cõcessum pro se, & successoribus suis masculis, & fœminis dicatur concessum solum pro descendentibus, attenta natura feudi; tamen ita demum dicit illos descendẽtes ad illius successionem admitti, si sunt hæredes, & nõ aliter, & idem dicit Alcia. in conf. 35. nu. 7.
** tomo 3. lib. 9. & hanc esse communiorem conclusionem, citando Andr. de Isern. Iacob. de Beluis. Bal. Cardin. Alexan. & alios, quicquid dixerit Dec. in d. cõs. 184. firmat idem Alciat. in conf. 1. nu. 16. to. 1. lib. 3. & latissime idem firmat, & comprobat dicendo hanc esse ipsam ueritatem, quãdo in inuestitura ad uerbum masculi est adiectum uerbum hæredes. Paris. in conf. 2. nu. 21. cũ seq. uol. 1. & ita etiam firmat late Nat. similiter sibi contrarius in conf. 679. num. 3. & seq. & nu. 5. & seq. ubi optima ratione refellit Rayn. optimè Grat. in conf. 55. num. 31. cum seq. uol. 1. & idem etiam tãquam indubitatũ quam plures citando aliàs dicit, qđ nihil operatur dictum uerbum hæredibus, tenet Soc. iun. in cõs. 110. nu. 19. uol. 2. quẽ secutus fuit Port. Imol. suarum conclus. li. 1. c. 16. paulo ante fi. in uer. quod si receptũ.
* Et hanc opinionem esse communem & clarissimam citando Bart. Castr. Alex. Iaf. Andr. de Isern. Iacob. de Beluis. Aluarot. Curt. iun. Affli. & alios firmat Sylua. in conf. 30. nu. 10. in fi. & nu. 11. per totum. Et hanc nostram opinionem similiter esse communem, indubitatam, & ueram, propter illud uerbũ, hæredibus, ut est dictum in omnibus inuestituris contentum, etiam reiectis contrarijs per plures auctoritates firmat Thomas de Marin. de feud. tit. 5. nu. 12. in uer. contrariã
** opinionem. Et hoc esse etiam magis receptum dicit Couar. variar. resolu. c. 18. nu. 3. ad fi. lib. 2. optime Cephal. in conf. 303. nu. 89. cum sequen. uol. 3. & veriorem hanc opinionem esse reiectis contrarijs, firmat etiam Menoch. in conf. 104. plures Doct. ita tenentes referendo nu. 15. cum sequen. uol. j. & ita tenet etiam Surd. in conf. 5. num. 18. Clar. d. §. feudum, & q. 9. & num. 9. in uers. item quæro, ubi contra Bellon. Soc. iun. & Iaf. in motiuis citatos etiam ipse hanc opinionem, uti magis cõmunem amplectitur, & hanc opinionem esse magis veram & cõmuniorem; quod tale feudum susceptum pro se, & hæredibus masculis & fœminis ex eo legitime descendentibus non dicatur mere ex pacto, & prouidentia, sed hæreditarium mixtum, & vt nemo ex descendentibus ad illud admittatur, nisi sit etiam hæres, tenet etiam Bursat. in conf. 2. nu. 40. in ver. minus secundo; & num. 41. cum alijs ab eo relatis. & in conf. 3. nu. 1. vol. 1. quam quidem opinionem non solum tenent tanquam veram & magis communem Docto. præfati in consulendo, verumetiam & Rotę in decidendo; prout etiam eam tenet Gabriel. suarum commun. conclus. sub tit. de uerb. signific. conclus. 3. ubi reiectis contrarijs in motiuo adductis sub num. 3. & 4. nu. 5. & 6. & seq. attestando hanc esse magis communem opinionem, quamplures Docto. & decisiones citando, etiam dicit in facti contingentia ita obtinuisse in Rota in quadam causa Taruisina feudali: & ita fuisse pluries decisum, & determinatum in sacro Consilio Neapolitano, licet ipse aliter tenuerit in lecturis: & quod hodie omnia

feuda

feuda sunt hæreditaria. Et quod communis est dicta forma, dicit Affict. in decis. 140. & ibi Vrsill. in addit. & in decis. 195. nu. 7. ubi dicit hanc communem opinionem, & hanc conclusionem etiam per plura iura, & auctoritates dicendo ita etiam fuisse tentū in Senatu, firmat Osascus decis. 161. præsertim num. 2. & in fin. Et ista sufficiat me dixisse ad docendum feudum, de quo agitur, secūdum magis communem opinionē, & Rotarum decisiones esse hæreditarium mixtum; & in eo non posse quis succedere, nisi sit de descēdentibus, & hæres primi inuestiti, uel ultimi uasalli, put sup. dictū est.

Quibus stantibus non est dubium de feudo hæreditario mixto, de quo agitur, esse inuestituram faciendam d. clariss. D. Cæciliæ hæredi uniuersali d. q. clariss. D. Io. Baptistę ultimi vasalli ex linea masculina ex testō, prout constat reg. fol. 250. exclusis clarissimis D. aduersarijs non hæredibus uniuersalibus neq; q. clariss. D. Iacobi ultimo loco inuestiti, neq; prædicti ultimi uasalli præmortui, earum inuestit. nulla & inualida declarat. seu declaratis, ut est dictum.

25 Et quia feudum hæreditariū † venit in petitione hæreditatis, prout dicit Aluarot. de feud. in c. 1. nu. 5. in fi. de eo, qui sibi, hæredib. suis. Osasc. d. decis. 161. nu. 6. ubi dicit similiter feudum hæreditariū uenire in petitione hęreditatis, & fideicōmissi restitutione, dummodo sit facienda uni ex vocatis in inuestitura, seu ad personā, ad quam feudum poterat trāsire. & ita firmat etiā Barth. Soc. in cons. 10. inter cōsilia feud. Brun. nu. 13. & per plura etiam ita firmat Laur. Sylu. d. cons. 30. nu. 33. quod antea uoluit Curt. iun. d. cons. 1. nu. 13. Affli. decis. 26. nu. 1. in prin. latè Alex. in cons. 19. super eo. nu. 8. & seq. & in cons. 28. in causa, & lite nu. 19. & seq. uol. 5. Bart. in l. si patroni. num. 3. in fi. in uer. secus si peteretur. ff. ad Trebell. Rimin. sen. in cons. 305. nu. 13. & seq. uol. 2. ubi similiter dicit feudum hæreditarium uenire petitione hæreditatis, sicut cætera bona hæreditaria, & esse in bonis hęreditarijs vasalli. Et quod scribentes teneant; quod talia feuda mixta veniant in petitione hæreditatis in restitutione fideicommissi, & hæreditaria bona censeri, firmat Bursat. in cons. 3. nu. 3. ubi etiam propterea dicit in legitima filiorum imputari ex communi per Vasqui. & idem dixit Alex. in cōs. 19. nu. 21. vol. 5. latè Paris. in cōs. 23. nu. 182. cum seq. vol. 1. Et quod feudum hæreditariū veniat in petitione hæreditatis, & de eo iudicetur, sicut de alijs bonis hęreditarijs, tradit latè Dec. in cons. 395. nu. 4. & 5. & in cons. 78. nu. 6. quod ante eos dixit Andr. de Isern. in c. 1. nu. 1. in fi. an agnat. uel fil. ubi dicit feudum hæreditarium uenire in petitione hęreditatis, & in eo neminem succedere, nisi sit hæres, Purpur. in cons. 85. nu. 6. vol. 1. ubi dicit feudum hæreditariū neminem habere posse, quantumcunq; agnatū, nisi sit hæres acquisitoris, vel ab eo descendentium. & idē dicit Gozza. in cons. 8. nu. 30. Bero. in cons. 67. nu. 65. uol. 1. prout & idem dicit Rolan. à Valle in cons. 97. nu. 40. & seq. uol. 1. ubi nu. 41. dicit, quod oportet, quod succedere uolens in tali feudo hæreditario nedum sit hæres sanguinis, sed hæreditatis. & in cons. 67. num. 24. & 25. uol. 2. ubi dicit similiter; quod qui vult succedere in tali feudo, oportet eum docere se esse hæredem uniuersalē uel primi acquirentis, uel ultimi uasalli. & ita etiam firmat latè Paris. in d. cons. 23. nu. 167. ubi quamplures ita tenentes allegat, & refert de communi.

Et quod feudum hæreditarium sit de hęreditate defuncti, & unitum cum corpore hæreditatis; ita quod uirtute unius unum trahit ad se alterum dicit Marin. Freccia. in trac. de feud. li. 3. par. 3. nu. 4. fol. mihi 404.

Et quod de huiusmodi feudo hæreditario mixto per uasallum illud possidentem
26 disponi possit in testamento, † & uni ex cōpræhensis in inuestituris illud relinquere; cum non possit haberi nisi iure hęreditario, ut est dictum, post alios per eum relatos, firmat Menoch. d. cons. 104. nu. 16. uol. 1. q̄d prius dixit Iacob. de Beluis. de feud. in c. 1. ad fi. in uer. & certum est, de eo, qui sibi, uel hęredibus suis. Alex. d. cons. 28. num. 19. & seq. uol. 5. Rim. sen. d. cons. 305. nu. 18. vol. 2. ubi dicit, q̄ hæres consequitur tale feudū adeundo hæreditatem, & commiscetur cū reliquis bonis, & sit unum corpus, & unum ius hęreditariū, Io. Campeg. in cons. 11. nu. 9. inter cons. feud. Brun. Castr. in cons. 179. in causa, quam magnificus, col. 2. ante fin. in uer. sed in contrariū. Natta. in cons. 159. nu. 23. uol. 1. Rol. à Valle in cons. 67. nu. 24. in fi. uolum. 2. & quòd quando feudum est hæreditarium ita subiaceat potestati vasalli, quod de eo possit pro libito disponere,

ficut de alia re hæreditaria, dicit Soc. iun.
in conf.74.nu.4.& feq.uol. 1.optime Bero.
in d.conf.67.uol. 1.ubi dicit, quod quando
eft controuerfia fuper feudo inter filiam &
agnatū quod fœmina hæres debet immitti
in poffeffionem, fiue fit hæres ex teftamen-
to,fiue ab inteftato per iura & auctoritates
per eum adducta,latè Rube. Alex. d.conf.
18.nu.3.per totum,& in fine,ubi dicit, qđ
uafallus poteft de feudo teftari in unum ex
agnatis comprehenfis in inueftitura, ut fo-
lus illi,qui eft hæres, fuccedat.idem Rolan.
à Valle in conf.44. in princ.uol. 3. & hanc
** effe magis communem opinionem firmat
Burfat. cum per eum accumulatis in cōf. 3.
nu.2. Et fic ftat indubitata conclufio,quòd
fiue ex teftamēto,fiue ab inteftato quis fuc-
cedere uelit in tali feudo hæreditario mix-
to,quod ad talem fucceffionem non admit-
titur,nifi fit hæres uniuerfalis primi inftituti
mediante perfona fuorum anteceffotum,
prout dicit Menoch.in d.conf.104. nu.17.
vol.1.Sylua.d.cōf.30.nu.20. vbi atteftatur
** de magis communi. Et hanc effe magis cō-
munem opiniouem ante eum dixit Alex.in
d.conf.10.nu.8.uol.3.& quod ad tale feu-
dum quis non admittatur nifi fit hæres pri-
mi inueftiti,uel defcendētium ab ipfo, ficut
fupra dictum eft, dicit etiam Parif.in conf.
3.num.17.ubi citando Alex. in d. conf.10.
* refert communem, & in conf.106. nu. 25.
ubi fimiliter de communi,uol. 1.

Et requiritur quod fit hæres uniuerfalis
fiue ab inteftato, fiue ex teftamento, prout
eft præfata clariffima d.q.Iacobi ultimo lo-
co inueftiti,mediante perfona d.q. Ioā. Ba-
ptiftæ ultimi uafalli, & nepotis eiufdem Ia-
cobi, & non particularis, prout videtur di-
cere clariffimas dominas aduerfarias effe,
cum dicāt in earum fcriptura, de qua in re-
gefto fol.44.tergo, ꝙ licet non fint hære-
des ex teftamento dicti q. clariffimi Io. Ba-
ptiftæ ultimi vafalli, ut eft dictū, quod funt
tamen hæredes pro magna parte q. clariffi-
mi D.Petri filij d.q.clariffimi D. Iacobi, &
patris præfati Io. Baptiftæ, & ipfarum ad-
uerfariarum: Quia ultra quod hoc in facto
minime fit uerum; imò de cōtrario conftat
ex proceffu, cum fuerint per exiftētiam ma-
fculorum exclufę ab hæreditate paterna fe-
cundum formam ftatuti, & habuerint tantū
earum dotes, ut infra dicetur; tamen ipfas
nō releuaret; nedum quia medietas præfa-
ti feudi poft mortem Iacobi ultimi inueftiti
tranfiuit ad Georgiū fratrem d. Petri, qui
fuperuiuendo Petro ipfum feudum & cæ-
tera fua bona reliquit per teftamentū Iaco-
bo, Hieronymo, Francifco, & Ioanni Bapti
ftæ ultimo uafallo filijs prædicti Petri, ex-
cludendo à dicta eius hæreditate præfatas
aduerfarias filias d.q.Petri,& d.q.Georgii,
per uiā fubftitutionis fuit, & eft hæres uni-
uerfalis d.clarifs. D.Cæcilia mea principa-
lis, prout conftat de teftō reg.fol.248. fed
ẽt quia in hmōi feudo accepto pro fe filijs,
mafculis & fęminis, & hæredibus requirat̃
pro illo confequendo,ut defcendens fit hę-
res uniuerfalis: & fic fuccedat in uniuerfum
ius defuncti,& nō particularis,prout firmat
Cur.fen.in cōf.82.nu.6.per totum,& nu.7.
in princ.Parif.in conf.2.nu.28.in uer.& ni-
hilominus,uol. 1.& in conf.16.nu.13. & cō
clufiuè nu.14.eo.uol.& in cōf.23. nu. 189.
& feq.& conclufiuè nu. 192. ubi atteftatur
** hanc effe magis cōem opinionem, à qua in
iudicando recedi non debet. quem fecutus
fuit Rol.à Valle referendo fimiliter hāc ef-
fe magis cōem in conf.97. nu.42. uol. 1. &
in conf. 67. num.24. ubi fimiliter de magis
cōi,vol.2. dicendo agnatos ad tale feudum
non admitti, nifi fint hæredes primi acqui-
rentis,uel ultimi uafalli defuncti, & quidem
hæredes uniuerfales & non particulares. A
qua magis cōi opinione non uidetur aliquo
modo in iudicando recedendum: etfi aliqui
tenuerunt relati à Parif.d.conf.23. nu.190.
& feq.cōtrarium. Imò etfi effet cōis opinio
in contrarium,prout dicit Corat. in tractat.
com.opi in præfat.nu.38.& nu.45. propter
maiorem præfumptionem, quam habet ma
gis communis. Et ad primam conclufionē
facit optimè illud, quod dicit Bal.in confil.
373.nu.4.in prin.uol. 1.ubi dicit,quod quis
hæres effe non poteft,nifi fit uniuerfalis.

Quod autem dictæ clariffimæ DD. ad-
uerfariæ non fuerunt, neque fint hæredes,
neque uniuerfales,neque particulares, feu
prout ipfæ dicunt pro maiori parte d.q.Pe-
tri,licet fi effent, etiam eas non releuaret, vt
eft dictum,& infra dicetur.

Primo patet ex infpectione totius proceſ-
fus,in quo minimè apparet probatū fefe ef-
fe tales, quales dixerunt, prout probare te-
27 nebantur, † prout dicit Parif. in d. confi.
23.numero 188.& fequen.uol. 1. quem fe-
cutus fuit Rolan.à Valle in dicto conf.67.
num.

num. 25. & seq. vbi dicit, quod qualitas requisita ad actū semper debet specificè pro-
28 bari. vol. 2. cum talis negatiua, † quod quis aliquid nō probauerit ex illius inspectione probari soleat, ad dicta per Iacob. Buttig. in l. 2. C. de error. aduocat. Abb. in conf. 92. nu. 3. uol. 1. Cephal. in cōs. 250. nu. 3. uol. 2. Purpur. in conf. 524. nu. 10. vol. 2. Menoc. in conf. 199. nu. 3. vol. 2. latè Hercul. in trac. de negat. proband. sub num. 176. & seq. & Surd. in conf. 55. nu. 14. vol. 1. Secūdo quia, ut dixi, constat ex processu.

Secundo quia patet tam ex statuto, quā ex parte capta in Senatu, quod mulieres nō
29 † possint habere pro dote nisi ducatos quinque mille cum declaratione, quod puellæ, quæ essent hęredes ab intestato in casu, qđ non haberent fratres tali obligationi non subiaceant, de quibus constat reg. fol. 255. & seq. & fol. 259. patet de dicta declaratione, ex qua aperte colligitur præfatas clarissimas DD. aduersarias in aliqua parte non esse hæredes præfati q. Petri patris tam dictarum aduersariarum, quam prædicti q. Ioannis Baptistę vltimi vasalli, Iacobi, & Hieronymi patris d. clarissimæ D. Cęciliæ, & heredis q. d. Ioan. Baptistę; prout constat reg. fol. 250. cum per superuenientiam prędictorum fratrum fuerint à statuto exclusæ omnino ab hæreditate d. q. Petri ab intestato morientis; & tantum debebant dotari, prout & dotatæ fuerunt, sicut constat reg. fol. 230. cum pluribus seq.

Quod autem d. clarissimæ DD. aduersariæ non fuerint, neq; sint hæredes d. q. clarissimi D. Petri corū patris ab intestato defuncti neq; uniuersales, neque pro magna parte, prout dixerunt in dicta earū scriptura, patet ex tenore statuti Venetiarum c. 25. in prin lib. 4. statutorum in actis producti, vbi leguntur infrascripta uerba, uidelicet. Si uerò defunctus reliquit filium & filiam, unū & unam, uel plures, volumus quod filia si non fuit, nec est uxorata in bonis mobilibus æqualiter succedat cum filio defuncti, & nihil habeat de immobilibus, si mobilia sufficiunt ad talem dotem, cum qua possit congruè uxorari. Et si sibi videtur, quod non sufficiant, & filius noluerit amplius sibi dare, tunc liceat ipsi mulieri, cum fuerit in ętate fratre suo vocato, si fuerit ad ætatem, etsi non fuerit ad ætatem etiam non vocato, conuocare tres, uel quatuor de propinquis suis ex parte patris, & totidem ex parte matris, si eos habet, uel tantum ex altera parte si sibi uidetur, uel iudices Examinatores tantum, si mulier uoluerit. Qui propinqui, vel iudices diligenter videant, vtrū pars mulieris mobiliū sit tanta, quę sufficiat ad dotem, cū qua possit congruè uxorari, uel non: et si inspecta qualitate mulieris, & quantitate bonorū, quę habent, & etiā alijs circunstantijs, apparuerit eis omnibus, uel maiori parti eorum, ꝙ pars sua mobiliū sufficiat ei ad dotem, sit contenta mulier parte illa; Alioquin ipsi decernant talem dotem, cum qua possit congruè uxorari. Ex quibus quidem uerbis aperte apparet statutum pręfatum non uocare filias fœminas, stantibus masculis, ad successionem uniuersalē hæreditatis, cum eas excludat à successione bonorum immobiliū, & tantum eas uocat ad successionē mobilium cum masculis, ut ex talibus mobilibus dotari possint, alias suppleatur de alijs bonis per fratres, uel propinquos, seu iudices, ut statutū etiam disponit, prout & pręfatę D. aduersariæ ab eorū fratribus utrinq; coniunctis, uidelicet Iacobo, Hieronymo patre d. D. Cecilię, & Io. Baptista ultimo uasallo, qui successerunt æquis portionibus in hęreditate, & bonis d. q. Petri communis patris, ipsas dotarunt, prout constat ex contractibus dotalib. reg. fol. 230. & seq. desuper citato.

Imò plus dico, ꝙ etsi dictę D. aduersarię fuissent hęredes uniuersales d. q. Petri unà cum alijs earū fratribus, prout nō fuerunt; quod nihilominus cum in d. feudo non potuissent tūc succedere cū eisdem fratribus; cum eis obstaret nedum natura feudi, licet fuerit acceptum pro se, ac filijs masculis, & fœminis, & hęredibus, cū intelligantur tūc
30 ad illud fœminę † uocatæ deficientibus masculis, & sic ordine successiuo, prout dicit Soc. iun. cū per eū allegatis in cōs. 103. nu. 7. & seq. uol. 1. ac etiā tenor eiusdē inuestituræ; qua cauetur similiter, ꝙ stantibus masculis fœminæ non succedant, sed ita demū illis deficientibus, à quo recedi non potest, prout dicit Natta in conf. 629. nu. 2. cū per eum allegatis, ut supra dictum est.

Quod nihilominus cęferentur ab eo exclusę, quia licet hodie cesset generalis causa exclusionis fœminarū per deficientiā masculorum, tamen non cessat causa specialis earū exclusionis ab eo, cū ipsę non sint hæ-

redes dicti ultimi uasalli, in cuius hereditate residet dictū feudū, prout requirebatur, & non præfati Petri; cum ab eo deuenerit ad eiusdē filios masculos, exclusis dictis fœminis; cū ad succedendum in eo nō sufficiat esse de cōprehensis in inuestituris, sed oporter esse heredem vniuersalem vltimi vasalli; cum feudū præfatum transeat illius, qui ultimo loco illud possedit per iura & auctoritates desuper adductas.

Et sic remanet resolutum ad illius successionē uocari, & inuestiri de eo debere præfatam clarifs. D. Cæciliam uniuersalē heredē ex testamento d. q. Io. Baptistæ Contareno vltimi vasalli ex linea masculina, & filia q. clarifs. D. Hieronymi fratris d. Io. Baptistę, præfatis clarissimis DD. aduersarijs exclusis, qualitatem hæredū uniuersaliū ex feudi natura requisitam non habentibus, ut supra similiter dictū est. Et ex his contentus esse volo: etsi alia ad eius fauorem dici possent, cum suprascripta sufficiant, ad laudem indiuiduæ Trinitatis, ac gloriosissimæ Virginis matris Mariæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia consilij præcedentis, pro dubiorum resolutione cōtinuatur.

SVMMARIVM.

1 Feudo mixto ut quis succedat quid requiratur.
2 Verba, hæredibus et successoribus, in feudo de quibus intelligantur.
3 Hæreditas quid sit.
4 Dispositio non cadit, ubi non est subiectum.
5 Bonorum quota quod non sit quota hæreditatis.
6 Legitima debita iure naturæ quod non sit quota hæreditatis, sed bonorum.
7 Emphyteusis accepta pro se, filijs, & hæredibus, ad quos transeat.
8 Hæredis nomen de quo intelligatur.
9 Quota bonorum, & quota hæreditatis differunt.
10 Succedere volens in feudo hæreditario qualis esse debeat, & nu. 11.

CONSILIVM XVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Via adhuc in causa Contarena feudali videtur dubitari per Iudicē, stāte, quod clarissimę DD. aduersariæ fuerint vocatæ per statutum Venetū ad successionem bonorū mobilium unà cū eorum fratribus relictorum per q. Petrum cōem patrem ab intestato præmortuum, & filiū q. Iacobi vltimi inuestiti de feudo hæreditario mixto, de quo agitur; illis tamen exclusis à successione bonorum stabilium, iuriumq; & actionum quorumcunq; an ipsæ pro earū portionibus possint in eodē feudo succedere, cum ob mortē q. Io. Baptistæ vltimi vasalli ex linea masculina, qui illud possidebat, in sua hereditate reliquit, uocentur fœminæ ad illius successionem: & dico ad talem successionem nō vocari, neq; debere admitti, stante quod idem Io. Baptista hæredem uniuersalem reliquerit clarifs. D. Cæciliā meā principalē, ex infra dicendis.

Nam, vt dixi in alijs meis allegationibus ad hoc, vt quis in huiusmodi feudo accepto pro se, filijs masculis, & fœminis, ac heredibus, prout omnes inuestituræ dicunt, succe-
1 dere possit, requiritur, q᷑ succedere† volēs nedum sit de descendētibus ultimi inuestiti, verumetiam & hæres uniuersalis, uel acquirētis, uel vltimi vasalli: & sic succedat in uniuersum ius defuncti; non autē sit hæres particularis; prout prætendunt esse d. DD. aduersariæ bonorū mobiliū unà cū earum fratribus; prout in nostris terminis firmat p plura iura & authoritates Curt. sen. in cons. 82. nu. 6. præsertim in uer. nā appellatione hęredū, & nu. 7. in prin. quod ante eū dixit Imol. in l. quod dicitur. la 2. col. pen. in fi. & seq. in prin. ff. de uerb. obli. ubi dicit, quod si quis accipiat emphyteusim, seu feudū pro se, suis hæredib. & successoribus, intelligit
2 † de hæredibus uniuersalibus, qui sint hæredes de iure ciuili, & de successoribus vniuersalibus, qui succedāt de iure pretorio, & nō comprehendere successorē particularē, sed uniuersalē, quos secutus fuit Paris. cū alijs per eū adductis in cons. 2. nu. 28. in uers. & nihilominus. uol. 1. & in cōs. 16. nu. 13. & cōclusiuè nu. 14. & in cons. 23. nu. 189. & conclusiuè nu. 192. eo. uol. 1. ubi attestatur hāc esse magis cōem opinionem, & si aliqui tenuerunt, prout ipse refert ibi nu. 190. & seq. et in tali feudo hereditario posse succedere heredes singulares particulariter, & singulariter in illo instāti; quorū opinio et si esset uera, nec suffragaret aduersarijs; cū in tali feudo nedum nō fuerunt institutæ, cū communis pater obierit ab intestato, verūetiam

& quia

& quia nec instituì poterant, cum fœminæ tunc essent omnino exclusæ à successione talis feudi per existentiam masculorum, stãte tenore dictarum inuestiturarum, & usu feudorum, licet ut dixi, magis communis opinio sit, ut tales hæredes particulares, seu singulares censeantur exclusi à talium feudorum successione. & Paris secutus fuit Rolãd. à Valle referendo similiter hanc esse ** magis communem opinionem in cons. 97. num. 42. uolum. 1. & in consil. 67. num. 24. ubi pariter profert hãc magis communem. volum. 2. dicendo similiter agnatos ad tale feudum non admitti, nisi sint hęredes primi acquirentis, vel ultimi vasalli defuncti, & quidem hæredes uniuersales, & non particulares. A qua quidem magis communi opinione in iudicando recedendum nõ est, nedum si aliqui Doctores teneant contra magis communem opinionem; verumetiã et si communis opinio esset in contrarium, licet nõ sit in casu nostro propter maiorem præsumptionem, quam habet magis communis, prout dicit Corat. in tract. commun. opin. in præfat. nu. 38. & nu. 45. inter commu. diuer. lib. 1.

Cum igitur dictæ DD. aduersariæ à dicto statuto non fuerint uocatæ cum dictis eorum fratribus ad successionem vniuersalem hæreditatis, seu ad illius quotam relictã per eorum communem patrem, sed tãtummodo ad quotam, seu partem bonorum mobilium, ex quibus nubere possent; non est dubium ad tale feudum hæreditarium non uocari, cum nomine hæredum non cõpręhendantur, per supradicta; cum hæreditas

3 † sit successio in uniuersum ius, quod defunctus habuerit, per tex. in l. nihil est aliud. ff. de uerbor. signif. & in l. hæreditas. ff. de reg. iur. & ideo hæreditatis appellatione continetur etiam damnosa, cum sit nomen iuris; & accessionem, & diminutionem in se recipiat. l. hæreditatis, & l. pecuniæ. §. hæreditas. ff. de uerb. signif. & Cagnol. in d. l. hęreditas, num. 1. Cum igitur ubi non est subiectum, ibi non cadat dispositio, † prout dicit

4 Bal. in l. ex facto, nu. 6. in princ. ff. de hæredib. instit. sequitur, quod sicut non fuerunt uocatæ per dictum statutum ad quotã vniuersalis hæreditatis, sed particularẽ bonorum mobilium; ita quoq; à dicto feudo hęreditario censeantur exclusæ; cum ad illius successionem non admittantur, nisi hæredes vniuersales, ut est dictum.

5 Et quod quota bonorum † non sit quota hæreditatis, dicit Afflict. de feud. in tit. si de feud. fuerit controu. inter domi. & agnat. in c. mulier habens. num. 12. per l. non amplius, in fin. & l. si quis seruum. §. fina. & ibi glo. in uer. de duceretur. vbi dat etiam rationem, & l. seq. ff. de lega. 2. & num. 10. etiam

6 dicit, quod legitima † debita iure naturæ non sit quota hæreditatis, sed bonorum, q̃d prius dixit Bart. in d. l. ex facto num. 1. ante fi. in ver. nam legitima filij. ff. de heredib. instit. & ideo ad casum nostrum dicit Alex. in l. quædam. §. nihil interest. nu. 7. in ver. tamẽ pater, & in uers. vnde. ff. de edendo. quod

7 quãdo pater † recipit emphyteusim pro se, filijs, & hæredibus, cum illa emphyteusis dicatur quid hæreditarium, dicit non trãsire in hæredem in re certa, in quem nõ trãseunt iura hæreditaria, cum sit successor iu** ris, & hanc opinionem dicit esse de iure veriorem. & idem tenet Bal. in l. liberti libertæq; num. 32. C. de oper. liber. & Salic. in l. 2. nu. 31. C. de iure emphyt. & ideo non uidetur vera opinio Bal. in d. l. ex pacto. nu. 8. & 9. ff. de hæred. instit. ubi tenet, quod filius institutus in legitima succedat pro rata illius legitimę in emphyteusi accepta à patre pro se, & suis heredibus, nisi forte intelligeretur, vniuersali hærede non adeunte, nec similiter Cuman. eum ibid. seq. sub nu. 2. et 3. vbi dicit non esse differentiam inter quotam bonorum, et hæreditatis, nisi quoad vexationem.

8 Et quod nomen hæredis † intelligatur de hærede vniuersali totę vel quotę, in quo repræsentetur hæredum diffinitio, idest iuris successor. per d. l. quædam. §. nihil interest, et §. seq. ff. de edend. non autem hæres ** improprie dictus, puta in re certa, vel in aliqua quantitate, casum nostrum decidendo respondit idem Bal. in cons. 455. nu. 1. vol. 3. et ita tenet addit. ad cons. 128. Alex. nu. * 8. in ver. etiam in re certa. volum. 1. et idem Bal. in cons. 373. nu. 4. in princip. vol. 1. ubi dicit, quod quis hæres esse non potest, nisi sit uniuersalis. et ideo dixit Saly. in l. si quis. nu. 2. C. de postulan. quod paciscens de re certa hæreditatis, non dicitur de quota hæreditatis pacisci, cum res certa non sit quota hæreditatis. Et quod differentia sit inter

9 quotam † bonorum, et quotam hæreditatis per d. l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. et d. l. si quis

si quis seruum. §. si, cum l. seq. ff. de leg. 2. dicit Imol. in l. qui testatur. nu. 19. in princ. ff. de hæred. instit. & hinc etiam dicit Castr. in cõs. 411. nu. 5. vol. 1. quod substitutus, cum quo miles transegit, non tenetur ad onera hæreditaria, si ad eum certa res deuenit hæreditaria, secus verò si certa quota hæreditatis, puta tertia, aut quarta, quia dicit pro illa portione ad onera hæreditaria teneri.

Et sic remanet resolutum præfatas clarissimas DD. aduersarias non esse hæredes vniuersales in quota hæreditatis præfati q. Iacobi Contareni vltimi inuestiti mediante persona præfati q. Petri earum patris, qui feudum præfatum possidebat pro medietate tantum; cum alia medietas possideretur à Georgio eius fratre, & filio præfati q. Iacobi, ut infra dicetur, prout requirebatur eas esse ad hoc, ut ad successionem præfati feudi pro earum portionibus aspirare possent; & non in quota bonorum mobilium eiusdem Petri cum alijs earum fratribus, prout successerunt vigore præfati statuti, à bonis stabilibus, & iuribus quibuscunq; hæreditarijs exclusis, quæ quidem quota bonorum mobilium, cum non dicatur quota vniuersalis hæreditatis, prout supra per plures authoritates & iura demonstratum est, cum ea non transiuit ad ipsas præfatum feudum: cum non habuerint propterea, neque habeant qualitatem vniuersalium hæredũ à feudo requisitam; cum sit hæreditariũ mixtum, prout similiter in alijs allegationibus demonstratum est: ideo hic non repetam au ctoritates, nisi Clar. in §. feudum, q. 9. nu. 4. ita dicentem, & hanc opinionem tanquam ** veriorem & magis communem vidisse semper in practica seruari; & oporteat propte-
10 rea in eo succedere volentem † esse hæredem vniuersalem primi inuestiti, mediante persona suorum antecessorum, prout dicit Sylua in cons. 30. nu. 20. qui attestatur hãc ** esse magis communem opinionem; & ante eum dixit Alex. in cons. 10. num. 10. vol. 3. sequitur Menoch. in cons. 104. num. 17. uol. 1. Et per consequens esse hæredem vltimi vasalli, in personam cuius deuenit feudum à primo requirente; prout dicit Rolã. à Valle in d. cons. 97. nu. 40. vol. 1. ubi dicit, quòd quis ad successionem talis feudi non admittitur, nisi sit hæres recipientis, vel illius prædefuncti, de cuius portione agitur. Cum igitur q. Io. Baptista vltimus vasallus ex linea masculina, qui præfatum feudum possedit, & in sua hæreditate reliquit, instituerit hæredem uniuersalem præfatam clarissimam D. Cæciliam, & tale feudum veniat in petitione hæreditatis, & restitutione fideicommissi, dummodo sit facienda uni ex vocatis, seu ad quem trãsire poterat feu-
11 dum, † & de eo iudicari, sicut de cæteris bonis hæreditarijs vasalli; prout dicit Osasc. in decis. Pedemont. 161. num. 6. Afflict. decis. 26. nu. 1. in princip. Rimin. sen. in cons. 305. num. 13. & seq. vol. 2. & Bursat. in cons. 3. num. 3. cum alijs similiter per me adductis in alijs allegationibus. Remanet etiam indubitatum de dicto feudo debere inuestiri præfatam D. Cæciliam hæredem vniuersalem vltimi vasalli, cum & ipsa mediante persona suorum antecessorum, & præfati vltimi vasalli, qui præfatum feudum possidebat, censeatur uniuersalis hæres dicti q. Iacobi primi acquirentis, exclusis præfatis DD. aduersarijs, per supradicta. Nec etiã omittendum est ex alio capite constare de iniustitia inuestituræ fact. in personas dictarum aduersariarum; nam præfatus q. Petrus ipsarum pater tempore sui obitus non possidebat de dicto feudo nisi medietatem, cum alia medietas possideretur à Georgio eius fratre, & filio dicti q. Iacobi ultimi inuestiti, qui mortuo Petro instituit hæredes vniuersales in omnibus suis bonis filios masculos præfati q. Petri eius fratris suos nepotes, & illis morientibus sine filijs masculis in d. eius hæreditate substituit illorũ filias fœminas: ex quibus cũ sola supersit d. D. Cecilia ex Hieronymo vno ex dictis nepotib' d. Georgij, vigore dictę substitutionis, mortuo pręfato Io. Baptista, dict. medietas feudi ad ipsã deuenit: de qua dispõne cõstat reg. fol. 248. Et sic circa d. medietatem feudi, cum nunquã à præfato q. Petro earũ patre fuerit possessa, aliquid prætendere non poterant, neq; de illa inuestiri; cum in totum à dicto feudo sint exclusę, cum nõ fuerint, neq; sint dicti q. eorum patris heredes uniuersales, neq; in totum, neq; in quota; & feudum possideretur à dicto q. Io. Baptista ultimo vasallo, qui heredem uniuersalẽ instituit d. clarissimam D. Cæciliam. Et ista sufficiat pro difficultatis resolutione me dixisse.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Attentatorum materia breui, sed succo pleno methodo resoluitur. Et ad quid attentans teneatur.

SVMMARIVM.

Attentata nedum post appellationem interpositam, & citationem cum inhibitione executam, sed etiã infra tempus datum ad appellandum, veniunt reuocanda.

2 *Appellatio siue admissa, siue reiecta per iudicem a quo semper suspendit totam illius iurisdictionem, adeo quod in ea non possit amplius se intromittere, idem si esset dubium an teneat appellatio, num. 3.*

4 *Attentata post appellationem admissam etiam cum clausula, si & inquantum, veniunt reuocanda.*

5 *Spoliatus possessione, pendente appellatione, est restituendus, & nu. 6.*

7 *Spoliator notorius non auditur appellando, & de iure canonico, sed omnino est facienda restitutio.*

8 *Attentans debet condemnari non solum ad restitutionem bonorum ei quem spoliauit, cum reponendo in pristinum statum, sed etiam ad fructus perceptos.*

9 *Iudicium attentatorum est fauorabilius iudicio spolii.*

10 *Probatio semiplena sola sufficit in reuocatione attẽtatorum.*

11 *Attentans & spoliator condemnari debet nedum in fructibus, sed et in expensis.*

CONSILIVM XIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa criminali Reuerendi Presbyteri Pauli Plebani Curatæ ecclesiæ de Tartio Cenetensis diocœsis, antequam ad ulteriora in causa procedatur officio iudicis, etiam nullo iuris ordine seruato, ueniunt reuocanda omnia attentata commissa per Illustrissimum D. Ordinarium eiusdem ciuitatis Cenetensis, siue illius Vicarium post latam per eum sententiam contra dictum R. Plebanum, & appellationem per eum ab ea interpositam, si, & in quantum admissam, ipsum de dicta sua ecclesia, bonis, & fructibus de facto spoliando, in eadem ecclesia œconomum ponendo, ipsum, & suos de domo presbyterali expellendo, eandem ecclesiam etiam tanquam uacantem ad concursum mittendo, & alia attentando prout latius ex processu apparet prout uoluit Rota in decis. 2. in uer. secus vero de restit. spoliat. in nouis. & quod talia
1 attentata, † etiamsi attentata fuissent infra tẽps decẽ dierũ datum ad appellandum, nedum post appellationem interpositam, & citationem cum inhibitione execut. in personam dicti iudicis, a quo ueniunt, ut supra, reuocanda, est tex. formalis in c. non solum, & ibi Archid. num. 5. & sequen. Ioan. Mand. & Pet. de Anch. nu. 1, Domini. de Sancto Geminiani. num. 3. 4. & seq. & Filip. Franch. num. 1. & seq. de appellat. in 6. Alex. latè in cõs. 99. num. 1. 3. 9. & seq. uol. 5. optimè Dec. in cons. 199. num. 1. per totum. Pet. Anto. Anguiscio. cons. 3. num. 17. lib. 4. & Anto. Corset. in sing. 2. in uer. appellatio, incipien. idem operaẽ tẽps. & est tex. in l. vnica. ff. nihil innoua. appellat. interpo. Rolan. a Valle in cons. 77. nu. 4. vol. 2. & qđ appellatio † siue
2 fuerit admissa, siue fuerit re ecta per iudicẽ a quo sẽper suspendat totã illius iurisdictionẽ, adeo ut in ea se in aliquo amplius non possit intromittere, dicit Bursat. in cons. 21. nu. 13. uolum. 1. quem secutus fuit Lancill. de attentat. appellat. pendent. 2. par. cap. 12. in 5. ampliat. nu. 6. ubi etiam nu. 5. dicit, idem procedere, etsi esset dubium, an appellatio
3 † teneat, & uoluit Ias. in cons. 187. num. 27. & seq. uolum. 2. ubi dicit, quod cum per appellationem sit ligata, & suspensa iurisdictio iudicis a quo per cap. dilectus filius, & ibi notat Anto. de Butr. nu. 8. de rescrip. nihil potest per eum innouari; & interim debet ab executione abstinere per d. l. unic. & ibi optimè Barto. num. 1. & 4. ff. nihil innoua. appellat. interposit.

4 Et quod non solum † quando iudex simpliciter appellationem admittit, si aliquid per eum attentetur in causa, ueniant ante omnia attentata reuocandanda; uerumetiã & quando illam admisit cum clausula si, & inquantum, prout in casu nostro reuocare debeant, dicit Lancil. de attent. appellat. pendent. in d. loco sub num. 7. dicendo ita tenuisse Rotam in una Aretina coram domino Oradino.

Quod fortius procedit, cum dictus iudex de facto post appellationem interpositam attentando spoliauerit possessione dictæ ecclesiæ eundem Reuerendum Plebanum, &

nũ, & propterea dicatur attentatũ circa pos-
5 sessionem, † quæ per sententiam reuocationis attentatorum uenit restituenda, nec ab ea appellari potest; prout dicit latè idem Lancill. per plura iura, & auctoritates in d. tract. de attentatis in 3. par. c. 29. de senten. in caus. attent. ferend. sub num. 107. cum seq. & conclusiuè num. 123. vbi etiam dicit, ita in Rota tentum fuisse; non est dubium dictum spolium attentatum esse purgandum, & ad pristinam possessionem esse eundem
6 Plebanum restituendum; cum a iudice † extraiudicialiter, & nulliter procedente sua possessione fuerit eiectus, sicut si a quolibet alio fuisset de ea spoliatus; prout dicit Gofre. in summa in rub. de resti. spoliat. sub nu. 2. latè Menoch. de recuper. possess. remed. 8. num. 8. & seq. fol. mihi 504. & ita fuisse tẽtum in Rota, dicit Caputaq. in decis. 186. p. 3. & optimè Bal. in c. conquerente in princ. de restit. spoliat. omnino viden. qui dicit spoliatum restituendum esse per iudicem cum fructibus.
7 Et quod notorius spoliator † non audiatur appellando, prout fuit idem iudex, ad quemuis effectum, etiam attenta benignitate iuris canonici, sed omnino facienda sit restitutio, dicit tex. in c. cum sit Romana, §. præterea, de appellat. & dicit Ripa in c. sæpè, num. 3. de restit. spoliat. & respondit Rota. in cons. 324. num. 1. in ver. tamen, & nu. 2. & seq. & dicit Ioan. Gutierez. Canonic. quæst. cap. 35. num. 95.

Et quod non solum condemnari debeat
8 attentans † ad restitutionem ecclesiæ, & bonorum, de quibus spoliauit dictum Reuerẽdum Plebanum, cum reponendo in pristinum statum, sed etiam ad fructus perceptos dicit Lancil. in dicto tract. 3. par. cap. 31. de pœni. attent. sub nu. 19. & seq. & conclusiuè nu. 21. & seq. & prius uoluit Rota in decis. 5. per totam de restit. spoliat. in noui. & quod sicut spoliator tenetur purgare spoliũ vsque ad vnum obolum, & hoc in eius odiũ ita quoque attentans teneatur in odium pariter attentatium, tenuisse Rotam dicit Caputaq. in decis. 270. nu. 4. & seq. 2. par.

Et prædicta fortificantur, cum iudicium
9 attentatorum † sit fauorabilius iudicio spolij, prout tenet Rot. teste Achil. de Gras. in decis. 26. nu. 6. in tit. de appellat. & dicit Lãcill. in d. 3. par. cap. 28. de sentent. in caus. attent. ferend. num. 105. & seq. & voluit Rot. d. decis. 2. in ver. merito, de restit. spoliat. in noui. cum attentans ius, iudicem, & partem eludat plus, quam qui partem tantum. & Rota nouis. decis. 68. num. 2. & 3. par. 2. quod etiam comprehenditur ex eo, quod in reuocatione attentatorum etiam sola semiplena
10 probatio † sufficit, prout dicit Dec. citando Rotam ita tenentem in c. 1. nu. 35. in princ. de appellat. licet in casu nostro de eisdem attentatis plus quã plenè probatum sit, & non solum in dictis fructibus idem attentans & spoliator condemnari debet, verum etiam
11 & in expensis; prout dicit idem Lancill. in d. tract. in 3. par. c. 31. de pœni. attenta. num. 106. cum pluribus sequentibus. Et ista sufficiant. Et ita fuit iudicatum restituendum dictum plebanum, reuocatis attentatis, ad eius pristinam possessionem.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Apostasiæ, & concubinatus contra clericum obiecti crimen diluitur, & vt Apostata, & concubinarius quis dicatur, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Religionis ingressus vt valeat, quid requiratur.*
2 *Timor patris impedit matrimonium spirituale, secus in carnali.*
3 *Consulendo, & iudicando recedendum non est a communi opinione.*
4 *Glosa vbi firmat pedes, non est ab ea in consulendo, & iudicando recedendum, & ibi plura de authoritate glo.*
5 *Vicesgerens quomodo obtineat locum eius, cuius vices gerit.*
6 *Commissa Vicario Episcopi, & per eum incepta possunt perfici per substitutum in vicariatu.*
7 *Viceplebanus dicitur verus curatus, ita quod testamentum factum coram eo valet, ac si factum esset coram plebano.*
8 *Vicarius successor potest cognoscere de causis delegatis suo antecessori, ratio ponitur, nu. 9.*
10 *Surreptio literarum ex quibus inducatur.*
11 *Ordines a religioso suscipi possunt sub eodem metu quo fuit factus religionis ingressus.*
12 *Metus causa durante non dicitur purgatus metus per actum sequentem.*
13 *Litteræ subreptitiæ, vel obreptitiæ quomodo elidantur.*
14 *Iudex in causa sibi delegata a Sede Apostolica est maior quocunq; ordinario.*
15 *Factum lege prohibente est nullum, & inualidum.*

Alimenta

16 *Alimenta filius negare est eos necare.*
17 *Fames aequiparatur pesti, & bello, & nihil eadurius est.*
18 *Alimentorum denegatio inducit timorem mortis, & corporis cruciatum.*
19 *Metus an sit iustus, committitur arbitrio iudicantis.*
20 *Mendicare affert verecundiam.*
21 *Accusatus, vel inquisitus de crimine vt condemnari possit, quid requiratur.*
22 *Negatiua probari solet ex inspectione processus.*
23 *Testis de auditu auditus non probat in criminalibus.*
24 *Paria sunt puniri posse pœna extraordinaria, vel torqueri.*
25 *Lex non curat de suspitione quo ad punitionem.*

CONSILIVM XX.

Spiritus sancti gratia nos aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Gābaruria R. Presbiter Franciscus uidetur ab soluendus & liberandus a prætensa apostasia, & concubinatu ex infra dicendis.

Et primo quia licet alias ipse etiam minor duodecim annorum professionem emiserit regularem in Ciuitate Senarum in monasterio Humiliatorum; tamen cum illam metu & reuerentia patris emiserit, prout testes pro parte sua examinati super nullitate, & inualiditate dictæ professionis coram Vicario Archiepiscopi Senen. ad hoc specialiter iudice a Sede Apostolica delegato deponunt, dictæ Religioni neque in specie, neque in genere fuit alligatus cum ingressus
1 † Religionis requirat omnimodam libertatem, & aliter factus dicitur meticulosus, & sic non valet ingressus, neque professio obligat, prout fuit per dictum Vicarium sententiatum, & declaratum; prout dicit Anto. de Butr. in c. cum virum, num. 6. præsertim in versi. modo, de regularib. quem ibidem secutus fuit Ludouic. Bologn. in ver. & tamen vsque in fi. Glos. singularis, quam omnes allegant in c. cum præsens clericus in ver. Patrem in fi. 20. q. 3. vbi dicit, quod timor pa-
2 tris † impedit matrimonium spirituale, secus in carnali: & hanc conclusionē, & Glos. constanter tenet & sequitur Alex. restringēdo ad istum casum tantum dictum Anto. de Butr. desuper citat. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, num. 11. in vers. quam tamen limita, et ibi etiam Imol. num. 48. ff. solut. matrimo. qui dicit hoc procedere, cum voluntarium militem, nōn coactum eligat sibi Christus et hoc idem tenet Iason. in consilio 3. num. 20. in fi. in ver. non obstat, et nu. 21. et seq. vol. 1. et latè, et optimè Vasq. cōtrouer. illustr. c. 35. num. 17. et seq. lib. 1. fol. mihi 92. idem Iason in §. quadrupli nu. 62. et 65. Inst. de actio. vbi dicit ꝑ pea ingressū & professionē esse ipso iure nullā; ita ꝙ sine præuaricatione potest deleri, et habitum deponi; et idem ibi uoluit Angel. Aret. num. 8. in ver. propterea propter meram et putam libertatem, quæ requiritur in actu dedicationis, Marsil. optimè in singul. 347. incipi. matrimonium in ver. dicas tamen, vbi dicit perpetuo hanc conclusionem esse menti tenendam, et Couar. in 2. par. c. 3. §. sexto, nu. 6. in ver. secunda, et nu. 7. vbi de communi,
* licet illam non sequatur; tamen a communi
3 opinione in iudicando, et consulendo † recedendum non est; prout dicit Dec. in cōs. 36. col. penult. in ver. ex quibus Pasett. in cons. 99. num. 5. Turzan. inter communes diuers. sub tit. de contrahen. stipulatio. num. 145. vol. 2. et Cassad. super Regul. Cancell. decis. 12. num. 7. et Alex. in cons. 92. num. 4 in fi. vol. 2. cum vulgaribus. Prout nec recedi debet in iudicando et consulendo ab
4 opinione glos. quando firmat pedes, † prout dicit Alex. in d. cons. 92. num. 4. in princ. Mantua, in l. admonendi sub nu. 61. in ver. quarto, ff. de iureiur. qui dicit similiter opinionem glosæ tenendam esse in iudicando, cū antecellat omnes alias auctoritates, dum modo communis opinio non sit contra eam prout ibidem num. 62. prout et omnes alias auctoritates antecellere dicit Contardus, cum allegatis per eum in repet. l. vnicæ, nu. 5. C. si de momen. possess. fuerit appellat. fol. mihi 41. ter. et quod in iudicando tutū non sit a Glos. ordinaria recedere, dicit Bal. in cons. 169. nu. 3. volum. 5. et quod glosæ opinio omnibus alijs auctoritatibus sit ante ferenda; et quod si cum ea concurrant tres Docto. constituant communem, dicit Grat. in consil. 75. num. 21. et seq. vol. 2. et quòd ab opinione glo. non sit recedendum, si Docto. communiter contra eam nō concludāt, tenet Afflict. decis. 21. num. 4. in princip. et quod vbi glo. firmat pedes seruanda sit, et omnes alias auctoritates tollat, dicit Bertrand. in cons. 191. num. 5. in fi. et sequen. in princip. vol. 1. par. 2. quod prius, Glos. ordinariam tollere omnes auctoritates, dixit

Bal. in

Bal. in l. cum hæreditas in fin. C. deposit. et quod mallet magis in iudicijs habere glo. pro se, quam tex. dixit Fulgos. in l. ad officiū num. 2. C. commun. diuidun. cum iudex dicat, credis tu, quod glosator nō viderit tex. illum, & non ita bene intellexerit, sicut tu? & quod ab opinione glos. in iudicando & consulendo non sit recedendum, cum antecellat omnes alias auctoritates, firmat Barb. in cons. 54. num. 8. vol. 3. quanto magis ergo sequēda est in casu nostro, cum cum opinione eiusdem glos. concurrat communis Docto. opinio, prout dixit Alex. in d. cons. 92. num. 4. vol. 2. neque obstat modo si diceretur, per Reueren. D. Cæsarem Campanum, qui erat tempore præsentationis literarum Vicarius generalis Illustrissimi Archiepiscopi Senensis, non fuisse vigore dictarum literarum pronuntiatum, & sententiatum ad fauorem dicti R. Gambarutij, sed per Reuerendum D. Minum Triarculum Vicarium substitutum dicti Illustrissimi D. Archiepiscopi. quia dicitur hoc in aliquo
5 non releuare; primo quia vicegerens † adeo & taliter obtinet locum illius, cuius vices gerit, quod si sibi aliquid rescriberetur, esset mandandum executioni per illum, cuius vicem gerit, etiam quod sit creatus post commissionem datam vicemgerenti: & hanc esse veriorem opinionem, & communiter approbari, dicit Abb. in ca. eam te. num. 14. de rescript. quod & per eundem Vicarium Campanum post eius reditum fuit obseruatum in casu nostro, cū dederit executionem sententiæ latæ per suum substitutum, prout cōstat literis testimonialibus dicti Gambarutij super exercitio curæ per eum factæ in ciuitate Senarum, & missarum celebratione.
6 Et quod commissa † Vicario Episcopi & per eum incepta possint perfici per substitutum in Vicariatu, tenet expresse ex decisio, Vestan. addi. ad decis. 1. Rotæ nu. 3. de offi. vic. in noui.

Secundo quia vicesgerens, & iudex delegatus in causa mea, vere pōt dici meus iu
7 dex, prout & † Viceplebanus dicitur verus curatus, adeo quod testamentum factum coram eo, & duobus testibus valet, & tenet, ac si factum esset coram plebano, cuius vices gerit, prout firmat Corne. in cons. 18. nu. 12. in uer. ponderandum est etiam vol. 2.

Tertio, quia etsi dictus Vicarius non esset substitutus, sed successor d. R. Cæsaris Campani in Vicariatu, cui literæ præsentatæ fuerunt, nihilominus eius sententia ualeret & teneret, cum non sit dubium Vicariū
8 † successorem posse cognoscere de causis delegatis suo antecessori, absque noua cōmissione; ex quo talis delegatio non fuit facta dicto Vicario sub nomine proprio, sed appellatiuo, seu tāquam Vicario, & habeat quandam præeminentiam, quæ largè dicitur dignitas, ad hoc, vt illi delegari possint a Sede Apostolica, prout quotidie videmus, ita firmat Card. in c. quoniam Abbas, col. 5. in vēr. ex hoc, & seq. omnino uiden. de offi. delegat. & eū ibi latè secutus fuit Abb. sub num. 10. & seq. vbi etiam subdit, in dubio magis credere Papam considerasse tribunal ipsius Vicarij, & ibi etiam Fely. sub num. 7. vbi dicit modernos sequi opinionem Card.
9 & Abb. cum dicant Vicarium habere † dignitatem, & commissionem dignitati factā transire in successorem, licet ipse de subtilitate iuris ab hac opinione recedat: a qua tamen conclusione non puto recedendum in iudicando propter auctoritatē Card. Abb. & Moder. & hanc opinionem etiam amplexa fuit Rota in cā Catanea legitimitatis in anno præsenti. Et sic remanet resolutum ēt ex isto capite sententiam ad fauorem dicti Reuerendi Gambarutij latam sustineri.

Neque pariter obstaret, si opponeretur de subreptione dictarum literarum, ex quo in eis non fuit expressum, quod R. Gambarutius susceperit ordines sacros etiam presbyteratus ad titulum eiusdem religionis Humiliatorum. Primo quia hoc nō erat necesse exprimere, cum talis taciturnitas nō inducat subreptionem. Secundo quia sumus in literis iustitiæ, non autem in gratiosis: cum regula trita sit in iure, literarum sub
10 reptionem † induci vel per expressionem falsitatis, vel taciturnitatem veritatis illius; quod si Princeps sciuisset, uel gratiam non concessisset, uel difficilius concessisset, prout dicit Dec. in cons. 141. num. 19. cum vulgaribus. sed si sic est, non est dubium, quod etsi d. Gambarutius expressisset, prout non expressit, quod tempore, quo suscepit ordines etiam presbyteratus in eadem religione, permanebat sub eodem metu, cum adhuc illius causa perduraret; quod nihilominus eidem fuisset concessum per Sedem Apostolicā causam nullitatis sui ingressus, seu professionis per eum emissę committi,

prout

prout committi obtinuit Archiepiscopo Se
nen.seu illius Vicario, cum etsi sub dicto me
11 tu ordines † prædictos susceperit, illos su-
scipere potuerit, ad dicta per Cæsarem de
Grafi.in decis.20. num. 18. sub titu. de his,
quæ vi met.cau.fiunt:nec propterea dici po
12 terat dictus metus † purgatus, cum adhuc
illius causa perdurarer, ad dicta latè per Pur
purat. cum accumulatis per eum in consilio
579. num. 14. uol. 2. & latissimè Bursat. in
cons. 72. num. 26. & seq. uol. 1. ubi dicit, nec
metum purgari per aliquem actum licet spõ
taneum postea factum, si causa metus perdu
rabat. & Mascard. in conclus. 1055. sub nu.
36. qui more suo quam plures Docto. accu-
mulat, & per hoc talis expressio in aliquo
operari non poterat in mente Principis, cũ
sub eodem metu potuerit & ordinari, ut est
dictum, & illorum susceptio non fuerit suf-
ficiens propterea ad retinendum ipsum alle
gatum prædictæ religioni; & sic etsi essemus
in rescripto gratiæ alicuius, talis taciturni-
tas non obstat.

Quo verò ad secundum præsuppositum,
cum simus in literis iustitiæ prout patet ex il
lis verbis, videlicet, licet nullum sibi hoc ob
stet canonicum impedimentum &c. & in il-
lis alijs verbis, alio sibi non obstante canoni
co impedimento, nuncietis, & declaretis, &
mandatum fuerit in eis citari ptiorem eius-
dem monasterij, prout fuit citatus, patet ali
quod dubium non esse per aliquam subre-
13 tionem, † uel obreptionem illas non elidi,
nisi ope exceptionis; quod factum non
fuit in casu nostro, ad dicta per Abb. in
c. cæterum, num. 6. & ibi Ant. de Butr. num.
3. 10. & 16. de rescript. & Putc. decis. 240.
num. 9. lib. 2. & Cassad. decisio. 1. in princip.
sub eo. tit. de rescript. cum concordantibus.

Neque aliquid obstat, si diceretur, quod
idem R. Gambarutius in suo constituto con
fessus fuit, quòd sponte requisiuit Reueren
dum Præpositum, vt illum ordinari faceret,
& quòd tunc alium timorem sui patris non
habeat, nisi quod dubitabat, & credebat, ꝙ
si exiuisset de dicta religione, & non susce-
pisset ordines sacros etiam presbyteratus,
quòd illum in domo non recepisset, & sic
coactus fuisset mendicare, & quod propte-
rea fecit se ordinari, & de consilio presbyte
ri Hieronymi, semper tamen habendo ani-
mum exeundi de religione prædicta prout
constat processu fol. 37. 38. & seq.

Primo quia non videtur per D. meum
postquam ipse produxit suum processum, &
sententiam factam per dictum Iudicem au-
ctoritate Apostolica specialiter delegatum,
per quam sententiam expresse apparet ip-
sum dictæ religioni vnquam non fuisse alli-
gatum, cum metu paterno illam ingressus
fuerit, & in ea professionem fecerit, sed esse
presbyterum secularem, & capacem benefi
ciorum ecclesiasticorum, ac bonorum hære-
ditatis paternæ, & aliorum, prout expressè
in ea legitur, dominum Gambarutium su-
per d. processu, & sententia, ac pretensa apo
stasia ex nouiter deducendis, & probandis
potuisse, aut posse molestari: cum iudex dele
14 gatus † por Sedem Apostolicam in causa
sibi commissa sit maior quocunque ordina-
rio, ac etiam legato de latere, cum vices Pa-
pæ gerat. c. sanè quia de offic. deleg. & Be-
ro. in cons. 33. cum adductis per eum num.
7. & seq. vol. 1. & propterea factum a dele-
gato retractari non potest absque speciali
mandato Papæ c. pastoralis, §. preterea, de
offic. ordi. c. inferiore 21. distinc. l. aduersus,
C. si aduer. rem iudic. & l. minor autem ma-
gistratus §. 1. in fi. in uer. sed si ab Imperato-
re, ff. de minorib. & dubium non sit in iure,
15 quod quando lex † prohibet audientiam,
vel aliquid fieri, prout in casu nostro, quod
si fuerit factum non obstante legis prohibi-
tione, quod est nullum, & inualidum, prout
uidetur esse dictus processus post productio
nem dictæ sententiæ, & processus, ad firma-
ta per Ias. in cons. 168. num. 21. & seq. omni
no uiden. volumine secundo, Tiraquel. in
repet. l. si vnquam in uersic. reuertatur, num.
212. C. de reuocand. donat. Vanti. de nul-
litat. ex defectu inhabilit. seu mand. compa.
sub nu. 52. & seq. & Bertaz. in cons. 71. nu. 1
vol. 1. in crim.

Secundo, quia idem Gambarutius in
præcedenti eius constituto contrarium di-
xit dicto processu fol. 34. ter. reddendo etiã
concludentem rationem, & dicendo, quod
sui fratres fecerunt ipsum ordinare ad sacer
dotium, cum esset ipse annorum 23. & cre-
dit quod ipsum fecerint ordinare ante 25.
annũ in vim eorũ facultatũ; vñ præfacto di
cto stari debet; & q̃a primũ, & q̃a iuratũ, in
tribus vulgaribus: & sic suscepisse ordines;
quia voluerunt sui superiores, & sic eodem
metu paterno durante, prout in penultimo
ei⁹ cõstituto similiter dixit sẽper penes ipsũ
perdu-

perduraſſe metum, & timorem paternum dum in ipſa religione permanſit,& ſic nunquam ceſſaſſe, prout patet eodem proceſſu fol. 51.52.ter.

Tertio, quia eadem uerba in effectu a præcedentibus nõ differunt, & idem important,quia dicit,quod quãdo incepit cognoſcere bonum a malo,quod erat ætatis anno rum 14.uel 15. & quod ipſe non habebat alium timorem de ſuo patre, neque de alijs tempore,quo ſuſcepit ordines,niſi quod ipſe putabat, & tenebat, quòd ſi exiuiſſet de dicta religione,ipſum in domo amplius non recepiſſet, & ſic cogeretur mendicare, ex quo dictio,niſi,ſequẽs negatiuam ſtat incluſiue,prout dicit Dom.de Sancto Gemi.in c. nullum ante ſi.28.diſtin. & ſic dicit habuiſſe hunc timorem,ut ſuus pater ipſum in domo non reciperet,nec alere vellet, & ſic mẽdicare cogeretur: & ſic iuſto timore patris ibidem detinebatur,liberam voluntatem & conſenſum excludente;& ſub eodemmet timore ordines prædictos ſuſcipien. cum ne-

16 gare alimenta, † quæ a patribus filijs de iure naturali debentur,per tex.in l.ſi quis a liberis,§.ſi uel parens, ff. de liber. agnoſcen. & latè tradit Surd. in tracta. de aliment. in quæſtio. 1.num. 1.& ſeq. nil aliud ſit, quam filios necare,& in eos ſę uire,per tex.in l.necare,& ibi Bar.ff.eod.& idem Surd .in præcitato loco dicendo etiam ibidem ex dicto Ioan.Andr.ſub nu.5.& propterea ſtatutum non ualere diſponens, quod pater non teneatur alere filium maiorem annorum decẽ & octo;cum educatio ſit de iure naturali,ut eſt dictum,quæ prohiberi, aut tolli non poteſt,§.ſed naturalia Inſtit.de iure nat. gent. & ciuil. tradit latè Surd. loco præcitato.

Hinc dicebat Dec.in conſ.555.num. 11.&

17 ſeq. famem † æquiparari peſti, & bello, & quod nihil eſt durius fame, & crudelior eſt mors propter famem, quam propter bellũ, & quod propterea propter famem quis excuſatur a furto ; quod prius latiſſimè firmauit Lucas de Pen.in l. 1.num. 3.in fi.& num. 4.in tit.de quib.muner.uel præſtat.nemi.lit. ſe excuſ.lib. 10.omnino uiden.& Bal. dicebat in l.pactum in fi. quod fames eſt acutiſſimus enſis.C.de collat.cum igitur,ut eſt dictum,crederet idem Gambarutius in domo patris amplius non recipi, & alimenta eidẽ denegari, poſtquam de dicta religione exiuiſſet,& propterea cogi mendicari, non eſt dubium iuſto metu,& timore in d.religione permanſiſſe.& ſub eodem metu ordines ſuſcepiſſe, nec per illorum ſuſceptionem fuiſ-

18 ſe purgatum; cum denegatio † alimentorũ inducat timorem mortis,& corporis cruciatum,ut eſt dictum,& dicit Lucas de Pen.ex dicto Quintiliani in præcitato loco, ultra alios,per hęc uerba uidelicet,,fęlix peſtilentia,fęlix præliorum ſtrages, denique omnis mors facilis,fames aſpera, uitalia haurit,pręcordia carpit,animi tormentum,corporis tabes,magiſtra peccandi,diriſſima neceſſitatũ deformiſſima malorum,hæc ille. Et dubiũ non ſit mortis timorem,& cruciatum corporis, ac bonorum paternorum amiſſionem, duplicatum timorem, & metum iuſtum inducere,ut actus iuſto metu dicatur factus,& non ualeat, cum quodlibet per ſe ſufficiat, ad tradita latè per Menoch.de arbitr.iudic. in caſu 135.per totum lib.2,cent.2. & pro-

19 ptere a cum talis metus, † an eſſet iuſtus uel non, arbitrio iudicis iudicantis remiſſus ſit, prout latè tradit Menoc. cum allegatis per eum in d. loco num. 3. quem ſequitur Maſcard.de probatio. in concluſ. 1055.incipiẽte, metum, num.21. præſertim cum in caſu noſtro per literas Apoſtolicas circumſpectioni iudicis fuerit commiſſum negotium terminandum, & per hoc omnino ſtandum eſt dictæ ſententiæ, cum circumſpectio ſit quædam conſideratio eorum, quæ circunſtant, prout dicit Alberic. in ſuo diction. in uer.circunſpectio, quæ tunc tantum per iudicem conſiderari poterant, & non in præſenti, præſertim cum ſimus in materia metus propter difficultatem probationis, cum contineat in ſe dolum, lex fuerit contenta coniecturis,indicijs,circunſtantijs probari, latè Pariſ.in conſ.53.num.61.& 63.& conſilio 60.num.21.& 23.uol.4. & Maſchard. in concluſ. 1056.numero ſecundo, & ſeq. Impreſſio Tauri.

Quibus addi poteſt ad illorum corroborationem clericum mendicare,prout & clericus erat,antequam ſuſciperet ordines ſacros d.Gambarutius, tenere in uituperium ordinis eccleſiaſtici, prout dicit Anto. de Butr.in c.ad ſupplicationem, num.3. de renuntia. & per hoc honorem & famam lædi,

20 cum mendicare † uerecundiam afferat,prout dicunt Ioan.de Plat.circa medium,& Iacob.Rebuf.nu.5.C.de mend.ualid. lib. 10. ſecundum illud euangelij Lucæ, de quo in cap.16.

cap. 16. fodere non ualeo, mendicare erubesco; & honoris, & famæ amissio dicatur iustum metum inferre, prout dicit Aymo in cons. 49. nu. 7. Et ex his ostensū sit apostatam non esse dictum Reuerendum Gambarutium, sed presbyterum secularem, prout iudicatum fuit.

Deueniendo nunc ad secundum caput prætensi concubinatus, dico ex eodem processu euidenter apparere de aliquo prætēso concubinatu non esse probatum; nec posse propterea de eo puniri: nam ad effectum, vt quis accusatus uel inquisitus de crimine aliquo diffinitiuè condemnari possit, requiri-
21 tur † alterum de tribus modis illud esse probatum, uidelicet, uel quod sit sponte confessus, uel quod sit testibus necessario, uel præsumptiuè iuris præsumptione, id est, a iure approbata, conuictus, uel quod conuictus sit indicijs, & indubitatis, quæ faciunt præsumptionem uiris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, pro ut habentur, & colliguntur in l. qui sententiam, C. de pœn. l. 2. C. quor. appell. non recipiunt. l. fi. & ibi Bal. num. 2. & 5. C. de probatio. ff. de custod. reo. l. si confessus. & ita firmat Paul. de Cast. allegans eadem iura in cons. 299. visa inquisitione suprascripta, nu. 1. vol. 2. quorum istorum nihil est in casu nostro, sed omnia deficiunt, prout apparet ex inspectione eiusdem processus contra eum fabricati, cum per illius inspectionem talis
22 negatiua † probari soleat, ad dicta per Iacob. Butrig. in l. 2. C. de erro. aduoc. Abb. in cons. 92. num. 3. uol. 1. Cephal. in cons. 250 num. 3. uol. 2. Purpu. in cons. 524. num. 10. uol. 2. latè Franc. Hercula. in tracta. de negat. proban. sub num. 176. & seq. tract. tom. 4. fol. 21. & Menoch. in cons. 199. num. 3. volumine 2.

Neque aliquid obstat, si aliqui testes deponerent circa huiusmodi concubinatum de auditu auditus: quia vltra quod quamplures alij testes deponant, quod pro frater & sorore respectiuè habebātur, & tenebantur d. R. Gambarutius & q. Virginia; & propterea posset dici esse constitutos in quasi possessione fraternitatis, & sororitatis respectiuè, & habiles fuisse ad inuicem ad successionem hæreditatis, ad dicta per Affl. decis. 25. in princip. ex qua eorum insimul facta cohabitatione apparet nunquam in hac ciuitate Venetiarum generasse aliquod scandalum, & per hoc etiam cessare nedum probationem delicti concubinatus, sed & tolli quancunque præsumptionem uiribus vulgaribus: tamen indubitati iuris est, testes de
23 auditu † auditus in causis huiusmodi criminalibus nihil probare, prout dicit Alex. in cons. 72. num. 8. in fi. uol. 1. & in cons. 1. nu. 4. in fi. & seq. uol. 3. Mars. in cons. 76. nu. 25. Paris. in cons. 164. num. 5. uol. 4. Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 53. in fi. Angel. de Castr. inter crimi. diuers. cons. 94. num. 23. & seq. uol. 1. Barth. Veron. in cons. 1. num. 18. in crimi. Dominic. de Sancto Gemini. in cons. 142. num. 5. & Aymo in cons. 281. num. 5. in uer. secundo; & per hoc non solum de dicto prætenso concubinatu non fuit probatum plenè, uerum etiam nec semiplenè; & per hoc ad aliquam pœnam extraordinariam deueniri non potest, cum a pari procedant, aliquem posse pœna extraordinaria puniri,
24 † uel torqueri, prout dicit Ioan. a Roya. in sing. in fauorem fidei 191. num. 3. In uer. hoc sanè. & aliquem non posse torqueri nisi semiplene probatum sit, nemo dubitet, ad dicta per Clar. in sua prax. crimi. q. 62. num. 1. & Bonacos. in tit. de quæstio. inter commu. diuer. nu. 9. in ver. si semiplene, uolum. 2. sed omnino absoluendus, & liberandus est, etsi de tali ptēso cōcubinatu adfuisset aliqua suspicio, cū ex sola suspicione res in aliquo nō sit cōdēnādus, cū de ea lex nō curet quoad
25 punitionē, prout optimè firmat † Bal. in l. fi. num. 17. C. de probatio. quem secutus fuit Anto. Gomes. Delicto. cap. 12. col. fi. in uer. aduertendum, usq. in finem, & optimè Cla. in sua prax. crimi. d. q. 62. num. 1. licet ipse potuisset moneri, ut dictam Virginiam de domo sua dimitteret, si aliqua sinistra suspicio talis prætensi concubinatus de eis haberetur seu mulier suspecta esset secundum formam Sacri Conc. Triden. cap. 14. quam turpe, sess. 25. de reformat. Et ex his omnibus demonstratum sit dictum Reuerendum presbyterum Franciscum Gambarutium a prætensa apostasia et concubinatu absoluen. et liberan. fore, et esse. et ita fuit iudicatum quo ad apostasiam.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Consilij præcedentis 69. materia discutitur. De materia præsumptionum, probationum, & falsi plura elucidantur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus domicilij potest punire clericum de delicto in aliena diœcesi commisso, siue per accusationem, siue ex officio.*
2 *Accusatio, & actio accusandi quanto tempore tollatur, & quid in inquisitione ex officio, nu. 3.*
4 *Præscriptio non currit de iure canonico in peccatis, quo minus saltem in foro animæ imponatur pœnitentia.*
5 *Concubinatus ad essentiam quæ requirantur.*
6 *Rei adesse vbi duo copulatiuè requiruntur, non sufficit de implemento vnius probari.*
7 *Malus semel semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
8 *Concubinatus quomodo probetur.*
9 *Mulieres & viri vsq; ad quot annos concipere possint.*
10 *Peritis in arte quando standum sit.*
11 *Iura non arctantur ad ea, quæ raro accidunt, sed vt plurimum.*
12 *Caussa cessante cessat effectus.*
13 *Cohabitatio continua duorum per multos annos quid operetur.*
14 *Bal. dictum in l. non dubium, num. 10. C. de legi. declaratur.*
15 *Probatio bonæ vocis & famæ quid operetur.*
16 *Præsumptiones in specie semper præualent præsumptionibus in genere.*
17 *Torqueri non debet de iure quis, nisi de delicto contra eum sit semiplene probatum.*
18 *Salutis suæ ucmo immemor præsumitur.*
19 *Præsumptiones se inuicem tollunt circa idem factum.*
20 *Vita honestas, professio, & conuersatio elidit præsumptionem ante actæ vitæ, & incontinent æ.*
21 *Præsumptio exclusiua delicti attenditur non inclusiua.*
22 *Occulta, quæ probari non possunt, iudicio Dei remanent.*
23 *Articulos falsos dando, & testes super eis inducendo an, & quando committi dicatur falsitas.*
24 *Clericis quas mulieres in domo habere prohibitum sit.*
25 *Testes ad perpetuam rei memoriam prohibitum examinari in criminalibus lite non contestata.*
26 *Factum frustratorium pœnam efficaciter non committit.*
27 *Romani dictum in cons. 483. nu. 5. declaratur.*
28 *Falsitatem ad committendam tria copulatiuè requiruntur, vt ibi.*
29 *Falsitas siue dolo quod nulla pœna punibilis sit.*
30 *Scandalum vitare debemus inquantum possumus.*
31 *Causa quælibet excusat a dolo.*

CONSILIVM XXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN eadem causa R. Gambarutij, cum ex eius constituto post publicationẽ primi processus aliqua de nouo emerserint cogitanda, & in iure discutienda ad illarum indagationem & illius defensionem, inhærẽdo alijs allegationibus, accedo.

Et primo dico in aliquo non posse puniri in præsenti iudicio eundẽ R. Gambarutiũ: etsi confessus fuit, quod aliàs dum in ciuitate Senarum permanebat, iam sunt triginta anni & vltra, commercium carnale semel, aut bis habuerit cum quadam Virginia, & ex ea filium susceperit.

Quia licet Episcopus domicilij possit punire clericum de delicto in aliena diœ-
1 cesi commisso, † siue per accusationem, siue ex officio procedat, prout latè tradit Abb. per rationes, quas adducit in c. cum contingat, num. 6. & seq. de foro compet. & in ca. de illis, & ibi etiam Calder. sub num. 20. de rapt. tamen indubitati iuris est, per lapsum 20. annorum, nedum 30. & vltra, prout in casu nostro, tolli nedum accusationẽ, & actio-
2 nem accusandi † per l. querela & ibi Barto. Angel. Salyc. & alij. C. de fals. Abb. in c. cũ
* haberet, num. 4. ubi dicit sic communiter tenere Doctores, de eo qui dux in matri. quã pollu, per adulterium, & Balb. de præscript. in 4. par. 4. par. princip. quæst. 2. num. 1. uerum etiam & officium iudicis præscribitur, ne de delictis ex suo officio in casibus a iure permissis post dictum tempus inquirere pos
3 sit, † prout firmat idem Bar. in d. l. querela, num. 2. & ibi Cin. num. 4. optimè Salyc. nu. 3. & Angel. num. 1. & ibi etiam Bal. in fi. ubi dicit, quòd talis exceptio præscriptionis in criminali impedit processum, sicut abolitio, C. de fals. & Bal. in loco desuper citato, nu.
* 2. vbi dicit hanc esse communem opinionẽ, & uera est conclusio, ne pro delicto post dictum tempus aliqua pœna reus in foro fori puniri possit, licet de iure canonico non cur

rat

4 rat præscriptio † in peccatis, quo minus saltē in foro animę imponatur pœnitentia pro delicto, prout dicit Abb. in præcitato ca. cū haberet, nu. 4. in fi. de eo, qui dux. in matri. quem secutus fuit Bal. in præcitato loco, nu. 4. per glo. in c. admonere in uer. pœnitentia 33. q. 2. & ista sufficiant ad demonstrandum ob talem confessionem delicti in aliqua pœna in foro iudiciali, in quo sumus, eundem Gambarutium puniri non posse.

Prout nec puniri potest de aliquo prætēso cōcubinatu, etsi in domo propria retinuit eandem Virginiā per plures annos, & usq; ad sui obitum. Et pro rei intelligentia præmittendum est, ad essentiam concubinatus
5 duo copulatiuè requiri, † uidelicet, & quod simul commercium carnale habeant concubinarij, & quod insimul cohabitēt, ad. dicta per Ant. de Butr. in c. uestra, nu. 11. ubi latè examinat, quæ concubina dicatur, & ibi Io. Calder. nu. 4. de cohabi. cle. & mulier. & Petr. de Ancha. in cap. per tuas in prin. qui filij sint legit. quorum altero deficiente, uidelicet, commercio carnali, non potest dici propterea de concubinatu conuinci idem Gambarutius, etsi cum d. Virginia cohabitauit, cū nullum cōmercium carnale cum ea ha-
6 buerit, cum quando † copulatiue duo requiruntur ad esse rei fieri, uel adimpleri, prout in casu nostro, non sufficit de adimplemento unius probari, prout dicit Bal. in l. conuenticulam, col. 3. ante fi. in uer. item est argumētum ab effectu, c. de episcop. & cleric. & est tex. in l. unde, §. penul. in uer. competere ante fi. ff. de itiner. actuq; priuato l. fi. §. aut lex & ibi gl. in uer. auctoritas. & Odofred. nu. 2. ff. de diuort. & Spec. in tit. de teste, §. 1. nu. 95. & sic minimè conuincitur de aliquo cōcubinatu per dictā solam cohabitationē.

Neq; obstat si diceretur, ꝙ ex quo ipse confessus fuit semel aut bis iam triginta annis retro commercium carnale habuisse cū d. q. Virginia, & ex ea filiū suscepisse, quod propterea, cum illam postea in domo receperit, & retinuerit per plures annos usq; ad eius obitum, ut est dictum, licèt sub nomine Sororis, quod præsumatur in concubinatu
7 uixisse; cum semel malus, † in eodem genere mali semper malus præsumatur; & sic commercium carnale cum ea habuisse, per vulgatam regulam, semel malus, de regul. iuris in 6. Et facit, quod ex præterita uita præsens perpendatur, & de ea iudicetur prout dicit Ioan. à Turrecre. in c. in primis, numero 13. 2. q. 1. & quod uita præsens ex anteacta spectari soleat, dicit Simanc. de Cath. institut. in ver. cum ex præsumptionibus, nu. 16. tract. tom. 11. par. 2. fol. 190. et videtur facere Abb. in c. tua nos, n. 7. de cohabit. cleric. et mulier. et in c. uestra. n. 7. circa med. in ver. Sed cogitaui. eod. nec eidem in aliquo videtur opitulari, etsi vocauit ipsam sororem, prout dicit Bald. in l. non dubium, sub n. 10. post med. in ver. de ista fraude de nomine ad nomen, C. de legib. vbi dicit, ꝙ si clericus, qui non potest tenere concubinam uocat eam sororem, quod ei talis fraus non opitulabitur.

Tamen aduertendum est ex pluribus, et fortioribus præsumptionibus, et coniecturis, talem præsumptionē concubinatus tolli; et dicta in pręcitatis locis per Abb. facere pro dicto R. Gābarutio, dū dicit in d. c.
8 tua nos, n. 7. quod concubinatus † probatur per coniecturas, q̄ terguersari non possunt, veluti si tractat eam publice ut concubinā, nec subest aliqua excusatio offuscans præsumptionē iuris, maximè si ex ea habet filios, subdēdo ꝓ pea quod si tergiuersari potest, et per hoc fornicatio nō est notoria, q̄d seruanda sit cōtra talē. c. 1. & 2. eod. & in d.
,, c. vestra. nu. 6. similiter dicit,, Sed cogitaui,
,, q̄d de iuris subtilitate possumus distingue-
,, re, q̄d aut fornicatio est ita notoria, q̄d nul
,, lā habeat dubitationē, sicut uidem.ᵘ in pluri
,, bus clericis, q̄ tenēt ita publicè cōcubinas
,, sicut vxores, & publicè nutriūt filios, ita q̄d
,, nec ipsi ēt audēt diffiteri: & tūc, credo ꝙ oī-
,, no sit abstinēdū ab eis sine alia monitione.

Ex quibus manifeste apparet ex sola cohabitatione de cōcubinatu nō probari; sed oportere deueniri ad alias præsumptiones, & coniecturas, ex quibus vel concubinatus probetur, vel præsumptio, quæ oritur ex cohabitatione, & ex illo pręcedenti commercio carnali, quod antea habuit idem Gambarutius cū d. Virginia, antequam insimul cohabitarent, excludatur; prout verè excluditur ex infra dicendis.

Et primo accedendo ad illam pręsumptionem excludentem prętensū concubinatū, q̄ ex natura ipsa cōmercij carnalis ꝓuenit, dico, ꝙ sicut dictus. R. Gamb. anteq̄ cū d. Virginia cohabitaret, ex quo cū ea cōmerciū carnale habuit, licet nō esset eius cōcubina, ut ē dictū, ꝓcreauit ex ea filiā: ita quoq;

verisimiliter, & probabiliter ac efficacius tenendū est: q̄d si commercium carnale cū ea habuisset, quod ex ea alias filias, seu filios procreasset, & suscepisset, cum tunc esset ætatis triginta annorum uel circa, prout testes ad defensam examinati deponunt: & sic habiles ad filios procreandos & cōcipiendos respectiuè, cum mulieres † usq; ad quinquaginta annos, & indubitanter vsque ad 45. concipere possint, & mares usq; ad 70. indubitanter usq; ad 65. annos procreare ualeāt; prout dicit Menoc. de p̄sump. p̄sump. 24. n. 4. & sequen. lib. 5. uolum. 2. & Viui. decisio. 246. num. 1. & deponunt nonus testis artiū, & medicinæ Docto. ad defensam examinatus fol. 26. ter. & seq. & undecimus testis similiter artiū & medicinæ Doct. fol. 32. ter. & seq. quibus quidem testibus standum est, cum peritis in arte de his, quæ pertinent ad eorum officium, standum sit, etiamsi per uerbum credulitatis deponant, † prout dicit Ioseph Ludouic. in decis. Perus. 28. nu. 18. par. 1. Campeg. in tracta. de testib. reg. 209. in 3. fallent. Bossi. in tit. de delict. nu. 7. Barthol. Veron. in cons. 61. nu. 9. in crimi. quod & prius uoluit Bal. in l. septimo mense, num. 3. ff. de sta. homi. l. 1. & ibi Barto. num. 4. ff. de Ventr. inspic. c. significasti el. 2. §. quidē, de homi. Et Mart. de Tub. verb. capitu. 5. numero 11. Et sic cum dicta Virginia alios filios non conceperit, nec procreauerit non est dubium euidēter apparere aliquod commercium carnale inter ipsos non fuisse, prout cōcepisset, & peperisset uerisimiliter, si cum ea commercium carnale iterum habuisset idem R. Gambarutius, prout dicti duo periti deponunt, cum hoc licet quandoque accidere non soleat, prout similiter ipsi dicunt; tamen considerandum non est, cū ad ea, quæ frequentius, & ut plurimum accidere soleant, & non ad ea, quæ raro accidunt iura † arctentur, & considerent euenire l. nam ad ea, ff. de legib. & ualidissimum sumatur argumentum a iure a communiter accidentibus, prout latè firmat Marsil. in singul. primo, per totum l. certi conditio; §. si numos. ff. si cer. pet. & dicit Bal. in l. conuenticulam, columna tertia, ante med. in uer. item est argumentum a communiter accidentibus, C. de episc. & cler. & in l. cū dotem nu. 3. C. de iure dotium, quod & procedit tam in causis ciuilibus, quam criminalibus; prout dicit idem Mars. in d. sing.

9

10

11

Nec minus cohæret huic fundamento illa iuris regula, quæ se habet, quod causa cessante, † cesset effectus; & sic cum cessauerit causa concipiendi, quod est commerciū carnale inter ipsos non habitū esse, cessauit effectus pariendi in d. muliere, quam regulam, Causa cessante, per multa exempla exornat Tiraq. more suo in fallent. regul. iuris tiner. fol. mihi 119. & seq.

12

Nec minus concurrit ad tollendū dictā prætensam præsumptionem concubinatus hęc alia presumptio ex tractatu proueniens; cum d. R. Gambarutius & Virginia adinuicem se se tractauerint, & habuerint respectiuè pro fratre & sorore; & quod plus est etiā pro talibus tam ab illis de contrata S. Canciani, in qua ferè semper cohabitarunt, quā ab omnibus alijs quibuscunq; eos cognoscentibus, fuerunt tēti, habiti, & reputati, prout testes ad defensā examinati deponūt super primo articulo, & alijs, & per hoc essent in possessione uel quasi sororitatis respectiuè, adeo & taliter, quod ius commune vnum alteri, et alterum alteri ad succedendum in hęreditate admittat, † prout firmat fuisse decisum, et sententiatum per Regium Concilium, Afflict. in decisio. 25. in princip. adiuncto etiam fine, ideo alios addere non curaui, cum casum decisum habeamus: quæ quidem iuris determinatio ex tali tractatu proueniens nōn est dubium tollere quamuis aliam præsumptionem concubinatus, ad q̄d faciunt dicta Abb. a cōtrario sensu in d. c. tua nos n. 7. de cohab. cler. et mulier. desumpta et citati. ubi dicit cōcubinatū probari ex cōiecturis, ueluti si mulierem, quam presbyter in domo habebat, tractabat publicè ut concubinam: ergo a contrario sensu, si tractabat ipsam uti sororem, prout in casu nostro, non pōt p̄sumi cōcubinatus, cū p solā cohabitationē nō presumat, ut ibi p eū, et in c. uestra, nu. 6. similiter citat. de coha. cle. et mulier.

13

Nec aliquid obstat, si dicatur, quod ex ea habuit filiam, et per hoc, quod de incontinētia ipsius præsumatur, prout dicit Abb. in c. tua nos. quia respondeo, prout supra dictum est, quod imò ex illius natiuitate probatur de contrario, cum illam habuerit cum d. muliere, antequā in domo sua illā reciperet, et de qua confessus fuit, nec unquā postea habuit alios filios, prout uerisimiliter habuisset si cū ea, posteaquā illā in domo receperit, cōmerciū carnale habuisset, ut similiter ē dictū

Nec

Nec similiter huic fundaméto obstat, etsi dicat ex processu constare non fuisse suam sororem d. Virginiam, sed mulierem extraneam, & propterea quod dictum fundamentũ eidé opitulari non debeat tanquã dolosũ
14 & fraudulentum, prout dicit Bal. in d.l. non dubiũ, nu. 10. C. de legib. desuper citat, quia dictũ Bal. talem præsumptioné ex dicto tractatu prouenientem non tollit, nec elidit, cũ inter eos non probetur concubinatũ interfuisse, cũ ipse dicat, quod clerico interdictũ est tenere concubinã; & propterea quod si concubinã tenuerit, & uocauerit illã sororé, quod talis fraus ei non opitulabitur, cũ dolus & fraus alicui opitulari nõ debeát: & sic nõ dicit Bal. quod puniatur de concubinatu clericus, si aliquam mulieré teneat in domo, cũ qua cõmercium carnale non habeat, etsi uocet ipsam sororem, quia mutatio nominis in hoc casu non uidetur mereri pœnam; cũ fraus sub tali nominis mutatione nõ cooperiatur ad finé, ut detineat illã in cõcubinã

Nec minus eliditur, & tollitur dicta præsumptio asserti concubinatus, vt supra inducta ex hac alia probatione præsumptiua bonæ uocis, vitæ, ac famæ eiusdem R. Gambarutij tam in genere, quam in specie probata excludente prætensum concubinatũ, & respiciente tam bonã uocem & famam ipsius, quam dictæ Virginiæ; prout de bona uoce & fama dicti R. Gambarutij deponunt laté testes de defensam examinati super sexto articulo; & de bona uoce & fama eiusdé Virginiæ similiter deponunt ijdem testes super quinto articulo; quæ quidem probatio bonæ uocis & famæ cum sit probatio præsumptiua, prout dicit Angel. in l. ea quidem num. 58. in fine, & sequen. C. de accusatio.
15 adeo operatur, † ut etsi contra aliquem extaret indicium sufficiens ad torturam, quod illud annihilaretur, & extingueretur adeò & taliter, quod amplius torqueri non posset, prout dicit Marsi. in consi. 74. num. 24. in fin. & seq. & in consi. 109. nu. 26. in fine, & seq. vbi quam plures allegat id tenentes, & laté id etiam prosequitur in sua prax. crim. §. diligenter, nu. 195. in fi. & sequen. Roland. a Valle in consi. 16. num. 23. in fine, & sequen. volum. 1. quod prius uoluit Alexan. in consi. 89. num. 11. volum. 3. optimè Ias. in l. 1. nu. 11. C. commu. delegat. Bal. in l. fina. nu. 16. in fin. C. de probat. Gram. in consil. 37. nu. 23. & seq. in crim. Aymo in consi. 99. nu. 11. & in consi. 244. num. 6. ubi etiam dicit, dictam bonam uocem & famam multum operari ad excludendum præsumptionem delicti, Thob. Non. in consi. 101. nu. 2. & Rimin. iun. in consi. 290. nu. 3. uol. 3.

Quod fortius habet locum talis conclusio, quando in specie probatur de tali bona voce, conditione, & fama rei, excludendo præsumptionem concubinatus, de quo imputatur, prout in casu nostro deponunt præfati testes ad defensam examinati super dicto sexto articulo, prout dicit Arnon. in soliloq. 37. quod prius uoluit Alex. in cõs. 77. nu. 5. in fi. & seq. uol. 1. ubi dicit, quod sem-
16 per præualent † præsumptiones in specie p̃sumptionibus in genere; & idem dicit Dec. in consi. 454. nu. 2. in prin. & refert Marsi. in d. sua prax. crim. §. diligẽter, nu. 197. & seq. licet ipse per rationes suas hanc opinionem non sequatur, sed teneat indistinctè primam conclusionem, uidelicet, quod sufficiat ad excludendum indicium sufficiens ad torturam in genere esse probatum de bona uita, & fama rei, prout ipse dicit ibi sub nu. 199. in uer. sed nunc diligentius.

Quibus accedat etiam eiusdem bonæ uitæ, qualitatis, & famę non solum tentũ, habitũ, & reputatũ, ac de præsenti teneri, & reputari hic in ciuitate Venetiarum eundem R. presbyterum Franciscum, uerumetiã & in diœcesi Perusina, & in insula maiori lacus eiusdem ciuitatis, ubi antequam huc se trãsferret per quinq; annos laudabiliter, & prout decet bonum religiosum exercuit ludum literarum, prout constat testimonialibus in in actis productis tam R. Vicarij tunc temporis Illustrissimi & R. D. Episcopi Perusini, quam magnificæ communitatis dicti loci, semper in domo propria retinendo dictã Virginiam: cum dubium non sit per dictas testimoniales probari de dicta eius bona uita, qualitate, & fama; & elidi, seu tolli indicia sufficiẽtia ad torturã, put dicit Rim. iun. in d. cõs. 290. post prin. & nu. 1. & seq. uol. 3.

Et sic euidenter apparet per probationẽ solũ bonæ uocis, conditionis, & famæ tolli, seu elidi semiplenã probationem cõtra reũ militantem, cum tollat indicium sufficiens ad torturã, attento quod nemo torqueri de-
17 beat † de iure, nisi semiplenè de delicto contra eũ probatum sit, prout dicit Clar. in sua prax. crimin. q. 62. in prin. in uer. semiplenè, qué secutus fuit Bonacos. inter communes

diuers.in tit.de quæst.sub nu.9. in uer. si semiplene.

Quibus accedat etiam elidi dictam præsumptionem asserti concubinatus tã ex parte d.R.presbyteri,quam d.Virginiæ,ex assidua frequẽtatione sacramẽtorũ, & ex testimonialibus confessarij in actis productis, cũ testes ad defensam examinati deponant non solũ d.Virginiã,dum uiuebat,confiteri peccata sua sacerdoti tẽpore debito paschali, & Sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentũ sumere; uerum etiam & assiduè intra annũ hoc facere,& dicta sacramenta,& ecclesias frequentare,quod facere non potuisset,si in dicto peccato mortali cõcubinatus impenitens cũ d.Gambarutio permansisset,cũ ne-
18 mo præsumatur immemor suæ salutis † per l.sancimus C. ad leg. Iul. repetend. & dicit Rimi.senio.in cons.61.nu.38.uol.1.

Ex quibus omnibus sic congestis dubitãdum non est sublatam esse dictam præsumptionem prætensi concubinatus, ut supra in principio pręsumptã. Et q̃a cõmerciũ carnale inter ipsos habitũ fuisse post dictam cohabitationẽ non probatur;& quia cessauit natiuitas filiorum,cum essent iuuenes,& antea cohabitationẽ prius unã insimul habuissent: & quia probatum fuit ex eius parte de tractatu sororitatis,& fraternitatis respectiuè, & ita ab omnibus tentos,&reputatos fuisse

Et quia probatum etiam fuit de bona uoce,conditione, & fama tam d. q. Virginiæ, quam eiusdem R.presbyteri Frãcisci,& tã hic extitisse,& extare,quam alibi, ubi antea permansit cum dicta Virginia. & quia assidue frequentabat,dum uiuebat, sanctissima sacramenta confessionis,& assumptionis eucharistiæ eadem Virginia, prout & ipse R. Gambarutius semper frequentauit.

Et quia etiam apparet de eorum bonis conscientijs ex testimonialibus eorum confessarij in actis productis,cui standum uidetur,quia de facto suo & alijs incognito testificatur, iuribus vulgaribus, cum non sit du-
19 bium in iure,unam † præsumptionẽ ab alia tolli circa idem factũ illã excludens. c. accedens & ibi glo. in uer. præsumi post mediũ. de crim.falsi.l.diuus,&ibi gl.in uer.existimari in prin.ff.de in integ.restit. Roma.in cons. 156.nu.4.Ioan.de Anan.in consil.19.nu.9. post prin. Mars.in sua prax.crim.in §. diligẽter nu.193.& Alex.in cõs.103.nu.7.in uer. præterea uol.1.ubi dicit,quòd una pręsumptio tollit aliam, & quod multo magis plures tollunt unam, prout plures sunt in casu nostro:prout & unũ indiciũ tollit aliud,una coniectura tollit aliã;& maior uerisimilitudo tollit minorẽ, prout latè firmat Mars. in d.§.diligenter,nu.192.& seq. Et dubiũ non
20 sit uitæ † honestatem,professionẽ,atq; conuersationem præsumptionem elidere anteactæ uitæ,& incontinentiæ,prout dicit Gãbar.in tract.de aucto.lega. de late,lib.7.nu. 106.tract.tomo 3.par.2.

Et quod talis præsumptio asserti concubinatus attendi non debeat,sed magis præsumptiones desuper enumeratę illam excludentes,præsertim cum sint plures, & de necessitate concludentes,vult illa alia iuris cõclusio,quæ se habet, q quando præsumptio-
21 nes † contrariæ concurrunt,una ad includẽdũ delictũ,alia ad illud excludendũ, quod in dubio magis attendi debet illa pręsumptio,quæ delictum excludit,tanquam benignior,quam illa,quæ delictum includit,prout dicit Bar.in l.non solum,§.sed ut probari nu.3.ff.de noui, operis nunc. latè Aymo in cons.244.nu.4.ad fi.& seq.cum alijs per eũ accumulatis Gram.in uoto 10.nu.31.Ioan. a Roya.de hæret.sub nu.366.in prima parte, Alex.in cons.15.num.7. uol.3. Mars. in cons.104.nu. 28.& in d.§. diligenter num. 190.& Menoch.in tract.de præsumpt. præsumpt.2.nu.10.& seq.lib.5. & præsumptio. 54.nu.23.lib.6.uol.2. Et ex his resolutum sit dictum R. Presbyterum de aliquo prætenso concubinatu puniri non posse,nedum quia de eo probatum non fuit,uerum etiam & quia pro parte sua probabiliter probatũ extitit non fuisse;cum prætensa delicta fuisse, uel non fuisse commissa aliter indagari non possit,quam uia iuris,cum occulta,quæ
22 † probari non possunt, iudicio Dei remaneãt,prout dicit Abb.in d.c.uestra, nu.10. in fi.et Pet.de Anch.nu.14.& ibi gl. in uer. occultum de cohabit.cleric.& mulier.

Neq; obstat modo si dicatur, q non probetur de cõcubinatu,quod nihilominus negari non possit,quin d.R.Gambarutius detinuerit d. Virginiam mulierẽ extraneã in domo propria contra prohibitionẽ canonũ c. 1 de cohabit.cleric.& mulier.& Sacri Concilij Trident.ca. 14.quã turpe in prin.sess.25. de reformat.uocãdo ipsam sororem,et semper illam dicendo esse talem,tam coram Illust.DD.Visitatoribus Apostolicis, q̃ corã

Illustrissimo

Illustrissimo D. Ordinario præcessore, & moderno etiam ad illam probandum talem esse, dando articulos, & testes inducen. & propterea dictum R. Gambarutium esse puniendum, tam quia d. Virginiam in domo propria, ut supra, detinuit per iura allegata,
23 quam quia commissit falsitatem † in dando dictos articulos falsos ad perpetuam rei memoriam usq; de anno 1596. 2. Iulij, & super illos testes inducendo, & examinari faciendo, etiamsi dicat illo nolle uti, ex quo delictum cōsūmatū est, ad adducta per Bar. in l. si falsos, nu. 1. C. de fals. quem secutus fuit Fely. per D. meum allegat. in c. præsentium, nu. 11. de testib.

Quia quoad primum caput respondetur indistinctè per dicta iura clericis nō esse inhibitum mulieres non posse retinere in eorum domibus; sed tantummodo inhibitum esse, ne possint retinere mulieres suspectas,
24 prout ex eorum lectura apparet; nam c. præfatum in prin. dicit, inhibendum est, ut nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat, & cap. prædictū Sacri Concilij Tridentini post prin. dicit, prohibet Sācta Synodus quibuscunque clericis ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, uel extra detinere, aut cum ijs ullam consuetudinem habere, audeant: & propterea Pet. de Ancha. in d. c. 1. ad fi. de cohabit. cleric. & mulier. dicit, qđ clericis secularibus prohibitum est retinere mulieres suspectas, siue consanguineæ, siue extraneæ sint: non suspectas autem quod retinere possunt, etsi non sint consanguineę, & idem etiam ibidem uoluit Ant. de Butr. nu. 5. in uer. aut non sunt iuuenes: & ita communiter ibi teneri per Doct. dicit Abb. nu. 2. in prin. & sic quando sunt suspectæ, per clericos non possunt retineri in domo, neq; mulieres extraneæ, neq; sorores, neq; aliæ consanguineæ, prout dicitur in d. ca. 1. in §. sed neq, & ibi Doct. & glo. in uer. canones, de cohabit. cleric. & mulier. & ex isto fundamēto uidetur tolli fraus, quæ allegatur pro parte curiæ, facta fuisse per d. R. Gambarutium dū ipse interrogatus a suis Illustrissimis Superioribus, quænam esset d. Virginia, quā in domo detinebat, & ipse dixerit esse eius sororem, ne cogeretur illā dimittere, & propterea quod non fuit monitus ad illam dimittendum, quod debet haberi pro monito arg. l. in omnibus causis, ff. de regu. iur.

Quia ad hoc respondetur assertā fraudē in aliquo non potuisse eū releuare, ne illā dimittere cogeret, & per hoc nec pōt pro monito haberi; ex quo etsi dixit illā esse sororē, si erat suspecta debebat cogi ad illā dimittēdā, sicut si erat extranea, cū a pari procedāt extranea & soror, ut neutra ipsarū, dūmodo sint suspectæ, per clericū in domo retineri ualeant ſm dispositionē d. c. 1. & ideo cū nō fuerit monitus illā dimittere per d. Illustriss. suos superiores, probabiliter tenendū est ab eis iudicatū non fuisse mulierē suspectā, cū stante præsertim eius bona uita, qualitate, & fama, de quibus supra, etsi fuisset suspecta, licet dixisset esse sororē, non propterea esset eidē licitū illā retinere, prout nec extraneā per desuper dicta: & præsertim hæc consideratio hodie in dubio faciēda & tenēda est, cū tractetur de pęna euitāda pro parte rei, & non de periculo aīæ fugiēdo, cum d. Virginia iā mortua sit, & semper in dubio illa ꝑsumptio capienda sit, quæ delictū excludit, & non quæ illud includit per auctoritates desuper adductas, quas propterea hic omissas esse uolui.

Quo uerò ad aliud caput prætensæ falsitatis ex productione dictorū articulorū ad perpetuā rei memoriā per d. R. Gābarutiū facta, & ex testis examinatione inde secuta; prout supra dictū est, multipliciter respōdetur in aliquo propterea non esse puniendū d. R. presbyterum Franc. neq; pœna ordinaria falsi.

Et primo dr̄ ante litē contestatā non uideri potuisse produci intuitu causæ criminalis cōtra eū inchoatæ per d. presbyterū articulos ad perpetuā rei memoriā, & super illis testes examinari facere, cū a iure prohibitū sit, lite non contestata in causis criminalibus
25 testes † ad perpetuā rei memoriā examinari posse per c. qm̄ frequenter post prin. in illis uerbis, uidelicet, nisi forte de morte testiū timeatur, uel absentia diuturna, quib. casibus, cū ciuiliter est agendū &c. & ibi gl. in uer. ciuiliter, ubi dat rōnem, quare tales articuli nō admittantur, nec testes examinētur: & Mising. in repet. d. c. nu. 15. ut lit. non contest. & ꝑ ꝑa uideri nullā fuisse & articulorū prædictorū productionē, & testis depositionē, per l. non dubiū, C. de legib. & aliquē effectū falsitatis nec punitionis parere non posse ad dicta per Bald. in l. ea quidem sub numero 2. in 2. nota. C. si mancipi. ita fue-

rint aliena.ut manumit.vel contra.vbi dicit,
26 quod frustratorium factum † pœnam effica
citer non committit;quia ex nihilo nihil se-
quitur,de quo dicto meminit Felyn.in cap.
ex tenore sub num.7.in uer. & dicit Bal. de
rescript.& idem Bal.in l. edita in repet. Pa-
duan. sub numero 115.ante fin.C.de eden.
vbi dicit, quod quando libellus est ineptus
nulla exceptio est pœnalis ; etsi reus tunc
mentiatur negando se possidere, uel dicen-
do se possedisse pro alio,cum possideret pro
se,siue aliter calumnietur,non punitur,alle-
gat l.1.in uer.solemniter a contrario sensu,
C.de his, qui potent.nomi. quod dicit esse
notabile ad multa statuta imponentia pœ-
nam excipienti certo modo , & hoc uer.
Bald. extollit Alexand. in dicta l.1. sub nu-
mero 2.pro notabili limitatione ad l. fina.ff.
de rei uendic. cum similibus iuribus impo-
nentibus pœnam neganti, ut non procedat
si libellus fuit ineptus:quos secutus fuit Fe-
lyn.in d.c.ex tenore, referendo eadem uer-
ba num.3.in uer.& dicit Bal.& sic ex supra-
dictis uidetur de aliqua falsitate non posse
puniri idem R.Gambarutius, cum & articu
li prædicti nulliter producti fuerint, & nul-
liter testis super illis deposuerit.

Cui quidem conclusioni multum uiden-
tur obstare dicta eiusdem Felyn.in d. ca. ex
tenore, num.9. in uer.cæterum de rescript.
ubi inter alia dicit, quod lex aliquando con
siderat solum factum, & animum facientis,
non autem iuris effectum. et quod tunc etiã
de actu nullo inciditur in pœnam;sed quan
do lex non considerat factum,nec affectum
animi,sed principaliter effectum;ut si loqui
tur per uerba denotantia non nudum factũ,
sed effectum, quòd tũc data nullitate actus
27 † committitur pœna ; & ita debet intelligi
Roma.per eum allegatus in consil.483.nu.
5.ubi dicit, quod lex etiam pœnalis dispo-
nens in pœnam eius, quod est legitimè actũ,
disponere censeatur in pœnam eius, quod
est nulliter actum;& in consil. 199. num. 1.
in uer.sed cum, ubi dicit nullum non posse
videri fecisse,quod saltem de facto fecit, cu
ius conclusionis ulterior indagatio mihi ui-
sa non fuit prosequi, ne longior, quam ue-
lim sim in causa huiusmodi, præsertim cum
simus coram Religiosissimo, & peritissimo
iudice, & ex dicta l. si falsos, & alijs iuri-
bus allegatis ad inducen. similiter per Fe-
lyn.in prædicto. loco perpendi possit de il-
lius ueritate,stãte maximè, quòd dictus R.
Gambarutius ex alijs indubitatis fundamẽ
tis releuetur,ne possit aliqua pœna puniri ob
prætensam falsitatem.

Et quod releuetur demonstro, nam indu
bitati iuris est ad falsitatem committendam
28 † tria copulatiuè requiri, uidelicet mutatio
ueritatis, dolus, & quòd alteri sit nocitura,
prout dicit Afflict.decis.relat.num.8.& fal-
sitatem sine dolo in aliquo non esse punibi-
lem dicit l.nec exemplum, C. de falsis.So-
cin.late in consilio 37.numero 28. ubi mul
tis auctoritatibus id confirmat, volumine
2.Gramm.in decisio.60.num.7. ubi dicit si
ne dolo falsitatem non posse committi.Pari.
conf.169. num. 56.& 60. volumine 4. ubi
dicit falsitatem sine dolo commissam non
esse punibilem. Anch. Regiens.quæstio.44.
num.3.lib.1.& idem Socin.iuni. in consilio
39.num. 83. ubi dicit hanc esse opinionem
* communem;& eam esse communem refert
etiam Clar.in §.falsum, num.33. ideo alios
addere non curaui,cum a communi in iudi-
cando, et consulendo recedendum non sit.

Et quod falsitas sine dolo non possit pu-
29 niri neque pœna ordinaria falsi, † nec pœ-
na extraordinaria, uoluit Corne. in consil.
182.nu.6.vol.4. ubi dicit quod ex falsitate
commissa sine dolo quis non potest puniri
nec de crimine falsi, nec de crimine stellio-
natus;et sic nec pœna ordinaria falsi,nec ex
traordinaria;cum tunc pœna stellionatus di
catur quis puniri,quando aliquid dolo com
mittit,et nomen delicti in iure nõ reperitur:
et sic extraordinariè punitur per l.3.in prin.
ff.de cri.stellion.et Corne.expresse secutus
fuit dictus Anch. Regien.d.q.44.num.3. et
seq.lib. 1. quod prius uoluit Soc. iuni. in d.
conf.29.nu.85.uol.2.et de dicta conclusio-
ne dubitandum nõ est,cum habeamus text.
apertum in d.l.3.v bi est tex.ibi, nulla possit
cadere dubitatio. Zasi. in conf. 2. num.60.
volum.2.

Et quòd dolo careat dicta productio ar-
ticulorum,et testis inductio per ipsum facta,
probo;et quia ipse Gambarutius nolebat ip-
sos articulos probari, ut cooperuisset ali-
quod delictũ concubinatus sub nomine so-
roritatis, cum tunc dolo dicerentur produ-
cti, et testis inductus,ad dicta per Bald. in
dicta l. non dubium, numero decimo, de-
super allegata, C. de legibus, et quia nec
talis productio,et probatio poterat operari,
vt ipse

vt ipse non cogeretur illam de domo dimittere, si fuisset suspecta, cum & sorores cohabitare non possint cum clericis, si sunt suspectæ, prout supra firmatum est, per cap. 1. de cohabit. cleric. & mulier. Et ad excludendum dolum, & demonstrandum, quod talis productio articulorum, & testis inductio non fuerit facta ad occultandum delictum, nec ad fugiendum monitionem, ut dictam Virginiam dimitteret, patet, quia dicti articuli fuerunt producti non tempore, quo ipsa Virginia erat iuuenis, sed tempore, quo erat senex, & infirma, cum fuerint producti de anno proximè præterito 1596. 2. Iulij, & omni suspicione etiam quoad ætatem careret; & propterea non esse illi prohibitum de iure illam in domo retinere posse, prout supra demonstratum est.

Vltra quod etiam constat ex eius constituto non ad aliquod delictum uelandum, neque ad aliquem alium malum finem talẽ productionem articulorum, & testis inductionem fecisse, sed ad fugiẽdum quodcun
30 que scandalum futurum, † quod semper in quantum possumus, uitare debemus, prout dicit Ioan. a Turrecrema. in cap. in primis, num. 3. 2. q. 1. attento quòd audierat fuisse querelatum, licet ab incerto auctore, de qua querela constat in processu fol. 8. quæ minimè de iure admitti poterat; imò & super eã fabricatus processus corruit, ad dicta latè per Clar. in sua prax. crimin. quæstio. 5. numero 4. in uersi. neque in hoc attenduntur, ubi etiam subdit ita pluries per senatũ fuisse iudicatum. & est tex. in cap. inquisitionis, §. tertiæ dubitationis ante fin. in uersic. nec ad petitionem, & ibi glo. de accusat.

Quod fortius procedit, cum quælibet cõ
31 lorata & fatua causa, † imò & quodammodo bestialis excuset a dolo, prout dicit Paris. in cons. 151. num. 29. cum alijs per eum allegatis uol. 4. & Soc. iuni. in d. consil. 39. num. 86. uol. 2.

Et ista sufficiat super quocunque capite prætensorum delictorum dixisse ad demonstrandam innocentiã dicti Reuerendi Presbyteri Francisci; & propterea absoluendũ, & liberandum fore; & esse a prætensis, & intentatis per Curiam.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Dispensationis validitas ad matrimonium inter consanguineos contrahendum discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua probari solet per inspectionem actorum.*
2 *Gratia, vt locum habere possit, quid requiratur.*
3 *Rescripta semper censentur habere clausulam, si preces veritate nitantur.*
4 *Dispensatio est odiosa, & stricti iuris.*
5 *Verbum per te, appositum in dispensatione, quid importet.*
6 *Probatio nulla oritur ex dictis testium non rite receptorum.*
7 *Decretum emanatum non seruata forma mãdati, corruit cum sequutis.*
8 *Mandati fines diligenter seruandi sunt.*
9 *Instrumenti vires quantæ sint.*
10 *Instrumenti verba censentur verba partium.*
11 *Dispẽsatio subreptitia est ipso iure nulla & inualida ac viribus, & effectu caret.*
12 *Literæ Apostolicæ subreptitiæ vel obreptitiæ corrũt in totum, & nulla sunt ipso iure.*

CONSILIVM XXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa dispensationis mihi proposita, pro elucidatione boni iuris Illustris. Agentis, videtur mihi ad duo capita totam difficultatem causæ huiusmodi restringi.

Primo videlicet, An claris. Aduersarij se se defendentes probauerint narrata & contenta in eorum dispensatione ad effectum, ut dispensari potuerint per R. D. Vicariũ Patriarchalem, cui directa fuit talis dispensatio, prout dispensati fuerunt, ut in matrimonium coniungi possint.

Secundo, an contrarium narratorum fuerit probatum per d. Illustrissimum D. Agentem, ac demonstratuũ dictã dispensationẽ fuisse, & esse subreptitiam, & per consequẽs locum assertæ dispensationi non esse.

Et quoad primũ dico minime pro parte DD. supplicantiũ fuisse probatũ narrata, & expressa in d. dispẽsatione ad gratiã obtinẽdã, nã principaliter ĩ ea dictũ & narratũ fuit

inter cætera dictã D. supplicantẽ dotẽ minus competentẽ habere iuxta status sui conditionem, & propterea uirũ sibi non consanguineũ, uel affinẽ paris cõditionis, cui nubere ualeret minime inuenire posse; quod quidẽ nedũ non fuit probatũ per d. supplicãtes uerũ ẽt nec articulatum; quod manifestè apparet ex lectura asserti processus pro eorum parte fabricati, licet nulliter, prout infra di-
1 cetur: cum talis † negatiua sic probari soleat per illius inspectionem ad dicta per Purpu. in cõs. 524. nu. 10. & seq. uol. 2. Abb. in cõs. 92. nu. 3. uol. 1. Cephal. in cons. 250. nu. 3. vol. 2. Menoch. in cons. 199. nu. 3. uol. 2. & Hercul. in trac. de negat. proban. sub num. 176. & sequen.

Et propterea dubium non esse dictam dispensationem corruere, & supplicantes dispensari non potuisse, nec posse ad matrimonium contrahendum, cum firmum remaneat impedimentum consanguinitatis, cum illud, quod exposuerunt supplicantes pro gratia dispensationis obtinenda, & super quo principaliter est fundata in facto non uerificarunt; prout tenebantur uerificare, ut
2 gratia locum habere posset † Abb. in c. 2. nu. 3. de rescript. & in ca. dudum num. 8. & seq. de præsumptio. & facit in c. cum nostris, nu. 7. de concess. præben. quod prius uoluit Io. And. in c. 1. num. 2. de litis contesta. num. 6. Berou. in cons. 144. nu. 7. uol. 3. & propterea semper rescripta censeantur habere illã
3 clausulam, si preces ueritate nitantur, † prout dicunt prædicti Io. And. & Abb. in præcitatis locis, prout & illam habet prædictã dispensatio, ad quod facit illud, quod approbant Docto. uidelicet, quod narrata in libello per modum causæ ad intentionem fundandam semper necesse sit illa probare tanquam substantialia, alias succumbet libellans, prout dicit Fely. in c. 2. nu. 24. ante medium de rescript. quod prius dixit Castren. in l. interpositas sub num. 7. C. de transact. & ante eos uoluit Innoc. in c. ex parte el 1. nu. 1. in uer. hoc tamen, de priuileg.

Quæ conclusio fortius procedit, cum di-
4 spensatio sit odiosa, & stricti iuris † ad firmata per Domini. de S. Geminia. in cons. 33. nu. 9. quem secutus fuit Verall. decis. 303. num. 7. par. 2. & quòd dispensatio sit odiosa, & strictè intelligenda, dicit etiam Bellame. in c. cum in cunctis, nu. 15. de elect. c. fin. de præb. c. quamuis, & c. cum in illis, §. cum autem eod. in 6. & facit Ioan. And. in c. non potest, nu. 3. de præben. eod.

Quod etiam procedit, & habet locum, cum simus in gratiosis: etsi in aliqua alia parte fuerit uerificata d. dispensatio, prout nõ fuit, vt infra dicetur, ita dicit Mandos. determinasse Rot. in Addit. ad allegationem 23. Lapi. ad fi. in uer. narrantur. & quòd in aliqua sui parte non fuerit uerificata d. dispẽsatio patet; nam in d. dispensatione electa, fuit industria personæ d. R. D. Vicarij, vt se informaret de narratis & cõtentis in ea per
" supplicantes, prout apparet ex illis verbis,
" videlicet, ac certam de præmissis notitiam
" non habentes, huiusmodi supplicationibus
" inclinati discretioni tuæ, de qua in his specialiter in domino fiduciam obtinemus, per
" Apostolica scripta mandamus, quatenus deposita per te omni spe cuiuscunque mune-
" ris, aut pretij etiam sponte oblati, a quo te omnino abstinere debere monemus, de præmissis te diligenter informes, etsi per informationem ipsam repereris preces ueritate niti, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc &c. Quo casu idem D. Vicarius examen testium pro uerificatione in parte narratorum in d. dispensatione non potuit suo notario subdelegare, seu committere faciendum, cum sibi non iurisdictionem, sed certum ministerium potius commissum fuerit per tex. & ibi glo. in c. fi. §. cæterũ de offi. deleg. & ibi Innoc. nu. 2. præsertim in fin. & n. 6. & ibi ẽt Card. col. 3. post mediũ in uer. idem secundũ Inno. & col. vlt. in uer. aut nõ fuit dictũ, qđ per se, & seq. & ibi ẽt Fel. nu. 2. in prin. & nu. 3. ubi dicit, qđ tale uerbũ,
5 † per te, &c. prout dr̃ in d. dispensatione, importet, quod sit electa industria personæ, & per hoc, ꝙ ꝑ aliũ non possit expediri. & qđ qñ eligitur industria personæ, prout qñ mandatur fieri inquisitio, alteri non possit subdelegari per delegatum, tenet Card. in Cle. 1. nu. 6. in uer. generaliter de offi. deleg. & est tex. in d. c. fi. §. is autem eod.

Neq; aliquid obstat, si diceretur, quod etsi fuit subdelegatum examẽ, ꝙ propterea non fuit subdelegata dicta dispensatio faciẽda, quia ad hoc facilis est responsio, cũ in
" ea eligendo industriã personę dictũ sit, de ꝑ
" missis te diligenter informes, etsi &c. Cum informatio super narratis tota dependeat a dictis testium, & sic per se ipsum illos examinare debuit, cum alterius fidei tale examen

faciendum

faciendum committi propterea non potuerit: & sic ex dictis testibus, & eorum attestationibus, sic nulliter examinatis, & receptis, nulla oritur probatio † ad dicta per Cu-
6 manum in l. seruum filij. §. eum qui, nu. 3. & seq. & ibi Castrens. num. 5. Imol. num. 2. & Alex. num. 3. ff. de leg. 1. ubi expresse dicũt, quod ex instrumento nullo nulla oritur probatio, ex qua uis re in eo contenta; cum in litibus exercendis dubiũ non sit instrumenta testibus æquiparari. l. in exercendis. C. de fide instrum.

Et sic cum talis dispensatio fuerit cõcessa, narratis in ea non verificatis, tum quia in parte non fuerunt articulata, nec probata, tum quia examen dictorum testium nullũ, & inualidum est, & nihil probant, ut est dictum, non est dubium, quod cum non fuerit seruata forma mandati data in dicta dispen-
7 satione, eandem dispensationem, † seu decretum de contrahendo matrimonium factum per dictum D. Vicarium corruere vnà cum inde secutis. ad dicta per Aegid. in Clem. Religiosi. num. 31. de decim. & Io. Andr. in c. non potest, num. 1. in fi. & seq. de præben. in 6. Caballi. in Milleloq. 762. par. 2. Gamba. in tract. clausul. super clausula, si ita tibi constiterit. num. 4. fol. mihi 28. Virgin. de Boccac. super c. 25. Constit. Aegid. in gl. 1. num. 18. fol. mihi 3. & seq. & Corn. in cons. 216. num. 2. uol. 1. Nec mirum est,
8 cũ fines mandati † diligenter seruandi sint. l. diligenter. ff. mand. & dicit Innoc. in c. super literis, num. 3. de rescript. §. is qui, instit. de mandat. & dicit Neuizan. cum accumulatis per eum in consil. 70. num. 7. ubi dicit, quod fines mandati diligenter custodiendi sunt, aliàs corruit actus, si quis facit aliud, quàm mandatum est. Et hæc quoad primũ.

Nunc deueniendo ad secundum caput, similiter dico dictam dispensationem iuribus carere, cum probatum fuerit pro parte dicti Illustrissimi D. actoris contrarium illius, quod fuit in ea narratum, & propterea illam fuisse, & esse subreptitiam, & inualidam, cum probatum fuerit per quamplures testes pro eius parte receptos, & examinatos super 4. & 5. articulis deponentes, ac etiam super interrogatorijs partis aduersæ respondentes, quod septem vel octo millia ducati est dos sufficiens dictæ D. supplicanti, & eius qualitati, & statui, & quòd cum ea propterea poterat, & potest inuenire virum paris conditionis, imò & maioris, sibi non consanguineum, vel affinem, cum quo nubere possit, cum & nobiles etiam Veneti acceperint, & accipiant in dies vxores ciues huius Ciuitatis Venetiarum; prout de multis faciunt mentionem testes, illos specificè nominando cum consimili dote, & etiam cum minori.

Quod & probatur etiam quampluribus instrumentis in actus productis, de quorum probatione circa in eis contenta dubitan-
9 dum non est, cum instrumentum † sit probatio probata, & non probanda; quodque discussione fori, nec disputatione indigeat, cum sit ueritas notoria, & manifesta, prout dicit latè Decia. in consi. 66. num. 6. uolum. 3. & in consi. 5. num. 40. & seq. uolum. primo, & prius dixit Bal. in l. Imperator. in prima lectura. num. 10. ff. de statu homin. & in l. 2. num. 6. C. quando fisc. uel priuat. quem latè comprobat Ias. in l. admonendi. in 2. lectura sub num. 154. ff. de iureiur. & in cons. 124. num. 1. uolum. 1. & in cons. 137. num. 13. uolum. 4. & dicit Dec. in cons. 36. nu. 2.
10 & instrumenti † uerba partium uerba censeantur, prout dicit idem Decia. in consilio 91. nu. 3. uolum. 3. Bal. in d. l. Imperator. in prima lectura. num. 17. ff. de statu homi. Ias. in dicta l. admonendi. in 2. lectura. sub nu. 154. in fi. ff. de iureiur. & in cons. 137. num. 13. in fi. uolum. 4. et Vezze. inter communes diuers. sub tit. de tabell. & fide instrum. num. 4. uol. 1. fol. mihi 563. Cum dubium
11 non sit dispensationem † subreptitiam esse ipso iure nullam, & inualidam, ac uiribus et effectu carere; prout firmat idem Dòmin. de sancto Gemin. in dicto cons. 33. num. 1. Paris. in cons. 69. num. 213. vol. 4. et Port. Imol. in cons. 156. num. 14. et seq. et facit illud quod dicit Bisignet. in decis. 2. nu. 6. sub tit. de reb. eccles. non alienan. ubi dicit, quod dispensatio ex falsa causa facta nõ ualet. Et quod quando sumus in gratiosis, prout in casu nostro, literæ Apostolicæ sub-
12 reptitiæ vel obreptitiæ † corruant in totũ, & nullæ sint ipso iure, habemus Clemen. 1. post princ. de præbend. cap. ad audientiam.
* el 2. et ibi Felyn. sub num. 22. vbi de communi, de rescript. Bero. in cons. 13. nu. 13. vol. 1. et in cons. 144. num. 4. uol. 3. Et propterea etiam ex isto capite dubium non sit dispensationem præfatam, ac præfatam concessionem, seu decretum factum per di-

ctum

ctum R. D. Vicariũ, ut cõtrahere matrimonium valerent d. D D. supplicantes, esse nullum, et corruere, ad firmata per Felyn. in d. c. dudum. ad fi. de præsumpt. Et ista sufficiat pro secundi dubij, et causæ resolutione me dixisse.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur a sententia iudicis, cuius conscientiæ aliquid a Principe commissum est. Et an per citationem factam coram iudice persona illegitima legitimetur. An de causa specialiter delegata possit se Nuncius ingerere. & de alijs, ut in fine consilij.

SVMMARIVM.

1 *Appellari quod non ualeat à sententia iudicis delegati, cuius conscientiæ aliquid a Principe commissum est, secundum unam opinionem.*
2 *Appellatio interposita à facto per iudicem, cuius conscientia fuit per Principem grauata, deuoluit negotium ad superiorem. & nu. 4.*
3 *Appellari licet non possit ad unum effectum, potest tamen ad alium, ut ibi.*
5 *Actus commissus consciẽtiæ alicuius ut teneat, quid requiratur.*
6 *Rotæ decisio. 61. in fi. de rescr. in antiq. declaratur.*
7 *Appellari quando possit ab eo cuius conscientiæ aliquid commissum est.*
8 *Rotæ opinio in practicæ seruanda est, licet communis sit in contrarium.*
9 *Legatus non potest se intromittere in causa specialiter delegata a Papa, nec ante, nec post sententiam, sed adeundus est Papa regulariter fallit in Nuntio apud S. D. N.*
10 *Audiendus nemo est nisi sua intersit.*
11 *Persona illegitima quomodo legitimetur per citationem.*
12 *Scientia præsumitur inter simul habitantes.*
13 *Sententia fulminata quomodo dicatur nulla & inualida.*
14 *Veniens contra illud quod propria uoce confessus est, non est audiendus.*
15 *Sententia ex falsa causa in ea expressa est ipso iure nulla.*
16 *Delegatus cuius personæ industria tacite uel expresse est electa, non potest subdelegare. declaratur numero 17.*

CONSILIVM XXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



INhærendo alijs per me dictis in causa huiusmodi, et breuitanti studendo in respondẽdo allegationibus per excellentissimos D D. Aduocatos, à me semper uti maiores honorandos, partem clarissimi D. aduersarij, et litis consortum tenentes, dico primo ueram non uideri in iure conclusionem in principio per eos firmatam; uidelicet, quod à sententia iudicis delegati, cuius conscientiæ aliquid à Principe fuit
1 commissum, appellari non ualeat, † sed tantum Deum iudicem habeat, per glo. singularem in c. statutum. §. assessorem. in ver. relinquatur. de rescrip. in 6. cum alijs per eos ibidem allegatis, quibus infra respondetur, quia dictę glo. cõtrariantur, alia gl. in Clem. 1. in ver. oneramus in suo ver. fateor tamen. de iure patro. ubi habetur, quod appellatiõ
2 † interposita à facto per iudicem, cuius conscientia fuit per Principem grauata, deuoluit negotium ad superiorem, unde Imol. in cap. 1. in col. 10. circa med. in ver. quædam autem. de confir. concordant. prædictas gl. dicit uerum esse, † quod non potest appella-
3 ri quoad hoc, ut iudex delegatus teneatur 3 deferre appellationi, sed bene potest appellari ad finem, ut negotium deuoluatur ad superiorem ad effectum, ut superior possit deliberare, an id, quod gestum est, debeat reuocari, quem ibidem secutus fuit Felyn. sub num. 51. in uer. et si dicatur conscientiæ tuæ, et in cap. super his, num. 11. de accusat. et ita concordando etiam prædictas glo. firmat expresse Domini. de sancto Gemin. in c. 2. col. 3. post princ. in ver. aut committitur conscientiæ, de iuram. calum. in 6. et hanc opinionem etiam sequitur Maria. Soc. in d. c. super his, num. 130. in uers. uel potest concordari secundo, ubi dicit etiam ita tenere Rotam decis. 18. (quæ est Aegidij) de accus. Et hanc concordiam esse ueriorem, relatis opinionibus, firmat idem Felyn. in c. significasti. col. 2. in fi. in ver. aliter etiam concordant, et seq. de homicid. ubi dicit, quod prima procedat quantũ ad hunc effectum, ut iudicans non teneatur deferre appel-

appellationi, nec appellatio liget eius manus: sed non excluditur grauatus adeo, qđ non possit per superiorem iudicanti inhiberi, & sententiam retractari, idemque tenet Abb. in d. Clem. 1. num. 4. ubi dicit appellationem non esse omnino frustratoriam in hoc casu, & haberi modum singularem impugnandi processum iniustum illius, cuius conscientiæ negotium commissum fuit. & ibi etiam hoc tenet D. Card. col. fi. in 16. q. & Gabriel. de Mont. Laud. num. 6. de iure patro. ita etiam firmat Ant. de Butr. in d. c. 1. num. 20. de constitu. & hanc opinionem etiam tenet Cephal. in conf. 29. num. 8. ex. allegat. volum. 1. in ciuil. & ita tenet etiam Mazzol. in conf. 120. num. 82. ex. allegat. & idem firmat etiam latè Bologn. in conf. 47. num. 5. vsque in fin. similiter ex. allegato. &
4 quod deuoluat talis appellatio † cognitionem ad superiorem, vt videat, an malā conscientiam habeat delegatus, tenet etiam, relatis opinionibus, Curt. sen. in repet. l. admonendi. sub num. 232. ante fin. in ver. aut loquimur quoad effectum suspensiuum. & in ver. aut loquimur ad effectum deuolutiuū, ff. de iureiur. quem refert, & uidetur sequi Menoch. de arbitr. iud. in quæst. 70. nu. 18. & 19. ex. allegat. lib. 1. & ita in terminis decisiuis tenet Rot. teste Aegid. in d. decis. 18. omnino uiden. quia pulchra.

Neque aliquid obstant præfatæ conclusioni dicta Castren. & Ias. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuncia. ex. allegat. quia Castr. in dicto loco. nu. 2. & Ias. nu. 4. & idem Ias. similiter ex. allegat. in l. apertissimi. num. 25. C. de iudi. faciunt contra DD. aduersarios, cum (limitando dictam glo. in d. §. assessorem) dicant, quod quando aliquid committitur conscientiæ alicuius per legem, vel per Principem, si vult quod eius sententia valeat, nec possit infringi, requiritur, quod ante eius deliberationē, seu sententiam iuret, quod ita dictat sibi conscientia sua. Quibus addo ante eos ibidem id uoluisse Ang. num. 2. & idem Angel. in d. l. apertissimi. num. 8. C. de iudi. quos latè secutus etiam fuit Marf. in singul. 214. circa med. & in sing. 402. post medium. & idem Ias. in §. sed iste. num. 121. instit. de actio. & Ang. & Castren. secutus fuit etiam Felyn. in d. c. significasti. ante finē. in uer. sed scias. de homicid. vbi dicit, quod adhoc, ut teneat
5 actus cōmissus conscientię alicuius, † oportet, quod iuret, ita informatam esse cōscientiam suam. & idem uoluit etiam Bald. in l. nulli. num. 11. in uer. expeditis. C. de episc. & cleric. ubi dicit, quod executori dato in testamento de commissis suæ conscientiæ potest refricari quæstio: & quod tenetur iurare voluntatem defuncti adimpleuisse; & absque vllo dolo omnem pecuniam pro anima defuncti erogasse. & idem voluit etiam Bologn. in cons. 48. num. 5. in uer. accedat etiam. ex. allegat. qui loquitur in terminis iudicis executoris à Papa delegati. Quod iuramentum, cum non fuerit præstitum in casu nostro ante prolationem dictę sententiæ, non est dubium, ad dicta per supradictos Doct. eandem sententiam non ualere.

Neq; aliquid obstant verba Rotæ in de-
6 cis. 61. in fi. de rescript. in antiq. † similiter ex. allegat. dum dicit, quod ex quo alicui aliquid committitur suæ conscientiæ, quod non auditur alius contrarium probare uolens, allegans gl. præfatam in d. c. statutum. in §. assessorem. in uer. relinquitur, de rescri. in 6. cum verba dictæ decisionis debeant intelligi, prout & glo. prædicta à Docto. intelligitur, & limitatur stante alia glo. quæ uidetur contraria, licet non sit, sed magis limitatiua in dicta Clem. 1. in uer. oneramus, de iure patro. cum de ea nullam mētionem fecerit compilator dictæ decisionis; prout fecisset, si uoluisset illi contrariari, et hanc controuersiam decidere: cum Doct. dicant, quod ideo statur conscientiæ illius in casu dictæ glo. in d. §. assessorem: neq; in dubio refricari potest, quod iudex; quia simpliciter conscientiæ suæ res committitur absq; aliqua ordinatione præcedenti; secus autē esse, & procedere, quando lex, uel Princeps ordinat, & super ordinatis, ut inquirat iudex delegatus ueritatem, illius conscientiā grauat: quia tunc dicunt, quod potest in dubium refricari, quod facit iudex delegatus, & appellari, ut cognitio grauaminis deuoluatur ad superiorem, prout dicit glo. in dicta Clem. 1. in uer. oneramus, de iure patro. ubi etiam facit mentionem de dicta glo. in §. assessorem. & ita decidendo firmauit Paris de Puteo de syndic. in uer. an iudex. ex. allegat. sub num. 11. post princ. usq; in fi. fol. mihi 221. quod prius uoluit Imol. in d. Clem. 1. num. 7. in fi. Maria. Soc. in d. c. super his. num. 13. in uer. uel quarto dici po-
7 test, de accusat. ubi dicit, † quod aut lex dicit,

cit, quod fieri debeat, & grauat conscientiã suam, & potest appellari: aut reliquit simpliciter conscientiæ, & non potest appellari: & ita tenet etiam Anan. in consl. 34. nu. 8. ex. allegat. referendo Imol. ita tenentem in d. Clemen. 1. sic resolutiue loquendo, uidelicet, quod aliquando mandat lex aliquid fieri; & in hoc aggrauat conscientiam alicuius: & hoc casu propriè loquatur glo. in d. Clemen. 1. aliquando autem quando committitur aliquid a lege, uel ab homine conscientiæ alicuius, sicut dicebat esse in casu suo: & quod tunc proprie loquatur dicta glo. in §. assessorem. Ex quibus apparet 9 dicta decisio Rotæ non loquitur, neq; habet locũ in casu nostro; cum in casu nostro fuerit grauata super ordinatis conscientia iudicis delegati: & sic sumus in casu glo. dictæ Clem. 1. quæ dicit, posse appellari, ut supra, sed habet locum in casu d. glo. in §. assessorem. per Rot. citatam, in quo simpliciter conscientiæ iudicis nihil ordinando nec grauando conscientiam fuit res commissa, in quo appellatio non datur, sed tantum Deum iudicem habet: quod si non esset, magnum absurdum sequeretur; cum de facili iudex delegatus posset facere euanescere sub isto prætextu suæ conscientię intentionem Papæ, & ab eo ordinata, quod ius non suffert, per text. in terminis in c. qualiter. el primo de accusat. ultra quod Castren. & alij desuper citati limitent etiam dictam gl. in §. assessorem, non habere locum, nisi iudex iurauerit ita sibi dictasse conscientiam suam. & sic etiam ex isto capite decis. Rot. debet intelligi, ut in dubium refricari non possit, quod factum fuit per iudicem, cuius conscientiæ aliquid fuit commissum, quatenus antea, ut supra iurasset, cum Dd. ita limitent dictam glo. & à Rota simpliciter fuerit allegata.

Et sic ex supradictis manifestè apparet magis ueram opinionẽ esse in casu nostro, prout dicit Fely. in d. c. significasti. desuper allegat. de homicidio; cum fuerit grauata conscientia iudicis delegati, dari appellationem ad effectum deuolutiuum. per glo. dictæ Clem. 1. de iurepatro. & per auctoritates desuper adductas, & præsertim Rotę, quæ facta mentione dictarum glo. ita figendo pedes decidit, prout est uidere in allegata decis. Aegid. Bellamer. cũ opinio † DD.
8 de Rota in practica seruanda sit, et si communis esset in contrarium, prout non est in casu nostro per supradicta, ut dicit Imol. in c. olim, sub num. 13. ante fi. in uer. & propter auctoritatem, vt lit. non contest. & cum Imol. tenet etiam addi. ad Dec. in l. iura sanguinis. in uer. contraria. sub nu. 7. post med. in uer. & ubi est decisio Rotæ. ff. de reg. iur. & quod temerarium sit ab opinione Rotæ discedere, ubi figit pedem determinando, dicit gl. in Constit. Aegid. in cap. 4. num. 8. ad fi. lib. 3. fol. mihi 157. & de auctoritate Rotæ plura alia dixi in meo cons. 68. num. 33. & seq. uol. 1. Et propterea de alijs opinionibus circa huiusmodi ex. relatis, & per aliquos nostrorum interpretum adductis, tanquam minus ueris, & minus sequendis in iudicando, per supradicta, omissum esse uolui aliter discutere, cum simus coram peritissimo iudice, & per firmatam conclusionem reijciantur; Et hæc quoad primum.

Quo verò ad secundum fundamentum, quo conati fuerunt excellẽtissimi DD. Cõsultores impugnare iurisdictionem Illustrissimi & Reuerendissimi D. Nuntij, ut arceatur Illustrissimus D. Procurator meus principalis, facile est illi dare solutionem, & illud tollere, nam licet verum sit, quod de causa specialiter delegata à Papa legatus non
9 † possit se intromittere, neq; ante, neq; post sententiam, sed adeundus sit idem Papa, per c. studuisti, de offi. legati. cum sit maior quocunq; alio, c. sanè, de offic. deleg. tamen aduertendum est, quod in huiusmodi Serenissimo Dominio Illustrissimus & Reuerendissimus D. Nuntius habet vigore suarum facultatum in causis specialiter delegatis, à Papa eandem facultatem, quam habet ipse Papa, cum & illas ad se seu sanctam Sedem Apostolicam per uiam appellationis deuolutas possit, & cognoscere, & alijs cognoscendas delegare; prout dicit in terminis Ferret. in consl. 276. per totum, volum. 2. & quotidie practicatur in dicta Curia: ideo vlterius non insisto, cum fuerit processum, & procedatur in causa huiusmodi appellationis non vigore iuris dispositionis, sed facultatum Apostolicarum præfato Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuntio à Santissimo D. N. concessarum.

Deueniendo nunc ad tertium fundamẽtum, quo similiter dicti DD. Consultores conati fuerunt demonstrare nullum habere interesse in negotio huiusmodi d. Illustrissimum

mum D. Procuratorem; & propterea non
fuisse, nec esse audiendum, etsi appellauit;
10 cum nemo † audiendus sit, nisi sua intersit,
per l. 1. in princ. ff. de appell. recipien. Quia
ad hoc respondetur, quod ex quo dictus Il-
lustrissimus D. Procurator simpliciter ad
instãtiam partis aduersæ fuit citatus ad pro-
sequendum, prosequiq; uidendum appel-
lationem pro parte sua interpositam à sen-
tentia, & declaratione iudicis delegati, ne
sequeretur assertum matrimonium, per Il-
lustrissimum & Reuerendissimum D. Nun-
tium admodum fuit firmata eius persona in
iudicio per dictam citationem, quod de suo
interesse dicitur constare, ne deueniatur ad
dictum pretensum matrimonium in vim as-
sertæ dispensationis, & audiendus est: ita fir
mauit expressè Bal. in l. fi. num. 49. in 5. q. in
princip. C. de edic. diui Adria. tollen. quod
prius uoluit Innoc. in c. cum inter col. 2. post
princ. de except. quem latè ibidem secutus
fuit Felyn. num. 11. ubi subdit omnes ibi il-
lum sequi, & cum sequitur etiam Archid. in
c. pia, num. 2. post princip. de except. in 6.
optimè Bar. in l. de pupillo. §. 1. num. 2. ff. de
nou. oper. nunc. idem Bal. in l. libertus, la 2.
in princip. ff. de in ius uocan. Roma. in cons.
217. num. 2. & in l. 1. num. 12. ff. de recept.
arbitr. vbi dicit per citationem sic factam
11 coram iudice personam inhabilem † legiti-
mari: & propterea omitto aliquid vlterius
dicere de interesse d. Illustrissimi D. Procu-
ratoris, cum prædicta sufficiant.

Et dum dicitur per dictos DD. Consul-
tores, etsi de interesse dicti Illustrissimi D.
Procuratoris constare possit, quod propte-
rea post sententiam minime sit audiendus;
ex quo antea sciuit causam agi, cum insimul
cohabitarent, quod minime uerum est, cum
seorsum habitaret ab Illustrissimo D. Pro-
curatore magnifica D. aduersaria: & quod
non sit audiendus tenet Ioseph Ludou. in
* decis. Perus. 26. num. 17. ubi de communi,
12 par. 1. & quod præsumatur scientia † inter
insimul cohabitantes, tenet Aymo in cons.
168. num. 6. Quia ad hoc etiam est facilis
responsio, licet fundamentum non subsistat
in facto, ut est dictum. Nam quomodo præ-
sumendum est dictum Illustrissimũ D. Pro-
curatorem habuisse notitiam ante, quam
appellauit res agitari: & quomodo potuit
coram iudice delegato comparere pro suo
interesse, si sub die 12. Aprilis 1596. fuit
ordinatum per dictum iudicem delegatum
Cancellario Patriarchali, etiam extra diœ-
cesim Venetiarũ, videlicet in diœcesi Tor-
cellan. ut examinarentur testes ad instantiã
clarissimi D. aduersarij, & litis consortum
super verificatione narratorum in dicta di-
spensatione in Ciuitate Venetiarum, & in
illo die 12. & in die sequen. 13. Aprilis, &
testes fuerint examinati, & iudex informa-
tus, & sententia fulminata. Et sic patet &
dictum Illustrissimum D. Procuratorem nõ
potuisse de negotio notitiam habere, nec
potuisse pro suo interesse comparere: & sic
refellitur fundamentum allegatum: & pa-
13 tet † sententiam præfatam fuisse, & esse nul
lam, & inualidam, cum statim sine aliquo
temporis interuallo receptis literis in die
sequenti etiam extra diœcesim fuerit fulmi
nata, ad dicta latè per Bologn. in dicto cons.
47. num. 6.

Accedendo nunc ad quartum fundamẽ-
tum, de quo dicti excellentissimi DD. Cõ-
sultores, etsi sit magis principale, & ultra
alia attendendum de eo ex supraabundan-
ti tractant, dicentes narrata in precibus, seu
in dicta dispensatione iniuncta notorietate,
quæ dicunt se habere, quòd magnifica D.
Benetta Vendrameno sit nobilis Veneta,
fuisse uerificatã, quod minime uerum vide-
tur in facto, imò nec tentatum per suppli-
cantes uerificari.

Et sublato dicto fundamento, quod di-
cta magnifica D. Benetta sit nobilis Vene-
ta, cum non sit, prout mihi præsupponitur
notoriè constare de contrario, videlicet, es-
se tantum ciuem Venetam; & ipsi quoque
supplicantes expressè confessi fuerunt in
supplicatione, cum in eisdem literis Aposto
licis dicatur videlicet, asserentes d. Marcũ
de Verc nobili genere procreatum, dictam
uero Benettam ciuem Venetam existere,
narrãtes, ut diuersa, unum esse nobilem, &
aliam esse ciuem. Vltra quod nemo audiẽ-
dus sit ueniens contra illud, quod propria
14 uoce confessus est, † per text. in l. generali-
ter, in fi. C. de non numer. pec. & c. per tuas,
ante fi. de probat. Nec in claris recurren-
dum sit ad coniecturas, uidelicet sub nomĩ
ne ciuium comprehendi nobiles: & quia sta
tus ipsius magnificæ D. Benettæ hoc non
patitur stantibus legibus huius Serenissimi
Dominij, cum notorium sit esse tantum ci-
uem. Et quia ut de diuersis, ut est dictum,
fece-

fecerunt in supplicatione mentionem dicti
supplicantes de nobilitate, & ciuilitate; ita
ore proprio confitendo, quod in dubium
refricari non potest per supradicta.

Quo fundamento firmo stante, apertissi-
me patet preces ueritate non niti: et quia
supplicantes non probarunt narrata in di-
spensatione, super quibus est fundata gra-
tia: et quia contrarium narratorum fuit
probatum pro parte Illustrissimi D. Procu-
ratoris, vt dixi in alijs meis allegationibus:
nam onus supplicantium erat probare, stan
tibus uerbis literarum etiam reiteratarum,
quæ etiam mentem, & uoluntatem Papæ
indicant, in vers. quod cum &c. Et quod
ipsa magnifica D. Benetta iuxta status sui
conditionem non habebat dotem compe-
tentem, ut inuenire posset virum sibi æqua-
lem non cõsanguineũ, uel affinem, cum quo
nubere posset: & quod eius consanguinitas
propterea ad id aliàs non obligatá augebat
sibi dotem secundum status sui conditionẽ,
sine quo augumento alteri nubere nõ pos-
set, ut in uirum acciperet dictum clarissimũ
D. Marcum tantum, quod quidem minime
probatum fuit; imò nec tentatum probare,
imò & fuisse probatum contrarium ex pro-
cessu apparet: & propterea dicti DD. Con
sultores recurrerunt ad caput nobilitatis,
relicto capite ciuilitatis, cum regulariter ma
ior dos requiratur nobilibus quam ciuibus
dari. Vnde carere debent supplicantes om
ni prætensa gratia, cum in alio casu Papa il-
lam non fecerit, nec concesserit.

Ex quo fundamento oritur etiam aliud
fundamentum, uidelicet sententiam iudicis
delegati super huiusmodi dispensatione de
matrimonio contrahendo prolatam ex fal-
sa causa in ea expressa esse ipso iure nullam:
nam in ea dicitur per modum causæ, prout
„ infra videlicet, Et quia per informationem
„ habitam ex dictis & depositionibus dicto-
„ rum testium, ut supra examinatorum, repe-
„ rimus expressa, & narrata in præinsertis li-
„ teris Apostolicis esse uera, precesq; orato-
„ rum veritate niti &c.

Et tamen expresse apparet per dictos te
stes non esse probatum dictam magnificam
D. Benettam secundum status sui cõditio-
nem non habere dotem competentem, ut
inuenire possit uirum sibi æqualem, nisi con
sanguineum, uel affinem, cum quo nubere
possit, prout erat probandum; & propterea
cum tales testes hoc nõ deponant, dubitan-
dũ non est ex dicta falsa cã sic in ea expres-
15 sa præfatam sententiam † ipso iure nullam
esse, prout dicit Anchar. in cons. 207. nu. 8.
sequitur Dec. in c. quoniam contra, de pro-
bat. sub num. 158. Soc. iun. in cons. 39. nu.
2. vol. 2. & in cons. 18. num. 4. vol. 1. Innoc.
in c. cum Bertoldus. num. 4. in uer. concessi-
mus, de sent. & re iud. & Abb. in c. inter cæ-
teras. num. 8. co. Ioan. de Imol. in c. in præ-
sentia. num. 46. & seq. de renuncia. Alcia. in
cons. 37. num. 15. lib. 6. & firmat Alexan. in
** cons. 123. num. 7. vbi de magis communi,
volum. 1.

Quibus inhærent, quæ aliàs dixi in alijs
allegationibus circa excessus finium man-
dati Apostolici: & quod propterea proces-
sus & sententia corruant, ad illa nunc me
remittendo. Vnum tamen addendo, quod
ex dictis uerbis dictæ sententiæ manifestis-
sime apparet iudicem non aliunde, quàm
ex testium depositionibus informationem
assumpsisse circa verificationem narratorũ;
prout ipse dicit, & assumi solent per proces-
sus informatiuos, quod & indicat etiam cũ
esset D. Iudex extra dioecesim Venetiarũ,
& breuitas temporis, cum uno die fuerint
præsentatæ literæ, & in alio sententia pro-
lata, vt supra dictum est.

Quo verò ad quintum & ultimum fun-
damentum, quo conati fuerunt etiam dicti
DD. Consultores sustentare examen testiũ
factum per Cancellarium Patriarchalem,
„ fundantes se, quod clausula illa, super qui-
„ bus conscientiam tuam oneramus, non im-
portet esse electam industriam personæ: &
propterea tale examen potuisse subdelega-
ri, & nõ esse nullum; cum si esset electa per-
sonæ industria tacitè uel expresse non possit
16 subdelegare delegatus, † prout dicit Fely.
in c. fi. num. 2. in uer. vltimo nota. in princip.
de offic. deleg. ubi dicit, quod vbi Papa ta-
citè, vel expresse elegit industriam perso-
næ, non potest alteri subdelegari: quia ad
hoc respondendo in alijs meis allegationi-
bus firmaui, & electam fuisse industriã per-
sonæ, & subdelegare non posse vigore di-
„ ctæ clausulæ (cuius cõscientiam) sed quia
„ dixit Papa, per te te diligenter informes, ad
dicta per eundem Felyn. in d. c. fi. num. 3. de
offic. deleg. Cui addo etiam apparere fuisse
electam industriam personæ, quia Papa di-
„ xit in dictis literis, Discretioni tuæ, de qua
in

„ in his specialiter in domino fiduciam obti-
„ nemus, p Apostolica scripta mãdamus &c.

17 Cum & talia uerba importent † etiã fuisse electam industriam personæ; & subdelegare non posse: & hoc perpetuo notandum esse, dicit Felyn. in d.c. fin. num. 2. in uer. de tua prudentia, ubi dicit talia uerba sæpe apponi in literis, & propterea posse infringi mille subdelegationes.

Ex quibus omnibus sic resolutis & congestis apparet primo in casu nostro ad effectum, ut negotium deuoluatur ad superio-
„ rem in vim clausulæ, Super quibus con-
„ scientiam tuã oneramus, dari appellationẽ.

Secundo constare de sufficiente iurisdictione Illustrissimi & Reuerendissimi D. Nuntij Apostolici vigore suarum facultatũ Apostolicarum, quod de tali causa appellationis à delegato Papæ interposita cognoscere possit.

Tertio constare de interesse Illustrissimi Procuratoris; ex quo simpliciter per Clarissimum D. aduersarium, & litis consortes fuerit citatus ad prosequẽdum, prosequi; videndum appellationem per se interpositam, & firmatam esse suam personam in iudicio.

Quarto constare preces supplicantium pro dispẽsatione obtinenda uerificatas, nec probatas non fuisse: imò contrarium narratorum fuisse probatum per dictum Illustrissimum D. Procuratorem; & propterea DD. aduersarios carere impetratis.

Quinto & ultimo similiter apertè cõstare electam fuisse industriam personæ: & ꝓ propterea examen super dictam dispensationem faciendum circa illius uerificationem non potuerit committi, & nullum & inualidum esse, prout est vna cum dicta sententia superinde lata, ex dictis tam in primis allegationibus, quam in præsentibus. Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Delegati ad uniuersitatem causarum authoritas proponitur. Inuentarij rite confecti uis ostenditur. Et negatiua qualiter probanda sit demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ad uniuersitatem causarum iudici ordinario æquiparatur, & ita coram eo potest introduci causæ nullitatis suæ sententiæ, sicut coram ordinario, & habet iurisdictionem actu & habitu in solidum, sicut ordinarius, nu. 2.*

3 *Sententia notorie iniqua est nulla.*

4 *Probatio nulla maior haberi potest quam propria partis confessio.*

5 *Scripturam contra propriã quis venire non potest.*

6 *Quantitas certa quando soluitur uel promittitur pro residuo, nihil amplius debetur.*

7 *Distans, a uerisimili est quædam falsitatis imago.*

8 *Argumentum ab eo, quod plerunque ex communiter accidentibus contingit, ualet.*

9 *Inuentario solemniter facto standum est, & contradicens probet, nu. 15.*

10 *Negatiua æque probatur sicut affirmatiua per inuentarium bonorum.*

11 *Antecedente legitimo dato, datur necessarium consequens.*

12 *Carcerato iniuste excommunicato, uel suspenso debentur distributiones quotidianæ, sicut infirmo, uel iniuste expulso, ac si interesset in diuinis, si ante solitus erat chorum frequentare.*

13 *Distributiones quotidianæ non debentur ei, qui culpa sua detentus, uel de ecclesia expulsus fuit.*

14 *Nullitas sententiæ resultans ex primis actis sicut impedit illius executionem, ita quoque impeditur, etsi incontinenti doceatur de illius nullitate.*

16 *Præsumptionẽ iuris qui contra se habet, si non uult succumbere, probare debet contrarium per indubitatas probationes, per necesse, nõ per possibile, & ut nu. 17.*

18 *Probatio dubia & imperfecta nihil releuat, nec facit rem dubiam.*

19 *Tempore qui se fundat, de eo probare debet, ut probatio sit concludens ex tempore, alius non releuat.*

20 *Hora specifica debet capitulari & probari, ubi res est ex hora uariabilis, & diuersus resultat effectus.*

21 *Testis ratio ualidat & inualidat eius dictum.*

22 *Probatio generalis non concludit, nec declaratur secundum subiectam materiam, de qua quæritur, nec secundum eam restringitur.*

23 *Negatiua simplex & indeterminata est improbabilis directe, uel indirecte.*

24 *Negatiua non coarctata loco & tempore probari non potest. Et testis super ea deponens est suspectus de falsitate.*

25 *Testis unicus & singularis in suis dictis, non probat.*

26 *Testis unicus probat contra inducentem illum.*

27 *Inuerisimilitudo est quædam falsitatis imago.*

28 *Iudex inspicere debet quod est uerisimile, & non quod a uerisimili distat.*

CON-

CONSILIVM XXIIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Llustrissime & Reuerendissime Domine, In causa Pantha secunda studendo breuitati, prout consultoré decet, sicut dicit Dec. in consil. 534. in princip. Primo dico, quod causa notoriæ iniustitiæ & nullitatis sententiæ, de qua agitur, potuit introduci coram eadem Illustrissima D. V. cum sit delegatus ad uniuersitatem causarum, qui iudici ordinario æquiparatur. Et sicut coram ordinario potest introduci cau-
1 sa † nullitatis suæ sententiæ; ita quoque & coram delegato ad vniuersitatem causarũ; prout dicit Abb. in cap. qualiter, num. 6. de accusa. Et quod ordinarius possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, si adeatur, tradit latè Andr. Gayll. practi. obserua. lib. 1. obserua. 127. num. 5. & 6. ubi de communi. Et quod delegatus ad uniuersitatem
2 causarum † sit similis ordinario, & habeat iurisdictionem actu & habitu in solidum sicut ordinarius, dicit Ruin. in cons. 5. col. 5.
* in princip. vbi attestatur de communi. & in cons. 60. num. 12. ubi similiter esse communem opinionem dicit. uol. 5. & Bero. in cap. quoniam contra. num. 154. in fi. in uer. quid iuris autem sit de delegato, de probat. Ac
3 indubitatum etiam sit, sententiam † notoriè iniquam esse nullam, prout dicit latè Barba. in cons. 10. num. 33. uol. 2. & latissimè Fely. in c. inter cæteras, num. 10. de re iud. Purpur. in l. magistratibus. nu. 31. ff. de iurisdic. omn. iud. & Aymo in consi. 373. num. 44. uolum. 3.

Cum igitur ex confessione partis euidenter appareat ipsum Reuerendum P. Iacobũ Pantha recepisse bona inuẽtariata tempore suæ carcerationis per publicum scribam prouinciæ ad præsentiam testium in calce eiusdem inuentarij subscriptorum, posteaquam fuit e carceribus liberatus, exceptis aliquibus in eodẽ inuentario signatis, prout constat scriptura eius manu facta in calce eiusdem inuentarij; non est dubium, quod contra eandem suam propriam scripturam & confessionem uenire non potest, allegando multum tempus post alia bona in dicta eius camera tempore carcerationis vltra inuentariata fuisse: cum nulla maior
4 haberi possit probatio, † quàm propriæ partis confessio; prout dicit Alex. in cons. 76. num. 4. uol. 6. Zasi. in cons. 2. num. 5. uol. 2. & Grat. in consi. 50. nu. 4. vol. 2. cum nimis indignum sit, quem audiri uenientem contra illud, quod propria uoce protestatus est, per tex. in l. generaliter, in fi. C. de non numer. pecu. cap. per tuas, ante fi. de probat. & Thom. Ferrat. cautell. 52. num. 2. ubi etiam subdit, quem propterea adstringi sua pro-
5 pria scriptura, † ut contra eam uenire non possit, prout habemus Authent. contra qui propriam. C. de non num. pec. & §. si enim, & ibi Angel. num. 1. & sequen. de triente & semisse.

Et cum idem Reuerendus Frater Iacobus uocauerit se recepisse sua bona inuentariata, exceptis aliquibus in inuentario signatis; remanet resolutum alia bona non prætendere: et sic R. P. magistrum Antonium Locatellum tunc Prouincialem, exceptis bonis signatis, quoad alia nunc prætensa remansisse liberatũ, ad dicta per Corne. in cons. 33. nu. 24. vol. 2. ubi dicit, quod
6 cum certa quantitas † soluitur, uel promittitur pro residuo, quod nihil amplius debetur. Quod prius uoluerunt Imola, Ang & Rayner. in l. si ex pluribus. ff. de solutio. Cũ non sit dubium, quod posteaquam fuerunt restituta eidem dicta bona inuentariata, q͏̃d si alia bona ultra signata in dicto inuentario prætendisset, quod de illis in dicta scriptura receptionis mentionem fecisset, sicut de dictis bonis signatis: & hoc verisimile est, stante præsertim alio consimili inuẽtario in anno proximè præterito per dictum Reuerendum Fratrem Iacobum facto, quando resignauit dicto Reuerendo Prouinciali (prout omnes alij Regulares fecerũt) bona mobilia per eum detenta, seu possessa in eius camera: quod & per iudicem inspici debet,
7 & non quod à verisimili distat, † cũ sit quędam falsitatis imago, prout dicit Bal. in l. 1. num. 16. C. de seru fugi. sequitur latè Ias. in l. si extraneus, nu. 8. & seq. ff. de condi. cau. data. & Grammat. in cons. 42. num. 14. in crimi. & in uoto 14. num. 8. & seq. & quod iudex non debeat dare fidem rei non uerisimili; & quod uerisimile debeat inspicere, & non quod est possibile, dicit Dec. in cons. 596. num. 10. stante præsertim quod ualet

argu-

8 argumentum † ab eo, quod plerumque ex communiter accidentibus contingit, prout quilibet fecisset, prout dicit latè Dec. in d. consil. num. 11. & latè Marsil. in singul. 1. per totum.

Quod fortius procedit, cum inuentario sic solemniter facto standum sit, & dicto R.

9 P. Iacobo dicenti † plura bona in eadem camera fuisse tempore suæ carcerationis incumbat onus probandi; & illa extitisse liquidò probare debeat; prout dicit in simili Monticul. de inuent. hæredi. in præfat. nu. 96. cum allegatis per eum. tract. tom. 8. par. 2. fol. 203. & latè & optimè Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 20. omnino uiden. ubi etiã dicit propterea præsumi pro inuentario, ne hæres censeatur res hæreditarias subtraxisse; cum delictum non debeat præsumi; prout nec præsumi debet in casu nostro, stante dignitate, qualitate personæ, ac integritate dicti Reuer. Magistri Antonij tũc prouincialis à sua Religione approbat. & quod per inuentarium bonorum æstima-

10 torum æque probetur negatiua † sicut affirmatiua, dicit Bald. in l. quicunque. nu. 24. C. de serui. fugit.

Et cum dictus R. Pater Iacobus potuerit legitime carcerari à dicto Reuerendo P. Prouinciali, prout patet ex banno in actis producto; ideo eidem non tenetur aliquod damnum reficere; etsi illius cappa inuentariata erat tarmata; quia cũ ipse dederit causam suæ carcerationi, debet libenter pati omnia damna, quæ eidem ob eandem carcerationem peruenerunt, cum dato legiti-

11 mo antecedente, † quod est ipsa carceratio, necesse fit dare necessarium consequẽs, quod est damnum passum in dicta cappa propter dictam carcerationem, ad dicta per Bald. in l. conuenticulam. colum. 4. in uersic. item est argumentum a concessione antecedentis. C. de episc. & cleri. Aymo in consil. 402. num. 6. uolum. tertio, & in consil. 527. numero 5. in uer. econtrario, eodem volum. & in consil. 839. num. 5. uolum. 5. Et hinc est, quòd licet iniustè incarcerato, excommunicato, uel suspenso distributiones quo-

12 tidianæ † debeantur, sicut debentur infirmo, uel iniustè expulso, ac si interesset in diuinis, si erat solitus chorum ante frequentare; prout dicit Felyn. in cap. Apostolicæ, licet per uerbum, forte, num. 12. de exceptio. quem secutus fuit Prob. in c. 1. sub nu. 22. & ibi etiam Domini. num. 5. de cleric. non resident. in 6. Cardin. Alexã. in cap. contumaces, num. 4. in uers. si suspensio fuit iniusta. 50. distinc. & uoluit Calder. in cons. 7. in tit. de præben. Nihilominus tales distri-

13 butiones † non debeantur illi, qui culpa sua fuit detentus, uel de ecclesia expulsus; prout dicit Domini. in dicto cap. unic. num. 6. de cleric. non residentibus in sexto. & latè Cardin. Alex. in dicto cap. contumaces. dicto num. 4. in uersic. si autem. & in uer. & ita intelligo. 50. dist.

Neque aliquid obstat si dicatur, quod dicta notoria iniustitia sententiæ non constat ex primis actis factis coram Reuer. D. Auditore, sed ex productis in præsenti per dictum Reuer. P. Magistrum Antonium:

14 Quia dico, quod sicut nullitas † sententiæ resultans ex primis actis impedit illius executionem; ita quoque impeditur; etsi in cõtinenti doceatur de illius nullitate; prout dicit Caputaq. decis. 264. parte 2. & quod etiam sententia non transeat in rem iudicatam, & illius executio impediatur, etsi notorietas iniustitiæ illius superueniat post sententiam, prout in casu nostro, dicit latè Fely. in d. c. inter cæteras. nu. 11. de re iud.

Et insuper est nulla dicta sententia, quia idem R. P. Mag. non solum non fuit citatus in vim citationis anteiudicialis, prout citari debebat, ut est dictũ in sua petitione; uerũ etiam nec ad audiendam dictam sententiã; ad dicta per Io. de Anan. in c. 3. num. 4. de collus. detegen. cum vulgaribus.

Neq; obstant prædictis in aliquo asserti testes per partem aduersam examinati ad probandũ, quod in dicta Cella aderant alia bona ultra inuentariata, quia tales testes in aliquo non probant intentionem d. R. Fratris Iacobi, ex infra dicendis.

Et primo, quia cum ex dicto inuentario facto per præfatum R. P. Magistrum Antonium Locatellum manu publici scribæ ad præsentiam plurium testium, dum erat Prouincialis, præsumatur à iure alia bona in dicta Cella præfati Panthæ, quàm inuẽtariata, tempore, quo fuit carceratus, non extitisse; & per hoc translatum sit onus probãdi contrariũ per d. R. Frat. Iacobum, videlicet alia bona extitisse, licet non fuerint inuen-

15 tariata; † prout dicunt Alcia. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 20. & Monticul. de inuent. hæredi. in præfat. num. 96. desupe

L citat.

citat. quibus inhæret Petr. de Anchara. in conf. 383. num. 4. in fi. ubi dicit, quod acta præsumi debent recte facta, nisi contrarium probetur. & nu. 5. ubi dicit, qđ qui allegat dolū, vel fraudem, debet illū, uel illam probare; cum indubitatum sit illum, qui habet
16 iuris præsumptionem † contra se, contrarium illius, quod ius præsumit per ueras & indubitatas probationes, probare debere, si non vult succumbere, ad firmata per Simo. de Pretis in consilio 114. numero 45. in fine & sequen. Aymo. in consi. 134. num. 10. Pute. decis. 408. numero 3. & sequen. lib. primo. Ioseph. Ludou. inter communes diuers. in tit. de probat. colum. 1. post princip. in ver. infertur, 158. fol. 477. volum. 3. Decia. in consil. 53. num. 17. volum. 1. & prius Dec. in cons. 162. num. 13. post princip. & quod qui obiectiuè uenit, prout facit dictus Reuerendus aduersarius, cum nitatur probare alia bona extitisse, ut est dictum, in dicta eius cella, quando fuit carceratus ultra inuentariata, plenè probare debeat, dicit Rota nouissima in decis. 189. in princ. par. j. fol. 66. & decis. pen. in vers. tum etiam quia, in tit. de except. in noui.

Sed quod præfatus Frater Iacobus non probauerit intentionem suam per assertos testes pro parte sua examinatos euidenter demonstro: Nam primo accedendo per ordinem ad depositionem R. Fratris Thomæ de Montelupo primi testis, dum deponit super tertio articulo circa bona prætensa in inuentario eidem ostenso per hęc verba videlicet, § Quanto poi alle robbe, che esso Frà Giacomo asserisce per questo inuentario à me letto hauesse in detta sua camera, vi dico per esserui stato più uolte in essa sua camera, che lui hauea le robbe infrascritte, che mi ricordo hauergliel evedute cioè &c. Quia per talia uerba non probatur per dictum testē, prout probari oportebat, quod in illo instāti, quo fuit carceratus, quod omnia dicta bona inuentariata in inuentario eidem ostenso per dictum testem, essent in dicta eius cella, & penes dictum Fratrem Iacobum tempore carcerationis: sed tantum, quod præfatus testis in antea iuerat in eius cella, & ea viderat, talem rationem assignando sui dicti, quæ attendi debet, quod minime releuat producentem, cū deficientibus bonis inantea potuerit fieri ab eo quicquid sibi placuit, & tempore carcerationis penes

ipsum non esse, cum clarum sit etiam in iu-
17 re, † probationem non solum debere esse plenam ad hoc, ut uolens probare contrarium illius, quod ius præsumit, releuetur, ut supra dictum est: sed etiam debere esse necessario concludentem, & non per possibile, sed per necesse, adeo quod aliter res esse non possit, aliàs non releuat, per l. neq; natales, & ibi Doct. C. de probat. c. in præsentia, & ibi glo. in uer. verbum dubium. uer. & est notandum, extra eo. Alexan. in cons. 72.
18 num. 9. vol. 1. & quod probatio dubia † & imperfecta nihil releuet, nec faciat rem dubiam, per plura firmat latè Rimin. sen. in l. non hoc. num. 2. C. vnde legit. quod antea optimè uoluit Bart. in l. Celsus, num. 29. ad fin. ff. de vsucap. & Calcan. in cons. 121. nu. 20. ubi similiter dicit, qđ probatio ad hoc, ut releuet, non debet concludere per possibile, cum possit esse, uel nō esse, sed per probabile, seu per necesse: quod ante eum dixit Bal. in l. ad probationem, num. 2. C. de probat. & Petr. de Ancha. in cons. 385. num. 4. in uer. sed cū probatio. & ideo dixit Alexā. in l. inter stipulantem. §. 1. nu. 15. ff. de verb. oblig. quod probatio dubia, seu dictum testis debet interpretari contra probantem, quod ante dixit præfata glo. in d. c. in præsentia. desuper citat. & quod probatio dubia per se non releuet probātem, dicit Abb. in c. in præsentia. num. 5. de probat. & Petr. de Ancha. d. cons. 385. nu. 3.

Et quid plura, cum aduersarius dicat, quod tempore, quo fuit carceratus, habebat alia bona non inuentariata in dicta eius cella, debeat per eum probari, quod illo instanti, quo fuit carceratus erant dicta bona in eius cella, & quòd in ea illa reliquit; cum
19 qui se fundat in tempore, † de tēpore probare debeat adhoc, ut probatio sit concludens ex tempore, cum prioritas, uel posterioritas temporis pertineat ad fundandam intentionem actoris, tēpus limitatum debet per actorem probari, alias non releuat: & idem procedit, si sit excipiens, prout in casu nostro, per text. apertum in l. matrem. & ibi Bar. & Bal. nu. 3. C. de probat. & idem Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. nu. 2. & seq. ff. de oper. no. nunc. ubi dicit, quòd si extat statutū, ꝙ post mediū mensis Martij liceat pasturari in aliquibus pratis, & non ante; ꝙ si quis aliquem accusauerit, quod de mense Martij pasturauerit, nō adiecto, nec ꝓbato,

quod

quod pa ffurauerit in illa parte t pis, in quo factum est punibile, quod non potest sequi condemnatio, ex quo non concludit in tẽpore: & idem procedit, si est differentia in loco, videlicet quòd in vno loco aliquod factum censeatur delictum, in alio loco non. & Bart. expresse sequitur Bal. in d. l. matrem num. 3. de super citat. C. de probat. & idem Bart. in l. cum actum. nu. 6. ff. de negot. gest. & Pet. de Anchar. in cons. 388. colum. 5. in
20 ver. constat autem, ubi dicit, quod ubi † res est ex hora variabilis, & diuersus resultat effectus, debet capitulari, & probari de hora specifica: & idem firmat Mascar. de probat. conclus. 1175. num. 30. & in conclus. 1196. num. 15. & latissimè plures accumulando in conclus. 1200. num. 8. & Cagnol. in rubr. C. qui admitti, sub nume. 58. & 59.
* vbi dicit hanc esse communem opinionem: ideo alios addere non curaui; cum à communi opinione in consulendo, & iudicando recedendum non sit; prout dicit Socin. sen. in cons. 187. num. 9. vol. 2. Ias. in consil. 76. num. 3. uol. 3. Dec. in cons. 174. nu. 1. in fi. & in cons. 146. nu. 7. & Cassad. super regul. Cancell. decis. 12. nu. 7. & Bertrand. in cons. 45. num. 2. vol. 3. par. prima. Et quod à communi opinione temerarium sit discedere in iudicando dicit Ripa respon. 191. nu. 9. sub tit. C. de natur. libe. fol. mihi 212.

Et quod ratio, quam reddit dictus testis, de qua supradictum est, attendatur, & det esse suo dicto, dicit Felyn. in cap. quoties. num. 9. de testib. & Guido Papæ in singul. 898. & Alex. in cons. 100. colum. 6. in medio in uer. nam dictum, vol. 1. Et quod ratio
21 † testis validet, uel inualidet eius dictum, firmat Catell. Cotta. in memorialib. suis, in uer. testis facit, fol. mihi 689. quod prius dixit Bal. in repet. l. de quibus. num. 123. in fi. ff. de legibus. & quod causa scientiæ, quam reddit testis, limitet, modificet, dictumque testis restringat, dicit Bald. in consilio 219. num. 2. & 4.

Prout nec probat d. testis nedum per supradictas rationes circa illud, quod in genere deponit dicens, § Sò ben che lui haueua delle robbe assai, & delle biancarie, che nõ vi saprei dire, che numero, nè la quantità delle robbe, che hauesse: § Sed etiam quia ad aliquam illarum speciem non deuenit;
22 cum probatio † in genere & generalis similiter non cócludat, nec declaretur secundum subiectam materiam, de qua quæritur: nec secundum eam restringitur; prout dicit Abb. in d. c. in præsentia, num. 9. de probat. quem secutus fuit Rimin. sen. in d. l. nõ hoc, nu. 2. de super citat. C. vnde legit. & hinc dixit Ioan. Andr. hunc casum in sua ratione decidendo in c. auditis. nu. 15. de prescript. quod probatio generalis nõ sufficit, nisi fiat specialis eorum, de quibus agitur, dãs exẽplum, quod si conduxisti equm; & probasti, quod mortuus est in itinere; quod propter hoc non est probatum, quod fuit ille equs, qui est conductus; & sic succumbet. quem similiter secutus fuit idem Rimin. in d. loco, in ver. & ad prædicta.

Neq; etiam obstat etsi dictus testis deponat super dicto tertio articulo in prin. circa ianuam dictæ Cellæ, seu cameræ per hæc verba videlicet, § Io non sò altro, se nõ che doppo la retentione del detto Reu. P. Frà Giacomo hò veduto la porta della sua camera aperta, ilche vidi il giorno doppo essa carceratione, che nõ ui era ancora stato alcuno à far inuentario delle robbe in essa camera essistenti, nè altro vi sò dire. §

Quia dictus testis sic deponendo super dicta negatiua simplici, & indeterminata, quod aliquis antea non fuisset in dicta cella ad faciendum inuentarium, est improbabi-
23 lis, cum non possit probari † directè, uel indirectè, prout dicit glo. in c. bonæ, el primo in uer. per rerum naturam, in vers. negatiua facti. de elect. quam glo. communiter approbari dicit Paris. in repetit. c. quoniam contra, sub num. 8. de probat. firmat Clar. simi-
* liter de communi referendo in sua praxi crim. q. 52. nu. 4. Et quod ista sit communis opinio, quod talis negatiua simplex loco & tempore non coarctata sit improbabilis; & testi super ea deponenti non credatur, & sit suspectus de falso, firmat Franc. Hercul. in trac. de negat. proban. sub nu. 127. Et quòd
24 talis negatiua † non coarctata loco & tempore probari non possit, & testis super ea deponens sit suspectus de falsitate, firmat etiam Dec. in cons. 649. num. 14. & seq. & idem dicit Aymo in cons. 9. nu. 7. et quòd talis negatiua probari non possit, cum non cadat in sensum testis; & testi super ea deponenti credi non debeat, & puniri possit extraordinarie de falso; firmat Corne. in cõ si. 125. nu. 2. omnino uidend. uol. 4. & quod testes super dicta negatiua deponentes sint

suspecti de falso, dicit etiam Clar. in loco desuper citato in fine, & in §.falsum, nu. 8.

Et non probat principalitur dictus testis, quia in suis dictis est unicus, & singularis:
25 † per text. in c.licet uniuersis, & ibi glo. in uer. unius, & cap. in omni, & ibi glo. fin. de testibus. l. ubi numerus. ff. eod. Et hæc de primo teste.

Deueniendo modo ad Reuerendū Fratrem Thomam de Ciuitella secundum testem in ordine examinatum, similiter dico nihil probare circa bona, de quibus ipse deposuit alias uidisse in dicta Cella d. Fratris Iacobi, per easdem rationes & iura, quę supra sunt adducta in personam primi testis; cum similiter ipse non deponat, quod tempore, quo fuit carceratus dictus R. Frater Iacobus, & in illo actu essent in dicta eius camera; & quòd illa ibidem ipse reliquerit; sed quòd illa alias vidit, & fuerunt eidem commodati certi libri per hæc verba videlicet, § Quanto hò sopra deposto sò essere, perche hò hauuto in prestito da sua Reuerentia li libri per me deposti; alcuni però, non tutti, & son stato in camera sua, & hò veduto gli altri particolari per me deposti. §

Circa vero illud, quod deponit, quod antequam dictus Pātha exiret de carceribus eidem misit quendam Momulum, & cū eo iuit ad d. eius cellam; & quod sibi uidetur, quod dicta cella erat aperta, vel quod vulgo dicitur, § la ferratura era guasta, e mal conditionata; § & quia sic dubitatiuè, & alternatiuè deponens diuersum inferens, dictus testis nihil probat, iuribus vulgaribus, cum sit etiam in hoc vnicus, & singularis, ut est dictum. Et quia etsi esset verum, quod deponit, nihil releuat aduersarium, cū multo ante tempore, quo fuit carceratus, fuisset factum inuentarium de bonis in ea existentibus: vnde siue tunc fuisset clausa, siue aperta, bona occultari non poterant in illius prę iudicium, sed tantum in præiudicium dicti Reuerendi Prouincialis, cum teneretur ad restituendum eidem Panthæ bona per eū innentariata. Sed quod dicta camera fuerit statim secuta carceratione clausa per dictum R.P. Prouincialem, patet ex depositione dicti secundi testis, cum deponat, ut inf. videlicet, § Che esso hà inteso dire, che non si ricorda da chi, che'l Reuerendo P. Prouinciale, domandandogli per esso R.P. Frà Giacomo la chiaue della sua camera, lui rispose sarebbe seruata, e che non si pigliasse altro fastidio; & ciò intesi dire allhora della retentione. § Qui quidem testis licet deponat de auditu, & sit unicus: tamen planè probat contra dictum Fratrem Iacobum, qui illum introduxit. & quod vnicus
26 testis † probet contra illum inducentem, dicit Rimin.iun.in.cons. 152.nu.2. & cons. 183.num. 11. & cons. 210. num. 31. uol. 2. Cephal.cons. 141.num. 16. uol. 1. quod & prius uoluit Soc.iun.cons. 69. num. 11. vol. 1. & Bero.in cons. 96. num. 2. vol. 3. & quod unicus testis probet etiam contra fiscum illum inducentem, etiam si deponeret de credulitate, uel de auditu, tenet expresse Bertaz. in cons. 71. num. 15. cum accumulatis per eum vol. 1. in crim. Et sic patet ex depositione dicti testis, cui plenè creditur contra dictum Fratrem Iacobum, eius camerā post eius carcerationem clausam fuisse, cū aliàs non fuisset nomine dicti Fratris Iacobi ab eo petita, ut daret illius clauem, & ex hoc etiam apparet in aliquo non releuare depositionem Comestabilis, Ioannis Marosticæ, dum deponunt, quòd dictus R. Prouincialis uoluit ipsis claudere primū ostiū. Et quia hoc non concludit, quod propterea nō fuerit clausum, prout fuit. Et quia si non debebant tenere clauem, nec erat æquum illos illa claudere, cum non ipsi, sed dictus Reu. Prouincialis debebat habere curā & ostij, & bonorum in dicta Cella existentiū, prout habuit, faciendo in die sequenti de dictis bonis facere inuentarium in actis product. per manus publici scribæ, & ad præsentiam testium, ut est dictum.

Neque aliquid releuat quoad reliqua depositio dicti Comestabilis, dum deponit de bonis in dicta Cella existētibus per hęc verba videlicet, § signor sì, che in essa Cella gli erano diuerse robbe, camise, & altre bagaglie; § quia et camisę, & multa alia bona fuerunt inuētariata, ꝑut apparet in inuentario de eis facto, licet non sit uerisimile præfatum Comestabilem ea uidisse, cum essent in quadam capsa sub claue clausa, prout apparet ex inuentario, nec vt vulgo dicitur § li Pittaretti, § cum essent subtus Cellā in alia habitatione, in qua non erat d. Fr. Iacobus, cum non sit dubium, cū inuerisimilitudo sit quædā falsitatis imago, eidē nō esse creden
27 dum, † cū aliquā fidē non faciat, prout dicit Natta

Natta in consil.633.num. 14. uol.3. Aymo in cons.134.num.36. & sequen. Decius in consil.94.num.2.in uer. secundo facit. Riminal.iun. in cons. 30. num.46. in princip. uolum.1.

Et quod iudex inuerisimilia deponenti non debeat credere, dicit Grammat.in cōsi.45.num.8.in crimi. & quod sit contra testes inuerisimilia deponentes præsumptio falsitatis; & ideo non esse credendum, dicit Abb.in cap.quia uerisimile,num.3.de præ-
28 sumptio. Et quod iudex † inspicere debeat illud,quod est uerisimile, & non quod à uerisimili distat, cum sit quædā falsitatis imago,dicit Bald.in l.prima,num.16.C.de seruis fugit.quos latè secutus fuit Ias.in l.si extraneus num.8.& seq.ff.de condit. cau.data. et idem Gramma.in cons.42.num.14.in crimin. et in uoto 14.num. 8. et hanc conclusionem latè firmat, et comprobat Mascar.more suo,de probatio. conclus. 1358. num.1.& seq.

Circa autem dicta bona, cum Ioannes Marostica quartus testis deponat per hæc uerba, uidelicet § Io vidi in detta camera diuerse robbe;et nō vi sapria mò dire li particolari,e qualità di quelli.§ Nihil dico,cū talia verba in aliquo non contrarienter inuentario, cum in eo quamplura bona fuerint,et sint inuentariata.

Et ista sufficiat me dixisse ad excludendum præfatum Reuerendum Fratrem Iacobum circa per eum prætensa,et pro bono iure dicti R. Patris Magistri Antonij Locatelli.Et cum causa fuerit delegata per eūdem Illustrissimum Nuntium R. P. Magist. Prouinciali eiusdem ordinis,ita fuit iudicatum.

Franc.Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Legitimitatis materia cū testium super ea examinatorum depositione exactissime discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ filiationis in quasi possessione quando quis esse dicatur.*

2 *Iudicijs personalibus sufficit de quasi possessione probare,ut agens ulterius liberetur ab onere probandi, licet secus sit in iuribus realibus, in quibus non sufficit probare de possessione pro obtinendo in petitorio.*

3 *Assertioni parentū de legitimitate filij an & quando credendum sit.4.*

5 *Filiatione probata intelligitur probatum de legitima & naturali.*

6 *Legitimus in dubio quis censetur ad excludendum illegitimos coitus,& delicti præsumptionem.*

7 *Fama probatur nedum per quinque testes,sed & per duos,etiam si sint singulares,dummodo tendant in unum rei finem.nu.8.*

9 *Legitimitatis quasi possessio probatur per publicam uocem & famam.*

10 *Legitimitas quomodo dicatur per testes probata,& nu.11.17.*

12 *Testes debent reddere bonam causam scientiæ, etiā non interrogati.*

13 *Rotæ authoritas communi opinioni præferri debet.*

14 *Testis in materia filiationis ad hoc,ut probet in suo dicto,sufficit quod præsumptiue concludat.*

15 *Natura efficit,non ars,ut mulier in mammis lac habeat propter generationem.*

16 *Testis quando dicit unum,ex quo aliud sequitur, super utroque deposuisse uidetur.*

18 *Testis ad hoc ut probet, debet de necessitate concludere in suo dicto.*

19 *Testis sibi ipsi contrarius nihil probat.Et potest puniri de falso.20.*

21 *Tractatus est potentior quā nominatio in materia filiationis.*

22 *Fama non probatur per unum testem,sed duo requiruntur.*

23 *Fama legitimitatis quādo concurrit cum fama illegitimitatis,prima standum est, & pro legitimitate iudicandum,& datur ratio.*

24 *Fama bona & mala alicuius probata, præfertur bona,& obtinet, etiamsi testes de bona fama deponentes pauciores numero sint.*

25 *Compulsus quis dicitur soluere,eo ipso quod apparet iussu magistratus.*

26 *Verbum,filius,intelligitur de naturali & legitimo, ex legis interpretatione.*

CONSILIVM XXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Magotta legitimitatis in facto sciendum est primo probari ꝑ testes pro parte Domini Iacobi de Mapheis examinatos eundem Dominum Iacobum fuisse tentum, habitum, tractatum,& nutritum à domino Bono de Mapheis,& à domina Sancta coniugibus, & eiusdem domini Iacobi patre, & matre respectiuè uti eorum filium legitimū

& naturalem, ac etiam ab alijs pro tali habitum, tentum,& reputatum; prout deponit primus testis fol.4.tergo, & fol.6. ubi reddit bonam causam scientiæ, videlicet, talia scire; quia uicinus. Secundus testis optimè fol.10.& 12.& fol.11.tergo. Tertius testis fol.18.tergo. Quartus testis fol.21. tergo,& fol.22. ubi eandem causam scientiæ reddit; quia uicinus, & fol.23. Quinta testis optimè fol.27. ubi etiam reddit bonā causam scientiæ, uidelicet, præfata scire; quia fuit ancilla præfatorum coniugum. Sextus testis fol.34.35.& 36.ter.

Secundo probatur per alios testes à præfatis coniugibus præfatum dominum Iacobum denominatum fuisse, & uocatum eorum filium legitimum & naturalem, prout deponit. Quartus testis fol.22.& à tergo, & fol.24. in princip. ubi etiam dicit alios idem dicere. Quintus testis fol.27.& fol. 28.& quod nunquam audiuit dicere, quod esset Bastardus. Secunda testis fol.10.tergo. & tertia testis folio 16, & folio 18. & à tergo.

Tertio probatur per publicam uocem, & famam præfatum Dominum Iacobum fuisse & esse filium legitimum & naturalem præfatorum coniugum. Quartus testis fol. 21.tergo in fi.& fol.22. ubi dicit nunquam audiuisse dici contrarium; & hoc scire, quia uicinus, & fol.23. Quintus testis folio 28. tergo. Sextus testis fol.36.ubi subdit nunquam audiuisse dici contrarium. Adstipulatur primus testis fol.6. Secunda testis fol. 13. Tertius testis fol.18.& à tergo.

Quarto probatur quòd præfati DD. Bonus & Sancta coniuges dederunt ad lactandum D.Paschæ dictum dominum Iacobū, vti eorum filium legitimum, & naturalem; ex quo dicta D. Sancta non poterat eum lactare, ex quo (vt vulgo dicitur) § haueda male alli petti, cioè le settole, § cum esset in lecto post partum, prout deponit dicta D. Pascha secunda testis fol.10. tergo. & sexta testis fol. 33. & à tergo. & tertius testis folio 16.

Quibus probationibus ut supra dictis stantibus, dico ex quatuor capitibus, quorum alterum per se ipsum sufficit ad obtinēdum, probatum fuisse dominum Iacobum de Maphæis fuisse & esse filium legitimum & naturalem dictorum cōiugum, & in possessione uel quasi legitimæ filiationis existere, cum indubitata conclusio iuris sit per tractatum parentum, prout fecerunt præfati coniuges, cum habuerint, tenuerint, & reputauerint dictum Dominum Iacobum eorum filium legitimum & naturalem, illum in domo tenendo, ad lactandum extra domum dando, illum postea in domo recipiendo, nutriendo, uestiendo, & alia faciendo, quæ filijs legitimis & naturalibus fieri solent, & si alij eum cognoscentes pro tali non habuissent, prout habuerunt, ut est dictum, & infra dicetur; cum lex non curet de communi opinione aliorum, quando adest tractatus parentum, cum considerentur vt disiuncta; & quodlibet fundamentum per se ipsum sufficiat, ipsum fuisse & esse constitutum in quasi possessione legitimè filiationis, † prout dicit Iacobus Butriga.in l.non epistolis.post medium. C. de

1 proba.Bartol.in l.prima, §.ad quæstionem. numero tertio, ff.de quæstio. Alexan.in consilio quinto, numero 2.in uersic. secundum, iunctis his, quæ dicit sub numero quinto, in uers.non obstat, uolum. primo, Anton. de Butr. in cap.transmissæ, num. 10. in uersic. quandoque concurrit solus tractatus. qui filij sint legit. Ias. in consilio 114. numero 21.uolum. primo. Decius consilio 54. numero primo post medium, in uersic. hoc idem,& sequen. Gozzad.in consilio 13.numero 34.Bero. in consilio 19. numero 11. volum.2.Iacob. de sancto Georg. in l.quidam sub numero primo, in uersic. adduco. etiam, & ibi Florian. sub numero quarto, ubi de communi.ff.de probatio. Bartol.in l. prima, §.ad quæstionem, in fine, ff.de quęst. Abb. in consilio 83. numero 21. uolum. 1. Petr. à Petra in tract. de fideicommiss. quæstio.11.nu.314.& sequen. & numero 348. in medio, in uers. quod probetur & in uers. disiunctiuè accipi debet, & ita omnes tenere in cap.per tuas, de probatio. dicit Menoch.de arbitr. iudic. casu 89. numero 69. & in tract.de præsumpt.præsumpt.54.num. 37.lib.6.vol.2.& Franc.March.decis.457. num.3. in uer. & ubi non probatur de matrimonio.uol.2.

Quæ quidem quasi possessio legitimæ filiationis sufficit ad obtinendum in iudicijs petitorijs, quando principaliter agitur de filiatione, prout in casu nostro; & sufficeret ad obtinendum hæreditatem, si de ea ageretur, prout non agitur: quia in

2 in iudicijs † personalibus sufficit de quasi possessione probare, ut agens ulterius liberetur ab onere probandi, licet secus sit in iuribus realibus, in quibus de possessione probare non sufficit pro obtinendo in
** petitorio. Et ista est magis communis & receptior opinio, prout dicit Cardin. Paleott. reiecta opinione Bald. & aliorum aliter sentientium, in tractat. de noth. spurijsque filijs. cap. 22. à numero quarto, usque ad octauum, & præsertim numero 6. ubi dat duplicem rationem, & numero 7. ubi concludit. quem latè secutus fuit Menoch. dicendo etiam hanc opinionem esse veriorem, reiecta opinione Bald. Alberic. Salic. & Alcia. de arbitr. iudic. casu 89. numero 70. & sequent. qui similiter reddit easdem rationes, quas Paleott. hancque opinio-
** nem dicit similiter esse magis communem Aymo in consilio 249. numero tertio, & esse magis communem dixit etiam Abb. in dicto consilio 83. numero 22. sequendo Corneum, qui hanc partem tuetur in consilio primo, numero 22. præsertim in fine, volum. primo. hancque opinionem etiam prius esse communem dixit Paris. in consil. 10. numero 109. & sequen. volum. 2. & esse communem pariter dixit Decius in consilio 54. colum. penult. in uersic. non obstat. quam opinionem pluribus auctoritatibus comprobando etiam defendit Bursat. referens similiter de magis communi, in consilio 98. numero 8. volum. primo. & esse magis receptam opinionem nouissimè dixit Petr. à Petr. in tractat. de fideicommiss. in quæstio. 11. numero 28. in uersic. sed quod hæc, qui quamplures recenset; & ita fuisse iudicatum per omnes de consilio in quasi possessione fraternitatis, dicit Afflict. in decis. 25. in princ.

Secundo probatur de legitimitate dicti domini Iacobi per denominationē præfatorum coniugum, cum pluries dixerint, & nominauerint ipsum Dominum Iacobum per modum verè, & condecentis confessionis in actu proportionabili filio non emisse propter alium eorum filium legitimum & naturalem, prout deponunt testes super secundo fundamento adducti, cum clarum
3 sit in iure, assertioni parentum † de legitimitate filij credendum esse; si non fiat in præiudicium alterius matrimonij, uel aliorum filiorum, prout non fuit facta in casu nostro. cap. per tuas, & ibi Anton. de Butr. num. 17. præsertim circa medium. in uers. si ergo quæratur. & Ioan. Andr. num. 2. in fi. & nu. 5. & ibi Hostien. in fi. princip. & Abb. num. 5. ante fi. in uers. ad secundum uero; & ante eos. Innocen. post princip. qui filij sint legitimi. & Gozzad. dicto cons. 13. nu. 42.

Quod procedit etsi tantum probaretur denominatio patris, nedum amborum parentum, ut est dictum, cum & eidem plenè 3
4 credendum sit † de legitimitate filij, dummodo alia nō repugnent, de quibus supra; nec fama viciniæ, prout non repugnaret in casu nostro: ita expresse firmat Cardi. Alex. in dicto cap. per tuas. sub num. 11. in princ. & ibi Ioan. Andr. Hostien. Ant. de Butr. & Abb. in locis desuper citatis, ac Alexan. de Neuo, qui sub num. 13. in tertia solutione dicit, ibi ita tenere Docto. qui fil. sint legit.

Et idem procedit etsi nominassent dictū Iacobum eorum filium tantum nullo adiecto uerbo, legitimum, prout adiecerunt; cū in dubio certi iuris sit, quod probato de fi-
5 liatione † intelligatur probatum de filiatione legitima & naturali. l. filium, & ibi glo. in uer. filio. in princip. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. Alexan. dicto consilio 51. num. 2. volum. 1. & Dec. in consilio 54. num. 2. & 3. in fine.

Cui quidem conclusiuè inhæret illa alia iuris conclusio, quæ se habet, quod in dubio quis ad excludendum illegitimos coitus, & delicti præsumptionem censeatur le-
6 gitimus, † ita uoluit Bald. in consilio 437. num. 4. & 5. uolum. 5. Cardin. Alex. in cap. lator. num. 7. in princip. qui filij sint legit. Paleot. in dicto tract. cap. 20. num. 3. & cap. 22. nu. 6. in fin. Barthol. Veron. cautel. 118. num. 2. Cattelia. Cotta in memorialib. suis. in ver. filius præsumitur legitimus, fol. mihi 263. Socin. sen. cons. 23. num. 19. uolum. 1. Menoch. in dicto tract. de arbitrar. iudi. ca-
** su 89. num. 71. & hanc esse magis communem opinionem dicit idem Menoch. in tracta. de præsumpt. præsumpt. 54. nu. 20. lib. 6. volum. 2.

Tertio probatur dictum D. Iacobum fuisse & esse filium legitimum & naturalem præfatorum coniugum, & in tali quasi possessione legitimitatis existere per publicam uocem & famam, de qua supra in facto firmatum est in tertio fundamento, cum testes deponant, quod præfatus D. Iacobus publicè

tentus fuit, & reputatus filius legitimus, &
naturalis præfatorum coniugum, cum ne-
7 dum quinque testes, † uerumetiam & duo
de fama probent, prout dicit Dec. in cons.
* 271.num.4.& est communis opinio, prout
dicit Ficchard. inter communes diuersorũ.
sub tit.de probatio.sub num.241. fol.504.
8 volum.1.quod procedit etiamsi testes † sint
singulares, dummodo concordent in eun-
dem rei finem. Alex.in cons.51.num.5. vol.
1. Rimin. iun. inter crimina. diuers. cons. 85.
** nu.16. vol.2. & est magis communis opi-
nio, prout dicit Bellacomb. inter cõmunes
diuers.dicto tit.sub num.244. vol.1. Cum
clara sit etiam iuris conclusio, per publicam
vocem, & famam legitimitatis quem pro-
bari in quasi possessione legitimæ filia nonis
9 † existere, & ad obtinendum sufficere, pro-
ut firmat Alex.in dicto cons.51.num.2. &
5.vol.1.ubi tractat, quomodo probetur de
filiatione legitima & naturali alicuius, & di
cit ex dictis & mente Bart. & Docto. quòd
cauti aduocati in probãda filiatione faciũt
tres articulos, videlicet, vnum, quod Titius
est filius Sempronij natus ex eo & Berta in
domo sua vicinis scientibus. Secundum
quod Sempronius & Berta tractauerunt eũ
vti filium. Tertium, quòd secundum vulgi
opinionem reputabatur uti filius. Et ita di-
cit facere cautos aduocatos, ut est dictum,
ad effectum, ut si unum articulum probare
non possint, saltem probent alium; & suffi-
cit; cum Bart.& Doctor.per eum citati tra-
dant practicam dictos tres articulos facien-
di ad cautelam, non quòd copulatiuè de-
beant probari, sed alternatiuè. & Alexan.
latè secutus fuit Iason. in consilio 114. nu-
mero 16.& sequen.volum.primo, Bertram.
in consilio 26.numero 5. in uersic. & idem
si probetur. part.secunda, vol. secundo. &
Iacob.de sancto Georg.in l.quidam. num.
primo, & sequen. & ibi Florian. ff. de pro-
batio. quod prius voluerunt Iacobus Bu-
triga.in l.non epistolis, in versic. aliquando
adijcio communem opinionem esse. C. de
probatio.& Anto.de Butr.in cap. transmis-
sæ.numero 10. in vers. quandoque adest so
la communis opinio, qui filij sint legit. De-
cius consilio 271. numero 4. in versic. &
cum fama. & idem Alexan.consilio 88.nu-
mero 11. volum. septimo. Natta in consi.
473.numero 14. volum.2. optimè Abb. in
cap.peruenit, in vers. secundo si communis
opinio; qui filij sint legit. ubi dicit, quod
communis opinio viciniæ probat matrimo-
nium quo ad effectum legitimitatis.& idem
uoluit Parisius in consilio 13. numero 22.
volum.2.& Menoch.in consilio 490. num.
18.volum.5. Ruin.consilio 51. numero 28.
* uolum.5. Et hanc esse communem opinio-
nem, reiecta opinione aliorum tenentium
cum præfata fama ad effectum præfatum
debere interuenire aliquod aliud admini-
culum, cum difficilis probationis sit filia-
tio, firmat Cardin. Paleott. in dicto tractat.
de noth. spurijsque filijs, cap. 23. numero
tertio,& sequen.in vers.vltima superest,fol.
mihi 150. & sequen. & de communi etiam
dicit Petr.à Petr.in dicto tract.de fideicom
miss. quæst. 11. numero 348. & hanc opi-
nionem similiter esse magis receptam fir-
mat alijs reiectis, Menoch. in dicto tracta.
de arbitrar.iudic.casu 89.numero 86. libro
2.centur. prima, & ideo alias auctoritates
10 addere non curaui: cum à communi † &
magis communi in iudicando, & consulen-
do recedendum non sit; prout dicit Socin.
sen.in consilio 187.numero 9. uolumine 2.
Decius in consilio 174. numero primo, in
fin.& in consilio 147.numero 7. & Cassad.
super regul. Cancella. decis. 12. numero 7.
cum similibus.

Et quod sit probatum de fama prædictæ
11 legitimitatis, cum testes deposuerint † ita
publicè dici; & quod erat publica vox &
fama, dicit expresse Bald. in l.testium.ad fi.
in versic. quæro, quod est sub numero 42.
vbi dicit reprobata opinione Bart. ita con-
suluisse Dyn. C. de testib. & in l. hæredes
palam, sub numero 2.& sequen. ff. de testa-
men.& in cap.præterea. numero 10. de te-
stibus. & eum sequitur Decius in consilio
271.numero 4.in uersi. tamen contrarium.
Aretin.in consil.73.numero 13. in vers. his
breuiter præmissis.& idem Bald. in cap. li-
teris, numero 2. de præsumptio. & uidetur
sentire Hippol.de Marsil.in l. de minore. §.
plurimum, num.42. in versic. sed contra. ff.
de quæstio.

Et licet contrarium uoluerint quamplu-
res Doctor. ex quo in causa scientiæ testes
12 † non uideantur reddere bonam causam,
quam reddere debent, etiam non inter-
rogati; prout dicit Ioan.de Amic.in consi-
lio 131.num.2. & Grammat. in consil. 26.
num.12. & seq. in criminali, videlicet, ita

dici

dici audiuisse ab omnibus de populo, vel vicinia, seu à maiore parte populi, vel viciniæ, prout voluit Bart. in d.l. de minore. §. plurimum sub nu. 19. quem ibidem refert Hippol. de Marsi. cum alijs per eum allegatis sub num. 41. ff. de quæstio. & secutus fuit Arct. in cons. 122. nu. 3. Aymo in cons. 41. nu. 5. idem Ioan. de Amic. in cons. 60. num. 11. & in cons. 151. num. 2. Gramma. in d. cons. 26. nu. 12. & seq. in Crimi. & Robert. Marant. in cõs. 69. nu. 3. cũ alijs per Franc. Viui. allegatis in decis. 76. num. 3. Et hanc
* esse communem opinionem dicit Imol. in d.l. hæredes palam. sub nu. 1. in fi. & seq. ff. de testam. Tamen prima opinio est magis communis, & verior; cum illam sequatur Rota Romana, prout dicit Cassad. decis. 3. num. 7. sub tit. de probatio. Veral. in decis. 289. num. 1. lib. 3. vbi dicit id etiam habere locum, etsi testes non dicant alia requisita, de quibus Bar. in prædicto loco, & ita Rotam seruare. Sequitur Portiu. Imol. in cons. 39. nu. 21. & cõclusiuè nu. 24. & quod hæc
** sit magis communis opinio propter auctoritatem Rotæ, firmat idem Viui. dicens ita iudicatum fuisse in varijs causis in sacra audientia Barensi de anno 1589. in d. decis. 76. nu. 3. in fin. Quibus addo Mascard. de probat. in conclus. 749. nu. 4. & seq. id expresse firmãtem pluribus auctoritatibus. vol. 2. & ideo ab hac opinione, cum sit magis communis, recedi non debet vltra Rotę
13 auctoritatem, † cum communi opinioni per Imol. attestat. præferri debeat, prout dicit Grannut. Theorem. 4. nu. 5. f. mihi 22.

Quarto probatur de filiatione legitima & naturali dicti D. Iacobi per depositionẽ testium adductorum super quarto fundamento, qui quidem testes plenè probant super proprietate filiationis: & istud fundamentum tantum sufficit ad obtinendum, & ad obturandum os aduersarij s, cum deponant, & dictum Iacobum puerum tunc natum vidisse penes d. D. Sanctam eius matrem, quæ erat in lecto; & quod non poterat lactare dictum eius filium, ex quo habebat, vt est dictum, malè alli petti. & quod pater & ipsa D. Sancta dicebant eam peperisse dictum eorum filium, & vti talem dedisse illum dictæ Paschæ ad lactãdum; cum tales testes sic præsumptiuè deponentes, & concludentes in eorum dictis plenè proba-
14 re dubitandum non est; cum sufficiat † testem, adhoc, vt probet in suo dicto, præsumptiuè concludere, prout dicit Alci. in cons. 6. nu. 28. & 29. lib. 1. Arct. in cons. 73. num. 13. ante fin. in ver. cum sufficiat, latè Felyn. in c. quia verisimile, nu. 6. per totum, omnino videndi. de præsumpt. Ant. de Butr. in c. per tuas, num. 8. in ver. et sic patet. qui filij sint legit. quod prius voluit Bar. in l. 1. num. 16. ff. si cert. petat. Et quòd cum dicti testes deponant, quòd dicta D. Sancta non poterat lactare d. D. Iacobum, ex quo § haueua male alli petti, è le settole, § concludenter deponunt habere lac, & ex violenta præsumptione naturæ, quæ dicitur iuris & de iure præsumptio, contra quã probatio non admittitur, ipsam peperisse, cum natura effi-
15 ciat, † non ars, vt mulier lac in mammis habeat propter generationem, prout dicit Menoch. de præsumpt. præsumpt. 3. num. 1. 2. & 3. vbi conclusiuè lib. 1. vol. 1. Quod prius voluit Bal. in rub. de probat. nu. 19. in ver. exemplũ de primo. Et ꝙ copia lactis in muliere excitetur post partum purgationesq;, tradit Aristot. loquendo etiam in casu nostro quo ad malum mammillarum propter lac. de histor. animal. c. 11. lib. 7. & quod lac demonstret mulierem esse prægnantem; sequendo Bal. dicit Bertach. in suo repert. in versic. lac. l'vltimo, ad quod mirabiliter facit illud, quod dicit Bal. in l. data opera. sub nu. 34. C. de his, qui accus. nõ poss. Vbi
16 dicit, quod quando testis † dicit vnum, ex quo aliud sequitur, quod super vtroque deposuisse videtur. & ideo si testis dicit aliquẽ diu tenuisse, cum ex corporali detentione præsumatur vera possessio, per iura per eũ allegata: sequitur, quod testis probet non nudam detentionem, sed etiam meram possessionem: & sic qui dicit vnum, quod dicat omnia, quæ sequuntur ex illo: Et sic, vt dixi, huiusmodi fundamentum tãtum sufficit ad obtinendum, cum probet de filiatione dicti D. Iacobi per pręsumptionem necessariam iuris, & de iure, contra quam probatio non admittitur, ut dixi, nisi per indirectũ. Card. Alex. latè in c. is, qui fidẽ. sub nu. 8. vbi dat regulam, & fallentias de sponsal. nedum de quasi possessione per tractatum, per nominationem, per publicam vocem, & famam, vt supra firmatum est; & cũ quodlibet prædictorum fundamẽtorum per se ipsum sufficiat ad obtinendum declarari legitimum, & in quasi possessione legitimæ filiationis existere

existere prędictum D. Iacobum, quis dubitabit per omnia simul iuncta plusquam sufficienter probatum esse de dicta legitimitate,
17 † & sublatam esse quamuis aliam præsumptionem, si existeret in contrariũ, prout non exstat, quod militet, ad dicta per Bero. in cons. 19. num. 20. in uer. nam ex tot præsumptionibus, volum. 2. & Dec. d. cons. 271. col. 4. post prin. in uer. & ideo concludendũ.

Deueniendo nunc ad testes, & probationes partis aduersæ dico aliquid releuanter, & quod elidat præfatas probationes dicti D. Iacobi, non esse probatum.

Et primo incipiendo per ordinem ad primum testem in effectu, cum referat uerba dicti q. Boni patris dicti D. Iacobi nihil concludentia quoad legitimitatem, uel illegitimitatem dicti D. Iacobi nihil probat, cum
18 testis † in suo dicto debeat de necessitate concludere ad hoc, ut probet l. neque natales, C. de probat. c. in præsentia. §. dilectus, eod. imò pro dicto D. Iacobo uidetur deponere, cum deponat ipsum, cum esset ætatis vnius anni, esse in domo dicti sui patris, & dictum suum patrem in suum filium ipsum agnoscere, & per suam ancillam in brachio detineri, unde comprobat tractatum, & nominationem, de quibus supra firmatum est. Et licet dicat super primo articulo, quod a diuersis personis audiuerit dici dictum D. Iacobum esse illegitimum, tamen nihil probat; & quia testis de auditu auditus est, qui regulariter non probat iuribus vulgaribus; & quia talia uerba non concludunt, neque contrarium tractatum, nec nominationem, nec famam, prout testes concludere debent ad hoc, ut probent, ut supra firmatum est.

Secundus uerò testis similiter nihil probat; & quia sibi ipsi contrarius est; cum super primo articulo in principio deposuerit, quod prima vice, quod audiuerit dici dictũ Iacobum esse illegitimum; dicit audiuisse a quodam D. Bernardino fratre dicti q. D. Boni, & infra postea dicat, non tamen se corrigendo, quod prius hoc dici audiuerat a q. Ioanne nepote eorundem Boni & Bernar-
19 dini, cum testis † sibi ipsi contrarius nihil probet l. qui falso, uel uarie, & ibi glo. & Alberic. ff. de testib. Bertrand. in consil. 85. nu. 1. uolum. 1. parte 1. & in cons. 228. num. 2. uolum. 7. Spec. in tit. de teste, §. 1. num. 89. in fi. Alexand. Stiati. cons. 117. sub nu. 43. in fi. & sequen. inter crim. diuers. volum. 1. & Pet. Fole. inter eadem crimi. cons. 138. nu. 1. ubi etiam dicit uario non esse credendum & ad concordiam non admitti nec reduci uolum. 1. & quod testis dicatur periurus, & ei non credatur, si attestetur contraria, dicit Fulg. in cons. 173. colum. 2. circa medium. Et quod testi sibi ipsi contrario non credatur, & non reducatur ad concordiam de se ipso ad se ipsum, firmat Aret. in c. cum causam, num. 12. in princip. ubi de communi. de testib. Et quod testis sibi ipsi contrarius
20 † possit puniri de falso, dicit Alex. in cons. 180. in causa Angelorum, nu. 12. uolum. 2. & quatenus sibi ipsi cõtrarius non esset idẽ testis, prout est; nihilominus nihil probaret, etsi cum eo concordet, quòd dictus D. Iacobus esset suus filius naturalis tantũ. Quintus testis super eodem primo articulo deponens in effectu, quòd dictus D. Bonus nominauerit dictum D. Iacobum eius filium illegitimum. Et quia talis nominatio non fuit emissa in aliquo actu proportionabili filio illegitimo, sed incidenter: & ideo non uenit attendenda per ea, quæ supra dicta sunt circa nominationem filiationis legitimæ; quibus addo Barto. id expressè tenentem in l. 1. §. quod senatusconsulto, nu. 3. post prin. ff. de lib. agnosc. Gozzad. consil. 12. nu. 13. & 52. in princip. & hanc esse communem opinionem dicit Dec. in cap. per tuas, num. 28. de probat. & quia efficaciorem nominationem habemus, cum dictus D. Bonus cũ sic nominauerit in actu proportionabili filio legitimo & naturali, prout in suo testamento & codicillo eidem relinquendo sua bona, nec non in libro, quãdo dedit ipsum D. Iacobum ad lactandum, ipsum nominauerit eius filium nullo adiecto uerbo, naturalem, & per hoc esse suum filium legitimum per ea, quæ supradicta sunt. Vnde non est dubium dictam nominationem efficaciorem esse, cum etiam pluries fuerit reiterata. Et ultra nominationem alia concurrunt, ex quibus elicitur charitas paterna, quod dici non potest in eo, qui incidenter nominauit ipsũ filium illegitimum, prout dicti duo testes etiam singulares deponunt; prout optimè firmat Paleott. in d. tracta. de noth. spurijsq; filijs c. 23. nu. 2. ubi dat etiam exempla, quę nouissimè secutus fuit Menoch. de arbit. iudi. in d. casu 89. num. 78. & sequen. ubi similiter repetit eadem exempla: quod prius uoluit Barto. in l. 1. §. quod senatusconsulto, num. 3.

num. 3. & ibi etiam addit. ff. de lib. agnosc. Dec. in d. cap. per tuas, num. 29. de probat. Gozzad. in d. cons. 12. num. 52. in uer. secudo, ubi dicit ita omnes tenere, & in nostris terminis ita firmat Aret. stantibus d. testamento & codicillo, de quibus supra in d. c. per tuas sub num. 22. & conclusiuè num. 23 ubi dicit communiter ita tenere Doctores per rationes suas, de probat.

Quod comprobatur, & arguitur de mendacio tam dictus secundus testes, quã quartus testis; ex quo deponunt, quòd dictus q. Bernardinus frater dicti q. Boni, & patruus dicti D. Iacobi, dixerit dictum D. Iacobum esse filium naturalem dicti q. Boni eius fratris, ultra quod non probent, cum sint testes de auditu auditus a tertio: & tamen coram Serenissimo Principe Venetiarum, & toto collegio idem Bernardinus supplicauit, ut curraria, quam ipse habebat, cum esset senex, daretur d. D. Iacobo eius nepoti, & unico filio d. q. Boni eius fratris, nullo adiecto uerbo naturali, prout constat ex tenore dictæ supplicationis in actis productæ, & sic esse legitimum, cum in dubio, facta mentione de filio, intelligatur de legitimo, prout supra firmatum est, & facit Auth. ut liceat matri & auiæ, §. ad hoc. Quod fortius procedit, cum coniunctus præsumatur scire facta coniuncti per l. Octaui. ff. unde cogn.

Vlterius & ultimo dicitur dictam nominationẽ, de qua deponunt dicti duo testes, non esse attendendam; nedum quia pro parte dicti D. Iacobi fuit probatum ipsum fuisse nominatum in actu proportionabili filiũ a dicto q. Bono eius patre suum filium legitimum & naturalem; sed etiam talem ab eo tentum, tractatum, & reputatum. Vnde nominatio illegitimitatis, etsi dicta nominatio legitimitatis non existeret potentior, prout extat, tolleretur, & annihilaretur per dictũ tractatum legitimitatis, cum potentior sit

21 tractatus † quàm nominatio, cum magis præsumatur filius, qui alimentatur ut filius, quam si filius nominetur; prout dicit Gozzad. in d. cons. 13. num. 34. cum alijs per eũ adductis. Dec. in c. per tuas, num. 18. de probat. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 24. lib. 5. volum. 2. quod ante eos uoluit Abb. in c. transmissæ, num. 4. qui filij sint legit. ultra quod tollatur etiam ex communi opinione, & testibus de proprietate super dicta filiatione deponentibus, de quib. supra dictũ est.

Neque pariter attendenda uenit depositio dicti secundi testis, etsi deponit per publicam uocem & famam audiuisse dictum D. Iacobum esse filium naturalem dicti q. Boni, & non legitimum: & quia eidem credi non debet, cum sit sibi contrarius in alijs,

22 ut est dictum: & quia fama † non probatur per unum testem, sed duo requiruntur; pro ut supra firmatum est ex communi super fama legitimitatis dicti D. Iacobi, quibus addo Bal. in l. ex argentarijs, §. 2. numero 4. ff. de eden.

Neque obstat si diceretur, quod tertius testis deponit audiuisse a vulgo dici, quòd dictus D. Bonus habebat vnum filium naturalem, intelligendo de dicto D. Iacobo: & quia per talia uerba non intelligitur de fama deponere, cum saltem testis ad hoc, ut dicatur de fama deponere & probare, debeat deponere de aliqua re esse publicam uocem & famam, quia sic publicè dicitur, prout supra firmatum est: & quia etsi de fama illegitimitatis ꝓbarent dicti duo testes, prout non probant, nõ ueniret attendenda: & quia per plures testes fuit probatum de fama legitimitatis: & quia quando concur-

23 runt duæ famæ † contrariæ, legitimitatis, & illegitimitatis, pro legitimitate iudicandum est, cum magis bonæ famę, quam malę standum sit, prout uoluit expresse Pute. in decis. 2. lib. 3. ad quæ faciunt dicta Bald. in cons. 77. num. 6. in princip. uolum 3. ubi dicit, quod fama debet esse solida, inconcussa, crescens, non vaga, non leuis, non contraria quia posterior fama & maximè melior, quæ habet pro se præsumptionem naturæ, denigrat, seu elidit alteram, Mars. in cons. 18. nũ. 40. ubi dicit, quod quando probatum est de

24 fama mala, & fama bona alicuius, † bona fama præfertur, & obtinet, & idem dicit in cons. 15. num. 10. Corneu. in cons. 176. nu. 10. volum. 4. Aymo in cons. 151. num. 20. & seq. Roland. a Val. cons. 63. num. 39. volum. 2. quod procedit etsi testes de bona fama deponentes pauciores numero sint, prout dicit Masquard. Freher. in tract. de fama publica, cap. 10. num. 30. & seq. quod corroborat casum nostrum, cum plures numero sint testes deponentes de fama legitimitatis quàm non sunt testes deponentes de illegitimitate, qui tantum duo videntur esse, cum certe tertius minimè de fama probet, ut est dictum.

Neque

Neque pariter aliquid obstat etsi dicatur, quod dictus D. Iacobus soluerit ad officium aquarum ducatos decem tanquam filius naturalis, & paulo post coactus iterum fuit tanquam talis soluere, seu depositare apud Clarissimos DD. Aduocatores fiscales ducatos 200. licet pendeat appellatio.

Quia ad hoc respondetur in aliquo hoc suæ legitimitati in præsenti probatæ non præiudicare, cum metu persoluerit, cum per vim & compulsus tanquam talis persoluerit, ex quo de sua legitimitate non probauerat coram competenti iudice ecclesiastico prout nunc fecit, de qua compulsione patet ex mandato executiuo ab eisdem Clarissimis DD. Aduocatoribus Fiscalibus eidem facto, ac carceratione suæ personæ inde secuta, cum in termino sibi assignato non persoluerit, ad dicta per Bar. in l. creditor, num. 3. ff. de solutio. Ruin. latè in cons. 147. num. 4. vol. 1. & Ang. in l. liber homo, post princ. in uer. in tex. & ibi Imol. num. 4. ff. de hære;
25 instit. ubi dicit de cōpulsione † statim probari eo ipso, quod apparet ex iussu magistratus soluisse.

Prout nec aliquid obstat etsi diceretur, quod in duobus instrumentis Bergomi factis inter prædictum D. Iacobum & alios, ipse fuerit uocatus filius naturalis dicti q. Boni; quia per plura instrumenta ac compromissum inter dictum D. Iacobum, & aduersarios facta in hac ciuitate Venetiarum, ipse fuit semper uocatus simpliciter filius dicti q. Boni, & sic legitimus; cum in dubio
26 verbum, † filius, intelligatur de naturali & legitimo ex legis interpretatione, per iura desuper allegata, hic propterea omissa esse uolui.

Et quid plura? Quomodo dubitari potest ipsum fuisse & esse filium legitimum, & naturalem dicti q. D. Boni & D. Sanctæ Iugalium, prout testes deponunt, & latè supra dictum est: si neque aduersarij, neque testes pro eorum parte examinati ausi fuerint dicere, uel deponere aliam habuisse matrem; illam nominando: vnde necesse est aut dicere esse filium prædictorum iugalium, aut natū esse sine matre, quod fabulosum esset dicere, cum de aliqua alia eius matre non constet. Et ita fuit iudicatum per R. D. Ioānem Mozzanicam Vicarium generalem Illustrissimi & R. D. Patriarchæ Venetiarū.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Legitimitatis ex præsumpto matrimonio prætensæ materia discutitur, & infra consilio 12.

SVMMARIVM.

1 *Filij vt dicantur legitimati per subsequens matrimonium putatiuum, sufficit bonam fidem adfuisse in vno coniugum.*
2 *Bona fides vt causetur in altero coniugum ad filioru legitimitatem, quid requiratur.*
3 *Matrimonium contractum sine denunciationibus, nec coram multitu dine, dicitur clandestinum.*
4 *Consuetudo allegata est per allegantem probanda.*
5 *Matrimonium quando dicatur contractum in faciem ecclesiæ.*
6 *Filij ex clandestino matrimonio censentur illegitimi.*
7 *Matrimonium quando dicatur clam contractum.*
8 *Testis inductus pro parte, plenè probat contra eam.*
9 *Testis deponens audiuisse a tertio non probat.*
10 *Collusio dicitur probata ex probationibus imperfectis. & ex coniecturis nu. 11.*

CONSILIVM XXVI.

Spiritus sancti gratia vs aperiat, & illuminet intellectum.



Icet in causa Maurocena legitimitatis uideatur, quod ex sententia Vicarij Patauini, & alijs potuerit causari bona fides in altero coniungum, ita quod filij nati ex matrimonio inter D. Bernardum Maurocenum, & Iacobinam de Rubeis contracto dici possint legitimi, stante præsumptione, quæ pro sententia iudicis oritur, cum ex ea fuerit declaratum matrimonium prius inter Ioannem Mariam, & præfatam Iacobinam tanquam metu contractum fuisse nullū, & propterea iusta credulitate ductus D. Bernardus moueri potuerit ad matrimonium cum præfata Iacobina contrahendum, in tantum quod hodie detecta iniustitia dictæ sententiæ ex duabus sententijs contra illam latis per Vicarium Patriarchalem Venetiarum, & R. P. D. Seraphinum Rotæ auditorē, non impedit, quo minus in dicto Bernardo causetur bona fides per c. prælatum,

tum, vbi post glos. Docto. Ancha. num. 6. qui filij sint legit. late Socin. iun. consil. 39. num. 9. volum. 3. cum sufficiat bonam fidem
1 adfuisse in uno coniugum, † ubi agitur de legitimitate filij per subsequens matrimonium putatiuum, Gemin. cons. 27. num. 10. Gabriel. in tit. de legitimi. conclus. 1. num. 6. Iaso. in cons. 156. nu. 4. volum. 4. & est tex. in capitu. ex tenore, et ibi glos. fina. qui filij sint legitimi.

Tamen aduertendum est in casu nostro in contrarium videri veritatem, & dictos filios illegitimos esse, & primo. Quia ad causandam bonam fidem in altero coniugum
2 † nedum requiritur, quod matrimonium cõtrahatur post sententiam diuortij latam super nullitate primi matrimonij cum alio cõtracti; sed etiam quod secundum matrimonium publicè contrahatur in faciem ecclesię, prout dicit glo. fin. in fi. in d. cap. perlatũ, & ibi Cardin. Alex. not. num 2. & num. 3. in uer. quarto soluit, tex. & glo. in uer. publicè, & ibi Abb. num. 5. qui fili. sint legitimi. Ias. in dicto cons. 156. in princip. & num. 1. vol. 4. & Socin. iun. d. cons. 39. nu. 10. uol. 3.

Quod minimè factum fuit in casu nostro cum clandestine fuerit contractum assertũ matrimonium inter præfatos Bernardum & Iacobinam, cum nedum ante non fuerint factæ de dicto asserto matrimonio contrahen
3 do denuntiationes † secundum formam c. cum inhibitio. de clandestina. desponsat. verum etiam nec fuit contractum corã multitudine, prout saltem requirebatur, si forsan non seruaretur forma dicti c. de consuetudine ciuitatis circa denuntiationes faciendas, prout dicit Abb. in dicto c. cum inhibitio sub num. 9. de clandestin. desponsat. & talis consuetudo erat probanda per aduer-
4 sarios, † quæ non fuit probata, cum ius commune ei resistat Putc. decisio. 262. numero 3. lib. 3.

Et quod in faciem ecclesiæ dicatur ma-
5 trimonium contractum, † vel quando fit in ecclesia uocatis affinibus, & amicis nemine excepto, vel quando fiunt denunciationes iuxta dictum c. cum inhibitio, vel etiã quando secundum consuetudinem loci fuisset aliqua desponsata domi publice conuocatis & pręsentibus affinibus, & amicis, dicit Bartho. Veronen. & ita tenere Doctores in ca. ex tenore, qui filij sint legit. & in d. cap. cum inhibitio. in cons. 50. num. 4. in ciuil. vol. 2. & ad cfum facit Pute. decis. 139. lib. 3.

Et sic apparet in bona fide non fuisse aliquem præfatorum coniugum, ex quo clan-
6 destine contraxerunt, † vt est dictum, & dicti filij propterea censentur illegitimi dicto c. cum inhibitio, §. si quis uero, & facit Ancha. in dicto c. perlatum num. 6. in uer. quid ergo, qui filij sint legit.

Neque aliquid obstat, quin dicatur dictũ matrimonium inter præfatos Bernardum & Iacobinam sic clandestine contractum, etsi allegatur contractum fuisse in ecclesia Sancti Iuliani del Bon Albergo propè Margheram, quæ non erat eorum ecclesia Parochialis, ad præsentiam triũ testium, per Plebanum eorum Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum, qui tamen negatur interfuisse, & quia non reperitur tale matrimonium annotatum in libro matrimoniorum dicti Plebani: et quia ab eo nõ habuit fidem de tali matrimonio contracto idem Bernardus, prout habuit a præfatis assertis testibus; & per alias rationes adductas circa singularitatem testium in facti informa-
7 tione, cum clam dicatur matrimonium † cõtractum, etsi coram testibus contrahatur. cũ publicè contrahi debeat, prout dicit Barto. in l. 2. C. de his qui ex publi. ratio. mutu. pecun. accepe. lib. 10. per l. fi. ff. de rit. nup.

Secundo non fuit in bona fide dictus D. Bernardus, quia postquam Iacobina permãserat cum eo in concubinatu per plures annos post discessum de domo Ioãnis Marię, & susceperit etiam ex ea filios, scilicet Franciscum & Hieronymam aduersarios, prout deponit Nicolaus Niger testis ad perpetuã rei memoriam examinatus super quarto articulo processu G. fol. 2. ter. per partem aduersam inductus, qui plenè probat contra
8 eam, † prout firmat Rim. iun. in cons. 152. num. 1. & in cons. 183. num. 11. & in consil. 210. num. 31. volum. 2. Cephal. in cons. 141. num. 16. quod & prius voluit Socin. iuni. in cons. 69. num. 11. volum. 1. & Bero. in cons. 96. numero 2. volum. 3. idem Dominus Bernardus conuenit cũ dicto Ioãne Maria marito eiusdem Iacobinæ de dissoluẽdo dictum matrimonium, etiam eidem Ioanni Mariæ, ut assentiret illud nullum declarari, pecuniam promittendo, prout deponit Petrus eiusdem Ioannis Mariæ frater ex dicto Ioannis Mariæ processu D. super 11. articulo fol. 13. vbi etiam dicit, quod ipse nomine dicti

dicti sui fratris ab eo petijt dari pecuniam eidem promissam, & quod idem D. Bernardus dixit, quod illam dedisset, & in hoc est testis de auditu proprio. & super 12. articu. Ser Antonius septimus testis super eisdem 11. & 12. articulis dicto processu D. fol. 21. similiter ex dicto dicti Ioãnis Mariæ, & suæ matris sæpius reiterato pariter deponit.

Et Laura Octaua testis soror dicti Ioannis Mariæ super eisdem 11. & 12. articulis similiter de auditu ab eius matre, & dicto Ioanne Maria & alio ipsius fratribus, dicto processu fol. 24. ter. de eadem collusione deponit. & prima testis dicto processu D. fol. 2. ter. quæ est monialis, & soror dicti D. Bernardi, similiter super 10. & 11. articulis deponit de auditu ab eodem D. Bernardo eius fratre, qui eidem dixit talia uerba, uidelicet § Suor Chiara non sauè che hò disfatto il matrimonio di Giacomina § & Thomas 10. testis dicto processu fol. 28. deponit actitasse in causa præfata ad instantiam præfati D. Bernardi, & quod eidem Ioanni Mariæ fuerit promissa pecunia dicta de causa deponit Ser Petrus quintus testis processu E. fol. 10 ter. & Ser Gaspar sextus testis d. processu E. fol. 12. ex dicto eiusdem Ioannis Mariæ.

Quos quidem testes, cũ deponant de auditu a principalibus de facto eorum, seu de eo, quod gesserunt, non est dubium probare cum tunc testes non dicantur deponere de auditu, adeo ut non probent, prout non pro-
9 barent, si deponerent audiuisse a tertio † prout dicit Verall. ita fuisse tentum in Rota decis. 267. num. 2. par. 3. & uoluit Crot. in cõs. 413. num. 32. volum. 3. & Calcan. in consil. 110. num. 7. in fi. quod fundamentum accipit etiam fomentum ab amore præcedente, ex quo per plures annos detinuerat prius pro concubina dictam Iacobinam idem D. Bernardus, ac ex natiuitate filiorũ in concubinatu, quos præsumitur affectasse, effici legitimos, facit Pute. decis. 2. num. 3. in fi. lib. 3. & ex matrimonio postea inter eos contracto, cum sic impari, ac a paupertate dicti Ioãnis Mariæ, & a longa lite, & coram pluribus tribunalibus facta, ad quam peragendã verisimiliter dictus Ioannes Maria non potuisset subministrare expensas: & quia etiã idem D. Bernardus se ingessit in lite, prout deponit dictus 10. testis, quæ omnia tendũt
10 ad iudicandam dictam collusionem, † merito debet censeri probata, & si essent imperfectæ probationes, late Minsing. in obseruat. 100. cent. 2. præsertim cum non possit negari talem collusionem esse difficilis probationis, unde sufficit habere probatio-
11 nes per coniecturas, † & est communis opinio Purpura. in l. cum fundus S. seruum sub. nu. 65. ff. si cert. petat.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Ordinarius an possit, capitulo discordante, decretum suum interponere pro quo vult in materia locationis decimarum factæ per ipsum capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Superior potest reducere partes ad concordiam, & procurare ne alicui præiudicium inferatur.*
2 *Deliberatio maturius fit per congregatos in vnum, audiendo illorum vota, in loco solito, quam in loco particulari ex abrupto consentiendo.*
3 *Ecclesiæ fauore, ne decipiatur, introductum est, vt consensus ad substantiam actus collegialiter præstetur.*
4 *Par in parem non habet imperium.*
5 *Sermo simpliciter prolatus, intelligitur semper de primo.*

CONSILIVM XXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Montis Silicis sententia proferri debet ad fauorẽ RR. DD. meorum principalium, ac mandari exequi ultimum decretum factum per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Episcopum Paduanum ordinarium super locatione decimarum, de quibus agitur, attento quod cum capitulum collegiatæ ecclesiæ dicti loci, cui spectat illas iure proprio locare, esset diuisum, cum una pars domino aduersario uellet illas locare, altera uerò clarissimo D. Aloysio Marcello, potuit idem Reuerendissimus D. Episcopus se intromittere, & ordinare in dicto secundo decreto, cum alias primo decreto ad instantiam D. Ad-

D. Aduersarij emanato præfati RR. DD. de capitulo non acquieuerint; prout nec cogere poterat idem Reuerendissimus D. Episcopus eos ad illi parendum, cum a iure eidem tantum detur facultas concordandi in similibus; non autem cogendi per auctoritates infra allegandas, & per hoc ex eo aliquod ius non fuit acquisitum d. D. Aduersario, ut dictæ decimæ ponantur ad publicum incantum, & plus offerenti locentur, ita reducendo ad concordiam dictas partes, ne
1 alicui inferatur præiudicium, † ad dicta in terminis per Socin. sen. in l. serui electione, §. Labeo ait, num. 5. ff. de legat. 1. & in cons. 58. num. 2. in uer. circa secundum casum, uolum. 4. quod prius late uoluit Angel. in l. 1. num. 1. in uer. si uerò quis vult, C. qui testa. facere possunt.

Neque aliquid obstat si dicatur de dictis octo de capitulo quinque ipsorum, extra capitulum tamen, singulariter & in locis particularibus approbarunt dictum primum decretum dicti Episcopi; & sic, ut dictus aduersarius habeat in affictū dictas decimas: quia dico, quod eorum consensus, nec approbatio, ut supra facta, nihil ualuit, neque ualet; cum talis consensus per eos separatim & extra capitulum præstari non potuerit, cum dictæ decimæ omnibus de capitulo pertineant, vt vniuersis, vnde ad illas locandas requiritur præfatum capitulum congregari more solito, & in communi per eos cōsensum præstari, prout fuit factum, quando super huiusmodi locatione fuerunt diuisi: & ratio est, quia liberius & maturius fit deliberatio per congregatos in unum, audiendo illorum uota; quam in domibus, seu locis par
2 ticularibus ex abrupto cōsentiendo, † prout late firmat Felyn. cum allegatis per eum in c. cum omnes, num. 24. & ibi prius Anto. de Butr. num. 23. Imol. num. 9. & Abb. nu. 7. ante fi. in uer. ad ultimam, ubi dicit ita cō-
* muniter tenere modernos, de constit. & in repet. eiusdem c. cum omnes Ferret. nu. 52. & Anton. de Burgo. nu. 303. & sequen. vbi
* etiam attestatur de communi, dans etiam eandem rationem, & num. 317. vbi etiam dicit fauore Ecclesiæ introductum esse, ne decipiatur, ut consensus collegialiter præstetur, & de substantia actus esse talem consen
3 sum collegialiter pstari, dicit † Innoc. in c. in Genesi, num. 7. ante fi. in ver. hoc non placet de electio. Card. Alex. in c. sine exceptione, num. 2. 12. q. 2. Bart. in l. omnes populi sub num. 18. ff. de iustit. & iu. vbi per duas regulas id firmat, uidelicet, & quia in his, quæ pertinent ad plures, vt vniuersos, requiritur simul omnium consensus, & quia in his, qui bus consensus maioris partis præiudicat minori, etiam si pertineat ad plures, & singulos, requiritur, ut fiat simul, & idem firmat etiam Bal. in l. 1. nu. 5. ff. de offi. consul.

Neque pariter aliquid obstat decretum Illustrissimi & Reuerendissimi olim Episcopi Paduani Præcessoris Illustrissimi Moderni Episcopi in actis productum; & quia per tale decretum non impeditur, nec ligatur
3 successor, qui mandauit dictas decimas poni ad publicum incantum. Secundo cum
4 par in parem non habeat imperium † per tex. in l. ille a quo, & ibi glo. in ver. imperiū, ff. ad trebellia. & l. 3. ff. de arbit. & quia, etsi subsisteret dictum decretum illi executio data fuit per ballotationem in pleno capitulo iam factā super dicta locatione decimarū, quando fuerunt diuisi, cum per dictum actū illi satisfactum sit, cum non iubeat reiteratis vicibus fieri, & regulare sit in omni materia
5 quod sermo simpliciter prolatus † intelligatur semper de primo, & sic de prima ballotatione ad dicta per Iason. in cons. 36. num.
* 19. volum. 3. & communem esse dicit Rebuf. in l. boues, §. hoc sermone, vbi etiam adducit quam plura exempla, ff. de verb. sign. Et quia per supradicta non esset sublata talis oppositio, in totum per eam destrueretur intentio aduersarij, cum contra formam dicti decreti quæsiuerit extra capitulum sibi dictas decimas locari. Et ista sufficiant in huiusmodi breui materia. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Clericorum priuilegia ad materiam . cap. Odoardus de solut. tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Officiali referenti executionem plene creditur.*
2 *Acta inducunt notorium.*
3 *Iudex potest iudicare secundum notorium sibi, etiāsi non sit probatum a parte.*
4 *Clerici ob æs alienum quomodo, & ad quid teneantur, &*

tur,& num.5.

6 *Clericus quomodocunq; se obliget, non potest suo privilegio praeiudicare.*

7 *Appellatio datur ab omni grauamine de iure canonico.*

8 *Clericus grauatus potest allegare suum priuilegium coram iudice appellationis, seu superiore.*

9 *Beneficium c. Odoardus allegari potest in Rota, & secundum illud procedi.*

CONSILIVM XXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Vico debet obtinere R. presbyter Ioseph, & iudicari bene appellatum, & male interlocutum per iudicem a quo: quia constat ex actis & ex relatione officialis, facta diligentia de exequendo, ipsum non esse soluendo debitum,
1 de quo agitur, † cui in hoc plene creditur, Caballi. in Mille loq. 186. par. 1. & propterea super hoc aliqua alia probario non re-
2 quiritur, & q a acta inducunt notoriũ, † prout dicit Gail. de pace publica cap. 6. nu. 15. lib. 2. & quia quando iudici aliquid est notorium, vt iudici, potest iudicare secundum illud, etiam si non sit probatum ab aliqua par
3 tium, † prout dicit Ang. in l. 1. nu. 4. C. qui, & aduers. quos.

Nec est dubium in iure, clericis esse concessum, ut non possint ob æs alienum, de quo sunt debitores, si inopia laborent, adeo vt illud soluere non possint, capi, nec in carcerem mitti, uel in eo detineri, nec excomu-
4 nicari; cum non possint adstringi † nisi in quantum facere possint deducto ne egeant, de suis bonis, seu reditibus; sed tantum teneantur iuratoriam cautionem præstare, si ad pinguiorem fortunam deuenerint, dictã quantitatem persoluere, per c. odoardus de solutio. & latè, & plenè Coua. varia. resolut. cap. 1. num. 9. per totum cum allegatis per eum lib. 2. Staph. de litter. iustit. sub rub. de commis. super reduct. pens. num. 8. Anto. de But. cons. 41. Fely. in cons. 9. num. 4. & latè Farinac. quæst. 27. num. 65. & sequentibus & Albert. Brun. in tracta. de cessio. bono. q. 3. num. 10. & seq. fol. mihi 12. & sequen. &
5 adeo ista conclusio uera est, quod etsi clericus † per tres sententias succubuerit, & etiã si iurauerit soluere; nihilominus ex tali beneficio seu priuilegio, potest se tueri, & etiã si cum iuramento intercesserit obligatio camerialis, secundum Coua. in præcitato loco; licet ab hac opinione, si cum iuramento intercesserit obligatio cameralis, discedat Farina. in loco de super citato num. 70. ubi dicit propterea tali beneficio clericum non iuuari, sed posse capi, & incarcerari, & ita in curia quotidie seruari, licet quod dicit de iurono non videatur posse sustineri: ex quo tali priuilegio tanquam inducto in fauorem clerici intuitu dignitatis clericalis, non uideatur aliquo modo ex facto clerici, quomodocunque se obliget, posse præiudicari;
6 † cum sit in sui particularem fauorẽ inductum; ad dicta per Anto. de Butr. in dicto. cons. 41. & Fely. in cons. similiter de super citato, & ad dicta per Floria. in l. nemo potest ad ff. de legat. 1. ubi inter alia dicit, legibus prohibitiuis per testantem derogari nõ posse, & in fine subdit, legibus aliquid introducentibus, mere in fauorem testantium renunciari posse: sed quia nos non sumus in huiusmodi casu, ideo vlterius non insisto.

Nec obstat si dicatur, quod tale beneficium erat allegandum coram primo iudice; quia dico, quod ex quo primo iudici constitit per relationem officialis, quod ipse presbyter non erat soluendo, & ipse de mandato reali relaxato, conuolauit ad relaxandum mandatum contra personam, ut carceraretur, quod ipsum grauauit contra formam iuris, & potuit appellare, prout appellauit cũ de iure canonico ab omni grauamine detur
7 appellatio: † & quod tale priuilegium, seu eius dispositio non debuit, neque debet allegari, tradit, Bar. in l. necessarijs circa mediũ in uer. sed si uoluerit, ff. de acqui. hære. ubi dicit, nõ esse necesse exprimi p̃ hominẽ illud quod est uerũ a iure inductũ, quẽ secutus fuit Iasõ. in l. cum quid in secunda repe. num. 35. in uer. quarto. ff. si certum peta. Et
8 quod istud priuilegium † possit allegari coram iudice appellationis, seu superiore cauetur expresse ex notatis per Abb. in cap. odoardus, num. 4. vbi dicit, quod excommunicatus ob non solutionẽ, nõ indiget absolutione, sed relaxatione, quæ fieri debet sine aliqua difficultate a iudice superiore cũ absolutione expensarum, cum iniustè fuerit grauatus, & non a iudice grauante, cum ex quo ob inopiam soluere non potuit, fuerit excommunicatus: cum quo concordat Rota, teste

ta, teste

ta, teste Cassad. decis. 6. num. 6. de appellat. quam sequitur Brun. dicto loco numero 13.
9 vbi habetur beneficium † capit. Odoardus prædicti posse allegari in Rota & secundum illud procedi, & sic coram iudice appellationis & non coram iudice grauante, cum quo concordant dicta per Aufre. in quantum aptari possunt ad decis. 259. Capell. Tholosa. & aduerso allegat. Et ista sufficiat me dixisse pro huiusmodi causæ expeditione.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Fraternitas instituta a laicis sine licentia Papæ vel ordinarij, cum oratorio contiguo non consecrato an pro suis bonis subiaceat extrauag. Ambiosæ, de rebus eccles. non alienan. Episcopus an de bonis ipsi fraternitati relictis habeat portionem.

SVMMARIVM.

1 *Extrauag. Ambitiosæ Pauli II. de reb. eccl. nõ alie. summa perstringitur.*
2 *Fraternitas a laicis instituta sine licentia Episcopi non est locus pius, nec pro suis bonis subiacet Pauline.*
3 *Relictum fraternitati institutæ a laicis priuata authoritate non dicitur ad piam causam.*
4 *Trebellianica detrahi potest de relictis fraternitatibus mere laicalibus.*
5 *Priuilegia concessa pijs locis non comprehendunt laicorum fraternitates, & num. 9. ampliatur, num 10.*
6 *Hospitale constructum absque authoritate Episcopi non est locus religiosus, etiam si eius bona sint deputata ad usus pauperum, nu. 7. sed profanus, numero 8. 14.*
11 *Episcopus non habet quartum de relictis fraternitatibus a laicis institutis sine authoritate ordinarij & nu. 12. 13.*
15 *Fraternitates disciplinatorum nõ dicuntur loca pia, nec subiacent Pauline, & nu. 16.*
17 *Separatorum separata est ratio.*
18 *Dubitationi non est locus in claris.*
19 *Bona relicta fraternitatibus laicalibus, etiam cum prohibitione alienandi, possunt ab earum gubernatoribus laicis locari, si locatio fiat in euidentem vtilitatem, & locantes sunt tuti in conscientia.*

CONSILIVM XXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Ræsupposito mihi in facto, quod de anno 1590. citra tamen auctoritatem & licentiam Sanctæ Sedis Apostolicæ, seu loci ordinarij, in ciuitate fori Iulij fuerit instituta & erecta a laicis fraternitas sub inuocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis cum oratorio, non tamen consecrato contiguo, in quo aliquando celebratur. Et quod dicta fraternitas habet nonnulla bona stabilia; quæ gubernantur & reguntur a triginta duobus ciuibus eiusdem ciuitatis ad id per confratres eiusdem fraternitatis electis et deputatis: qui pluries in anno congregantur pro consulendis omnibus his, quæ uidentur necessaria & opportuna eidem fraternitati, disponendo de introitibus, seu fructibus dictorum bonorum, ac de eisdem bonis etiã stabilibus ad eorum libitum, bona prædicta locando etiam ultra triennium & in perpetuum: prout factum fuit de quodam molendino eidem fraternitati relicto etiam cum expressa prohibitione a testatore adiecta, ne ullo unquam tempore alienari posset per eandem fraternitatem, nec aliter permutari, seu obligari. Sed tantum pure & mere affictari, de fructibus eorundem bonorum alia bona emendo, illa permutando, ac etiam in emphiteusim concedendo, & illa etiam aliter obligando seu hypothecando, ad interesse pecunias pro seruitio eiusdem fraternitatis accipiendo, & ad finem tamen semper alendi pauperes, & subueniendi cum præcipuè destinata sint prædicta bona ad usum miserabilium personarum, & etiam pro dotandis pauperibus puellis præsertim sine parentibus existentibus; cum & ad hunc finem etiam nonnulla legata dictæ fraternitati fuerint relicta. Et quod fuerint admoniti dicti confratres per loci ordinarium ut aduertant, ne per dictas alienationes, & perpetuas per eos factas locationes incidant in pœnas contentas in extrauagan.

Pauli II. Incipient. Ambitiosæ cupiditati. de rebus ecclesi.non alienan.per quam
1 cauetur, † ut bona ecclesiarum, monasteriorum, & piorum locorum alienari, infeudari, seu locari non possint ultra triennium sub poena excommunicationis tam dantibus quam recipientibus inflicta ultra nullitatem contra ctuum, & diuersas poenas diuersis prælatis impositas.

De duobus contingit dubitari.

Primo, an dicta fraternitas sic a laicis instituta & gubernata comprehendatur sub dicta extrauag.ambitiosæ, adeo quod censeatur locus pius: & bona dictæ fraternitatis alienari, infeudari, aut locari ultra triennium per eandem fraternitatem, seu illius confratres non potuerint.

Secundo, dato sine ueri præiudicio, quod dictum molendinum fuerit sic in perpetuum locatum contra uoluntatem testatoris; & a dicta Paulina talis locatio non comprehendatur, seu non irritetur, an potuerit per dictos confratres fieri, cum sit in euidentem utilitatem fraternitatis, absque peccato.

Et quoad primum dico dictam fraternitatem sic ut supra institutam & erectam, ac eius bona non comprehendi sub dicta ex-
2 trauag.ambitiosæ, cum locus † pius non sit. & propterea dicta eius bona potuisse & posse ad libitum dictorum confratrum, dummodo ex iustis causis fiat, per eosdem confratres alienari, permutari, & ultra triennium, & in perpetuum locari, prout fuit factum de dicto molendino. Et leges, & canones disponentes, quod bona ecclesiarum, monasteriorum, & piorum locorum absque solemnitate non possint alienari, non habere locũ in dictis confraternitatibus, & earum bonis Ita uoluit Bal. in Auth. hoc ius porrectum, sub num. 12. C. de sacrosanct. eccles. ubi expressè dicit, quod corpus fraternitatum potest res suas uendere, quia non est pium collegium, sed omnino profanum & seculare, & non priuilegiatum; Et quod propterea potest disponere de bonis suis, sicut cætera collegia secularia. Et eum ibidem sequitur Castren. num. 2. in uersic. nam & illa & late Rebuff. in compen. aliena. rerum ecclesia. num. 56. & sequen. & idem Bald. in l. illud, numero secundo, C. eod. ubi si-
3 militer dicit relictum † factum fraternitatibus non dici ad pias causas relictum, cum proprie non sit pium collegium. quem late secutus fuit Corne. in consilio 119. num. 27. uolumine secundo, ubi pariter dicit tales fraternitates constructas auctoritate priuatorum non iudicari pia loca: taliter quod in ipsis non habent locum priuilegia concessa pijs locis: nec etiam comprehenduntur sub constitutionibus & legibus loquentibus de pijs locis. Et in consilio 307. numero 13. volumine quarto, ubi vult, quod
4 de relictis † istis fraternitatibus potest detrahi quarta Trebellianica, ex quo tales fraternitates non sunt loca pia, sed solum in eis est simplex collegium secularium. Et
5 quod priuilegia † concessa pijs locis non comprehendunt tales fraternitates, & in consil. 206. num. secundo, in uer. his tamen non obstantibus, uolumine primo, ubi concludit hospitale constructum absque auctoritate episcopi non esse locum religiosum,
6 † sed priuatum; & propterea non habere in eo locum priuilegia pijs locis concessa; & quòd illius bona alia solemnitate non seruata alienari possunt. Et hanc conclusionem
7 late amplectitur etiam Felyn. etiamsi † talia bona sunt deputata ad usum pauperum, faciens mentionem de dicta extrauag. ambitiosæ in capit. de quarta, columna secunda, in uer. tamen de præscrip. & in capit. secundo, num. 11. de fo. compet. late Imol. in cap. officij, num. 21. & sequen. de testa. & quod tales fraternitates non sint loca pia, nec gaudeant priuilegijs pijs locis concessis: et quod absque aliqua solemnitate per confratres illorum bona ad eorum libitum possint alienari, amplissime firmat Parf. in cons. 34. num. 19. & sequen. omnino uiden. usque in finem, uolumine 4. Capra. in cons. 54. num. 10. in fine, & sequen. in uers. tamen. & idem Bald. in consilio 162. incipiente. quidam Franciscus sub nu. 4. uolumine quinto, ubi dicit, quod fraternitates istorum battentiũ non sunt pia loca, & domus eorum non sunt piæ domus, & uita eorum est potius quis localis & honestus modus uiuendi, quam pius modus; & loca eorum non sunt diuino usui perpetuo deputata, cum possint domum, in qua congregantur, uendere, & ipsam fraternitatem destruere: quem latè etiã secutus fuit Iaso. in consilio 218. numero primo, & sequen. uolumine secundo. Mantua. in cap. ex literis, numero tertio, & seq. de consuetu. ubi postquam antea dixerit

sub

sub num. 2. quod hospitalia, & similia loca pia gaudent priuilegio ecclesiæ: & propterea quod eorum bona absque solemnitate non possunt alienari, prout alienari non possunt bona ecclesiarum. subdit postea sub d. nu, 3. quod prædicta omnia sunt intelligenda, & procedūt in hospitalibus, & locis pijs,
8 fundatis auctoritate Episcopi, † alias quod profana sunt, nec habent priuilegia piæ domus.

Et quod non sint dictæ confraternitates
9 pia loca, & leges † & aliæ dispositiones, quę de pijs locis loquuntur, in illis locum non uendicent, dicit Gabr. in suis conclusionibus, sub tit. de pia cau. consilio 1. num. 1. &
** 7. lib. 6. vbi attestatur hanc esse magis communem opinionem, ideo alias addere non curaui.

Quod etiā procedit, prout ipse dicit sub
10 num. 8. etsi adsit ibi Cappella, † & quandoque missæ celebrentur, prout celebrentur in dicto Oratorio in casu nostro, quod uoluit ante Card. in cons. 13. columna secunda, in princip. Pari. in d. cons. 34. nu. 15. vol. 4. & Dec. in cons. 148. num. 1.

Quæ quidem conclusio corroboratur, & eam esse ucrissimam apparet ex hac alia iuris conclusione, quæ se habet, quod Episco
11 pus † quartam habet de omnibus relictis ecclesijs, monasterijs, & pijs locis, per text. in cap. requisisti in uer. secus autem de testamen. cap. officij, & ibi Imo. num. 21. eod. ca. de quarta de præscrip. ca. ex parte tertia de verbo. significat. Host. in summa de sepult. in §. an hæc canonica Roman. in cons. 477. num. 16. & Card. in consil. 13. num. 3. ad fin. in uersic. & hoc infertur & Abb. in cons. 31. nu. 1. ad fi. vol. 1.

Et tamen talem quartam non habet Epi
12 scopus † de relictis factis dictis fraternitatibus, cum sub sua iurisdictione non sint, & personę seorsum a loco factæ censeantur. Quod dignoscitur, cum personæ loco obligatæ nō sint, sicuti sūt obligati canonici Ecclesiæ, cum tunc Collegium sit in ecclesia, & ecclesia in Collegio: Quod non procedit in dictis fraternitatibus, cum inter collegium, & locum nulla sit coniunctio spiritualis; & ad libitum de eo discedere possint dicti confratres. Ita firmat Petrus de Vbald. in tracta. de canon. Episcop. in quæstio. 14. numero octauo, in fine & numero nono, cum sequentibus. Et tenet Cardina. dicto consil. 13. numero quarto, Felyn. in d. cap. 2. de for. comp. Calcan. in consil. 21. num. 1. ante fin. in uer. modo reuertendo. Gabri. in d. conclusione 1. in titu. de pia causa num. 13. Ias. in d. cons. 218. nu. 2. volum. 2. & idem Bal. in cons. 134. per totum, colum. 2. vbi dicit, quod de relictis factis fraternitatibus disciplinatorum non de
13 betur Episcopo quarta canonica, † cum ab eo nulla spiritualia iura recipiant: & Episcopus non instituit ibi Priorem, neque superiorem; neque destituit. Et sic non est collegium ecclesiasticum. Et propterea quòd episcopo quarta non debetur, per iura per eum allegata. Et Abb. latè in d. cons. 31. numero 1. in uer. sed his non obstantibus, vol. 1. ubi similiter dicit, tales fraternitates loca pia non esse, etsi conueniant, ut opera pietatis exerceant: prout nec dicitur hospitale lo
14 cus pius † absque auctoritate Episcopi cō
** structum; & est magis communis opinio; prout dicit idem Gabr. sub tit. de pia causa conclus. 2. num. 1. & num. 4. in fi. libro 6. ubi similiter dicit hospitale locum pium non esse, si auctoritate superioris erectū non sit: & sic absq; solemnitatibus alienari posse eiusdem bona, prout ipse dicit sub num. 13. & propterea quarta Episcopo de relictis eisdē fraternitatibus, & hospitalibus non deberi; cum illa tantummodo Episcopus debeat habere de relictis factis ecclesijs, & pijs locis; non autem factis collegijs, licet iure approbatis, prout sunt tales fraternitates: prout dicit Barto. in l. ult. num. 6. ff. de colleg. illic.

Et sic apparet expressè etiam ex isto capite
15 tales † fraternitates pia loca non dici; & a dicta extrauag. non comprehendi per supradicta in utroque capite, quibus addo etiam id expressè tenentem Paris. in consil. 50. numero vigesimoseptimo, & sequen. uolumine 2.

Neque aliquid refert, si per dictos DD. deputatos a dicta fraternitate gubernetur similiter hospitale dictæ fraternitati contiguum, non tamen annexum, & sic locum pium, si fuit erectum auctoritate Episcopi, per supradicta: cum propterea di
16 cta fraternitas pius locus non sit, † cum eidem non sit annexum, ut est dictum: prout uoluit Capr. in fortioribus terminis in d. cons. 54. num. 12. & seq. & firmat Petr. de Vbal. in tract. de canon. episc. etsi hospitale esset accessorium dictæ fraternitati in dicta

q. 14. nu. 16. ubi dicit de relicto facto fraternitati habenti hospitale accessorium, seu accessorie ueniens, quartam canonicam episcopo non deberi: & sic non esse locum piū, cum de relictis pijs locis debeatur, ut supra dictum est: ad quod facit illa iuris determi-
17 natio, quod † separatorum separata sit ratio, prout dicit Bal. in l. si maritus, num. 3. C. de donat. inter. uir. & uxo. & in l. cum proponas, num. 12. C. de nau. fęno. & quòd separata separato iure cēseantur: prout dicit idē Bald. in l. seruitus, §. si ego, numero 1. ff. si seruit. vind.

Neque dubitandum est, dictam fraternitatem fuisse erectam a laicis, absque auctoritate Sedis Apostolicæ, & loci ordinarij; tum quia de illius institutione sic facta apparet, & propterea dubitari de ea non contin-
18 gat, cum in † claris dubitationi locus non sit, per l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. obligatio. & facit l. ille aut ille, §. cum in verbis, & l. non aliter, ff. de lega. 3. tum etiam, quia satis est de contrario non constare, ad dicta per Corne. in consil. 57. numero 20. volumine tertio, & idem Mantuan. in dicto cap. ex literis, numero quarto & quinto, de consuet. Et ex his resolutum sit primum dubium.

Quo uero ad secundum dubium breuiter me expediendo, dico mihi uideri, quod cum
19 dicta † locatio dicti molendini fuerit facta in euidentem utilitatem dictæ fraternitatis, & bona fide, licet contra uoluntatem testatoris, quod illius confratres in conscientia tuti sint, & in peccatum mortale ob talem locationem non inciderint, ad dicta late in fortioribus terminis per Naua. in comm. de alienatio. rer. eccle. sub num. 15. adiuncto, numero 16. 17 & 18. & ad dicta par Abb. in capitu. fina. num. 19. de restitut. in integ. Felyn. in capitu. primo, sub numero 39. de constitutio. & per Ias. in l. 1. num. 13. & seq. C. de iur. emphytheut. quos idem Naua. allegat in prædicto loco. Et idem Felyn. in dicto capitu. de quarta colum. 2. in fi. & col. tertia, in princip. de pręscript. Et ista sufficiant pro secundi dubij resolutione. Et ita Consulo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Monachus, vel regularis, an & quando obliget monasterium pro debitis contractis ante vel post ingressum.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non obligatur absque consensu Abbatis, cum illius velle dependeat a voluntate Abbatis.*
2 *Serui obligationi ius non assistit neq; resistit*
3 *Fideiussor accedere non potest obligationi monachi sine consensu Abbatis.*
4 *Religiosus indistinctè non potest se obligare, cum careat dominio.*
5 *Monasterium non tenetur de contractu monachi, nisi factum sit locupletius, vel pecunia sit conuersa in eius utilitatem.*
6 *Monachus, seu regularis, et si proprium non habeat, si tamen ex industria aliquid lucratur, potest ex eo soluere debita.*
7 *Monachus quicquid acquirit, monasterio suo acquirit.*
8 *Monasterium quo casu teneatur ad debita contracta per monachum ante ingressum, & nu. 9.*
10 *Mulier non obligatur ex contractu facto sine licentia sui viri, nec in foro ciuili, nec in foro conscientia.*
11 *Iura loquentia de seruis quomodo adaptentur regularibus.*
12 *Regularis quilibet habens titulum canonicum potest iure communi solus dispendere fructus loci, cuius est superior.*
13 *Monachus, seu regularis non habet neque velle, neque nolle.*
14 *Vota Deo facta per regulares, siue promissiones factæ huiusmodi sine consensu prælati cuius valoris sint, & num. 15.*
16 *Consensus quando tollitur in contrahendo, contractus est nullus, & nulla oritur obligatio.*

CONSILIVM XXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Manassis pecuniaria dubitandum non est Reuerendum Patrem Priorē Monasterij S. Saluatoris Venetiarū absoluendum fore, & esse ab im petitis per D. Baptistam Aduersarium; cum

1 monachus † absque consensu abbatis non obligetur, cum illius velle dependeat a uoluntate abbatis, per cap. si religiosus, de electio. in 6. cap. 2. de testam. in eod. lib. ca. non dicatis 12. quæst. 1. & dicit Caputaq. decisio. 181. num. 2. par. 2. & ubi talis consensus abbatis non interuenit, regularis nedum non obligetur ciuiliter, uerumetiam nec naturaliter; quia ius resistit tali obligationi per dictū cap. non dicatis 12. quæstio. 1. & d. ca. 2. de testam. in 6. licet secus procedat in ser-
2 uo, cuius obligationi † ius non resistit, neque assistit: & ita firmat Abb. allegando eadem iura omnino uidendus in capitu. ex rescripto, num. 1. & ibi etiam Fely. num. 1. de iureiurando, vbi etiam inferunt propterea, quod in obligatione monachi sine consensu abbatis non potest accedere fideiussor,
3 † per l. 1. & 2. ff. de fideiussori. & quod dicitur de religioso, intelligitur indistincte, siue sit Monachus, siue regularis canonicus, mēdicans, uel, non prout dicit glo. in uersi. religiosus in dicto cap. 2. de testam. in 6. quod ante eos uoluit Hosti. in summa sub titu. de fideiussori in §. & quis in princip. ubi dicit similiter monachum administrationem non habentem nec naturaliter obligari, dans generalem regulam, & dicendo, omnes illos posse obligari, qui possunt fideiubere, &
4 quod indistincte religiosus † non possit se obligare, cum careat proprio per cap. nolo. 12. quæst. 1. dicit Caputaq. d. decis. 181. nu. 4. par. 3. & latè Card. in c. quod quibusdam num. 2. & in princip. de fideiusso. & idem Card. optimè in Clem. 1. §. quia uero sub num. 9. sexta quæstio. de statu monacho. ubi dicit decidēdo casum nostrum; quod si monachus post ingressum contraxerit cum aliquo, quod, ille cum quo cōtraxit, contra aliquem agere non potest; cum monachus nihil habeat, & inanis sit actio, nec monaste-
5 rium teneatur, † nisi factum sit locupletius, uel pecunia sit conuersa in eius utilitatem, per iura, quæ ipse allegat, de qua decisione meminit illam sequendo Naua. in com. 2. de regula, num. 32. in fi. & idem firmat ante eos Spec. in tit. de statu monach. nu. 6. quod bene fuit obseruatum per d. R. Priorem cū obtulerit eidem actori se uelle dare libros datos R. D. Leonardo Cerno, de cuius obligatione agitur, & per eum illorum pretio non solut. qui reperiebantur in eius Camera tempore sui obitus, ac etiam recogniti ab eodem aduersario, licet ipse renuerit illos accipere.

Neque obstat etsi dicatur, quod ex quo in eadem Camera dicti Cernotti aderant alij libri, seu alia bona forsan etiam industria eiusdem religiosi ab eo acquisita, quod uideatur de eo, de quo idem, Dominus Baptista est creditor satisfaciendum sibi esse de dictis libris, seu bonis, cum mo-
6 nachus, † seu regularis, etsi proprium non habeat, tamen si aliquid lucratur ex industria, possit ex eo soluere debita, prout dicit clare Innocen. in rub. de obligatio. ad ratio. quem secutus fuit Bald. in capitu. dilecta, numero secundo, de rescript. quia Innocen. & Bald. loquuntur de debitis ante ingressum contractis, & non de factis lege resistente ad contrahendum per regularem post illius professionem, prout nos sumus, prout tenet late sequendo Innocen. in præcitato loco Felyn. in capitu. cum I & A. numero 10. de re iudicat. licet per cap. statutum cum similibus 18. quæst. 1. inductum sit, quod quicquid acquirit
7 Monachus, † acquirit suo monasterio, prout etiam dicit late Innocen. in ca. cum olim numero 3. & sequen. de priuilegi. & Abb. in dicto capitu. cum I & A. numero 28. & dixi late in meo consilio 33. num. 1. cum sequentibus & optimè Concil. Trident. cap. secundo, de regulari. sessio. 25. tamen dicit
8 hoc fallere, quando regularis † ante ingressum debita contraxerat, quia dicitur illa posse satisfacere de aliquo honesto lucro, & ad illa persoluenda teneri etiam monasterium, si tempore ingressus, uel postea de bonis ingredientis ad illud peruenerit, alias secus, & idem tenet Abb. in præcitato capitu. I & A. numero 27. in fin. ubi dat etiam rationem & dicit hoc procedere, quia obligatio remansit in persona monachi, & idem vult glos. in uersicu. functionibus ad fin. & ibi latè Domin. numero secundo, in uersic. not. tamen si distin. & ibi etiam Cardina. Alexandri. in fine, & quod teneatur mona-
9 sterium † de debito monachi facto ante ingressū, si in ingressu peruenerint ad monasterium bona monachi siue illa dimittat, tenet Specula. in titu. de statu monacho. numero secundo, tertio, quarto, & quinto. & quod monachus nec naturaliter obligetur, cum nec uelle habeat administrationem, cū

circa illã tantum obligetur, firmat Hostien. in summa in titul. de fideiussor. in §. & quis in princip. & quod quando quis naturaliter non obligatur, prout non obligatur mulier ex contractu sine licentia sui uiri facto,
10 † cum non solum non obligetur in foro contentioso, cum ipso iure nullus sit, & ex eo nulla obligatio oriatur in foro ciuili, uerumetiam nec in foro cõſcientiæ, tenet Vasqui, per multas auctoritates in contro: usu frequenti lib. 1. capitu. 10. numero 7. & 16. ubi dicit hanc esse communem opinionem, a qua in iudicando, & consulendo recedi non solet.

Et licet aliqui nostrorum interpretum dixerint, quod quoad contractum, ac acquisitionem, & administrationem rei pecuniariæ regularem seruo æquiparari, & quod omnia iura de seruis disponentia habeant locum in regularibus, modo in illis æque
11 adaptari possint, † prout dicit Naua. in dicto com. 2. numero 30. & Abb. in consilio 104. numero 3. uolumine primo, tamen illorum dict. debet intelligi secundum Innoc. quem ipsi allegant in cap. cum olim, numero tertio & quarto, de priuile. videlicet in commissis monacho a suo monasterio, & in acquisitione per ipsum facta, quæ suo monasterio acquiritur, prout etiam dicit Barto. in l. si seruus communis ita, numero sexto, ff. de stipula. seruor. ad quod inhærent dicta per eundem Naua. in dicto com. 2. numero undecimo, ubi dicit, quod
12 quilibet regularis factus † Abbas, Prior, Administrator, Commendatarius, Præceptor, & quicunque alius habens titulum aliquem canonicum, quocunque ille nomine uocetur, potest iure communi solus dispendere fructus bonorum illius iuxta contextum capitu. nullam 18. quæstione secunda, prout & potest facere beneficiarius.
13 Et cum monachus seu regularis † non habeat velle, neque nolle prout dicit Abb. in d. consi. 104. num. secundo, per cap. nolo, & non dicatis 12. quæstio. 1. & cap. 2. de testam. lib. 6. & cap. fina. de sepult. eo lib. hinc dixit Naua. in eod. com. 2. numero 42. in versic. licet his fundamentis, quod uota
14 † Deo facta per regulares, siue promissiones factæ homini sine consensu prælati in non prohibitis in genere, uel in specie tenent & ualent, donec a prælato irritentur, seu illis contradicatur, post contradictionem minime: quæ determinatio licet casum nostrum decidat ad fauorem dicti Reuerendi Prioris, stante illius contradictione in iudicio facta, negando assertum debitum persoluere uelle; tamen dico magis strictè in casu nostro ex sententia eiusdem Naua. infra allegandi non sufficere, quod Prælatus illi nõ cõtradicat ad effectũ, ut obligatio facta per regularem ualeat, sed requiri, ut illa subsistat, ut Prælatus illam postea expressè approbet, ex quo fuit facta iure resistente, & sublato a iure consensu regulari per capitu. si religiosus de electio. in 6. & dicto capitu. non dicatis 12. quæstio. prima, desuper allegat. ad dicta per eundem Nauar. in 2. decret. capitu. 12, numero 67. in uersic. at uero, ubi di-
15 cit, quod uota, † quæ fiunt in rebus prohibitis a suo superiore, alioquin tamen licitis, non obligant, donec Prælatus ea probauerit: & quod, quando tollitur consensus in contrahendo, inutilis fit contractus,
16 † & nulla oriatur obligatio, edocet nos Concilium Tridentin. in capitu. 1. §. si quis aliter de reformatio. matri. sess. 24. ubi aufertur consensus contrahentibus matrimonium sine præsentia parochi, & illud sic contractum nullum, & inualidum declaratur, quod antea uoluit Anto. de Butr. in capitu. ad apostolicam, numero 8. de regu. l. non dubium, C. de legib. Et ista sufficiat ad demonstrandum de bono iure dicti Reuerendi Prioris, & de malo iure petentis; me dixisse.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Rescripti legitimatorij materia & uis copiosissime tractatur, & multa de potestate Imperiali in iurisdictionalibus tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Consultorem decet studere breuitati.*
2 *Facultas legitimandi spurios & illegitimos per rescriptum, licet sit de reseruatis Principi, potest tamen ab ipso alijs committi, & nu. 3.*

4 *Comes*

4 Comes Palatinus in materia legitimandi tantum potest, quantum qui ei hanc facultatem delegauit.
5 Legitimitas filij obtenta a patre viuente non exigit citationem agnatorum.
6 Absens non potest legitimari a Comite palatino, nisi hoc specialiter habeat in suo priuilegio.
7 Infans potest legitimari per rescriptum Principis, & quare, & ad hoc vt valeat eius legitimatio, quid requiratur, nu. 8.
9 Comes palatinus imperialis an possit legitimare in terris ecclesiæ, & nu. 10.
11 Imperator, & Comes palatinus an possit legitimare in toto orbe.
12 Imperatoris dominium quale sit.
13 Florentini a quo emerint libertatem.
14 Electus in concordia in Regem Romanorum, potest ante coronationem omnia, quæ potest imperator coronatus, & nu. 15.
16 Comes imperialis nō pōt fines sui priuilegij excedere
17 Legitimatus per rescriptum Principis nihil differt a legitime nato, maxime respectu successionis, & quare.
18 Legitimatio restitutiua quid operetur.
19 Substitutus, & fideicommissarius excluduntur per solam voluntatem Principis legitimantis.
20 Clausula (ex certa scientia) quid operetur in rescripto legitimatorio.
21 Causa iusta semper præsumitur in Principe.
22 Imperator non potest aliquid detrahere de iurisdictione ecclesiæ.
23 Substitutus quando non excludatur a legitimato.
24 Testatorum voluntates claræ & apertæ non euertuntur per rescriptum Principis.
25 Testamentum, & solemnitates cuius iuris sint.
26 Dominij acquisitio cuius iuris sit.
27 Princeps quando possit sine causa auferre ea quæ inducta sunt de iure ciuili.
28 Verba generaliter prolata quando habeātur per speciali expressione.
29 Potestas derogandi legibus potest per Principem comiti palatino concedi per clausulam, non obstante
30 Legitimati habent ius præsentādi in iure patronatus
31 Imperator quid possit in iure patronatus.
32 Papa non potest in temporalibus apponere manum in terris imperij.
33 Imperator, & habens facultatem ab eo ad quæ possit filium sacerdotis legitimare, & nu. 34.
35 Imperatoris legitimatio quid operetur.

CONSILIVM XXXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Canonicatus Cenetensis. Viso instrumento fundationis præbendæ Canonicalis, de qua agitur, in Cathedrali ecclesia Cenetensi usque de anno 1525. sub die 11. mensis Septembris facto; nec non instrumento legitimationis magnifici D. Cornelij Sarcinelli per Comitem Palatinum legitimati; mihi uidetur dicendum studendo breuitati, prout consultorem decet, † prout dicit Dec. in consilio 534. in principio eius, præsentationem ad dictam præbendam canonicalem debere admitti, præsupposita mihi idoneitate præsentati, & alijs præsentationibus per alios tale ius præsentandi prætendentes debere præferri; cum proximiori, & seniori tantum de dicta familia tale ius præsentandi secundum tenorem dictæ fundationis pro tempore pertineat, cum nulla fiat difficultas in facto, & ipsum proximiorem esse primo fundatori, & seniorem dictæ familiæ; cum sit filius, & hæres uniuersalis ex testamento quon. D. Marci, unius ex filijs quon. D. Antonij eius aui fundatoris. Sed quia tota uis resolutionis pendet a dicta legitimatione; ideo operepretium esse duxi. Primo demonstrare dictam legitimationem esse ualidam. Secundo de illius tenore, & continentia docere. Tertio stantibus dicta validitate legitimationis, & illius tenore, ipsum censeri legitimatum etiam ad finem, de quo agitur, etsi in fundatione caueatur, quod pro tempore præsentans debeat esse natus ex legitimo matrimonio.

Et ad primum deueniendo dico, quod licet facultas legitimandi † illegitimos, & spurios per rescriptum sit ex principi reseruatis, prout dicit Bald. in l. prima, numero primo, C. de iur. aur. anul. Purpu. in l. prima, numero 375. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Dec. in consilio 557. numero duodecimo. latè Paris. in consilio primo, numero primo, uolumine secundo, & in consilio decimo, numero 114. & sequen. eod. volumine. Menoch. consilio 20. numero 14. volumine primo, & in consilio 108. numero secundo, volumine secundo; Calde. in consil. 3. numero secundo, in uer. nam hoc ius legitimandi sub tit. qui filij sint legit. & idem Bal. in cons. 373. præmittendum est, num. 3. uolum. 1. ubi dicit Imperatorem posse legitimare spurios, & incestuosos: & hanc potestatem posse alijs committere, & esse suam, & non alterius, & esse uoluntariam Imperij, & nemine posse suæ potestati contrauenire, & in cons. 129. factum proponitur, numero secundo, volumine secundo, ubi dicit, quod Cęsar de iure potest,

& facto consueuit tam legitimare ; quam hanc potestatem & authoritatem dare, & quod legitimatio sit de reseruatis soli Principi traditur in capitu. per venerabilem per Card. Alexand. in princip. per Abb. num. 23.& 26.& alios, qui filij sint leg. Capr. in cons. 2. numero 8.per l. 1. ff. de natal. restitu. Alciat.in consil. 17.in princip.tomo. 1. lib. 4. & prius Corne. in consil. 177. num. 1.
3 vol. 1. & hæc † potestas legitimandi tales illegitimos potest etiam committi per Imperatorem Comiti Palatino, prout dicit Bal.in præfatis consil.Abb.in d.c.per venerabilem,num.23.& Card. Alex. num. 2. & alij, qui fil.sint legit.Paris.d.cons. 1.num.2. & cons. 10.nu. 115.vol.2.Purpu.dicto loco nu.374.& seq.Alcia.d.cons.supra allegato, & Corne.d.cons.colum.4.in uer. concludo itaque.optimè Gozzad.in consil.29.nu.22 in uersic.quarto etsi dicatur,vbi etiam dicit, quod ex quo a principe est ei data potestas legitimandi,& restituendi natalibus, ac si essent de legitimo toro procreati, & omnem geniture maculam abolere ; sequitur quod etiam dicatur data potestas legitimãdi quo ad exclusionem substituti, alias non haberetur, ac si esset de legitimo toro procreatus & quod talis potestas legitimandi possit cõmitti Comiti Palatino;&tantum ob id possit † Comes Palatinus delegatus, quantum
4 ipse Princeps delegans, nouissimè dixit Menoch.dicto consil.20.num. 15.& 40.volum. 1.& quod legitimatus a Comite Palatino dicatur legitimatus ab Imperatore tribuente potestatem, dicit Paris.d.cons. 10. nu. 116. volum.2.

Neque potest argui de aliqua subreptione, seu inualiditate dicta legitimatio,quia in ea fuit narrata qualitas illegitimitatis ; & quod alijs filijs legitimis utriusque sexus carebat, & a patre fuit obtenta, prout patet in illis uerbis eiusdem legitimationis videlicet, ,, Quod cum ex te clerico & domina Calibea de Bardellinis soluta procreaueris præfatum D. Cornelium defectum natalium patientẽ, ac illegitimæ procreationis ; & quod tempore procreationis huiusmodi prole legitima utriusque sexus, hoc est, ex uero & legitimo matrimonio procreata carebas , ut de præsenti cares &c.

Vnde non est dubium dictam legitimitatem ex isto capite subsistere,cum fuerit narrata qualitas illegitimitatis,& a patre uiuente fuerit obtenta, ut est dictum: & sic non
5 fuit opus agnatos citare, † prout late & optimè dicit Abb.in dicto capitu.per venerabilem,num.27.& sequen.qui filij sint legit. & quod aliorum citatio non requiratur, quando legitimatio fit ad requisitionem patris viuentis, maximè cum in priuilegio Imperiali dicatur, prout in casu nostro dicitur, citatis, uel non citatis, prout in illis verbis, citatis vel non citatis ad quos hæreditas spectare posset ; uel spectaret ex testamento, uel ab intestato ; uel quocunque alio modo &c.dicit Dec.in consi. 393. num.quinto, cum alijs citatis per eum, ubi
* dicit hanc esse communem opinionem, & de communi opinione etiam attestatur in cons. 367.num.7.

Nec potest etiam impugnari talis legitimatio, etsi dictus D. Cornelius fuisset tunc temporis,quo fuit impetrata in ciuitate Mu-
6 tinæ,infans, & ab ea absens, † qui legitimari non potest a Comite Palatino,nisi specialiter sibi concedatur in suo priuilegio,prout dicit Dec.dicto cons.367.num.2. ubi atte-
* statur hanc esse communem opinionem; & ante eum dixit Angel.in l.fina.ff.de his, qui sunt sui,uel alien.iur.& Bald.in l. iubemus, C.de mancip. liber. ubi dicit in fine, quod
7 infans † potest legitimari, dummodo fiat per rescriptum principis, & quia est actus, qui fit ad fauorem & honorem ; & quia per ipsum actum reddit ad naturam propriam, cum a principio omnes liberi legitimi nascebantur, ut per Authen.quibus mod.natu. efficiun. sui. et in Authen. quibus mod. natural. effica. legit. columna sexta & septima.

Et quia sufficit si postea ratam habeat legitimationem de eo per patrem impetratã deuent.ad legitimam ætatem,prout semper habuit dictus D. Cornelius, & se cum illa in successionibus defendit,prout dicit Saly. in l.iubemus,num. 1.C.de emancip.libe. & latè & optimè Roman.in conf. 194.num.9. ubi dicit, ideo non ualere legitimationem in
8 infantis, † nisi postea in maiori ætate per eum ratificetur, quamuis a principio fieri potuerit absque eius consensu,cum infantilis ætas consensum non habeat:tamen dicit postea non ualere nisi ab eo ratificetur, cum per eam reducatur sub patria potestate, quod fieri non potest absque suo consensu.

Corne.

Corne.in d. conf. 117. in princ. uol. 1. cum alijs adductis ad hoc per Dec. ubi de communi in d.consf.367.nu.2.in fi.& num.3. & tradit latè Curt.sen.in consf.64.num.2.& 3.

Et quia ipsi Comiti legitimanti talis potestas in specie infantes legitimandi data fuit, prout apparet ex tenore eiusdem privilegij in istis uerbis, Ac uolumus simili motu,ut tu,& præfati fratres tui possitis legitimare, & in pristinam potestatem reducere,bastordos,naturales,spurios,incestuosos,nefarios,manreres,nothos,& quoscunque natalium defectus quoquo modo patientes,siue masculos, siue fœminas, quocunque nomine censeantur, & quouis modo illegitimè natos, ac quemcunque alium defectum natalium parientes, etsi plures, uel omnes defectus nominati in legitimāda persona simul concurrent, & illos reducere ad pristinum statum naturæ, quo omnes legitimi nascebātur,siue legitimati præsentes, siue sint absentes, siue ratam legitimationem habuerint, siue non, parentibus absentibus,uel præsentibus,vel mortuis,vel furiosis,vel mente captis; ita quod sufficiat procurator, nuncius, uel missus habens ad id speciale mandatum, vel ab ipsis legitimandis,vel ab eorum parentibus, etsi legitimandi sint infantes,vel furiosi, vel mente capti. Ex quibus uerbis expresse patet potuisse præfatum D. Cornelium ad requisitionem præfati sui patris, etsi fuisset infans, legitimari à Comite Palatino, cum hoc habeat expresse in priuilegio, & talem legitimationem etiam quoad istud caput esse validam, prout dicunt præfati Doctores desu p citati,& præsertim Dec. & Cur. sen.omnino vidend.

Prout nec etiam impugnari potest, etsi dicatur, quod talis legitimatio fuit facta in Ciuitate Mutinę,non subdita,re ipsa in pręsenti Imperio,& in non subditum Imperio, quia satis est adhoc, ut ualeat legitimatio, fuisse factam in terris, quæ sunt origine de Imperio, cum transiuerint ad manus aliorū Principum secundum leges suas ueteres, prout firmat Alciat. in consf. 17. per totum tom. 1. lib. 4. in principio: & hinc firmauit Iacob.de Belnif. & indistinctè tenet disputando in Auth.quib.mod.natu.effic.sui.col. 7.& 2.ante fi.in uer.pater,& col.seq.in princip.& in uer.solutio quæstionis, quod Imperator, seu Comes Palatinus ab eo potestatem habend. potest legitimare in terris

9 ecclesiæ, † motus principaliter ultram alias rationes,quas ipse adducit, quia legitimatio est actus uoluntariç iurisdictionis,quem in dicto consf. secutus fuit Alciat. dicendo præfatam conclusionem esse ueram, si fuerit facta in terris, quæ sunt origine de Imperio;cum etsi postea trāsiuerint in ecclesiam, censeantur transiuisse secundum suas leges ueteres,prout supra dictum est, & hoc maxime esse dicendum in terris,quæ transiuerūt in ecclesiam per viam fœderis, sic limi-
** tando magis communem opinionem Canonistarum; quæ se habet, prout ipse dicit in principio dicti Concilij, quod Impera-
10 tot † vel eius Comes Palatinus non possit legitimare non subditum in terris ecclesiæ, cum talis iurisdictio reseruata soli Principi non censeatur prorogabilis.per c.per uenerabilem, quem ipse allegat in uers. rationibus, qui filij sint legit. & ita concludendo per plura fundamenta,iura, & auctoritates firmat Calder.in consf.3.sub tit.qui filij sint legit. & opinionem Iacobi de Beluif. communiter seruati dicit Card. Florent. in d.c. per uenerabilem. num. 14. eo. Et ideo ulterius non uideo dubitandum de huiusmodi conclusione; & quòd legitimatio facta in personam non subditam Imperatori, & in loco minus supposito & subiecto eius iurisdictioni, etiamsi concernat successionem bonorum minime subiectorum ipsi legitimanti,sit ualida, si fiat uiuente, & petente patre,prout in casu nostro, eo quia talis potestas non cohæret territorio, reiectis alijs aliter tenentibus,firmat Parif. in d. consf. 1. num. 7.cum sequen.uol. 2. ubi num.8. atte-
** statur magis communem opinionem esse, plures id tenentes allegando, & dicendo
11 Imperatorem † ubiq; locorum, & in toto orbe posse legitimare, & idem posse facere Comitem Palatinum ab eo deputatum, & in consf.10.num.118.& seq.eod.uol. ubi si-
** militer dicit de magis cōmuni,quod prius uoluit Bal.in procem.C.num.32.in uer. sed Iacob.de Beluif.& Angel.in consf.29.nu.5. præsertim in uer.sed habere, ubi dicit,quod potentia succedendi in totum dependet ex Imperiali statuto, cum omnis hæreditas ad nos pertineat aut nouo iure, aut ueteri ex leg.duodecim tabul.uel ex testamento, qđ iure factum est; & propterea quosdam dixisse, quorum dictū dicit approbasse Ioan. Andr.

Andr. quod inuitare illegitimos, uel legitimos ad successionem per gratiosum rescriptum, uel per statutum generale non pertinet ad Papam, sed solum ad Cæsarem, licet secus sit, cum legitimatio fit per matrimonium omnino uidendum, quia loquitur de quodam matrimonio facto in ciuitate Mutinæ, quæ cum sit de Imperio, licet in feudū cōcessa, disputat an filij legitimati per subsequens matrimonium admittantur ad successionem patris in præiudicium aliorum legitimè natorum cōtra formam iuris ciuilis; & tenet quòd non, licet dicat secus procedere in terris ecclesiæ, in quibus ecclesia habet temporalem iurisdictionem, subdendo tamen, quod licet ecclesia ad uniuersalem hæreditatem parentum filios inuitet legitimos, quòd non tollit propterea statuta Ciuitatis aliter disponentia, ut not. in c. Raynutius, de testam.

Et idem procedere respectu aliorum nō subditorum, & non prorogantium; ex quo 12 Imperator † respectu uniuersalis iurisdictionis dicitur dominus totius orbis, & sit summus superior, & fons totius iurisdictionis temporalis, à quo omnes aliæ de iure deriuantur, & talem iurisdictionem posse exercere in qualibet Mundi parte Imperio subiecta, & fundatam habere in his iurisdictionem locorum potissimum in his, quæ sunt reseruata Principi in signum superioritatis, ut est actus legitimandi. dicit idem Paris. in d. c. 1. num. 12. per auctoritates per eum adductas; & d. cons. 10. num. 120. ubi subdit num. 121. quòd licet Imperator in aliquo loco non exerceat merum Imperiū, non propterea subditi dicti loci sustulerint iugum subiectionis, quo minus dicantur recognoscere Imperatorem in his, quæ sunt ipsi reseruata, & quæ non fuerunt præscripta per dictum locum, in quo subsunt. Et quod Imperator sit Dominus totius Orbis habemus tex. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rodia. de iact. & ita tenere tam scholam Legistarum, quàm Canonistarum, licet quamplures tenuerint cōtrarium, dicit Petr. Mãgrel. in addi. ad Bart. in procem. ff. in §. omnem. sub num. 3. ubi Bart. dicit ratione protectionis, & iurisdictionis Imperatorem dici Dominum totius Mundi, cum totū Mundum teneatur defendere & protegere, & quod omnes sint eidem subiecti de iure, licet non de consuetudine, & peccent, prout sunt Francigenæ, & alij Reges, dicit Bald. in cap. 1. de pace iuram. firman. sub num. 1. & sequen.

Ad idemq; induco dicta per Paris. in d. cons. 1. num. 15. uol. 2. ubi dicit ex consuetudine perpetuo obseruata, & quæ fuit, & est in uiridi obseruantia per totum Illustrissimum DD. Venetorum Dominium, quæ se habet, legitimationes per Imperatorem vel Comitem Palatinum factas in dictis locis, & in subditis dicti Dominij esse validas & firmas, & secundum illarum tenorem, & quoad personas, & quoad bona fuisse iudicatum, & de præsenti iudicari, & per Imperatorem respectu istius bene potuisse exerceri iurisdictionem respectu personarū, & respectu bonorum: & sic in alieno territorio talis actus bene potest exerceri, & idem dicit in cons. 10. num. 124. eod. vol. ubi etiam subdit nedum in terris Illustrissimorū DD. Venetorum seruari, sed etiam in Florentia, 13 licet Florentini † emerint libertatem à Rodulpho Imperatore, prout dicit Alciat. in cons. 17. num. 4. tom. 1. lib. 4. desuper allegato, sequendo Paris. in dicto loco, & Gozzad. in cons. 48. ver. ad quintum, non omittendo dicere, quod licet fuerit facta legitimatio ab Imperatore in alieno territorio, seu à Comite Palatino; nō propterea legitimatus desinit esse subditus illius Domini, cuius prius erat, prout dicit Paris. dicto cons. 10. num. 125. prout nec potest dici in casu nostro, quòd potestas concessa dicto Comiti nō sit Imperatoris, sed Maximiliani Regis Romanorum nondum incoronati: prout dicitur in principio eiusdem priuilegij in illis uerbis, Maximilianus diuina fauente Clemētia Romanorum Rex semper Augustus Vngariæ &c.

Quia ad hoc respōdetur, quòd licet Doctores de hoc vario modo locuti fuerint, prout refert Card. in d. c. per venerabilem. nu. 88. qui fil. sint legit. tamen uera & communis conclusio se habet, electum † in con 14 cordia in Regem Romanorum ante Coronationem posse omnia quoad priuilegia legitimationis & alia, quæ potest Imperator Coronatus, prout dicit latè Soc. sen. in cōs. 63. num. 3. uol. 3. ubi attestatur de communi. idem Paris. in d. cons. 1. num. 117. ubi similiter attestatur de communi. per glo. in c. legimus, in uers. Imperatorem. 93. distinct. quod antea latè firmauit idem Card. Alex. d. cto

dicto num. 88. vbi diffusè hanc veritatem ostendit, plures auctoritates adducẽdo. Hostien.in c.super quibusdam. num. 2. ante fi. de verb.signif.vbi dicit, quod Rex Romanorum, ex quo electus est in cõcordia, eandem potestatem habet, quã & Imperator; & quod ita vidit per Principes Alemaniæ iudicari. Et quòd unctio Imperialis non dat ei nisi nomen, sed quicquid iudicauerint, dicit ipse, quod sibi non videtur habere locum, quousque per Sedem Apostolicã
15 fuerit approbatus, † cum aliàs in eorum potestate esset aliquem hæreticum, uel minus idoneum promouere, quod esse non debet: & Hostien.refert, & sequitur Archid. in d. c.legimus.num. 10. de quibus fecit mentionem etiam Cardin. Alex.d.loco; & idem tenet Bart. in extrauag. ad reprimendum. in
* ver.reges. Et hanc opinionem similiter esse communem, & seruandam tanquam uerã, latè firmat Corn.plura pulchra adducendo in cons. 177. sub num. 4. in uers. his tamen non obstantibus. vol. 1. & quod Imperator electus Romanorũ, prout erat similiter Carolus V. qui priuilegiũ Maximiliani in omnibus & per omnia etiam cum derogationibus opportunis approbauit, & confirmauit, prout patet dicto priuilegio, possit legitimare sicut Imperator, etiam tenet latè Anto.de Rosel. in tract. de legitimat. in 2. lib. sub ver. de legitimatis Principum clementia.sub num. 33.& seq. Et ista sufficiat esse dicta quoad primam conclusionem circa validitatem legitimationis, de qua agitur.

Deueniendo modo ad tenorem priuilegij legitimationis prędictæ, cum illud ponderandum sit ad cognoscendum facultatẽ concessam Comiti Palatino circa huiusmodi legitimationem per Maximilianum, & Carolum Quintum, cum non possit fines sui
16 priuilegij idem Comes † excedere, prout dicit Soc.iun.cons. 121.num. 15.uol.2.latè Alex.in cons.67.nu.6.uol. 1. optimè Pars. cons.5.num.4.& 5.vol.2.& in cons. 1.num. 97.& 103.& seq.ubi dicit, quod legitimatio facta à Comite regulabitur secundum facultatem sibi concessam, cũ possit omnia, quæ potest ipse Princeps, quando in specie facultas est sibi concessa, & secundum illam potest legitimare, & pręiudicare, & in cons. 9.num.8.& cons. 10. num. 132. eod. vol. 2. quod prius dixit Bald.in cons. 129. num. 2. vol. 2. Curt.sen.in cons. 73. num. 2. & nu. 8. vbi dicit, quod ab hac conclusione nemo discrepat, latè Decia. in cons. 19. num. 17. vol. 1.& nouissimè Surd.in cons. 337. num. 21.uol. 3. vltra alia loca & uerba eiusdem priuilegij desuper adducta, dico etiam ex eodem priuilegio fuisse derogatũ cuilibet uoluntati tam instrumenti, quam aliæ cuicunque, siue inter viuos, siue in vltima uoluntate loquenti, vel disponenti de legitimo, vel naturali, vel de legitimo matrimonio nato, & procreato: dicendo quòd possint etiam, & debeãt ex potestate Imperiali succedere, ac si de uero & legitimo matrimonio, ut supra dictũ est, nati essent & procreati, etiam cum filijs legitimis & naturalibus, uel alijs uenientibus ab intestato, si extarent, & quod sint de domo, & casata, & familia, & agnatione parentum, & arma, & insignia eorum portare possint, & ualeãt, eisq; uti pro libito uoluntatis, & etiam efficiantur nobiles, si parentes eorum nobiles extiterint &c. Et sic uoluit tales sic legitimatos sub eisdem dispositionibus comprehendi; & quod habet locum citatis, uel non citatis illis, quibus, quoad spem succedendi præiudicare potuisset, prout supra dictum est, ac si de uero, & legitimo matrimonio nati, & generati essent, nulla iuris, uel facti obstante exceptione: dicendo etiam, quòd sic legitimati per dictum Comitem, seu legitimandi sint habiles ad honores omnes legitimos, vassalagia, feuda, substitutiones, beneficia &c. & infra fol. 4. subdit in dicto priuilegio, volumus, & censemus, & Cæsaream roboris obtinere firmitatem omnia & singula supradicta fecimus, constituimus, edicimus, concedimus motu proprio, & ex certa scientia, & ex plenitudine potestatis nostræ valere . . . . & decreuimus in moderatione cuiuscunq; actus fiendi. . . . Non obstantibus præmissis legibus, constitutionibus, statutis, ordinationibus . . . . Extrauagãtibus, prouisionibus, priuilegijs, rescriptis, decreto, uel constitutione in contrarium facientibus, uel alijs quibuscunq; Et postquam derogauit legibus generalibus modo prædicto, derogauit iuribus particularibus etiam Auth. prout ibi patet: & particularibus legibus, videlicet l. 1. & 2.& toti illi titulo. ff. unde cogn. Instit.ad Orfici. §.nouissimè.& l.generaliter. C. de instit. & substit.sub condit. fact.l. ex facto. §. si qu s rogatus.ff.ad Trebel.c.tanta, & c.per venerabilem,

bilem, qui fil. sint legit. & infra, ubi subdit. Quibus omnibus & singulis inquãtum huic contrarijs concessioni, edicto constit. & decreto obstarent quantum ad præsentem cõcessionem, ex certa scientia, motu proprio, authoritate Imperiali, ac de nostræ potestatis plenitudine derogamus, & derogatum esse uolumus, ac si specialiter, singulariter omnibus eius capitulis, & particulis, & eorum cuilibet contra enunciata, uel uisa essent, quibus his omnibus funditus & radicitus intendimus & uolumus ex certa scientia derogare, & ex nunc specialiter, singulariter, & expresse derogamus, ac si de illis, & eorum quomodolibet, aut qualibet in hoc indulto facta esset de uerbo ad verbũ mentio specialis &c. Et hęc de priuilegio Maximiliani, quod quidem totum, & in qualibet sui parte fuit confirmatum, & approbatum à Carolo V. Imperatore electo, ut supra est dictum, motu proprio, ex certa ipsius scientia, ac de suæ Cæsareæ potestatis plenitudine, prout patet fol. 5. tergo. Et ad opportunam supplicationem pro legitimitate præfati D. Cornelij per præfatum D. Marcum porrectã, de cuius tenore cõstat in eodem priuilegio, fuit petitum inter cætera, vt admitteretur ad feudorum, liuellorum, & emphyteuticorum successionem, prout patet in illis uerbis, videlicet, Feudalibus, liuellarijs, emphyteuticis, & precarijs tibi domino Marco genitori suo, & cuiuscunque alij ex præfatis & per quoscunque laicos, & seculares, seu etiam religiosos, & ecclesiasticos cuiuscunque ordinis, & sub quacunque uerborum forma, & serię hactenus concessis, & in posterum concedendis institui, & succedere ualeat, & obtineat, nec non tam titulo donationis causa mortis, seu inter uiuos, & ex quocunque contractu obtinere, contrahere, & acceptare possit, & ualeat, ita quod omnis conditio, & dispositio, quæ uerificatur, & deficit per exigentiam filiorum legitimorum, seu uerificetur, & deficiat in personam eius Domini Cornelij; & ad quascunq; dignitates, gradus, honores, administrationes, omnesq; actus legitimos nominari proponi, eligi, assumi, deputari & admitti, easque, & eos gerere, & exercere libere, & licitè possit, & ualeat, & ad omnia alia admitti possit, ad quæ admitteretur, si de legitimo matrimonio, et ex legitimis nuptijs procreatus esset, & natus, prę-
faris natalium defectibus, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;. Et deinde sequuntur verba Comitis Pala-
" tini dicentis, videlicet, Nos igitur attendẽ-
tes, quod digni sunt misericordia et &c. Et
" infra leguntur hæc alia uerba etc. Ad laudem et gloriam Sedis Apostolicę, et Maiestatis Imperatoriæ, et adhærentes huiusmodi sententiæ, volentesq; te D. Marcum, nec non commemoratum filium tuũ fauoribus, quibus possumus, prosequi gratiosis, Nos in hac parte supplicationibus misericorditer inclinati, attendentes etiam publicè interesse Ciuitates, & castra legitimis repleri, facta in primis diligenti inquisitione, & opportuna informatione, & plenissima causæ cognitione, ac matura & solemni deliberatione prehabita, motu proprio, & de nostrę, imò verius Cæsareæ potestatis plenitudine, qua fungimur uigore priuilegiorum supradictorum interuenien. etiã quibuscunq; solemnitatibus tam iuris, quam facti, in similibus quomodolibet requisitis, ad laudẽ et gloriam omnipotentis Dei, Patris, et Filij, et Spiritus sancti, ac intemeratæ, ac semper Virginis Mariæ totiusq; cœlestis curię triumphantis etc. Præfatum D. Cornelium filium tuum uigore cõcessionis nostræ; imò uerius Cæsareæ, ac Imperialis decreto tam ad paternam, quam ad maternam, et alias quascunque hæreditates, et successiones quorumcunq; ascendentium, et descendentium suorum, tam paternorum, agnatorum, et cognatorum, et aliorum quorumcunque etiam extraneorum hæreditate adita, bonorum mobilium, et immobilium, et se mouentium, quomodolibet creditorum, et debitorum; vel non adita, possessione apprehensa, uel non apprehensa, et tam ex testamento, et alia qualibet ultima voluntate, quam ab intestato directè, et per fideicommissum, et etiam ex quocunque contractu succedat, et succedere possit, et debeat, et à filijs legitimis, et de legitimo toro natis et procreatis in nullo differat, nulla iuris, uel facti, obstante exceptione, et infra. Quod si ecclesiasticam personam et habitum elegerit ipse D. Cornelius, ad quascunq; dignitates, gradus, honores, administrationes, status, et officia publica, uel priuata, et ad omnia alia, et singula, et ad omnes, et singulos alios actus legitimos recipi, et admitti, et illos, et illa habere, gerere, et exercere, ac con-

cõsequi libere, et licite possit et ualeat; ut si de legitimo toro & matrimonio legitimus natus & procreatus esset; & ad iura naturę, & quoslibet legitimos actus reintegramus, & restituimus tenore præsentium, sicut supra in petitione, & concessione nostra supplicatum, petitum, concessum, & scriptũ est.

Deueniendo nunc ad tertium, in quo tota difficultas resolutionis, & boni iuris præfati D. Cornelij cõsistit, dico ipsum ad præsentationem esse admittendum, non obstante tenore eiusdem fundationis, per quam requiritur, quod debeat esse de legitimo matrimonio natus ille, qui pro tempore pręsentare debet ad præbendam Canonicalē, de qua agitur.

Et primo quia dubium non est, quod le-
17 gitimatus per rescriptum Principis † nihil differt à legitimè nato, maximè respectu successionis, cum legitimatio habeat tractũ retro, & reducat legitimatum abstergendo maculam geniturę, ad primæuum statũ naturæ, siue ad ius naturale, & primę ingenuitati, quo omnes liberi & legitimi nascebantur, prout latè, & optimè firmat Petr. de Anchar. per iura, quæ ipse allegat in consil. 290. in successione num. 1. in uer. legitimatio, & num. 2. Alex. in cons. 70. nu. 4. uol. 6. & in cons. 88. num. 4. uol. 7. & idem firmat Dec. in cons. 365. num. 7. in uers. ad quorũ, vbi propterea subdit, legitimatum succedere vnà cum filijs legitimè natis, & num. 8. Barbat. in addit. ad Bald. in l. Imperialis. C. de nupt. ubi similiter dicit, quod legitimatus per rescriptum Principis habetur, ac si
* legitimè esset natus: & hanc communem opinionem dicit Curt. iun. in cons. 64. num. 2. Soc. sen. in cons. 63. num. 21. in fin. uol. 3. Corn. cons. 177. in fi. uol. 1. cum alijs adductis latè per Parisi. in d. cons. 1. num. 57. uol. 2. ubi etiam dicit, ita per omnes teneri, pręsertim per Crot. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de lib. & posthum. & hinc ibi dixit sub num. 55. appellatione filiorum uenire legitimatum, ac etiam nu. 56. uenire appellatione filiorum legitimorum & naturaliũ.

Et ideo etiam dixit nu. 58. quod legitima-
18 tio † restitutiua trahitur retro ad tempus natiuitatis, etiam in præiudicium aliorum respecta iuris nondum realiter quæsiti, sed in spe existentis, & solum delati, cum Princeps, uel habens potestatem ab eo legitimando & restituendo primæuis natalibus tollit ius adeundi, & spem succedendi, quã habent alij legitimatione non facta, & illis præiudicatur, si legitimans hoc vult; ex quo in isto casu quo ad tollendam talem spem legitimatio trahitur retro, etiam in pręiudicium aliorum, & firmat ita communiter concludere scribentes in dicto §. & quid si tan-
* tum, & num. 64. dicit communem opinionem esse, quod Princeps legitimando possit præiudicare substitutis, & fideicommissarijs, & illis, qui habent ius succedendi in spe, si legitimationem facit animo illis præiudicandi, & sola eius uoluntas sufficit, etiã sine aliqua causæ expressione, cum tantum tollat isto casu ius positiuum, & ius adeundi, & ius succedendi, cum ad huc non sit ius quæsitum in re, sed solum competat spes; quod prius dixit Bartol. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum. num. 14. & ibi Castr. nu. 19. & latè, & subtiliter Aret. nu. 24. & sequen. et Ias. num. 122. ff. de lib. et posthum. et Alber. Brun. in consil. 1. num. 54. ubi similiter dicit sic Doctores communiter tenere in d. §. et quid si tãtum; et quod legitimatus ex-
* cludat substitutum, communem opinionem profert Dec. in cons. 365. nu. 7.

Et quod sola uoluntate Principis legiti-
19 mantis excludatur substitutus, † et fideicõmissarius, communiter teneri dicit idem Parisi. dicto cons. 1. num. 65. cum alijs citatis per eum. uol. 2. et quod tunc dicatur Principem uoluisse, quando apposita est in legitimatione clausula, non obstante etc. prout habemus in casu nostro, dicit Socin. sen. in cons. 63. num. 9. uol. 3. et in cons. 41. nu. 3. eo. uolum. et Paris. in dicto cons. 1. nu. 66. prout etiam de eius uoluntate, et quod uoluerit præiudicare alijs satis apparet etiam ex illa clausula, ex certa sciẽtia, quam similiter habemus in nostra legitimatione, per quam tollitur omnis ignorantia, et apparet, ut dixi Principē uoluisse præiudicare, prout dicit idem Paris. in d. cons. num. 67. ubi etiam subdit aliquem non debere audiri cõtra illud, quod Princeps facit ex certa sciẽtia. Et quod dictum ius, et spem succedendi possit tollere Princeps, etiam quòd aliquis illorum, quorum intererat, non fuerint citati, dicit idem Bartol. in d. l. Gallus. §. et quid si tantum, num. 14. et ibi Ias. nu. 140. in uer. quarta, ff. de liber. et posthum. et Alber. Brun. in dicto cons. 1. num. 54. ubi dicit
* sic communiter teneri, et dicit optime Bal.

vbi

vbi dat etiam rationem, in cons.119. num. 3.volum.5.

Quod fortius habet locum in casu nostro, cum in dicto priuilegio dicatur, citatis, uel non citatis his, de quorum præiudicio tractatur, prout supra dixi, & dicit Ias. ibidem num.142. & latè prosequitur hanc conclusionem Paris.d.cons.1.nu.69. ubi dat etiā rationem, & num.81.& num.70.& seq. vbi
20 dicit clausulam, ex certa scientia † excludere citationem, prout idem dicit eundem effectum facere clausulam, de plenitudine potestatis.

Et quòd clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis operentur eundem effectum, dicit Alex. in cons.16.nu.29. uol. 5.& quod operetur eundem effectum, & nihil aliud sit uti dicta clausula, de plenitudine potestatis; quam derogare iuri communi, seu ordinario, dicit idem Alex. in cons.30.num.10. uol.5. & fortius idem Alex. cons.2.col.pen.ad finem.vol.1.et quod causa subsistente Princeps possit tollere cita-
21 tionem,& iusta causa † semper in Principe præsumatur, dixit idem Alex. in cons.2. nu. 14.in ver. & semper Princeps, uolum.1. & quod hæc sit opinio tam Legistarum, quam Canonistarum, quòd in dubio in Principe semper præsumatur causa, etsi non exprimatur, dicit Ias. in d.l. si testamentum.num. 2.& 3.C.de testam.et hinc est, quod quando Princeps tollit obstaculum, faciendo inhabilem capacem de potestatis plenitudine, prout facit in casu nostro, talis eius dispositio erit ualida, & firma, licet facta appareret sine causa, et sine citatione illorum, quorum interesse poterat: et sic Princeps legitimando ad feuda, prout similiter fecit in casu nostro, præiudicat alijs, ex quo solū tollit obstaculum illegitimitatis, et facit eū capacem in præiudicium aliorum agnatorum, prout dicit Albert.Brun.in dicto cons. 1.nu.87.Salic. in Auth. item sine. nu.4.C. de natural.liber.et Paris.d.cons.1.num.76. & 137. et seq. vol.2. et idem firmat Afflict. decis.195.nu.1.et seq.

Et licet diceretur, quod dicta legitimatio quoad feuda ecclesiastica non uideatur habere locum, ex quo fuit facta per Impe-
22 ratorem, † qui aliquid non potest detrahere de iurisdictione ecclesiastica, prout latè multas auctoritates adducendo dicit idem Paris.in dicto cons.1.num.21. tamen idem Paris. resoluendo obiectum per plures auctoritates firmat legitimatum expresse ab Imperatore, seu Cumite Palatino ad feuda et successionem illorum admitti, prout dicit in dicto cons. à nu.121. vsq; ad numerum 142. omnino viden. quia plura pulchra adducit ad hanc conclusionem firmandam. & idem dicit procedere ibidem à num. 144. vsque in finem eiusdem consilij quoad feuda ecclesiastica, seu emphyteusim, præfatū obiectum expresse tollendo, et dicendo, sic legitimatum ab Imperatore, seu Comite Palatino in illis succedere per rationes, auctoritates, et iura per eum adducta, omnino vidend.

Secundo, dictum D. Cornelium debere obtinere; quia etsi vera Doctorum sententia sit, et uenio ad punctum nostrum, substi-
23 tutum † nullo modo excludi à legitimato, quando testator substituit, et vocauit de legitimo matrimonio natos, et procreatos, prout in casu nostro, sicut dicit Bal. in l. Gallus. §. si eius qui, num.5. ff. de liber. et posth. vbi dicit filium legitimatum, cū per fictionem sit legitimus, non excludere substitutū, si testator fecerit mentionem filij descendentis, et non simpliciter filij, vel filij legitimi; cum in his duobus casibus excludat substitutum, cum vt supra dixi, filius legitimatus nihil differat à filijs legitimè natis; quibus addo Afflict.decis.695.nu.1. Alex. in cons.2.num.9.in ver.supposita, vol.1. et Soc.sen.cons.63.nu.21. ante finem. vol.3. in primo autem casu non excludat, cum testator respexerit ad modum descendendi naturaliter, et non ad fictionem iuris: dicendo hanc quæstionem fuisse disputatam Bononiæ, et disputantem sic distinxisse, et esse verba notanda, et vera. et voluit Alex. dicto cons.2.num.13.vol.1.et Ripa.in l.ex facto. §.si quis rogatus.num.47. ff.ad Senatuscō. Trebell. et in facti contingentia respondit Ruin.in cons.80.num.11. et seq. vol.3. refert, et sequitur Menoch. in cons. 20. num.
* 28. et seq. vol. 1. et hanc esse communem opinionem dicit Aret.in l.ex facto, col.9. in vers.quod autem legitimatus. ff. de vulgar. et pupill.

Et similiter, licet vera sit iuris determinatio, per rescriptum Principis testatorum
24 † voluntates claras et apertas non euerti, per text.in l.testamentum. C.de testam.vbi Imperator dicit, testamentum ritè factum

aucto-

auctoritate sui rescripti non rescindi, et ibi tradunt Bald. Fulgos. Paul. de Castro. Ias. Corne. & alij.

Tamen tollendo vtrunq; obiectum, & tenendo, licet vario modo loquantur Doctores, an testamentum sit de iure gentium, vel de iure ciuili, prout dicit Paris. d. cons. 1.
25 nu. 59. vol. 2. quod testamentum † quoad inuentionem & substantiam sit de iure gentium, quod Princeps sine causa non potest tollere, solemnitates uero sint de iure ciuili, prout tenent Fulgos. Ias. & Corne. in d. l. si testamentum. C. de testam. ubi Ias. dicit nu. 6. hanc esse ueritatem, & Corn. num. 2. esse communiorem opinionem, licet quòd sit de iure ciuili, dicat esse veriorem; dico nihilominus communem conclusionem esse, quod aditio hæreditatis, & ius succedendi, & acquisitio ipsius sit de iure ciuili; & sic de iure positiuo, prout dicit, latè plures id tenentes allegan. Paris. dicto cons. 1. num. 60. & firmat Corn. in d. l. si testamentum. nu. 4. & seq. omnino viden. ubi inter cætera dicit solemnitates testamenti, & virtus testamenti, per quam in hæredem trāseunt iura actiua, & passiua, & hæreditas, & hæres repręsentans defectum, esse de iure ciuili, & quo ad istos effectus dicit propterea per rescriptum Principis posse testamentum tolli cū clausula non obstante, absq; causa; licet fortè non tollat substantiam testamēti, quo ad hæc, ut institutus capiens bona hereditaria, quę fuerunt in dominio defuncti, ipsum dominium quærat; quia talis acquisitio † vi-
26 detur esse iuris gentium, & quod ius succedendi sit de mero iure ciuili; & propterea quod Princeps illud possit auferre cū clausula, non obstante, aliquem legitimādo, etsi alijs sit ius delatum: licet hoc facere nō posset, si hæreditas esset adita, nisi ex magna causa, cum tunc esset illi auferre, qui adiuit acquisitum dominium: quod est iuris gentium licet per modum iuris ciuilis, firmat Paul. de Castr. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. sub nu. 19. in uer. si autem facta sit mentio. ff. de lib. & posthum. & hoc prosequitur, & latè comprobat Alex. plures adducēdo, & citando etiam Castren. dicto loco, in cōsil. 2. num. 14. in ver. & casum nostrum. ubi inter cęterea dicit, ꝓpterea quod Princeps
27 † potest etiam sine causa auferre ea, quæ sunt inducta de iure ciuili, quando in rescripto utitur clausula, non obstante &c. omnino vidend. uol. 1. Ancha. cons. 308. num. 1. in uer. præsupposito, & seq. ubi dicit simpliciter, hæreditates & successiones & bona temporalia regulari secūdum Constitutiones ciuiles, & similiter restituere ad pristina iura naturæ, secundum quam omnes liberi & legitimi nascebantur, cum per constitutionem Principis macula genituræ fuerit introducta, per Principem posse tolli; ac etiam quòd Princeps potest tollere spem successionis, & hæreditatis alijs acquirēndæ, & in alium trāsferre, cum ista bona suis constitutionibus regulentur, per tex. in cap. quo iure, 8. dist.

Qua de re, cum in casu nostro istud ius eligendi, & præsentandi per seniorem de dicta familia Sarcinellorum, & proximiorē fundatori, procedat ex ultima uolūtate fundatoris in fundatione præbendæ Canonicalis, de qua agitur, relata, & redacta, & Princeps legitimauerit dictum D. Cornelium, et ipsum redegerit ad primæua iura legitimitatis, ac habilem ad quascunq; successiones, & iura, ac si de legitimo matrimonio esset natus & procreatus, derogando quibuscunque dispositionibus tam inter viuos, quam in vltima uoluntate factis, prout cauetur in dictis priuilegijs & legitimatione per Comitem facta desuper relatis, esto, quod fundator ipsum exclusetit in dicta fundatione, cum uocauerit ad dictam electionem & præsentationem tantummodò de legitimo matrimonio natos, ut dixi; tamen dico quod eius voluntati & dispositioni potuit Princeps derogare sine causa, & sola sua uolūtate, ut idem D. Cornelius includatur, ac si verè de legitimo matrimonio esset natus, in dicta dispositione, prout fecit, ex quo executio talis uoluntatis, et acquisitio iuris præsentandi uigore eiusdem uoluntatis, et omnia remedia producta circa successiones, et prout supra est dictum, originem à iure positiuo habuerint: & dicit in terminis idem Paris. referendo eadē uerba priuilegiorum, et legitimationis in dicto cons. 1. num. 87. & seq. vol. 2. cui Princeps potest derogare cum clausula, non obstante &c. et dicit latè Castr. in d. l. si testamentū, et ibi prius Bald. in fi. C. de testam. ut supra firmatum est, et tradit latè Alex. in d. consi. 2. col. pen. post princ. in uers. nec ad hoc obstat, uol. 1.

Et licet in specie, et indiuiduo non appareat

parat esse derogatum l. si testamentum,
desuper allegatæ; licet sit credendum etiam
fuisse dictæ legi derogatum cum pluribus
alijs legibus, et capitulis in specie nomina-
tis fuerit derogatum, prout supra ostensum
fuit, cum priuilegium non sit integrum; ta-
men sufficit fuisse derogatũ in genere qui-
buscunque legibus in contrarium facienti-
bus, prout est dictum, et patet eodem pri-
uilegio et legitimatione desuper relatis; cũ
28 talia verba † sic generaliter prolata habean
tur pro speciali expressione et derogatio-
ne, prout dicit Bal. in cons. 119. num. 5. vol.
5. optimè Soc. sen. in cons. 41. num. 5. vol. 3.
ubi similiter dicit sufficere adesse clausulam
derogatoriam legibus quibuscunq;, prout
in casu nostro. Ias. in cons. 110. num. 13. et
16. omnino uiden. vol. 4. & optimè, et latè
Decia. similiter omnino uiden. in cons. 19.
num. 8. in uer. sexto, et num. 9. ubi quamplu
res allegat. uol. 1. et quod sufficit clausula
generalis, non obstante etc. Cum derogetur
dispositioni inductæ à iure positiuo ex di-
cto Cyni, et communiter aliorum in l. fi. C.
si contra ius, uel util. publi. dicit Paris. in d.
cons. 1. num. 82. et Soc. iun. in cons. 121. nu.
29 5. vol. 2. et talis potestas, † ut legibus dero-
getur per clausulam, non obstante etc. po-
test etiam per Principem concedi Comiti
Palatino, prout fecit in casu nostro, ad dicta
per eundem Paris. cons. 10. nu. 133. vol. 2.
Decia. dicto cons. 19. nu. 8. in uers. desuper
allegato. et Socin. iun. in cons. 121. num. 1.
uol. 2. ubi dicit Principem posse concedere
Comiti Palatino potestatem legitimandi
secundum plenitudinem potestatis ipsius
Principis; et num. 2. quod dicti Comites ha
beant eandem potestatem, quam ipse Prin-
ceps in his, quæ sibi sunt commissa: et ideo
legitimatus a Comite, dicitur legitimatus
ab Imperatore; prout dicit Paris. cõs. 5. nu.
4. et d. cons. 1. num. 95. vol. 2. vt similiter su-
pra est dictum.

Et quod sic legitimatus ab Imperatore,
uel à Comite Palatino succedens patri ex
testamento, uel ab intestato, succedat etiam
in iurepatronatus, qđ pater habebat absq;
aliqua alia Papæ legitimatione, cum fuerit
hæres dicti q. D. Marci eius patris et fili
dicti fundatoris; et qui eiusdem fundatoris
uoluntatem cum alijs suis fratribus execu-
tus fuit, & ad illud præsentare possit, etiam-
si iuspatronatus fuerit relictum illis de pa-
rentela, dummodo non sit facta talis reser-
uatio, ut citius liberetur ecclesia, prout non
fuit facta in casu nostro, cum deficientibus
illis, quibus relictum fuit, uocetur ad talem
electionem & præsentationem Gastaldio
pro tempore existens scholæ Battutorum
Cænetæ; prout in dicta dispositione caue-
tur, tenet expresse Lambert. de iurepatro.
in 29. artic. 2. quæst. princip. 2. par. lib. 1. per
totum, ubi quam plura iura, auctoritates, &
fundamenta reiectis contrarijs adducit, &
ita dicit fuisse iudicatum in Metropolitana
audientia Traneti; & quod quando iuspa-
tronatus est relictum descendentibus ma-
30 sculis, † legitimati ab Imperatore, seu à Co
mite Palatino habent ius præsentandi, fir-
mat Bal. in cõs. 372. & cons. 374. colum. 2.
post medium. in uer. omnibus consideratis,
uolum. 1.

Et ista ponit falcem ad radicem, ut præ-
fatus D. Cornelius ad talem præsentationẽ
admittatur exclusis alijs; cum sit senior, &
proximior fundatoris, quia licet principa-
31 liter Imperator † non possit disponere de
iure patronatus; tamen in consequentiam
habilitando legitimatum ad hæreditatem
bene poterit, prout dicit idem Lamber. di-
cto loco nu. 27. cum in consequentiam mul
ta permittantur, quę non cõcederentur prin
cipaliter, prout dicit Abb. in cons. 48. nu. 5.
uol. 1. & ita firmat optimè Bald. in d. cons.
374. col. 2. in uers. præterea isti sunt legiti-
mati. uol. 1. ubi inter cætera dicit, ꝙ legiti-
mati ab Imperatore, cum sint facti uerè le-
gitimi, & succedant in hęreditate, ꝙ neces-
sario succedant etiam in iurepatronatus ec-
clesiæ; & hoc dicit cõtingere ex dispositio-
ne tam iuris ciuilis, quam Canonici, dicẽdo
etiam quod etsi iuspatronatus est spiritua-
litati annexum, quod nihilominus plus est
annexum hęreditati, ad quod facit optimè,
& concludenter illud, quod dicit Anto. de
Butr. in d. c. per uenerabilem: num. 11. qui
fil. sint legit. ubi dicit, quod si Papa legiti-
mat ratione clericatus in terris Imperij, illo
secuto, seu effecto clerico legitimus est &
quoad spiritualia & quoad temporalia &
quoad omnia; & sic in consequentiam com
plectitur illud, quod principaliter facere nõ
32 posset, cum Papa † in temporalibus in ter-
ris Imperij apponere manum non posset.

Neq; aliquid obstat, etsi dictus D. Cor-
nelius est filius Clerici, etiam si fuisset in sa-

cris

eris constitutus, licet, vt audio, q̃d non erat,
33 cũ & Imperator, † seu habens potestatem ab eo legitimare possit filiũ Sacerdotis, non solum quoad bonorum patrimonialium successionem, sed etiã quoad honores hæreditati incumbentes, ex quo successio, ut supra dixi, est de iure ciuili, & per consequens ad
34 iuspatronatus, † cum sit honor & hæreditati incumbens, prout dicit Lamber. in d. loco nu. 18. & seq. & quod filius Sacerdotis possit per Comitem legitimari, dicit Cur. iun. in cons. 87. nu. 7. ubi etiam dicit eandẽ opinionem tenere Ioan. Andr. Cald. & Modernos in d. c. per venerabilem. qui fil. sint legi. & quod filius Sacerdotis quoad successionem bonorũ patrimonialiũ, & honores per Imperatorem, vel Comitẽ Palatinũ possit legitimari, dicit idem Cald. in d. cons. 3. ante fi. in vers. præterea. in tit. qui fil. sint legit.
* & hanc opinionem esse communẽ, referendo contrariam opinionem, dicit Couar. in 4. decret. in 2. par. c. 8. §. 8. nu. 19. ideo alios ad hoc addere non curaui; & pro ratione dictæ conclusionis possunt adduci dicta per Ruin. in l. Gallus, §. si eiũs. nu. 39. & seq. ff. de liber. & posthum. ubi dicit, q̃ licet Imperator non possit quem verè legitimare, quãdo præcedit impedimẽtum iuris diuini, vel Canonici, tanquam natus ex legitimo matrimonio, validando illud, uel fingendo esse ualidum, cum super tali impedimento canonico disponere non possit; tamen dicit, q̃d bene potest legitimare, non habito respectu ad matrimonium, sed sine illo, & hoc facere posse, remouendo differentiam legitimitatis & illegitimitatis, cum talis differentia fuerit inuenta de iure ciuili, cum prius omnes nascerentur legitimi, ut supra firmatum est, & latè idem firmat in rub. ff. de libe. & posthum. num. 13. & seq. ubi etiam dicit sic legitimatum absq; aliqua modificatione, prout in casu nostro, esse legitimatum, &
* non dispensatum, & ita dicit communiter teneri à Doctoribus, & idem dicit Castren. cons. 30. nu. 4. in ver. item certum, vol. 1. & Surd. latè in cons. 453. nu. 28. uolum. 3. ubi quã plures addacit, ubi similiter refert hanc esse communem opinionem, & idem sentit apertè Aretinus, in l. ex facto. nu. 12. in ver. Imperator autem. ff. de vulg. & pup. ubi di-
35 cit, quod Imperator † simpliciter legitimãdo filium non legitimat per aliquod mediũ facti, sed simpliciter tollendo ius positiuum, & restituit ad primum ius naturæ, ad quod potest addi, Bal. in cons. 119. nu. 4. in vers. est enim legitimatus, ubi dicit, quod legitimatus est quidam posthumus nõ natus, sed datus & excitatus quasi de nihilo; & quod tamen assumit iura legitimorum, quia restituitur natalibus, quæ restitutio est D. Principis, & legis, & hinc dixit idem Ruin. in d. loco num. 41. pluribus modis quem legitimari, quos ibi enumerat, & nu. 43. dicit tales legitimatos non differri à natis de legitimo matrimonio: & quod talis legitimatus, etsi in dicta fundatione dicatur, quod debeat esse ex legitimo matrimonio natus, cũ Princeps dixerit in tali legitimatione, quod d. D. Cornelius sit, ac si esset natus à principio & conceptus de legitimo matrimonio, per interpretationem passiuam Principis comprehendatur, & censeatur uocatus, firmat similiter in nostris terminis Soc. sen. d. cons. 63. num. 22. in uer. nam in effectu, vol. 3. omnino uiden. Et ista sufficiat me dixisse pro tertij fundamenti resolutione, & pro bono iure præfati D. Cornelij principalis mei. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis, ac gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententię condemnatorię & priuationis, etiã a Generali regulariũ contra inferiorem prælatum inualiditas discutitur. Inquisitio, & processus, ut ualeat, quæ requirantur. Cambij sicci materia declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Consultorem breuitati studere decet.*
2 *Inquisitio specialis ad sui ualiditatem quæ requirat.*
3 *Condemnari nemo debet de iure sine accusatore.*
4 *Infamia, succedit loco accusatoris, & iudici in iudicio assistere debet, sicut accusator, & ũ illa accusat.*
5 *Infamia non præcedente proceditur in inquisitione generali, facta in uisitatione, contra nu. 7.*
6 *Condemnari nemo potest ex inquisitione generali, & assignatur ratio.*
8 *Notorium aliquid esse per confessionem partis, rei euidentiam, & sententiam æquipollet.*
9 *Instrumentum est ueritas apparens, probatio probata, non probanda, quæ non indiget discussione seu*

disputatione fori, cum ueritas sit notoria.

10 *Ordo consistens circa merita ueritatis, & legitimã defensionem inquisiti omnino seruandus est. & numero 18.*

11 *Regulares non debent amoueri ab administratione sine causa.*

12 *Sententia lata nullis factis probationibus est ipso iure nulla.*

13 *Casus legis ubi est, nulla cadere potest dubitatio.*

14 *Consulendo & iudicando a communi opinione recedendum non est.*

15 *Sententia lata nisis actis per iudicem primi iudicij, & causa non cognita, est ipso iure nulla. & nu. 40. concluditur contra sententiam.*

16 *Sententia notorie iniqua est ipso iure nulla, & si nullus est processus. nu. 17.*

19 *Iudici non creditur de attestatis in sententia, si ex actis non constat.*

20 *Cambia quando sint licita, & non.*

21 *Cambia quæ fiunt per literas, quod sint iusta & Reipub. necessaria.*

22 *Cambia sicca quomodo celebrentur.*

23 *Cambium qualis contractus dicatur.*

24 *Abbati seu Prælato non reperitur prohibitũ mutuo accipere pro necessitate suæ ecclesiæ, seu monasterij.*

25 *Ecclesia non tenetur restituere id quod Prælatus mutuo accepit, nisi in ipsius utilitatem uersum esse probetur.*

26 *Negatiua deficiẽtis cõstitutionis qualiter probetur.*

27 *Prælato prohibitum est tam de iure communi, quam ex forma constitutionum suæ congregationis pignorare possessionem sui monasterij, fallit & declaratur nu. 28. 30. 31, 32.*

29 *Necessitas legi non subiacet.*

33 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*

34 *Lex generaliter loquens non trahitur ad negotia, quibus per alia iura fuit specialiter prouisum.*

33 *Prælatus negligens in his quæ pertinent ad eius officium remoueri debet ab administratione prælaturæ. & nu. 36. Declaratur. nu. 37.*

38 *Negligentia magna non solum est culpa, sed etiam lata culpa, quæ dolo æquiparatur. & nu. 39.*

41 *Spoliatus per sententiam latam nullo iuris ordine seruato restitui debet.*

CONSILIVM XXXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Ista sententia per R. Patrẽ Priorem Generalem Cõgregationis sancti Saluatoris cum assistentia & cõsensu suorum Visitatorum lata, & promulgata contra R. D. Ioannem Mariam Venetum Priorem sancti Saluatoris Venetiarum: Per quam illum ex officio inquirendo condemnauit tanquam culpabilem, & de iure punibilem in pœnam priuationis officij, & dignitatis Prioratus, nec non uocis actiuæ & passiuæ ex infrascriptis causis videlicet.

Primo, quia in administratione triennali monasterij sancti Michaelis de Candiana grauem summam pecuniarum ad rationem cambij contra tenorem constitutionum dictæ Congregationis accepetit.

Secundo, quia possessionem, seu agrum peramplum, feracem, & uberem vili admodum pretio in euidens damnum dicti monasterij locauerit; anticipataque solutione duo millia ducatorum mutui nomine ab ipso conductore acceperit ea conditione, ut singulis annis ducati quinquaginta monetę Venetæ super dicto affictu, seu locatione ex computentur.

Tertio, quia multorum millium ducatoris æris alieni pondere dictum monasteriũ ex negligentia onerauerit, & ad extremam egestatem breui redegerit.

Quibus stantibus in d. sententia sic per modum causæ condemnantis expressis; cũ ex primo fundamento in aliqua pœna condemnari non potuerit idem Prior, etsi verũ sit. Secundum vero in parte grauante nõ sit verum in facto: Prout nec in facti tertium fundamentum uerum non est, ut infra demonstrabitur. Dico breuitati studẽdo, pro-
1 ut decet consultorem, † sicut dicit Dec. in cons. 534. in prin. dictam sententiam fuisse, & esse ipso iure nullam & inualidam, tã ex defectu substantialis processus non facti, quam ex falsis causis in ea expressis: ac propterea ad dictum Prioratum, tanquam de facto spoliatum restituendum.

Et quoad primum obiectum, dico d. sententiam corruere, cũ ex officio, prout legitur in dicta sententia, fuerit ad illã proferendam deuentum extra actũ uisitationis, nulla infamia pręcedente, fuit d. R. Prior à d. Reuerendissimo Generali, nõ dico processatus, cum nullus fuerit factus processus, sed de facto condemnatus: quod minime facere potuit; cum ex officio cõtra aliquem etiã regularẽ, prout infra dicetur, inquisitio specialis ad pœnam formari non possit super ptensis delictis, seu excessibus, nisi infamia
2 præcedente, alias inquisitio† non procedit, per tex. in c. qualiter, & quando, el 2. de accus. & habetur in c. inquisitionis. §. 1. eod. & in c. j. & 2. eo. tit. in 6. c. licet Heli, post prin. de

de simon. & est etiam tex. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & voluit Specul. in tit. de inquisit. §. 1. in princ. Bart. in l. congruit. num. 3. in vers. quædam est inquisitio specialis. ff. de offic. Præsid. Bald. in tit. de pace Constant. §. da mna. num. 3. Alex. cons. 120. nu. 1. volum. 7. Salyc. in l. quod promulgatis, C. de offic. præfec. vrb. & latè Cuman. in consil. 136. in princip. quos refert, & sequitur latissimè Mar. in cons. 117. num. 5. in fi. & seque. & latè etiam Tiraquell. de pœnis tempo. in causa 53. nu. 2. in vers. & de iure canonico.

Nec mirandum est, cum de iure sine ac-
3 cusatione nemo condemnari debeat, † per l. scripto. §. si quis accusatorem non habeat; & ibi glo. in uers. non debet. ff. de muner. & honor. ext. in cap. nihil contra. 2. q. 1. vbi tex. dicit, quod etsi Saluator noster sciebat Iudam esse furem; ideo ipsum non eiecisse, quia non fuerat accusatus. Bar. in l. cōgruit. num. 3. in princ. ff. de offic. præsid. & Imo. in c. 1. num. 3. ut ecclesi. benefi. sine dimin. confer. Duen. in fallent. regul. iur. reg. 298. post principiū in uer. ratio huius regulæ; & Afflict. super constit. Regni. in rub. 51. num. 3. lib. 1. fol. mihi 159. Et propterea infamia succedit loco accusatoris, & iudici in iudicio assistere debeat, sicut accusator; cum il-
4 la accuset. † prout optime dicit Bal. in l. ea quidem. num. 55. C. de accusat. ubi etiam subdit, quod talis infamia debet esse in loco iudicij, cum tendat ad illius ordinationem; & quod non sufficeret, si in alio loco existeret.

Quæ conclusio etiam procedit; etsi inquisitio specialis ad pœnam formari debeat cō tra regularem; & fortius contra regularem Prælatum, prout in casu nostro, cum fuerit priuatus dignitate Prioratus, ac voce actiua & passiua, aliqua infamia non præcedente, licet non tanta requiratur, quāta in alijs: quod facere non potuit idem Prior Generalis. prout firmat Abb. in cap. pen. num. 9. omnino viden. de accusat. ubi etiam respondit ad illos, qui videntur tenere cōtrarium, dicendo eorum opinionem habere locum in inquisitione generali in visitatione facta,
5 in qua proceditur infamia † non præcedente, etsi reperiatur Abbas culpabilis, remouetur ab administratione, per cap. in singulis, cum seq. de statu reg. & hoc idem dicit habere locum in secularibus, per iura per cum allegata. & Abb. in d. cap. pen. refert & seq. Ioan. de Anan. sub num. 13. & seq. de accusat. & idem voluit Soc. in c. qualiter, el 2. sub num. 463. in ver. secundo casu, & nu. 464. & seq. eo. & Duen. in d. reg. 298. incipiente, fama, seu infamia. in 18. fallen. fol. mihi 287.

Nec de hoc dubitandum videtur, cum
6 ex inquisitione generali † non videatur, vt quis possit condemnari, cum fiat ad inuestigandum, non ad puniendum, & vt viam præparet inquisitioni particulari; prout dicit Tiraq. in præcitato loco, in ver. sed Felyn. quod prius ante eum voluit Innoc. in c. bonæ, el 1. num. 5. de elect. vbi dicit sic seruare totum modum. & uoluit idem Abb. in cap. graue nimis. nu. 9. præsertim circa medium usq; in fi. de præben.

Et adeo hęc conclusio vera est, ut contra aliquem etiam regularem ad pœnam inquisitio specialis formari non possit, nisi infamia præcedat super prætensis imputationi-
7 bus: quod si formetur † illa non præcedente, & de delicto probaretur, nihilominus inquisitio non procedere, nec de delicto inquisitus puniri posset. per text. in c. inquisitionis. §. tertiæ dubitationis, in illis verbis, uidelicet, Ad hoc respondemus. & ibi etiā Fely. num. 10. in fi. vbi rationem allegat. de accus. Spec. in tit. de inquisit. §. 3. num. 23. ante fi. in ver. nec inquisitio. Marsil. latè in d. cons. 116. num. 7. Grammat. in cons. 38. numero 23. in crimin. Ioan. de Arnon. in soliloq. 65. & Duen. in dicta regul. 268. in princip.

Nec prædictis obstaret, si diceretur pro parte dicti Reuerēdissimi Generalis, quòd simus in casibus notorijs, & quia de dictis cambijs & de dicta locatione possessionis modis & forma prædictis constat, nedum confessione propria eiusdem Prioris corā eodem Generali facta in actu condemnationis, seu sententiæ ferendæ: cum æqui-
8 polleat aliquid esse notorium † per confessionem partis, rei euidentiam, & sententiā; prout dicit Feder. de Sen. in consilio 236. numero secundo, cum iuribus per eum allegatis, verum etiam & instrumentis cambiorum, & locutionis prædictæ, cum instrumentum sit veritas apparens, probatio probata, & non probanda, quæ non indiget discussione, siue disputatione fori, cum veri-
9 tas sit notoria, † prout latè firmat Ias. in l.

N 2 admo-

admonendi.in 2.lectura.sub num. 154. per totum.ff.de iureiuran. quod ante eum dixit Bal.per eum citat. in l. Imperator, in prima lectura,num, 10. ff.de statu homi. & in l. 2. nume.6.C.quando fisc. uel priua. sequitur Decia.in cons. 66. num. 60. uolum. 3. & in cons. 5. nu.40. & sequen. uolum. 1. & idem Ias.in cons. 124.num. 1.uolum. 1.& in cons. 137.nu. 13. uolum.4. & idem dicit Dec.in cons. 36.num.2.

Et propterea cum simus in notorijs, qđ non fuerit necessarius accusator, uel testes, uel inquisitio, uel denunciatio, prout dicit glo.in cap. licet Heli, in versic. in notorijs. de simon.

Quia ad hoc respondetur, quod licet dictus Prior confessus fuerit accepisse ad cābium aliquam summam denariorum propter necessitates eiusdem monasterij, cum ex literis Illustrissimi Viceprotectoris sub priuatione sui officij eidem iussum fuerit, vt solueret certam summam denariorum; prout & similiter mutuo acceperit à dicto conductore dictos ducatos duo millia pro extinguendo consimile debitū in vrbe eiusdem monasterij, alias ex concessione sanctissimi D. N. & ex causa necessitatis fact. prout notorium est; non propterea confessus fuit ob eius negligentiam idem monasterium multis millium ducatorum grauasse, & ad extremam ægestatem redegisse; prout dicitur in dicta sententia; & sic bona, seu fructus eiusdem monasterij dilapidasse; prout nec etiam fuit confessus, quod dicta possessio per eum locata, uili admodum pretio locata fuerit; & quod esset ferax, & vber. Quia prædicta omnia, quæ aggrauant dictum Priorem, erant per processum in facto probanda; & de istis oportebat esse diffamatum, antequam contra eum procederetur. Et ideo remanet firma conclusio desuper firmata: cū super dictis qualitatibus, & factis grauatorijs nulla inueniatur per ipsum facta confessio, nec aliàs per dictum Generalem probat. cum nec probari potuissent; cum in facto minimè uera sint, vt infra dicetur.

Vnde succedit propterea alia conclusio, quæ se habet, quòd etsi vera esset opinio illorum tenentium, quod contra regularem non sit necesse præcedere infamiam adhoc, vt cōtra ipsos formari possit inquisitio, præsertim contra Prælatum, cum tractetur tantum de ipsum remouendo ab administratione; ex quo contra tales, dum proceditur, remittenda sit iuris rigorosa subtilitas, & clamosus strepitus aduocatorum,

Tamen aduertēdum est, quod ordo, qui consistit circa merita veritatis, & legitimam defensionem inquisiti, omnino seruandus

10 † est, per c.olim, & ibi glo. in ver. de plano. & in ver. copiam. & optimè Ioan. Andr. nu. 9. Petr. de Ancha. num. 9. & Ioan. de Anan. num. 13. de accusa. & idem Ioan. de Anan. in cap. qualiter, el 2. §. fin. sub num. 3. & ibi prius Card. Floren. in princip. vbi similiter dicit, quod quando proceditur contra regulares, non est per omnia seruandus ordo iu-

11 ris: ac etiam quod regulares † non debent amoueri ab administrationibus sine causa. cap.fin. §.si autem, & ibi glo. in vers. absque iudiciorum. de sta. monach. Archi. in cap. si quis.nu. 1.in fi.& seq. 18.q.2. & Alcia. in c. 1. sub nu.47. de offic.ordin.

Et sic, cum in casu nostro aliquid nō fuerit super veritate expressorum excessuū per modum causæ condemnationis in sentētia prædicta probatum; & per consequens aliqua non fuerit data, prout nec dari potuit, processus copia eidem condemnato, ut posset facere suas defensiones, prout dicunt præfata iura, & Doct. debere fieri, etiā quādo proceditur contra regulares, & prælatos pro illis amouendis ab eorum administrationibus; non est aliquod dubium dictam

12 sententiam corruere; cum † sententia lata nullis factis probationibus ipso iure nulla sit. per tex. in c. primates. & ibi optimè Cardin. Alex. in 4. not. num. 2. in fi. & ibi Domi. de sancto Gemin. in fin. & in summa, 2. q. 1. Ioan. Andr. in c. vestra, num. 13. in uer. si autem. de cohabit. cler. & muli. Card. in cons. 29. nu. 7. Afflict. decis. 28. nu. 2. & hanc esse

** magis communem opinionem dicit Gabriel. in suis conclus. in tit. de sentent. conclus. 9. nu. 5. & prius de magis communi dixit Imo. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 8. in uer. uel potes etiam dicere, de constit. ideo alios addere non curaui. Et quia ubi casus

13 † legis est, ibi nulla dubitatio cadere pōt, prout dicit Bald. in l. ancillæ, num. 2. C. de fur. quem sequitur Zas. in cons. 2. num. 60. vol. 2. & dicit Franc. Becci. in cons. 1. cum alijs adductis per eum, num. 3. Et quia à

14 communi opinione † in consulendo & iudicando recedendū nō est; prout dicit Soc. in

cons.

conf. 187.num.9.vol.2.Ias. in conf.76. nu. 3.uol.3.Dec.in conf.174. num.1. in fin. & Cassad.super reg. Cancell. decis.12. nu.7. & Granut.in theorem.4.nu.5.

Ad quod facit hæc alia iuridica conclu-
15 sio,quod sententia lata † non visis actis per iudicem primi iudicij, & causa non cognita,ipso iure nulla sit; prout dicit Felyn. in c. ecclesia sanctæ Mariæ.sub num.6. in fi. vbi ** attestatur de magis communi.de constit.

Ad idemque facit hæc alia iuris conclu-
16 sio, quod sententia notoriè iniqua † ipso iure similiter nulla est. prout optimè dicit Barbat.in conf. 10. nu.33. & seq. volum.2. Card.in conf.55.num.2.& latè Felyn.in c. inter cæteras.num.10.& seq. vsque in finē. de re iud.& in cap.super literis.num.15. de rescript. & Aymo in consil. 373. num. 44. uolum.3.

Ac etiam illud facit,quod dixit Soc.sen. in conf.96.num.7.in fi.vol.1.ubi dicit, sen-
17 tentiam nullā esse, si nullus est processus. †

Neq; præmissis aliquid obstaret, etsi diceretur, quod de dictis excessibus, de quibus fit mentio in dicta sententia, ut asseritur per dictum Priorem commissis,satis dicatur probatum; ex quo sic exprimitur in dicta sententia per dictum Priorem Generalem pro lata;cum ipse de plano, & absque iudiciorum strepitu procedere possit, prout supra dictum est, cum pro sententia videatur præsumendum, eum ab ea appellatum non fuerit. Primo,quia similiter,ut supra firmatum est,licet de plano, & absq; iudiciorum forma & strepitu aduocatorum contra regulares etiam prælatos procedi possit; non tamen potest omitti processus ordo circa veritatem prætensorum excessuum, seu de-
18 lictorum,& defensionē rei inquisiti. †prout dicunt glo.in d. c.pen. Ioan. Andr. num. 7. & 9. Ioan.de Anan. num. 13. & seq. de accus.& idem Anan.in c.qualiter,el 2. §.fina. num.3.eod.text.in cap.fi. §. si autem. & ibi glo.in uer.absque iudiciorum, de statu monach. Archi.& Alci. desuper allegat. & est expeditum,prout dicit Ioan.Andr. d. nu.7. per Clem.sæpe.de uerbo. signif. quod cum non fuerit factum,non est dubium, sententiam esse nullam, & per consequens pro ea aliquid nō esse præsumendum, prout supra dictum est. Secundo quia de his,quæ in sententia attestantur per iudicem iudici nō ve-
19 nit credēdum,si ex actis non cōstat, †prout dicit Angel.conf.107. in fin.& Ioan. Bapt. Asin.in tract.de execut.§.3.c.11. fol. mihi 37.ter. Nec de hoc aliqua dubitatio haberi possit, cum iudex secundum acta & probata iudicare debeat,per vulgatam. l. illicitas.§.veritas.ff.de off. præsid. ad quod facit illud,quod dicit Aymo in conf. 134. num. 45.post princ.in uers.ideo.vbi dicit,quod si quis produxerit sententiam, non sequitur propterea quod præcesserint acta necessaria ad eam, nisi probetur, per auctoritates, quas ipse allegat. Et hæc sufficiunt quoad primum caput nullitatis eiusdem sententiæ ex defectu non facti processus.

Deueniendo nunc ad secundum caput nullitatis eiusdem sententiæ dico similiter, de illius iniustitia, & nullitate ex falsis causis in ea expressis per modum causæ condēnationis apertissimè apparere.

Et primo deueniendo secundum illius ordinem ad dictum fundamentum cambij dico, ex eo in aliquo non potuisse condemnari eundē Priorē, etsi ad cambiū aliquam quantitatem pecuniarum acceperit ob necessitatem eiusdem monasterij, ac de ordine etiam sui Capituli; prout constat instrumento procuræ superinde facto per dictū Capitulum vsq; sub die 26. Decemb. anni 1597. in ecclesia monasterij prædicti de Candiana per manus D. Rizzardi Strasoldi Notarij Paduę:cum accipere ad cambiū indistinctè non sit illicitū,sed permissum,dū
20 cambia † non excedant cōem consuetudinem;prout dicit Ias. in l. cunctos populos. sub nu.64.in ver.sexto,& ultimo. cum alijs adductis per eum. C.de summa Trin.& fid. cath.quod prius dixit Bal.in rub.C.de constit.pec.nu.1.Salic.latè in Auth.ad hęc, sub num.10.in ver.quæro. C. de vsur. vbi dicit cambia esse licita, nisi agant in fraudē literas fictitias cambij facientes,quæ verè sunt mutui. Calder.in conf.11.sub tit. de vsur.& latissime Alex. in conf.61. nu.13. per totū.
21 vol.2.& quod cambia, † quæ fiunt per literas,sint iusta,& reipublicæ necessaria,tradit Nauar.in 2.parte decret.c.17.nu.28.& est Bulla Pij Papę V.relata per ipsum ibid. sub nu.300.super qua ēt dicit ibidē.nu.30. non damnari ex d. Bulla omnia cambia, in quibus campsor dat prius quam accipiat; licet omnia illa appellentur sicca; & de cābio licito sicco tradit Lauren. de Rodul. in tract.de vsur.in 3.parte sub nu.1.& seq. vbi

dicit videlicet. Secundo celebrantur hu-
22 iusmodi cambia † sicca in hunc modũ, uidelicet, quia ego agens hic Florentiæ decẽ libras grossorum recipio à te campsore, ibi Florentinos cẽtum sex, vel plus, vel minus, sicut tunc Florentiæ cambia currunt, & ualent dictæ libræ grossorum: & ibi ad unum mensem teneor tibi ad restituendum tantũ, quantum intra dies computandos, à die celebrati contractus valent decem libræ grossorum in ciuitate Venetiarum; quę quidem aliquando valent plus, aliquando minus: & sic aliquando perdit: aliquãdo lucratur cãbians, licet ut plurimum contingat, ut lucretur, & quod sit licitus talis cõtractus, primo uidetur, quia aut ius dicere, quod hic interuenit mutuum, aut permutatio, siue cambiũ, siquidem mutuum, cum idem reddatur, qđ mutuatur, scilicet tot libræ grossorum hinc ad mensem, quot modò mutuantur; restat per cõsequens, quod hic nulla committitur usura; nam nulla interuenit superabundantia, uel incremẽtum; & subdit aliquid dictæ conclusioni non obstare, etsi plus, quã quod fuit receptũ, daretur: quia hoc põt procedere ab alteratione monetæ, cum uno tẽpore decem libræ grossorum plus possint ualere, quàm in alio, cum valor floreni alteratur, & uariatur de tempore in tempus ex causis diuersis. Hæc ille, & idem uoluit in q. 27. 2. par. ad quam se remisit in dicto loco; & videatur ibidem q. 26. præcedenti; quem secutus fuit frater Hiero. de Luca, in tract. de cambijs, in uer. sequitur alius terminus, turpe lucrum. sub nu. 18. & seq.

23 Et quod cambium † dicatur mutuum, seu mutui datio, vel receptio, cum sit cõtractus numismatis pro numismate; & campsor nõ vendat tempus, nec se ponat in tuto, ut lucretur; quod fiat sine vsura: & si aliquid lucri accipiat non ratione mutui, sed propter interesse lucri cessantis; firmat plura adducendo ex dicto Scoti, & aliorum idem frater Hiero. in d. tract. & loco sub nu. 12. cum plurib. sequent.

Ex quibus potest concludi, quod dictus R. Prior, accipiendo ad cambium dictam quantitatem pecunię pro necessitate eiusdẽ monasterij, licet dicatur mutuo accepisse; nihilominus tam ex parte dantis, quam ex parte sua dicatur licitum fuisse; etsi aliquid plus eo, quod receperit rationib. prædictis persoluerit, vt est dictũ. Imò dico, quod etsi d. Prior ad cambium siccum, à dicta bulla Pij V. tanquam vsurarium reprobatum, aliquam summam denariorum ab aliquo parato illam in cambium tale illicitũ dare, recepisset ob necessitatẽ dicti sui monasterij, quod nihilominus in aliquo non potuisset puniri; cum nec peccatum commisisset, etsi ad vsuram illam accepisset ad subueniendũ necessitatibus monasterij prædicti; prout concludit S. Thom. in 2. 2. q. 78. in artic. 4. per auctoritates, quas adducit.

Et quod idem Prior non potuerit in aliquo puniri, etsi ad cambium pecuniam acceperit ob dictam necessitatẽ sui monasterij, patet etiã ex hoc alio fundamento: quia mutuo accipere ꝓ necessitate suę ecclesiæ,
24 seu monasterij Abbati, † seu Prælato prohibitum non reperitur; cum sic mutuo pecuniam accipiendo suo monasterio, vel ecclesiæ aliquod præiudicium afferre non possit, cum monasterium, seu ecclesia ex facto, seu contractu prælati sui non obligetur, nec ad illius restitutionem teneatur, nisi inquantũ pecunia mutuo accepta in illius utilitatem uersa sit, & non aliàs; & hoc mutuans probare deberet, aliàs semper tuta est ecclesia,
25 † ne restituat, prout dicit Bal. in Auth. hoc ius. nu. 3. & melius, nu. 22. C. de sacrosf. eccl. quod ante eum dixit Innoc. in c. 1. nu. 1. de deposit. quem omnes sequi dicit Franc. Nico. in alleg. 41. nu. 2. par. 2. Card. in Clem. 1. num. 27. in ver. trigesimo quæro. de reb. eccl. non alien. vbi expressè ad docendum pecuniam versam esse in vtilitatem ecclesię dicit sufficere demonstrare versam esse in ædificijs perpetuis, vel in emptionibus rerum immobilium, vel saltem grauis debiti; ad quod tenebatur monasterium, prout in casu nostro. & in cons. 110. ad fi. in vers. ad tertium, Card. Alex. in c. hoc ius. nu. 3. in fi. & nu. 19. omnino viden. & ibi prius Archi. nu. 4. & Domi. nu. 9. 10. q. 2. tex. in c. pen. & ibi Abb. nu. 4. & seq. & nu. 8. de fideiuss. & vult Alex. in cons. 4. nu. 8. vol. 1.

Cum igitur in casu nostro, prout in facto mihi præsupponitur, quantitas pecuniæ ad cambium recepta; ac etiam duo millia ducatorum à conductore supradictæ possessionis similiter mutuo habitorum, de quibus infra dicetur; fuerint per dictum Reue. Priorem tũc Abbatem dicti monasterij de Cãdiana ex causa necessitatis eiusdẽ monasterij pro soluendis illis vrgẽtissimis debitis

etiam

etiam auctoritate Apostolica prius factis per suos antecessores; ac pro soluendis impositionibus eiusdem monasterij; cũ aliunde persoluere non potuerint propter ægestatem monasterij prædicti; nõ est dubium constare dictam ecclesiam, seu monasteriũ esse factum, locupletiorẽ; & per consequens teneri ad dictam quantitatem restituendã; & præfatum Priorem non deliquisse.

Et cum dicatur in dicta sententia, ut est dictum, per modum vnius causæ condemnationis, dictam pecuniam ad rationẽ cambij acceptam, fuisse acceptam contra formam constitutionũ dictæ Congregationis, quod in facto minimè videtur verum, cum aliqua constitutio Congregationis prædictæ de dictis cambijs non loquatur, prout patet ex illarum inspectione; cum talis ne-
26 gatiua † deficientis constitutionis sic probari soleat, prout uoluerunt in simili Iacob. Butrig. in l. 2. C. de erro. aduoc. omnino vidend. Abb. in cons. 92. nu. 3. uol. 1. Ceph. in cons. 250. nu. 3. vol. 2. Purpur. in cons. 524. nu. 10. vol. 2. latè Franc. Hercul. in tract. de negat. proban. sub num. 176. & seq. & Menoch. in cons. 199. nu. 3. vol. 2. meritò de dicta falsa causa in d. sententia expressa apparet. Et hæc de dicto primo capite secũdæ nullitatis eiusdem sententiæ dicta sint.

Deueniendo nunc ad secundum Caput locationis prædictæ possessionis per triennium modo & forma prædictis: & similiter dico propterea eundem Priorẽ non potuisse in aliquo puniri, quia locatio prędicta ad triennium tantum fuit facta, & nõ vltra, qđ prohibitum non est, imò permissum de reb. ecclesiæ fieri; neq; per constitutionẽ eiusdem Congregationis, neq; de iure cõmuni per Extrauag. ambitiose, de rebus eccl. non alien. prout nec eidem Priori prohibitũ fuit ab eodem conductore mutuò accipere dictos ducatos 2000. pro soluẽdis debitis vrgentissimis eiusdem monasterij; prout etiã constat instrumento locationis prædictæ, in quo fuerunt enunciata, vt supra dictum est. Et licet in eodem instrumento dicatur, qđ conductor non possit vnquam de dicta possessione licentiari, nisi restitutis eidem dictis ducatis 2000. deductis tamen quinquaginta ducatis quolibet anno per ipsum retinendis, durante dicto triennio de dicto affictu ducatorum 80. inter eos conuento. Et per hoc videatur quasi dicta possessio pignorata; quod tam de iure communi prohibitum
27 † est, per c. nulli, & ibi Abb. nu. 12. de reb. eccl. alien. vel non. & de extrauag. ambitiose. co. quàm secundum cõstitutionem eiusdem Congregationis cap. 22. post princ. in ver. possessiones &c. iuncto uer. generalis vero, Abbates, &c. per quam prohibentur bonorum stabilium eiusdem Congregationis uenditiones, alienationes in emphyteusim perpetuam, uel ad tempus illa dari, super illis census etiam redimibiles, etiam de consensu suorum Capitulorum creari, seu alij quoquo modo obligari uel hypothecari; imponendo pœnam Generali, Abbatibus, & alijs Prælatis priuationis officij, dignitatis, ac vocis actiuæ & passiuæ ipso iure, ne aliquem præfatorum cõtractuum etiam de consensu Capituli Generalis, vel suorum Conuentuum absq; Sedis Apostolicæ auctoritate faciunt.

Quia ad præmissa respondetur duplici fundamento non obstare: primo, quia licet generaliter à iure prohibitum sit, inter alia per d. c. nulli, & dictam extrauag. ambitiosę regulariter hypothecari, seu pignorari bo-
28 na ecclesiarum; tamen dicta regula † fallit: primo si debitis vrgẽtibus ecclesia, seu monasterium grauatur, nec possit de fructibus satisfacere; quia tunc potest illius Prælatus cum consensu sui Capituli aliquam possessionem pignori dare creditori, adhoc, vt fructus illius computentur in sortem principalem, donec illi fuerit satisfactum, per tex. in c. hoc ius. & ibi Card. Alex. num. 1. & 2. & Domini. col. 2. in prin. & alij 11. q. 2. Auth. hoc ius porrectum, & ibi Bar. Odofr. & alii. C. de sacros. eccl. & Abb. in d. c. nulli. nu. 5. de reb. eccle. alien. vel non. ad quod facit illa iuris cõclusio, quæ se habet, quod ob ne-
29 cessitatem illicitum fit licitum, cum † necessitas legi non subiaceat, per text. in c. quod non est licitum; & ibi Bern. ext. de reg. iur. Ioan. Andr. in c. significasti, el 2. nu. 13. de homic. Barba. in clem. 1. ad fi. de elect. Ang. in l. nulli. nu. 7. ff. quod cuiusq; vniuer. Host. in c. 1. nu. 3. ut ecclesi. benef. sine diminu. cõferant. vbi dicit omni iure semper iustã causam, & necessariam intelligi debere exceptam: & gl. in uer. necessitatem. in c. quoniã 48. distin. Secundo fallit eadem reg. causa
30 vtilitatis, quia similiter † Prælatus de consensu sui Capituli potest rem vnam alienare suæ ecclesię, vt habeat aliam meliorẽ, prout

dicit Abb. in præcitato loco, & est text. in c. ut super aliqua. §. fi. de reb. eccles. alienan. uel non.

Qua de re cum dicta obligatio super dicta possessione, vt supra locata, fuerit facta modo & forma prædictis per dictum Priorem tunc Abbatem & eius Capitulum pro soluendis debitis urgentibus eiusdem monasterij, ut supra dictũ est, meritò iure permittente dictam possessionem potuit locare modo prædicto, & ab eo conductore mutuo accipere dictos ducatos duo mille cum pactis & conditionibus supradictis; cum sint secundum præfatorum iurium formam.

Quod fundamentum corroboratur ex alio fundamento, licet non indigeat, atten-
31 to quod sicut licet † Prælato cum suo Capitulo permutare unam rem, etiam immobilem ecclesiæ, in aliam meliorem; sic concessum à iure utilitatis causa, ut est dictum, per d. cap. ut super aliqua. §. fi. ita quoque à fortiori ratione potuit quo ad fructus sic obligare præfatam possessionem, ut liberaret præfatum monasterium à præfatis debitis, quæ illud urgebant, cum longe magis propterea fuerit illi utilius, prout de se patet.

Neq; prædictis iuribus aliquid obstat dicta Extrauagans ambitiosæ ex illis verbis, videlicet, omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum &c. Per quæ prohibet omnẽ alienationem, omneq; pactũ, per quod dominium transfertur, cõcessionem, hypothecam, locationem, & concessionẽ ultra triennium &c. Etsi qui omne dicit nihil excludit, prout dicit Alex. Stiati. in repet. dictæ Extrauag. num. 3. Quia huic obiectioni respondetur ex verbis eiusdem Constitutio-
32 nis † infra ibi videlicet, Præterquam in casibus à iure permissis. Propter quæ uerba manifestè probatur, dicta iura desuper adducta in casibus exceptis, vt supra disponentibus, & limitantibus generales prohibitiones, non esse correcta per dictam Extrauagantem, sed fuisse corroborata, ita firmat Alex. Stiati. in præcitato loco, & nu. 3. quod ante eum dixit Alex. de Neuo in cons. 30. num. 6. & ita etiam in dubio esset tenendũ, ut iurium correctio euitetur, prout dicunt in præcitatis locis Alex. Stiati. & Alex. de Neuo num. 7.

Prout & nihil obstat dicta Constitutio eiusdem Congregationis, etsi generaliter loquatur, ut est dictum, quia ipsa recipit interpretationem passiuam in dictis casibus limitatis à iure communi, prout de statuto dicit Aymo in cons. 136. nu. 9. Abb. in c. in-
33 sinuatum. nu. 6. ubi dicit statutum † recipere interpretationem à iure communi, & ibi etiam Fely. nu. 2. de simo. ubi similiter dicit, quod si statutum loquitur in materia iuris, non disponendo præter uel contra ius, quod interpretabitur, prout ipsum ius.

Ad quæ facit illa alia iuris cõclusio, quæ
34 se habet, quòd lex generaliter † loquens nõ trahitur ad negotia, quibus ꝑ alia iura fuit specialiter prouisum, prout in casu nostro: prout dicit expressè Franch. in c. ut debitus. num. 39. in ver. quarta ratio. de appella. ubi dicit, quod Constitutio generaliter loquens non trahitur ad negotia, in quibus specialiter per alia iura est prouisum. Ias. in l. postquam liti. num. 25. C. de pactis. ubi similiter dicit, quod lex generaliter loquens nunquam intelligitur derogare in casu, in quo aliquid specialiter est statutũ. & prius Bar. in extrauag. ad reprimendum. in uers. nõ obstantibus. nu. 7. l. sanctio legum. ff. de pœnis. & facit lex doli clausula. ff. de verbor. oblig.

Quod verò dicta possessio fuerit locata pro viliori pretio in euidens damnum dicti monasterij; & q̃d sit ampla, ferax, & uber, prout dicitur in dicta sententia, licet contrarium mihi præsupponatur in facto, cum audiam conductorem in dicta locatione amplius persistere nolle, tanquam sibi damnosa, & uelle sibi restitui dictam summam denariorum nihil dicam super hoc, cum super tali viliori pretio, & damnosa locatione, ac amplitudine, & ubertate dictæ possessionis nullus fuerit, prout nec super reliquis causis condemnationis factus processus, prout necesse erat fieri, prout supra in principio demonstratum est. Et ideo etiam ex isto capite secundæ nullitatis obiectæ redditur præfata sententia ex falsis causis in ea expressis notoriè nulla.

Deueniendo nunc ad tertium & ultimũ caput eiusdem sententiæ, in quo dicitur, vt in principio deductum est, multorum milliũ ducatorũ æris alieni pondere dictũ monasterium eundẽ Priorẽ ex negligentia grauasse, ad extremamq; ẹgestatẽ breui redegisse. Et dico ꝙ licet in iure verum sit, quòd Prælatus

35 tus † negligens in his, quæ pertinét ad eius officium remoueri debeat ab administratione prælaturæ per tex. in c. cum ad monasterium ad fi. & ibi not. per glo. in ver. negligés. et Abb. num. 20. & Docto. de sta. monach. c. dictum. & ibi glo. in uer. negligentem. & Archi. 81. dist. vbi dicit, negligentiam, ut factum puniri, & not. Anto. de Butr. in c. 1. nu. 4. de offi. custo. & facit tex. in ca. cum ex iniuncto ad fi. & ibi voluit glo. in uer. inutilis. & cap. excommunicamus ad fi. ubi similiter not. per glo. fi. de hæreti. c. si quis Abbas. & ibi etiam glo. in uer. cautus 18. q. 2. bene facit l. quos, & quod ibi not. per glo. C. de offi. præfec. ptor. orićt. l. carceri, & l. milites, ff. de custo. & exhibit. reor. & uoluit Inno. in c. querelam in princ. in uer. item propter negligentiam, de elect. & quod Prælatus pro-
36 pter neglig étiam, sicut propter dolum, possit deponi, dicit Cardina. sequendo Pau. in Clem, 1. num. 8. in 8. q. de æta. & qual. & latè Fely. in c. 1. num. 2. per totum de treugua & pace.

Quod tamen intelligendum est de negli-
37 gentia magna seu crassa, † prout quam magnam profert sententia prædicta, prout dicit glo. desuper allegata in fi. in d. cap. cum ad monasterium, & ibi Abbas, num. 20. glo. in d. c. dictum, in ver. negligentiam, 81. dist. & Fely. in præcitato loco in uer. idem si est
38 negligentia magna, cum negligentia † magna non solum sit culpa l. magna negligentia, ff. de uerbo. signifi. sed etiam lata culpa, quæ dolo æquiparatur, l. lata culpa, & ibi gl. in uer. nimia, ff. de cust. exib. reo. & quod Prælatus deponatur propter magnam negligentiam, sicut propter dolum, dicit Card. in d. Clem. & loco desuper allegato. Et prædi-
39 cta procedunt nedum si prælatus † negligat corrigere excessus subditorum, cum inferiorum culpa ordinum ad nullos magis referéda sint, quam ad desides negligentesq; Prælatos, qui multam sæpè nunciant pestilentiá dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam, prout dicit tex. in ca. 1. 86. d. & facientis culpam certe habeat qui quod corrigere potest, negligat emendare; cum non solum facientes, sed etiam qui facientibus consentiunt, participes habeantur per text. in c. facientis ead. d. 86. siue negligat expurgare expurganda. d. c. excommunicamus in fi. de hæreti. siue negligat agros, seu utilitates ecclesiæ, prout fuit prætensum in casu nostro c. sæpè, & ibi optima glo. fin. 12. q. 2. & Fely. in d. c. 1. num. 2. in uer. item si negligentia transit de treug. & pac. ubi etiam dicit tunc negligentiam transire in aliam speciem delicti, & posse Prælatum deponi, & ita intelligi præfatum c. dictum, cum glo. 2. 81. d. & c. cum ad monasterium, §. fi. de statu monach. sed quia in facto minime probatú est aliqua negligentia ipsius Prælati, præfatum monasterium fuisse grauatum, non dico multorum milium ducatorum æris alieni, ac ad extremam egestatem breui redactum, prout in dicta sententia dicitur, prout necesse erat probari, si ex tali prætenso delicto uolebat idem generalis ipsum condemnare, ut est dictum, sed in quauis minima summa, prout ex libris eiusdem monasterij uideri
40 oportet: mario dicta sententia † ex tot causis falsis in ea expressis, & desuper dictis reddi tur euidenter ipso iure iniqua & nulla, pro-
** ut dicit Alexan. & esse magis communem opinionem in cons. 123. num. 7. uolum. 1. & in cons. 81. num. 1. uolum. 2. Ancha. in cons. 207. num. 8. sequitur Dec. in cap. quoniam contra sub num. 158. de probat. Soc. iun. in cons. 39. nu. 25. uolum. 2. & in cons. 18. nu. 4. uolum. 1. quod & prius uoluit Innoc. in c. cum Bertoldus, num. 4. in uer. concessi. de sent. & re iud. & Abb. in cap. inter cæteras, num. 8. eod. Cyn. in l. 1. num. 3. in fin. & ibi Bart. num. 2. in uer. quandoque, C. de erro. calcu. Ioan. de Imo. in c. in præsentia, nu. 46 & seq. de renunt. & Alcia. in cons. 37. nu. 13 lib. 6. ubi fortius dicit id uerum etiam esse, etsi in processu appareret de causa apta, qđ dici non potest in casu nostro, cum nullus fuerit factus processus.

Et cum ex supradictis appareat propterea dictum R. Priorem sic de facto condemnatum, aliquo iuris ordine non seruato, &
41 † spoliatum de dicto Prioratu; merito debet prędictis suo superiori denunciatis eius officio implorato ad eundem Prioratum restitui, ad dicta per Abb. in ca. olim, num. 12. de accusa. Et ista sufficiat me dixisse pro iniustitia & nullitate sententiæ prædictæ, innocentia condemnati, ac illius restitutione, ad laudem indiuiduæ Trinitatis, ac gloriosissimę Virginis matris Mariæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pensionis quæstio, & literarum apostolicarum super ea validitas consideratur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans literas apostolicas debet contenta in eis verificare, si gratiæ beneficio suffragari vult.*
2 *Impetranti onus probandi incumbit, si opponatur expressa in rescripto non esse vera, in tacitis vero opponenti.*
3 *Rescripta ad instantiam partis emanata semper videntur habere clausulam, si preces veritate nitantur, vel si ita est.*
4 *Pensio reseruata clerico cum non esset, dicitur nulliter reseruata.*
5 *Gratia Papæ cum clausula, ut asseris, dicitur subreptitia, nisi ita sit cum illatione, & declaratione, num. 6.*
7 *Literæ ad beneficia subreptitiæ sunt nullæ ipso iure.*
8 *Reseruatio pensionis non fundata in consensu soluere debentis, sed in narratiua falsa factæ Papæ non valet.*
9 *Decretum seu sententia in vim literarum subreptitiarum, est nulla & corruit cum toto processu.*

CONSILIVM XXXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso processu formato super prætensa pensione inter R. Iacobum Vonicum, assertum pensionarium pro illa agentem ex una, & R. D. Bernardinum Rochã Plebanum ecclesiæ de Massenzago, se defendẽtem parte ex altera. Ac uisis literis apostolicis super dicta asserta pensione expeditis, dico breuiter me expediendo, quod dictus R. Plebanus a petita & prætensa pensione debet absolui; Cum narrata & expressa per dictum Iacobum in dictis literis ad talem reseruationem, & gratiam obtinendam non fuerint uerificata, nec probata coram R. D. Iudice executore; prout illa uerificare &
1 probare tenebatur, si gratiæ beneficio† suffragari volebat, ad firmata per Abb. in c. 2, num. 3. de rescript. ubi dicit, quod semper in rescripto emanato ad instantiam partis subintelligitur clausula, si sit ita, id est, si uera narrantur in rescripto: & quòd si opponatur narrata non esse uera, quod onus probandi incumbit impetranti, ut in ca. dudum, num. 8, in uer. quandoque; & nu. 9. de præsumpt. ubi similiter dicit, quod in expressis
2 † in rescripto, seu gratia, si opponatur non esse uera, quod onus probandi incumbat impetranti, in tacitis autem opponenti: quod prius uoluit Ioan. And. in ca. 1. num. 2. præsertim in uer. non esset absurdum, de lit. cõtesta. in 6. quos secutus fuit Berou. in consil. 144. num. 7. volum. 3. Fely. in cap. ad aures, num. 4. in uer. tertia conclusio de rescript. Aegid. decisio. 76. num. 6. & sequen. Veral. decisio. 128. par. 1. Pute. decisio. 245. lib. 1. et propterea semper rescripta † ad instantiã
3 partis emanata, prout in casu nostro, censentur habere illam clausulam, si preces ueritate nitantur; uel, si ita est, ut est dictũ per tex. in d. c. 2. in uersic. uerum, et ibi etiam Abb. d. num. 3. de rescript. et Ioan. And. in præcitato loco in princip. de lit. contesta. in 6. et Tholos. in enarrat. ad tit. de rescript. lib. 1. c. 50. nu. 2. fol. mihi 109.

Et quod dictus assertus pensionarius nõ uerificauerit narrata, & expressa in literis prædictis; & propterea dictæ assertæ literæ reseruationis prædictæ sint subreptitiæ & nullæ; cum non possit negari Papæ falsum expressum fuisse, patet; nam in eisdem inter cætera, quæ etiam erant probanda, narrauit ad inducendum Papam ad concedendum talem reseruationem, & gratiam, quod ipse de facto exegerat dictam assertam pensionem, licet sine legitimo titulo; cum iusto titulo non suffragaretur; cum alias dicta asser
4 ta pensio † fuisset reseruata dicto Iacobo, ut clerico, cum non esset; & sic nulliter; prout dicit Giga de pensio. quæst. 22. num. 8. 12. & 14. et sic dixit esse in quasi possessione illã exigendi: quod apparet expresse ex tenore earũdem literarum in illis uerbis uidelicet,
„ Cũ autem sicuti exhibita nobis nuper pro-
„ parte tua petitio continebat, tu tempore da-
„ tæ posteriorum literarum clericali caracte-
„ re nondum insignitus esses, licet citatus legi-
„ time ad id tunc existeres, & postea illo ritè
„ insignitus fueris, et de facto pensionem præ-
„ dictam exegeris etc. et infra ac pensionem
„ per te, ut præmittitur, indebitè exactam tibi
„ gratiose remittentes, et condonantes tibi

pensionem

pensionem annuam X C. ducatorum eiusdem monetæ prædictã summam L X. duc. auri de Camera similium,uel circiter,ut etiã asseris &c.Quod cum non probauerit,videlicet dictam pensionem exegisse, & sic in quasi possessione exigendi de facto esse licet non de iure,quod gratia sit subreptitia, tenet Rot.in decis.77.alias 727. de rescriptis in antiq. ubi dicit, nota, quod si ponatur in supplicatione alicuius, supplicando Papam de aliquo beneficio vacãte,uel de alia re, &
5 ponatur per Papam,ut asseris,tunc talis gratia reputatur subreptitia,nisi ita sit: & quod ita seruetur,& ita uoluit eadem Rot.in eod. tit.decis.60.num.1.quam secutus fuit Thos.in enarrat.ad tit.de rescript.lib. 1. c.50. nu.2. in uer. obseruamus.& antea dixit Felyn.sequendo Rot.in cap.iurauit.num.1.de probatio.ad quod facit illud,quod dicit Giga.in d.q.22.num.9. vbi dicit, quod quando falsa demonstratio dat causam concessioni,tunc,esto,quod de corpore constaret,dispositio tamen non ualet.

Et propterea dicta subreptione assertarũ literarum reseruationis stante,cum simus in
6 gratiosis, † non est dubium illas corruere,& nullam esse dictam reseruationem ipso iure, & minime dictam assertam pensionem per dictum R. Plebanum asserto pensionario deberi per Clem.1.post princip.in illis uerbis videlicet,gratia huiusmodi ueluti subreptitia nullius penitus est momenti, de præben.cap. ad audientiam el 2.& ibi latissimè Felyn.sub num.22. ubi de communi de rescript.& Bero. in cons.13.num.13.uolum. 1.& in cons.144.num.4. uolum.3. Verall. in decis.7.num.2.& decis.135.num.4. par. 1.vbi dicit ita in Rot.fuisse tentum: & quod
7 literæ † ad beneficia subreptitia ipso iure sint nullæ dicit Abb.in c. cum in nostris,nu. 11.Anto.de Butr. num.5. & Imol. num.6. de concessi.præben. & quod de stylo curiæ literæ reseruationis pensionis regulentur prout literæ beneficiales,dicit Giga.de pensio.q.vltima num.13.Et ideo exceptio data quod plebanus nunquam soluerit pensionẽ de qua agitur,& pars aduersa dixerit ad obtinendam gratiam, & ad remouendum obstaculum regulæ de consensu præstando, quod illam exegerit de facto in suis literis apostolicis, ut Papa dictæ regulæ derogaret,prout derogauit, ex quo illa uerificatur ex tenore literarum in actis productarum, debet retardare omnem solutionem, literis ipsis in hac parte fundamentali nõn uerifica
8 tis, † cum reseruatio præfata non sit fundata in consensu eiusdem Plebani, sed in narratiua falsa facta Papæ,latè Cassad.decisio. 10.per totum de rescrip.Pute.decis.34.lib. 1.& Gomes.in compendio signat.in uersic. cõfirmatur,fol.mihi 530.& fol.532.in uer. præterea quod procedit etsi adesset commissio,qui uideretur de nullitate reseruationis sine retardatione &c. quia nihilominus talis retardatio fieri deberet ad dicta per dictos Doctores.

Et propterea si aliquod decretũ,seu sñia fieret in uim assertarũ literarũ subreptitiarũ ad fauorẽ asserti pensionarij cõtra dictũ R.Plebanum per executorem illis executionem dando,nullum seu nulla esset, & cor-
9 rueret cum toto processu, † prout optimè firmat idem Giga.d.q.ultima num.14. Fel. in c.fi.num.39.& seq.de præsumpt.d.capit. cum in nostris & ibi Anto. de Bur. num.5. Abb. num.11.& Imol.num.6. de concess. præben.

Et ita iuris esse censeo; & iudicari obtinui per Locumtenentem Auditoris Cameræ,& in Rota.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Raptus materia exactissime tractatur ad impugnandum matrimonium,cum rapta sub aliena potestate existente,etiamsi illa consentiat.

SVMMARIVM.

1 *Aspectus,& corporis statura probant ætatem,donec contrarium probetur.*
2 *Lex veneta quomodo prouideat circa extractionem minorum existentium sub aliena potestate.*
3 *Minor etiam effecta maior dicitur sub eadem potestate Venetijs,donec fuerit extracta per officium curiæ Petitionum*
4 *Verbum,illico,statim, & huiusmodi quoties apponitur a lege,non exigitur sententia.*
5 *Puella existens sub aliena potestate rapi non potest, etiamsi ipsa raptui consentiat,seu adductioni, & qua pœna illam abducens teneatur. num.6. & 7. ratio assignatur,num. 8. quo casu qualiter puniatur raptor, num.9.*

10 Lex

10 *Lex quibus moueatur ad imponendam pœnam ordinariam raptus.*
11 *Rapiens virginem sub aliena potestate existentem sponte consentientem qua pœna puniri debeat.*
12 *Confessio diuidi non potest.*
13 *Confessio puellæ quod sponte iuit cum abducente, vt illum haberet in maritum, nihil operatur, & assignatur ratio, nec excusatur raptor, etiam si sequutū sit matrimonium, nu. 14. nisi raptum præcesserit tractatus matrimonij, vel sponsalia, nu. 15.*
16 *Consentire actui quis præsumitur propter affectionē & amicitiam, cui alius in dubio præsumeretur contradicere, si non extaret illa affectio, & amicitia.*
17 *Testis deponere debet de his, quæ certitudinaliter nouit & uidit, non autem de suo indicio, seu credulitate, cum declaratione, nu. 18. & 19.*
20 *Testes sufficit iuris præsumptione in suo dicto & ratione concludere, vt probent.*
21 *Testes deponentes in consonantiam iuris communis dicuntur verisimiliora deponere & nu. 22.*
23 *Lex resistit mulieri, ne raptui se exponat.*

CONSILIVM XXXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa D. Simeonis Rotæ, uti fratris, ac tutoris, & gubernatoris D. Ioannetę Rotæ eius sororis in iudicio interuenientis, contra Hieronymum pro parte sua querelatum de raptu per eum commisso in personam eiusdem Ioannettæ, siue illius abductione, dum reperiretur in domo D. Iosephi Zannellæ eius patrui in hac ciuitate Paduæ. Visis ac bene consideratis, & discussis processibus coram Illustrissimis DD. Potestate & Capitaneo eiusdem ciuitatis su per eodem raptu, seu abductione factis, ac testium dictis, & statuto Venetiarum, & illius correctione circa tutelas disponen. mihi uidetur dicendum aperte constare de dicto delicto raptus, seu abductionis commissi in personam dictæ puellæ per dictū Hieronymum, quia constat ex dicto processu d. Ioannettam esse sub tutela, & gubernio dicti Simeonis eius fratris, prout patet instrumento deputationis de eius persona factæ per Clarissimos DD. iudices Curiæ Petitionum Ciuitatis Venetiarum, cuius ciuis est, & originaria, nec a dicta tutela etiam finito anno decimoquarto ipso iure fœmina eximitur, seu liberatur vigore legis correctoriæ, de qua infra dicetur; licet testes deponant in casu nostro super 1. cap. ipsam Ioannettam esse ætatis annorum tresdecim, uel circa, iuuenem simplicem, bonam, & credulam, prout deponit prima testis d. process. fol. 48. Secundus testis fol. 55. quartus fol. 60. Sextus, fol. 65. Septimus fol. 69. & Octauus fol. 73. ter.

Qui quidem testes per rationes, quas allegant de suo aspectu & corporis statura, & qualitate probant ipsam esse talis ætatis, sal
1 tem † donec probetur contrarium, ad dicta per Bal. in cons. 219. num. 2. & sequen. vol. 4. & Syluest. Aldobr. Instit. quib. mod. tut. fini. num. 7. & sequen. sed requiritur factum hominis antequam liberetur a tutela, idest decretum, seu sententia Clarissimorū DD. Iudicum præfatæ curiæ Petitionum,
2 † & ipsa instante, ipsam a tutela & gubernio liberent, prout cauetur ex dispositione legis correctoriæ factę tempore Serenissimi Ducis Ciconeæ ad l. 1. lib. statutorū Ciuitatis Venetiarum de anno 1586. in actis product. per illa uerba uid. § L'anderà parte, che restando in reliquis fermo & ualido il statuto p̄detto sia preso, che de cętero nō possi esser dall'officio di petition leuado di tutela il maschio, se non finiti gli anni sedici, e la femina quatordici.

Et sic patet, quod etsi dicta Ioannetta tēpore raptus, seu abductionis, fuisset dictę ætatis, seu compleuisset decimum quartum annum, prout audio dici per partem aduersam constare testimonialibus Plebani Sancti Paterniani Ciuitatis Venetiarum, cum in eadē ecclesia fuerit baptizata dicta Ioannetta; quod nihilominus adhuc est sub tutela, & gubernio dicti Simeonis eius fra-
3 tris, † cum a dicto officio non fuerit liberata, seu extracta per ea, quę latè firmat idem Aldobr. in loco citato, Instit. quib. mod. tutel. finia sub num. 15. super ver. illico, ibi in tex. apposito, illud ponderando post Angel. ubi dicit, quod adueniente pubertate propter illud uerbum illico, ipso iure sine facto hominis finitur tutela, cum quotiescunque
4 lex † apponit uerbum illico, statim, & huiusmodi, tunc non exigatur sententia per text. in Authen. de incest. nupt. §. 1. ubi gl. in uer. imminere. ad notat. singulariter per Bart. in l. Imperator, circa medium, ff. de iure fisci, vbi pon-

vbi ponderat ad excludendum prolationē
sententiæ, si lex utatur in sua dispositione
verbo, mox, vel incontinenti, uel statim, &
similibus, & in l. 1. num. 2. ff. judic. solui. &
optimè idem Barto. in l. Meuius, §. duobus,
sub num. 25. omnino viden. ff. de lega. 2. ubi
inter alia dicit, quod si lex utitur uerbo futu
ri temporis, prout in casu nostro utitur lex
correctoria, de qua supra, & non adfuerit
verbum mox, statim, uel similia, quod senten
tia expectatur, & latè idē firmat etiam Cre-
mens. in sing. 7. per totum, & Bar. in locis de
super citatis secutus fuit Ias. in §. rursus, nu.
17. Instit. de actio. Angel. in Auth. de nupt.
§. si verò expectet num. 2. & in cons. 371. ad
fi. in uer. & glo. exponit, per quas auctorita-
tes idem Aldobr. concludit in loco desuper
citato aliquam declarationem judicis non
requiri, tutelam esse finitam, & eodē modo
statim initium accipere pubertatem: quod
ante eum ibidem sub nu. 2. firmauit Angel.
quod & similiter ibidem tenet Missing.

Cum igitur in casu nostro in dicta lege
correctoria non solum non dicatur, quod si
nita ætate in fœmina decimiquarti anni, &
in masculo decimisexti, intelligatur facta
pubes, & absque facto hominis libera sit a
tutela, sed etiam disponatur, quod dictum
officium eam liberet, quod facere solet cau-
sa cognita per decretum, seu sententiam, ut
est dictum; remanet resolutum per auctori-
tates desuper abductas, dictam Ioannetam
& tempore raptus, & in præsenti fuisse, &
esse sub tutela & gubernio dicti Simeonis,
& per consequens fuisse a dicto Hierony-
5 mo raptam, † etsi ipsa uoluerit, & consense-
rit rapi, seu adductioni, per l. raptores, C. de
episcop. & cle. & l. 1. C. de rapt. virg. propter
verba in fine dictarum legum posita, volenti
bus, siue nolentibus; prout expressè firmat
Carreti. in sua prax. crim. in uer. secundo ca
su principali contrahitur hoc crimen raptus
sub num. 7. fol. mihi 175. ubi dicit; quod si
rapta est sub potestate alterius, veluti patris,
mariti, tutoris, & curatoris, etsi consentiat ra
pi; quod nihilominus raptor tenetur pœna
d. l. 1, C. de rapt. virg. quæ ita loquitur, cum
tunc siue uolente, siue nolente contrahatur
raptus; & ex tali raptu iniuriemur parentes,
& prædicti: & ideo quod possunt accusare;
& raptor pœna dictæ legis tenetur; præser-
6 sertim cum fuerit carnaliter † cognita a d.
raptore, prout latè constat ex processu. Cla.

§. raptus, num. 4. & Anto. Thesau. decis. pe-
demonta. 217. num. 1. & quod talis raptor
teneatur pœna d. l. firmat Marf. in eadem l.
1. num. 23. C. de rap. virg. Mathesi. in singu.
99. num. 2. & Abb. in c. cum causa, nu. 4. de
rapto. vbi dicit inter alia, quod quantumcū-
que puella raptui consentiat, quod nihilomi
nus quoad parentes raptus committitur, per
tex. in c. de raptoribus 36. q. 1. & ita in facti
contingentia respondit Mariu. Anguis. per
multas auctoritates, & rationes, quas alle-
gat in cons. 33. per totum. Et uoluit Ludou.
Piguer. q. crim. c. 43. num. 3. 4. 5. & 6. & ita
determinauit Alberic. dicendo hanc esse cō
* munem opinionem in d. l. raptores. num. 6.
& conclusiuè num. 7. C. de episco. & cle. vbi
dicit quod siue ab initio, siue ex post facto
probetur, quod mulier consensit raptui, talis
7 confessio † non admittetur, & habet locum
pœna illius legis: quia iuris præsumptio est
quod libera uoluntas non fuerit, sed causa-
ta ab insidijs raptoris per d. l. 1. C. de rap.
virg. & eum sequitur Cla. in §. raptus, num. 3.
vbi similiter dicit de communi: & hanc esse
* Communem opinionem, quod raptus com
8 mittatur etiam si † mulier uoluerit rapi, cū
non præsumatur a iure uoluntas libera, & si
mulier ita dicat, sed coacta, dummodo sit in
potestate patris, mariti, tutoris, & similium,
firmat latè Mascard. de probatio. conclusio.
1259. incipien. si furtum num. 26. 27. 28. &
seq. & Abb. in prædicto loco secutus fuit
Decia. in suo tracta. crim. ca. 7. num. 21. lib.
8. volum. 2. dicendo tamen raptorem non
esse pœna ordinaria puniēdum, sed extraor-
9 dinaria iudicis arbitrio, † dummodo probe
tur de voluntate mulieris raptæ, quod rapi
voluerit, seu abduci a raptore, aliter quàm
per propriam confessionem raptæ, cum illa
non sufficiat, & ibi numero 22. tradit, quo-
modo sit probandū de tali libera uoluntate:
10 cum lex † moueatur propter duo ad inferē
dam pœnam ordinariam raptus, prout ipse
dicit; & quia rapta muliere inuita fit iniuria
ipsi mulieri raptæ, quæ cessat, si probatur de
sua libera uoluntate: & quia parentes iniu-
riantur; quæ non cessat ob uoluntatem mu-
lieris, & propter hoc dicit esse minuendam
pœnam, cum in parte cesset ratio pœnæ; &
ita dicit etiam uidisse in practica passim ob-
seruari. Et hanc partem, quod talis rapiens
uirginem sub potestate, & gubernio patris,
tutoris, vel mariti existentem, & sponte cō-
sentien-

sentientem abductioni, quod raptor debeat pu-
11 niri pęna extraordinaria, † sequēdo Marsil. in consil. 61. num. 21. & sequen. & Boss. infra allegan. & ita vidisse per Senatum Pedemont. obseruari considerata qualitate personarum, abducentis, & abductæ, ac suæ familiæ respectiuè in imponendo talem pœnam, firmat Anto. Thesau. decisio. 217. num. 7. & ita etiam fuisse iudicatum per Senatum Lucen. sic limitando Statutum Lucense imponens pœnam mortis raptori, cum constaret ex confessione qualificata raptoris, qui confessus fuit deueniendo ad actum, non tamē consummatū, quod volebat deosculari quādam iuuenem, & illam de sua voluntate rapere, seu abducere; aliter non constando in processu de dicta voluntate rapiendi, nisi
12 per suam confessionem, vnde eius † confessio diuidi non potuit; & talis qualitas, quod illa iuuenis consentiebat abductioni, habita fuit pro probata, firmat Ioseph. Ludoui. decis. Lucen. 19. vbi in fine subdit, ipso referēte, quod pœna ordinaria d. statuti non erat condemnandus, & Senatum dictum iuuenē condemnasse, vt eidem darentur duo ictus funis in publico, & quod postea transmitteretur ad triremes per quinquennium; & ita dicit fuisse executum. Et quod talis rapiens debeat condemnari tantum pœna extraordinaria, si certo constaret, quod mulier raptui, seu abductioni consensisset; voluit ante eos Bossi. in tit. de rap. mulier. num. 7. & hāc opinionem amplector tāquam magis æquā, & mihi magis amicam, licet certe mihi non videatur probari, quod sua libera voluntate dicta Ioannetta fuerit rapta, seu consenserit abductioni de se factæ per dictum Hieronymum, cum aliunde non constet, nisi ex sua confessione in suis constitutis facta, dicendo quod sua sponte iuit cum d. Hieronymo, vt haberet ipsum in maritum; nullo tamen præcedente tractatu matrimonij, nec sponsalibus inter ipsos. Vnde credi non debet, & nihil videtur operari talis confessio
13 † post raptum facta, seu dictam abductionē, alijs probationibus cum ea non concurrentibus, imò in contrarium existentibus, vt infra dicetur, cum habeat præsumptionem iuris contra, & semper præsumatur decepta, & seducta, vt est dictū, per auctoritates adductas; quibus addo Abb. in d. c. cum causa num. 4. de rapto. & in c. 1. num. 2. de adul. & sic ei non creditur, prout dicit expressè Bossi. in d. tit. num. 7. in versi. sed difficile esset; & dicit Mari. Anguis. in d. consil. 33. in princip. & conclusiuè. num. 9. & 10. & ante eos voluit Bal. in l. penul. nu. 4. in ver. secus in raptore, C. de fideius. & facit idem Bal. in l. 1. num. 2. C. de collus.

Et quod dictæ mulieri raptæ non credatur asserenti de sua voluntate raptam fuisse,
14 seu abductam, nec excusetur raptor, † etsi secutum esset matrimonium, quod dici non potest in casu nostro inter ipsos, dummodo non præcessissent antea tractatus matrimonij inter raptum & raptam sponsalia, respondit Barbat. in cons. 71. in princip. & num. 1. & seq. & num. 8. volum. 2. & tradit Afflict. super constitu. regni sub rub. 19. num. 13. in uer. sexto quæro, & num. seq. lib. 1. quem secutus fuit idem Ludoui. a Piguer. q. crim. c. 42. nu. 5. 7. & 8. vbi etiam facit mentionem de dispositione Sacri Concilij Tridentini. cap. 7. sessio. 24. de reformat. matri. & hanc ** esse magis communem opinionem, quod
15 raptor non euitet † pœnam iuris ciuilis, etsi raptam ducat in uxorem post raptum, cum non præcesserit antea tractatū matrimonij, vel sponsalia, nō obstante c. penul. de raptoribus & c. 1. & 2. de adult. quæ habent locū in terris ecclesiæ, non autem in terris alterius dominij temporalis, prout nos sumus, firmat late Anto. Gomes in l. 80. tauri. num. 6. & conclusiuè num. 7. quod ante eos retulit Paul. de Castr. in d. l. raptores, C. de episcop. & cler. dicens glo. & Docto. ibi intelligere illa iura habere locum in foro ecclesiastico, uel in terris, in quibus ecclesia habet temporalitatem, a qua opinione tamen discedit in casu, quod contraheretur matrimonium etiam de cōsensu parentum raptę; dicens sic consuluisse: & propterea euasisse quendam in ciuitate Mantuæ a pœna mortis. Et quod tali confessioni mulieris sic post præfatum raptum factæ non credatur, si cū ea alia non concurrant, tradit latè Decia. in præcitato capitu. 7. num. 22. & seq. libro 8. uolumine 2.

Et quod contra talem confessionem factam per dictam D. Ioannettam, quod consēserit raptui seu abductioni cōcurrant indicia, ut dixi, apertè apparet, nam in processu probatur per plures testes super quinto articulo & sexto deponentes, quod dicta Ioannetta, ut vulgo dicitur si faceua l'amore con Bernardino fratello de Girolamo, e non cō Girolamo,

Girolamo, ‖ prout deponit Lucia prima teſtis pro parte dicti Simeonis inducta dicto proceſſu fol. 49. & fol. 50. ſecundus teſtis fol. 52. ter. & ſeq. & fol. 53. ter. tertia teſtis fol. 57. & ter. ſextus teſtis fol. 66. ter. ſeptimus teſtis f. 71. vndecimus teſtis fol. 81. & ter. & Ioſeph q. Petri fol. 113. omnino uiden. & ſic ſicut propter affectionem & ami-
16 citiam præſumitur quis conſentire † actui, cui alias in dubio præſumeretur contradicere, ſi non extaret illa affectio, & amicitia, prout dicit in caſu raptus Alex. in conſ. 1. num. 16. in fi. volum. 3. quem ſecutus fuit Crauet. conſ. 237. poſt princip. in uer. imo præſumitur. & Decia. d. loco, & num. 22. ſic quoque a contrario ſenſu cum ipſa Ioannetta adamaret prædictum Bernardinum, & non Hieronymum; non præſumitur talem conſenſum præſtitiſſe, ut a præfato Hieronymo raperetur, ſeu abduceretur, tale ſcelus committendo, ſtante maximè ſua tenera ætate, & ſimplicitate, prout teſtes deponunt.

Conſtat etiam & de alio indicio contra eius cõfeſſionem militante, videlicet, quod ipſa antea non conſenſerit rapi, ſeu abduci a dicto Hieronymo; imò & probatur, quod fuerit ſeducta, ex quo per plures teſtes ſuper nono articulo deponentes probetur, quod ſtatim, quod dicta Ioannetta fuit rapta, ſeu abducta per dictum Hieronymum de domo d. D. Ioſephi propter eius tenerã ætatem, & ſimplicitatem hanc rationem aſſignando ab omnibus fuit iudicatum & tentum, quod fuerit, ut vulgo dicitur, uno aſſaſſinamento, prout deponit d. proceſſu Lucia prima teſtis pro parte dicti Simeonis inducta, fol. 51. ſecundus teſtis fol. 54. tertius teſtis fol. 58. ſeptima teſtis fol. 72. & ter. octauus teſtis fol. 75. ter. & nonus teſtis fol. 80. & a ter. aliqui etiam deponendo, quod dictus Hieronymus talem raptum commiſerit, ut vulgo dicitur, per la robba: ex quo per plures teſtes etiam probatum fuit ‖ che ſi diceua, che detta Zanetta haueria hauuto tre o quarto milia ſcudi di dote per la morte del padre. ‖ Tertia teſtis fol. 55. ter. ſexta teſtis fol. 65. ter. ſeptima teſtis fol. 70. octauus teſtis f. 74. & decima teſtis f. 79. & ter.

Qui quidem primi teſtes licet prima facie non videantur probare, cum deponant de eorum iudicio, ſeu credulitate, qui regu-
17 lariter non probant; cum teſtis † debeat deponere de his, quæ certitudinaliter nouit, & uidit, prout dicit Fely. in ca. quoties ſub nu. 7. & ibi Miſſing. num. 16. de teſtib. c. relatũ, ante fi. 5. q. 2. cap. teſtes 3. q. 9. & dicit Iaſ. in rub. ff. de iureiur. ſub nu. 2.

Tamen bene probant in caſu noſtro; & primo quia ſic deponunt de eo, quod eſt difficilis probationis, prout in caſu noſtro ad
18 probandum voluntatem mulieris, † cenſuit Marſi. d. conſ. 61. num. 26. in fin. & ſeq. quo caſu admittitur. Et iſta eſt una de octo fallentijs datis a Iaſ. dictæ reg. in d. rub. ſub num. 5. ff. de iureiur. & dicit Miſſing. in d. c. quoties, ſub num. 18. de teſtib. ultra quod adducant rationem: ad quod facit Marant. conſ. 129. num. 7.

Secundo probant, quia regulare eſt per coniecturas, ſeu præſumptiuas probationes probari illud, quod de ſui natura eſt diffici-
19 lis probationis, † cum tunc lex coniecturatis probationibus ſit contenta, prout latè firmat idem Iaſ. in l. cum ea, ſub num. 5. per totum, C. de tranſact. Calcan. conſ. 8. num. 8. Gram. in conſ. 50. num. 15. et ſeq. in ciuili. Bal. in Auth. quas actiones, num. 18. in uer. item ratione, C. de ſacroſan. eccleſ. Alexan. in conſ. 64. nu. 5. uolum. 1. et in conſ. 24. nu. 6. et 20. uol. 2. Marſi. d. conſ. 61. num. 26. et
* hanc eſſe communem opinionem dicit Purpur. in l. cum fundus, §. ſeruum ſub num. 65. ff. ſi cert. peta. latè Maſcar. in tracta. de probatio. concluſ. 1304. num. 11. uol. 2. et latiſſimè Rodoan. in tracta. de ſimo. cap. 6. nu. 24. et ſequen. par. 4.

Tertio, quia ſufficit teſtes iuris præſumptione in ſuo dicto, et ratione concludere
20 ad hoc, ut probent, † prout firmat Felyn. in c. quia ueriſimile, nu. 6. de præſump. et in ca. cauſam, ſub nu. 6. de teſtib. Alciat. in conſ. 6. num. 28. lib. 1. quod prius uoluit Bar. in l. 1. num. 16. ff. ſi cert. pet. Ant. de Butr. in cap. per tuas, num. 8. qui fil. ſint leg. et quod ſufficiat teſtes concludere in eorum dicto a cõmuniter accidentibus ad hoc, ut probent; prout concludũt in caſu noſtro; cum raptus regulariter fieri ſoleat abſque conſenſu raptæ, prout ſonat uerbum ipſum, raptus; et ponderat Anto. Theſaur. dicta deciſ. 217. nu. 3. in uer. contra. et quod ſufficiat teſtem ad hoc, ut probet, concludere in ſuo dicto, a communiter accidentibus tenet Veral. deciſ. 270. nu. 31. par. 3.

Et per hoc dicti teſtes ueriſimiliora dicantur deponere, quàm non deponit dicta Ioan-

Ioannetta in eius constituto, cum deponant
21 in consonantiam iuris communis, † & illius quod d. l. 1. C. de rap. virg. præsumit, prout ca uetur in fine in illis uerbis, uidelicet, quia hoc ipsum velle mulierũ ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere, prout latè firmat Fely. in c. in nostra sub num. 3. de testib. quod prius uoluit Innoc. in c. auditis, num. 4. circa medium de præscriptio. Gozzad. in cons. 79. num. 11. ad fi. & uoluit Petrus de Anch. in cons. 283. iure statutorum, num. 4. Gabr. in suis Conclus. in tit. de testi. conclus. 4. num. 29. & idem Petr. de Anch. in c. 1. num. 5. de præscriptio. in 6. & omnes Doct. sequi Innoc. in loco supradicto voluit Paris. in cons. 67. nu. 113. uol. 3. & in consil. 88. num. 33. eod. uol.

Et propterea non est dubium tales testes esse præferendos dicto, & attestationi dictæ Ioannettæ, quæ confessa fuit contra iuris præsumptionem non fuisse seductam, nec ab aliquo solicitatam, ut rapi cõsentiret, seu abductioni prædictæ per dictum Hieronymũ factæ, tanquam uerisimiliora deponentes, cum in consonantium iuris communis, ut
22 est dictum, deposuerint, † prout dicit sic tenere omnes Fely. in d. c. in nostra sub nu. 3. de testib. & Paris. d. cons. 67. num. 112. & in cons. 88. uolum. 3. & Gozzad. in consil. 79. num. 13. & per hoc non fit dubitandum dictæ eius confessioni non esse standum, ex quo non est uerisimilis per supradicta, & cõiecturæ sint in cõtrarium, prout dicit Barba. in d. cons. 71. num. 7. in uersic. etsi dicatur, volumine 2.

Nec illud prætermittendum est dictum Hieronymum confessum fuisse in suo constituto, quod dictam Ioannettam non petijt sibi dari in uxorem a d. D. Iosepho Zannella, quia ex quo non erant multum amici, putabat ipsum esse denegaturum illam dandi. Ex quo dicto duo fundamenta eliciuntur; & quod nullus præcessit tractatus illam in uxorem habẽdi, & quod illam rapuerit, per ea, quæ supra dicta sunt. Vltra quod etiam infringatur dictum dictæ Zannettæ ex pluribus contrarietatibus, quæ uideri possunt inter suum constitutum, & constitutum Hieronymi & Bernardini, prout animaduertere potest excelentissimus D. Iudex pro sua prudentia. Et isti sufficiat me dixisse, cum non intendam consulere, ut locus pœnæ ordinariæ sit, sed tantum extraordinariæ ut supra dixi, ad quam non deuenitur nisi in casu, quod probatum sit per raptorem raptã mulierem sub potestate alterius existentem raptui, seu abductioni, antequam raperetur seu abduceretur, consensisse: cum etsi cõsenserit adhuc illis, sub quorum potestate est, cum parentum iniuria rapta fuerit; & per hoc extraordinarie sit puniendus raptor, ut supra firmatum est: imò & lex resistat mulie-
23 ri, quoad se ne raptui se exponat, † prout dicit Abb. in d. cap. cum causa nu. 4. in prin. desuper allegat. de raptorib. & fuit condemnatus per triennium ad triremes.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM Est sibi ipsi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recollecti ante obitum prælati, & non exacti ad quem pertineant tam ex forma bullæ, quã de iure communi.*

CONSILIVM XXXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluendo dubium datum per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Nuntium in causa uertente inter Illustrissimum & Reuerendissimum D. Episcopum Modernum Adrien. agentem ex una. & Reuerendum monasterium Carmelitarum hæredem olim Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi similiter Adrien. prædecessoris
1 uidelicet, an fructus † non exacti a d. Reuerẽdissimo prædecessore, cum ad ipsum spectarent, cum essent recollecti ante sui obitum, & pro illis exigendis nata esset actio, an debeantur successori, uel potius hæredi prædecessoris prædicti, & sic d. monasterio, dico deberi successori Episcopo, & non hæredi præfato per allegatam Bullam felic. recor. Iulij Papæ Tertij in suo ordine 9. in illis verbis

verbis videlicet, Licet postquam &c. vbi Papa dixit quod licet postquam fructus & pecuniæ bonorum ecclesiasticorum peruenerint ad manus Episcoporum &c. Et inter alia eorũ bona cõmiscuerint, & incorporauerint, censeantur per eos acquisitos, & acquisit. ita ut de illis, sicut de bonis proprijs possint libere disponere (dummodo alias habuerint facultatem de proprijs bonis a Sede Apostolica disponendi) subdit tamẽ propterea, quod si dicti fructus, et pecuniæ realiter, et cum effectu non fuerint exacti et incorporati inter alia eorum bona per Episcopos etc. et alios beneficiatos, sed reperiantur penes illos, qui tales fructus debent dare, seu pecunias persoluere, uoluit, et mandauit semper dictos fructus debere censeri ecclesiasticos, et ad ecclesiam pertinere, cui præsunt, et idem repetit in dispositiua eiusdẽ Bullę in illis uerbis, uidelicet, fructus etc. ac pecunias etc. et res alias etc. et cum eadẽ Bulla concordat etiam ius commune c. quidam in fi. 75. dist. et c. illud 12. q. 2. et Rom. in cons. 259. nu. 3. et idem dicitur in eadem Bulla, in qua leguntur infrascricta uerba, uidelicet, et propterea iuri non congruè, ut ipsi Beneficiati de rebus certis ipsarum ecclesiarium, quæ omni iure alienari prohibentur, disponere etiam in eorum ultima uoluntate possint, nec ipsis beneficiatis, etiam epi scopis, Archiepiscopis Patriarchis, & alijs, ac Cardinalibus per tempore defunctis, eorum hæredes, qui ut plurimum sunt laici in præiudicium successorum Beneficiatorum fructus &c. ac res &c. & pecunias inexactas huiusmodi os boui trituranti alligando, exigant. Et ista sufficiat me dixisse pro præfati dubij resolutione; & ad demonstrandũ præfatos fructus tempore obitus præfati q. R. D. Episcopi prædecessoris ad mensam episcopalem pertinentes ad successorem pertinere, non ostãte quòd Reuerendissimus Antecessor actionem haberet tempore sui obitus illos exigendi, et suis proprijs bonis incorporandi per supradicta.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Nullitatis sententiæ materia ex pluribus capitibus discutitur. Subreptionis commissionis super transactione annullanda factũ enucleatur. Testium materia super matrimonio, & legitimitate copiose tractatur. & de arboris consanguinitatis validitate. Et sup. cons. 4.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secundæ instantiæ vel tertiæ, qui habet iurisdictionem, & coram quo partibus citatis, seu alias legitime processum fuit, constito sibi de bono iure illius, ad cuius fauorem lata fuit sententia, potest illam confirmare licet nullam.*

2 *Separatorum separata est ratio.*

3 *Vicarius successor potest cognoscere de causis delegatis suo antecessori, absque noua commissione, & declaratur, adiecta ratione.*

4 *Decreti interponendi in actibus minorum ratio finalis quæ sit.*

5 *Iudex ecclesiasticus non habet iurisdictionem interponendi decreta in actibus minorum.*

6 *Iustitiam in causa ministrare litigantibus aliud est, & aliud renonciationem & litis cessionem confirmare.*

7 *Commissionis verba strictè interpretãtur, & ab eis recedi non potest.*

8 *Decretum interpositum absque causæ cognitione redacta a notario in actis, vel enunciata per ipsum notarium, est nullum.*

9 *Nullum quod est, nullum præstat impedimentum.*

10 *Decretum a iudicibus super aliquo instrumento, nedum simplici renunciatione interpositum non præstat impedimentum petenti restitutionem in integrum aduersus illud.*

11 *Iactare suum nemo censetur.*

12 *Commissio quando dicatur subreptitia & obreptitia.*

13 *Minori a iure regulariter statutum est quadriennium ad petendum restitutionem in integrum, quid si enormissime læsus fuit, & qd in ecclesia. ibi. nu 19*

14 *Iuribus naturæ, & legitimitatis renunciare non pendet a voluntate renunciantis.*

15 *Confessio contra libertatem non valet.*

16 *Legitimitas non dependet a consensu partium, & assignatur ratio.*

17 *Protestatio nullitatis clandestine, & in absentia partis facta quando valeat.*

18 *Renuntiatio facta contra bonos mores non tenet, & qualis sit.*

20 *Pauperes & ecclesia pari passu ambulant quoad priuilegia.*

21 *Libertas est res inæstimabilis.*

22 *Iudex laicus non est competens quoad iudicium legitimitatis.*

23 *Acta facta coram iudice temporali, & testes coram eo examinati inter easdem personas, faciunt fidem coram iudice spirituali.*

24 *Testis dictum coram iudice ecclesiastico valet & tenet, si se referat ad examen factum coram laico, & non opponatur.*

25 *Testis super eodem interrogatus debet dicere coram competenti iudice illud idem, quod deposuerat coram incompetenti.*

26 Bannitus exemptus de banno potest confirmare illud quod prius nulliter in iudicio fecerat.
27 Absolui quis non potest a iuramento præstito in instrumento, absque partis citatione.
28 Interpretatio vera sumitur a practica, a qua recedi non potest, cum sit optima legum interpres.
29 Sententia lata contra notoriam consuetudinem, nec contra stylum valet.
30 Absolutio a iuramento, etiam parte non citata, est bona, & tenet.
31 Negatiua quomodo probetur.
32 Testes de auditu auditus non probant, licet soleant facere præsumptionem.
33 Probationes reprobatoriæ debent esse manifestæ, & indubitatæ.
34 Testes vt probent inimicitiam, quid requiratur.
35 Testi singulari & vnico non est credendum.
36 Confessio extraiudicialis alicuius facti qualiter probetur.
37 Iniuria vt repellat testem a testificando cõtra iniuriantem, qualis esse debeat.
38 Exceptio inimicitiæ procuratæ reijcitur & assignatur ratio.
39 Concubinatus vt testem repellat, quid requiratur, & num. 69.
40 Tempus depositionis, & iuramenti præstiti attenditur in teste.
41 Testis a parte productus probat plenè contra eam.
42 Exceptio obiecta testi debet concludere in tempore depositionis, & iuramenti, alias non releuat.
43 Irregularitas non inhabilitat testem clericum, quin possit testificari contra parem in ordine, vel minorem, & fortius contra inferiores se, vt sunt laici, & nu. 68.
44 Argumentum a communiter accidentibus valet.
45 Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.
46 Prælati inhabilis gesta valent, concurrente eius quasi possessione, auctoritate, tolerantia superioris, ac communi errore tã in foro iudiciali, quam in pœnitentiali.
47 Officij sui ratione quod quis facit, tenet, etiam si sit in famis, donec sit priuatus, & ibi plura de hoc.
48 Viceplebanus dicitur verus prælatus, cui in pertinentibus ad eius officium creditur, sicut plebano, præsertim vbi tractatur de probãdo matrimonio, n. 49
50 Scriptura dubia, seu ambigua, vel dictum testis interpretari debet contra producentem.
51 Examen testium non potest alteri committi, vbi est electa industria personæ.
52 Notario asserenti de commissione sibi facta pro testibus examinandis non creditur absque testium præsentia.
53 Testes duo si sint contrarij, & vnus non reddit rationem sui dicti, & per hoc non valet, non ob id dicitur alteri contrariari.
54 Bar. dictum circa testium examen, in l. ij apud quem in 1. lect. nu. 12. declaratur.
55 Instrumentũ nullum non probat redacta in eo, nec fidem facit, sed aliud de eo probari debet.
56 Paupertas non inhabilitat testem, dummodo alias non sit turpis persona, & nu. 59.
57 Opponens in excipiendo efficitur actor, & nu. 61.
58 Personæ bonitas præsumitur, nisi aliud probetur.
60 Inimicitia capitalis, vel quæstio capitalis quæ dicatur ad testem repellendum.
62 Confessio in causa matrimonij probari potest per vnum testem, nu. 82.
63 Testium dicta sunt iuuanda & supplenda, non cauillanda, imò concordanda, & illorum verba improprianda, si opus esset, ne corruant, cum non subtilitates iuris capiant.
64 Confessioni alicuius tractantis de se exonerando credi non debet.
65 Matrimonium quomodo probetur per simplicẽ confessionem coniugum.
66 Matrimonium ante Concilium Tridentinum qualiter contrahebatur.
67 Meretrix nõ reijcitur a testimonio in ciuilibus secus in criminalibus, nisi ut nu. 70.
71 Testes, licet non omni exceptione maiores, admittuntur ad probandum matrimonium, secus ad impugnandum.
72 Præsumptio fraudis tollitur per præsumptionẽ actus confitendi peccata sua, & assignatur ratio.
73 Matrimonium qualiter per testes & famam probetur, & nu. 78.
74 Fama cum alijs adminiculis defendit matrimonium secus si sit sola pro declar. Bar. cons. 113. nu. 3. vt num. 75.
76 Legitimitatis fama attendi debet, & pro ea iudicari tanquam magis iuris dispositioni consona.
77 Legitimus quilibet a iure præsumitur in dubio ad tollendam delicti, & coitus illegitimi præsumptionem.
79 Probatio matrimonij per publicam famam, & ubi, non eliditur per contrariam famam illegitimitatis, & concubinatus, iunc. nu. 80.
81 Coniecturis non est locus in claris.
82 Confessio facta in actu audiendi confessionem per cõiuges probat plenè matrimonium.
83 Sententia redditur nulla & inualida ex falsa causa in ea expressa.
84 Notorietas iniustitiæ visibilis ex actis reddit ipso iure sententiam nullam & iniquam.
85 Filij non admittuntur nisi legitimi ad successionem feudi, seu emphyteusis ecclesiasticæ.
86 Matrimonium, & legitimitas probantur ex confessione facta in iudicio reiteratis vicibus, & ita lex præsumit.
87 Confessionem contra propriam reiteratis uicibus in iudicio factã nemo venire potest, præsertim si pro ea fuit iudicatum.
88 Fides fidem non facit in iudicio.
89 Exemplum ex publico archiuio extractũ plene & indubitanter probat. Assignatur ratio, & amplia tur nu. 90.
91 Arbor consanguinitatis, licet non extracta ex Archiuio publico, dummodo reperiatur in processu, non patitur oppositionem.
92 Separatorum separata est ratio.
93 Minor, & curatorem habens non obligatur nec ciuiliter, nec naturaliter.
94 Probatio ex instrumento nullo nulla resultat.

CONSI-

CONSILIVM XXXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluendo dubia, seu motiua in causa Catanea cotra D. Alphonsum data, incipiendo per ordinem a primo motiuo, dico, quod nullitas sententię resultans ex quocunque defectu iurisdictionis, citationis, uel alias, non est irreparabilis; quia iudex secundæ instatiæ uel tertiæ, q het iurisdictionem, & corã quo partibus citatis, seu alias legitimè processum fuit, cõstitito sibi de bono iure illius, ad cuius fauorem lata
1 fuit sententia: pot illam confirmare; † ita dicit Alex. in cons. 53. num. 1. & 2. vol. 1. & in cons. 11. nu. 2. 3. & 4. eod. uol. & in consil. 122. nu. 15. uol. 2. Aegid. decis. 480. si auditor. quos secutus fuit latè Vant. in tracta. de nullit. in rub. qualiter sententiæ &c. sub nu.
* 26. vbi de communi fol. mihi 263. & num. 129. & nu. 130. & seq. ubi sub nu. 132. repe
* tit etiam hanc esse communem opinionem fol. mihi 291. a ter. & seq. A qua in iudicando & consulendo non est recedendum. Et quod ita seruat etiam Camera Imperialis, dicit Missing. sing. obseruat. obseruat. 27. in ver. uerum cont. 1. fol. mihi 26. & ex his responsum sit ad primam difficultatem obiectam. Et sufficit hæc responsio etiam ad omnes alias obiectas nullitates, stante clarissimo bono Iure in causa huiusmodi dicti D. Alphonsi, & litis consortium. Etsi ad eas et (vt muneri meo satisfaciam) specialiter respondebitur, & demõstrabitur aliquam nullitatem non militare contra dictam sententiam ad eius fauorem latam.

Et quod non adsit aliqua nullitas patebit ex infradicendis nam primo dr, quod snia lata ad fauorem d. D. Alphonsi est nulla, ex quo Papa causam appellationis cõmisit Blasio Gulielmo tũc Vicario Taruisino: & propterea ex quo Papa in ea apponit manum, Nuntius Venetiarũ in eã manũ apponere non potuit, prout apposuit, cãm restitutionis in integrũ eidẽ Vicario cõmittendo. Secunda nullitas deducitur ex dicto defectu iurisdictionis, dicendo quod ex quo rescriptum causæ appellationis per Papam concessum fuit præsentatum d. R. Gulielmo tũc Vicario Episcopi Taruisini: & dictum rescriptum Nuntij Apostolici R. D. Thomasio etiam Vicario d. Episcopi, quod non potuit postea dictas causas iudicare R. D. Lucas Antonius Lilius modernus Vicarius absq; noua commissione, dicendo officium Vicariatus non esse dignitatem, nec Vicarium habere successorem, per iura ibidem adducta.

Et quoad primum dicitur, quod Nũtius Apostolicus Venetiarum non apposuit manum in dicta causa delegata per Papam, sed tantum commisit causam restitutionis in integrum d. D. Alphonsi & litis consortũ; ex quo ipse cum suo fratre renuntiauerant in actis coram eodem Vicario legitimitati, ac litis, & causæ eorum; & propterea mortificauerant per talem renuntiationem cursum dictæ commissionis & causæ. Et sic a tali læsione, quæ non comprehendebatur sub causa delegata per Papam, tãquam a nouo grauamine sibi ipsis facto, & comprehenso in eorũ cessione, & impediẽte, ne in uim dictæ commissionis Apostolicæ agere possent; in integrum petierunt, prout iuris fuerit restitui in eo statu & terminis, in quibus coram d. Vicario erant tempore renũtiationis: prout est uidere ex tenore eiusdem commissionis, & restitui obtinuerunt. & propterea non militãt iura in motiuis allegata; quia loquũtur, & habent locũ, qñ inferior apposuit manum in causa delegata a Papa, & non qñ apposuit manũ in facto separato a causa post illius delegationem, prout in casu nostro, cũ
2 igitur † separatorum separata sit ratio Bal. in l. cum proponas, nu. 12. C. de nau. fœno. & in l. nam satis, §. si ego, nu. 1. ff. quemadmod. serui. amit. marito ex isto capite aliqua non resultat nullitas.

Quibus accedat, quod si dicta commissio Apostolica, & illius iurisdictio fuisset extincta per dictam renuntiationem, prout videntur innuere motiua: quod non est dubium, quod in vim commissionis Nuntij potuerit super causa huiusmodi procedi: cũ illam delegauerit in eo statu, & terminis, prout antea reperiebatur tempore dictæ renuntiationis. Et sic cessat etiam ex isto capite omnis difficultas.

Prout nec resultat ex alio secundo capite aliqua nullitas; cum Vicarius successor
3 † possit cognoscere de causis delegatis suo

anteceſſori abſque noua commiſſione, ex quo nō fuerunt delegatæ anteceſſori nomine proprio, ſed appellatiuo, ſeu tanquam Vicario: & Vicarius Epiſcopi dicatur habere quandam præeminentiam eccleſiaſticam, quæ largè dicitur dignitas, quoad hoc ut Vicario poſſit delegari a Sede Apoſtolica, prout quotidie obſeruari uidemus. Ita firmat Cardina. in cap. quoniam Abbas colum. 5. in uer. ex hoc & ſeq. omnino viden. & eum ibi latè ſecutus fuit Abbas, numero 10. & ſeq. vbi etiam ſubdit, in dubio magis Papā conſideraſſe tribunal ipſius Vicarij. & ibi etiam Fely. ſub num. 7. vbi dicit modernos ſequi opinionem Card. & Abb. & propterea ab ea non eſſe recedendum in iudicando, licet ipſe de rigore & ſubtilitate iuris ab hac opinione recedat, de offi. delega. & propterea nec militat pretenſa nullitas ex iſto capite per ſupradicta.

Prout nec obſtat illud, quod dicitur dictam commiſſionem fuiſſe ſubreptitiam, & obreptitiam, & per hoc nullam ſententiam: ex quo in ea non fuit facta mentio de decreto tunc per Vicarium Taruiſinum iudicem delegatum renuntiationi, ſeu litis ceſſioni interpoſito: ex quo Ioannes Gulielmus, qui renuntiauit cum dicto Alphonſo erat minor; prout conſtat ex dictis per notarium in dicti decreti interpoſitione, & ſuæ perſonæ recognitione.

Primo, quia dicitur dictum decretum in aliquo non obſtare; ex quo non fuit interpoſitum ad confirmandam dictam renuntiationem factam per dictum Alphonſum nunc agentem, cum eſſet maior; ſed ad corroborandam renuntiationem factam per Ioannem Gulielmum olim minorem viginti quinq; annorum, prout eſt dictum; & apparet ex dicta interpoſitione decreti: cum clarum ſit in contractibus maiorum per iudices ad confirmandum eorum geſta decreta non interponi, cum ratio finalis interponen-
4 di decreta ſit, † ne minores ob eorum fragilitatem, uel eorum ſimplicitatem decipiantur: & ideo lex uoluit decretis iudicum eorum contractus corroborari, & alias non ualere, prout dicit Simoncel. in tracta. de decret. in præfat. numero 34. & ſequen. fol. mihi ſeptimo. & ſic dicto decreto facta non fuit mentio in dicta commiſſione obtenta per dictum Alphonſum; cum ipſius perſonam non reſpiciat prædictum decretum.

Secundo, quia dictum decretum fuit, & eſt nullum, ex quo dictus Vicarius non erat ſuus iudex, neque ratione originis, neque ratione domicilij, ſeu bonorum, prout neceſſe erat eſſe; ultra quod eſſet iudex eccleſiaſticus, qui in ſimilibus nō habet iuriſdictionē,
5 † & ideo perinde habetur; ac ſi interpoſitū non fuiſſet. Ita uoluit Bero. in conſ. 22. num. 46. vol. 2. & dictus Octa. Simoncel. in d. tra. de decre. in tit. 1. num. 72. lib. 1. f. mihi. 37.

Neq; obſtat ſi huic fundamento reſponderetur, ſuum iudicem fuiſſe ratione cauſæ delegatæ: quia ad hoc reſpondetur, minimè ex uerbis dictæ commiſſionis in actis cauſæ appellationis præſentatæ fuiſſe conceſſum facultatem dictæ renuntiationi, ſeu ceſſioni decretum præfatum interponendi de dicto Vicario iudice delegato: cum tantummodo eidem fuerit delegata cauſa appellationis interpoſitæ a ſententia olim R. Rocchi Catanei contra d. Agentes, & ad fauorē aduerſariorum lata nullitatiſq; & nullitatum una cum omnibus ſuis incidentibus, depēdentibus; ſub qua commiſſione & clauſulis minimè comprehenditur talis facultas interpo-
6 nendi dictum decretum † cum aliud ſit iuſtitiam in cauſa miniſtrare litigātibus, & aliud ſit renuntiationem, & litis ceſſionis confirmare; quæ nec a iure, nec a uerbis dictæ cōmiſſionis depēdet, ſtantibus ſupradictis, ſed a partis renuntiantis uoluntate: pro quo faciunt dicta per d. Simoncel. in præcitato loco: ſtāte maximè quòd verba commiſsionis
7 ſtrictè interpretantur, † & ab eis recedi non poſsit: late Mando. in reg. Cancel. 34. q. 36 nu. 2. & ſeq. omnino viden. Fely. in rubr. de præſcrip. num. 3. in fi. in uer. commiſsiones. Grat. cōſ. 71. nu. 8. uol. 2. Rot. deciſ. 18. col. 2. circa medium ſub tit. de dol. & contum. Cephal. conſ. 185. nu. 8. vol. 2. optimè idem Mando. in tract. de inhib. q. 82. & Veral. in deciſ. 185. num. 2. par. 3.

Tertio dicitur dictum decretum fuiſſe & eſſe nullū, etſi d. Vicarius fuiſſet ſuus iudex, & illud interponere potuiſſet, prout nō fuit, neq; potuit, cū illud interpoſuerit abſq; cauſæ cognitione, quæ per iudicē talia decreta interponētē adhiberi dēt, præſertim in renūtiationib. nec adhibitā eſſe præſumitur, niſi in interpoſitione d. decreti per notariū ex
8 primatur, ſeu enuntietur, † alias nullū eſt. Ita volnit Caſtr. in l. cum ij. §. ſi prætor, n. 2. & 3. ff. de tranſact. quod dictum pro ſingulari ſequitur

quitur Marsil.in singul. 399. Roman. consilio 454.& ibi Add.Anchar. in consil. 83. numero secundo,in fi. & sequen. Angel. in §.tripli.omnino viden.nu.7. Insti. de actio. Craue.de antiqui. tempo. pat.2. num. 9. & * esse communem dicit ibi. sub numero 14. in ver.rursus.& optimè Catell.Cott. similiter viden.in memorialibus in uer. decretum continens fol.mihi 158. vbi dicit in renuntiatione vel donatione impossibile esse decretum habere, cum hoc non expediat minori;ad dicta per Bald.in l.prima, C. si aduer. donat.

Qua nullitate asserti decreti stante indubitati iuris est, de eo nullam debuisse in d. commissione mentionem fieri,ad firmata p Fely.in cap.super literis,num 15.de rescrip. et latissimè in c.ex tenore,num.2.& seq.eo. cum quod nullum est, † nullum præstet impedimētum per c.non præstat de reg. iur.in 6.et Dec.omnino viden.in c.oblati a nu. 11 vsq; ad nu.15.de appella.

Et insuper dico, quod etsi dictum decretum fuisset validum,prout non fuit,et etiam fuisset minor d.D. Alphonsus,prout similiter non erat, sed tantum d. Ioannes Gulielmus, de dicto decreto non esse faciendam mentionem in dicta commissione: quia decretum † a iudicibus super aliquo instrumēto,nedū simplici renuntiatione interpositū impedimentum n on præstat petenti restitutionem in integrū aduersus illud & est com * munis opinio,prout firmat, ex quāplurium Doct.auctoritatib.accumulatis idē Simoncel.in d.tract.de decre.omnino viden.in tit. 7.nu.3.inspect.1.lib.3. fol. mihi 109. Et ex his sublata sit prætensa nullitas circa dictū decretum, ex quo de eo in commissione nō fuit facta mentio.

Prout similiter nō obstat illud,quod obijcitur,et dicitur inducere subreptionem commissionis: ex quo in ea commissione fuit dictum,quod dicti fecerunt dictam transactionem pro ducatis 800.et tamen ex tenore dictæ cessionis seu renuntiationis in actis factæ constat, quod aliquid non fuit datum nec promissum dicto D. Alphonso, et litis consortibus:quia ad tollendum dictum obiectum duæ dantur responsiones. Prima, quod in dicta commissione fuit dictū,quod dicti ducati 800.eisdem ore tenes promissrunt, et non in actu dictæ cessionis, seu renuntiationis:quod verificatur ex instrumento postea eisdem per aduersarios facto,licet dixerint causa pietatis eisdem dictam summam dedisse, et de ea ducatos 40. quolibet anno,cum absque dicta cessione,seu renuntiatione nec aduersarij dedissent dictam sūmam eisdem Alphonso et litis consortibus, prout antea non dederunt: nec absque illius promissione d.D.Alphonsus renūtiasset,seu cessisset una cum dicto eius fratre;& cū ne-

11 mo censeatur iactare † suum l. cum deinde bito,§.qui enim,ff.de proba.quod etiam indicatur per protestationem, quam ante dictam cessionē fecerunt coram notario publico extra iudiciū,de qua in actis apparet. Secunda sit responsio,& ista tantum sufficit,nā prout dicit D. meus in motiuis, commissio

12 † dicitur subreptitia,& obreptitia, quando aliquid dicitur uel tacetur, quod principi nō dicto,uel narrato in rescripto illud nō cōcessisset;uel cum difficultate concessisset,iuribusvulgaribus.Sed si sic est,in casu nostro fuit per dictum Alphonsum in dicta commissione dictū, quod per ipsū & litis cōsortes fuit facta dicta renuntiatio,uel cessio;ex quo eisdem per aduersarios fuerunt oretenus promissi ducati octingenti:&propterea quod sunt ualde & enormissimè læsi, & grauati; ex quo hæreditas dicti q. Dauid eorū patris ascēdebat ad ualorem ducatorum septē mille.& sic Princeps aduersus dictā cessionem restitui illos in integrum,prout iuris fuit,mandauit. Quanto facilius concessisset dictam restitutionem in integrum, si narrasset,quod ob eorum impotentiam,facilitatē, ac paupertatem, & ob potentiam aduersariorum liti, & causæ renuntiarunt, & cesserunt absque aliquo præmio, seu promissione:certe multo facilius, cum quanto minus expostulaissent habuisse, seu fuisse promissum per aduersarios,tanto magis fuissent læsi,& grauati, & facilius dictum rescriptum obtinuissent:arg.a contrario sensu c. cum cessante de appell. & sic ex isto etiam capite cessat subreptio, & nullitas dicti rescripti, & sententiæ.

Prout nec aliqua obreptio rescripti prædicti inducitur, ex quo in eo non fuit facta mentio de tempore præciso annorum 20. vel circa lapsorum a die dictæ cessionis usque ad diem obtenti rescripti; cum statutū

13 sit quadriennium † a iure regulariter,iurib. vulgaribus:q̃ a etsi principi narratū fuisset,illū non retardasset,quin concessisset dictum

rescriptum, etiam absque aliqua difficultate, nedum quia renuntiatio prædicta seu cessio non valuit, & fuit, & est nulla, vt infra dicetur, verum etiam etsi valuisset, quia ecclesiæ, & pauperi in integrum restitutio cōpetit de iure, si enormissimè læduntur, etiam intra triginta annos; & propterea non fuit necesse de dicto tempore specifice facere in dicto rescripto mentionem; cū princeps con cedat absque aliqua difficultate, quod ius concedit, cum mandet in integrum, prout iu ris fuerit, restitui. Sed quod dicta renuntiatiō facta per dictum D. Alphonsum & Ioannem Gulielmum fratres de eorum legitimi tate, cum esse legitimos & naturales filios dicti q. D. Dauid & Angelæ dependeat a iure naturæ, seu sanguinis, & a matrimonio, cum illam non habeant ab homine, sed a natura & matrimonio: & propterea necessario insit nullius roboris, vel momenti fuisse, aut esse, cum fuerit, aut sit nulla, & inualida; cum ta-
14 libus iuribus naturæ † & legitimitatis renuntiari non possit, cum a renuntiantis non dependeat voluntate; vt alias fuit dictum: & firmat Salyc. in l. si quis, nu. 4. C. de pact. Et idem Salyc. & tex. in l. nec si uolens, & etiam ibi Bald. vbi dicit confessionem non
15 valere contra libertatem, C. de liber. cau. l. ius agnationis, & ibi glo. in uer. ius ubi dicit per sententiam tantum tale ius posse tolli. ff. de pact. & quod legitimitas non dependeat
16 a consensu partium, † cum dependeat regulariter a matrimonio, quod est actus canonicus firmat expresse Innoc. in c. de confirma tionibus, nu. 3. de confir. util. uel inut. & pro ptetea cum dicta renuntiatio fuerit & sit nul la, & inualida, in aliqua cōsideratione hri nō debet per d. reg. non præstat. de reg. iur. in 6.

Secundo dicitur pariter, quod non valuit nec valet prætensa renuntiatio, seu cessio, cū fuerit facta propter impotentiam, necessitatem, & paupertatem dicti D. Alphonsi & fratris; in qua vna cum omnibus alijs litis consortibus redacti erant propter longam litem & potentiam aduersariorum; stante, quod antequam illam fecerint, fecerunt quoddam præuium constitutum coram publico notario, & testibus, dicentes, & protestantes cū iuramento, quod si aliquā concor diā fecerent in futurū cū q. D. Camillo Cataneo, & litis consortibus aduersarijs, quod illam facerent, & facta intelligatur propter eorum paupertatem, inopiam, & miseriam, in qua redacti erant propter potentiam, & duritiam dictorum eorum compatruorum, & aduersariorum, protestando expresse de illius inualiditate & nullitate, de qua constat, prout ex actis. Qua de re licet talis pro-
17 testatio † nullitatis, & inualiditatis dictæ futuræ renuntiationis, seu cōcordiæ, facta fuerit clandestine, & in absentia partis, quæ regulariter non valet; prout dicit Cur. iun. in cons. 168. num. 24. vol. 2. tamen ex quo palam illa non potuerit fieri propter potentiā dictorum aduersariorum, cum ipsos vlterius si illam sciuissent, vexassent, & fame & inopiā perijssent; & prout in eo constituto per eos dictum fuit, valet, & tenet, & dictæ protestationi stari debet, cum dicta renuntiatio, seu concordia facta fuerit contra bonos mo
18 res, † cum modicum postea receperint pro multo, quod renuntiauerunt, & eis debebatur. Ita firmat expresse Bal. in l. Clari. nu. 3. C. de fideicom. quem secutus fuit Alex. in cōs. 16. ponderatis narratis sub n. 12. uol. 3. & latissimè Ias. omnino uidē. in cōs. 117. nu. 26. vol. 2. qui valde alijs similibus auctoritatibus glo. Ant. de Butr. Abb. & Bar. hanc cō clusionē corroborat & firmat, & tenet Soc. in cons. 163. nu. 18. & seq. vol. 2. & Cur. iun. d. cons. 168. nu. 24. in prin. & nu. 26. in uer. nec dicatur, vol. 2.

Tertio dicitur, quod etsi valuissent dictæ assertæ renuntiatio & transactio, prout non valuerunt, neque valent; quod nihilominus esset locus restitutioni in integrum, etiamsi dictum quadriennium propter eorum continuam paupertatem, & inopiam transactum sit; cum sicut propter enormissimam læsio-
19 nem restituitur ecclesia, † nedum in dicto tē pore quadriennij aduersus contractum; uerum etiam & infra triginta annos; prout dicit Bero. in cons. 177. nu. 49. vol. 1. quā sen-
* tentiam communem esse dicit Couar. variarum resolu. cap. 3. nu. 10. & seq. lib. 1. & ita etiam deberent restitui, dictus Alphonsus, & litis consortes, cum sint, & fuerint nedum pauperes, sed mēdici, cum nihil habeant in bonis, prout per testes probatum est, cum pari passu ambulent quo ad priuilegia, pauperes, &
20 ecclesia, † teste Bal. in l. siue autem, §. si duobus num. 2. ff. de publi. & in l. omnes num. 7. C. de episcop. & cler.

Et quod dictus D. Alphonsu, & litis consortes fuerint, & sint pauperes, probatur per plures testes: prout & per q̄ plures testes, & aduer-

aduersarij fuerint, & sint potentes & diuites probatum est.

Et quod dictus Alphonsus, & litis consortes fuerint, & sint valde læsi & grauati, patet ex quantitate bonorum & redituum per dictos aduersarios de Cataneis possessorum, & tunc, & tempore, quo obijt dictus q. Dauid eorum frater, & pater agentium respectiue. De quibus bonis constat tam per testium depositiones, quam per perticationem factam de dictis eorũ bonis per mag. communitatem Lendenariæ, ad effectum regulandi æstimum dictæ communitatis.

Quibus accedat, quod ex dicto æstimo, seu perticatione constat, tunc temporis possedisse, & de præsenti possidere præfatos aduersarios de Cataneis campos in territorio Lendenariæ num. mille qui valebant, & de præsenti valent duc. 45. pro quolibet campo, cõsiderata eorum bonitate, & qualitate, prout deponunt multi testes; qui deponunt etiam dici audiuisse, quod de reditibus, seu affictibus dictus q. Ludouicus vnus ex dictis fratribus, ut est dictum, de sua portione habebat ducatos septingentos.

Ex quibus euidentissime apparet de enormissima læsione, cum pro duc. 800. eisdem Alphonso & Gulielmo promissis in dicta asserta trãsactione per dictos aduersarios, seu nihil, prout dicitur in motiuis, ipsi renuntiauerint eorum iuribus, & successioni, per consequens ducatorum septem millium & ultra ipsis tangentium: prout ex supradictis apparet. Et per hoc non esse dubium, etiam non obstante cursu dicti temporis annorum 20. locum esse restitutioni in integrũ, quatenus præfatæ renuntiatio & transactio valerent, prout non valent, vt supra demõstratum est.

Quibus accedat vltra præiudicium successionis, & bonorum, quod renuntiarunt legitimitati in præiudicium tam ipsorũ renuntiantium, cum multis incomodis afficiatur, de qua renuntiatione põt dici illud, quod dici solet de libertate, quòd res inæstimabilis
21 sit † prout habemus in §. cum ergo uer. sed cum libertas, Instit. quib. ex cau. manumit. non lic. & propterea nedum una læsione quoad bona fuisse grauatos, sed duabus læsionibus, cum fuerint grauati, ẽt quoad eorum statum. Et ex his responsum sit obiectis; & ostensum aliquem defectum ẽt ex hoc capite subreptionis rescriptũ non pati.

Neque obstat etiam alia nullitas obiecta ex pluribus capitibus circa examen R. D. Paganini, qui attestatus fuit matrimonium, de quo agitur, fecisse, uidelicet, & quia fuit examinatus per clarissimum Potestatem Lendenariæ iudicem laicum, sine partis citatione absque licentia obtenta a superiore dicti R. Paganini, ut posset se subijcere dicto examini, & quia quando vltimo loco fuit examinatus, se retulit in omnibus & per omnia ad dictum primum examen sic prætẽsum nulliter factum. Primo, quia in facto minime verũ est, quòd coram dicto iudice laico absque licentia superioris & partis citatione fuerit examinatus; cum ex actis de toto cõtrario constet, excepto prima vice, quã dò fuit examinatus ad perpetuũ rei memoriam: quia tunc aduersarij non fuerunt citati; sed bene habita fuit licentia ab Illustrissimo Nuntio, ut hic infra dicetur. & vt D. Iudex hanc veritatem cognoscat, dico, quòd cum dictus Alphonsus & litis cõsortes agerent contra dictos aduersarios pro recuperatione bonorum eorum patris Dauid corã clarissimo D. Potestate Lendenariæ, & nõ super eorum legitimitate, cum quo ad iudi-
22 cium legitimitatis † non ignoretur iudicem laicum non esse iudicem competentem per cap. tuam de ord. cogn. obtinuerunt licentiã ab illustrissimo & Reuerendissimo Hippolito Capilupo tunc legato Apostolico Venetiarum, cũ potestate legati de latere, vt d. R. Ioannes Maria Paganinus, & alij Sacerdotes deponerent circa ea, quæ sciebant cum solitis clausulis &c. Coram dicto clarissimo D. Potestate Lendenariæ sub die 23. mensis Maij anni 1562. prout de dicta licentia constat in actis. & prima vice in vim cuius licentiæ præfatæ postea fuit examinatus dictus R. Paganinus ad instantiam meorum principalium coram eodem Potestate ad perpetuam rei memoriam super huiusmodi matrimonio, ad effectum, de quo agebatur, sub die 7. Nouẽbris anni præfati 1562. & sic multos menses post dictam licentiam obtentam, prout similiter ex actis constat. Secunda vero vice fuit examinatus cum interrogatorijs, & interprete partis aduersæ, prout pariter patet, ad instantiam eiusdem partis aduersæ pro obtinenda possessione hæreditatis, & bonorum eorum patris Dauid: sed factis examinibus præfatis, aduersarij prædicti opposuerunt coram dicto clarissimo Potestate Lendenariæ exceptionẽ

illegitimitatis ad impediendam successionẽ & immissionem in possessionem dictæ hæreditatis, & illius bonorum, dicendo quòd dictus D. Alphonsus, & liti consortes respectiue non debebant audiri, nisi prius probato de eorum legitimitate, & prætenso matrimonio coram iudice ecclesiastico, prout cõstat eorum scripturis in iudicio productis. Et sic obtinuerunt absolui a petitis. Et istæ sunt sententiæ aduersariorum.

Tertia uero vice fuit examinatus dictus R. D. Paganinus in vim literarum remissionalium quondam R. D. Rochi Catanei auditoris Generalis dicti Illustrissimi & Reuerendissimi D. Hippoliti Capilupi tunc legati Apostolici Venetiarum; coram quo lis huiusmodi legitimatis in prima instantia pendebat per R. Vicarium Reuerendissimi D. Episcopi Adriensis; prout de remissionalibus constat, & de ipsius examine.

Et in dicto examine dictus R. Paganinus se retulerit in omnibus & per omnia ad examen, & dicta, quod & quæ fecit & dixit coram D. Potestate Lendenariæ, quod compulsari non curauit dictus D. Robertus Cataneus, prout tenebatur, vt infra dicetur, cũ d. D. Alphonsus, & litis consortes pro illud compulsari faciendo, petierat literas compulsoriales coram Illustrissimo Patriarcha Venetiarum, coram quo tunc causa dictæ legitimitatis in secunda instantia pendebat, & aduersarij se opposuerint, & institerint non concedi, nec esse compulsandum dictũ examen. Attamen oppositionibus eorum non obstantibus, dictus Alphonsus, & litis consortes obtinuerunt per plures sententias interlocutorias conformes dictam examen debere compulsari, prout pariter cõstat, & fuit in vim rei iudicatæ compulsatũ: adeo quod dictum examen nedum fuit a principio legitimum, cum fuerit factum de licentia dicti Illustrissimi Capilupi Nuntij, uerumetiam & quia postea per sententias legitimum fuit iudicatum; cum per plures iudices fuerit mãdatum illud compulsari, vt est dictum: cum

23 non sit dubium, acta † facta coram iudice tẽporali, & testes coram eodem examinatos inter easdem personas, coram iudice spirituali fidem facere: etsi sit sequela primæ causæ, prout fuit decisum per Capell. Tholosa. decis. 199. per totã. Et idẽ dicit ibidẽ procedere in sua add. Aufr. etsi secũda cã sit prorsus a prima separata. Et propterea minime obstant, quæ opponuntur; cum in iure & in facto constet de contrario, cum dictum examen fuerit et sit ualidũ; & ad illud potuerit se referre in alio examine dictus R. Paganinus ad firmata latè per Nat. in cõs. 537. nu. 1. cum seq. uol. 3. Quod fortius procedit, cũ dictus Paganinus secunda uice fuerit examinatus, seu repetitus ad instantiam partis aduersæ cum eius interrogatorijs, & interprete, ut est dictum. Et quid plura, etiamsi dictum exemen a principio fuisset nullum, prout non fuit, stante licentia præfata superioris; tamen ex quo fuit postea per iudicẽ ecclesiasticum examinatum, & se retulerit ad examen factum coram iudice laico; ac à iudice ecclesiastico dictum examen, seu dictum testis non fuerit reiectum, ualet & te-

24 net, † ita expresè firmat Angel. in l. legata inutiliter, num. 1. ff. de leg. 1. & ibi Bar. nu. 3 licet non determinauerit. Sed hoc determinauit in l. eos num. 6. ff. ad leg. Cor. de falsi. Sequitur Alex. in d. l. legata inutiliter, nu. 7. Bal. in l. gesta, num. 6. C. de re iud. Floria. in l. 1. num. 3. ff. de test. Anto. de Butr. in c. cum in tua in fi. de test. Anch. in Clem. 2. nu. 14. eod. Guliel. de Bened. in repetitione c. Raynutius in prima par. in uet. alte rochæ, nu. 6. ✻ vbi de communi de testam. idem Nat. in d. cons. num. 8. & nouissimè Mysinge. qui ita dicit seruare Cameram Imperialem in sing. ✻✻ obser. obseruat. 64. cent. 3. & esse magis communem dicit idem Alex. in consil. 56. num. 6. uolum. 2. & quod testis debeat dice

25 re † coram competenti iudice illud idem, quod deposuerat coram incompetenti, & sic nulliter, si super eodem fuerit interrogatus; voluit Angel. in l. seruum, num. 2. ff. de ædil. edic. dicendo hoc fuisse originale dictum Innoc. in c. per inquisitionem, qui id expresè dicit in colum. 2. in uersi. sed quomodo respondebitur de elect. quos secutus fuit Marsi. in sing. 274. in uer. & adde, quod est in fine iuncto princip. & facit, quod dicit Bal. de bannito in l. si quis filio. §. irritum. ff. de inius. irrito. & rup. testam. ubi dicit bannitum † posse confirmare exemptum de bã

26 no illud, quod prius nulliter in iudicio fecerat. Et sic manifestè ex supradictis constat cessare obiectam nullitatem, & dictum examen Paganini esse ualidum.

Et similiter non obstat alia obiecta nullitas in dictis motiuis, ex quo dictus D. Alphonsus obtinuit absolui ab Illustrissimo Nuntio

Nuntio Venetiarum à iuramento in dicta transactione per eum præstito parte non ci-
** tata: cum communior sit opinio, aliquem
27 non debere à iuraméto præstito† in aliquo instrumento absq; partis citatione absolui: prout dicit Marſ.in l.de vnoquoq;.nu.193. & concluſiuè nu.194. ff.de re iud. in motiuis allegatis cum alijs; quibus addo id etiã tenentem Rainal.Corſ.in addi.ad cõſ.120. Oldr. tamen uſu receptum eſt hoc tantum habere locum, quando tractatur de contractu tollendo per abſolutionem à iuramento, vel cauſæ probationem ; quod tunc non concedatur, niſi parte citata, ſecus autem quando tractatur de habilitãdo perſonam, vt non obſtante iuramento poſſit detegere fraudem contractus, prout euenit in caſu noſtro; quia tunc non eſt neceſſaria partis citatio: cum non agatur de grandi præiudicio partis; cum remaneat omne ius ſibi ſaluum ad contractum defendendum: ita reſpondit Oldr. ſic diſtinguendo in d. conſil. 120. per totum. quem ſecutus fuit Petr. de Anchar.in conſ.18.num.6. Lauren.de Rodulph.in tract.de vſur.q.125.in fi. & ſecundum dictum conſ. Oldr. practicatur quotidie in curia Epiſcopali Bononię, dicit Imo. in c.debitores.num.10. ad fi.in ver. alia fuit practica.de iureiur. quem refert etiam Feli. in c.ex adminiſtratione.num.24. in fi.eo. & hanc diſtinctionem etiam ſequitur Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de citat.concluſ.1.nu.92. lib.2. Et quod in Regno Franciæ paſſim ita per Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſeruetur dicit Bertr.in conſ.226.nu.5.vol. 3. par.2. ubi ſubdit hoc fortius procedere, ſi abſoluatur à maioribus iudicibus, prout in caſu
* noſtro. Et ita etiam practicari in curia Archiepiſcopali Tholoſæ, dicit latè Aufre.ad deciſ. Capellæ Tholoſ.62.& ita ſeruat Ro-
* ta Rom.deciſ.8.aliàs 767.ſub tit.de iur.iur. in antiq. & de ſtylo ita ſeruari etiam dicit idem Gabriel.in d.concluſ.1. nu. 93. adeo quod non eſt dubium ita debere ſeruari. Et
* quod hæc opinio ſit communis, & illam viderit in practica ſeruari dicit Ioan. Vinc.de Anna.in ſingul.26.incip.abſolutio, reiecta opinione aliorum aliter ſentientium, ſtantibus auctoritatibus ſupradictis, & deciſioni-
* bus Rot.& quod nec a practica recedi poſ-
28 ſit, † prout dicit Dec.in conſ.11.nu.9. circa fi.& in c.1.in prima lect.num.83. & ſeq. de conſt. latè Mart. Dober. in ſuo Reper. iuris, in verſ.practica.fol.mihi 398.ubi etiã ſubdit ueram interpretationem à practica ſumi, ac ad iuris & iuſtitiæ regimen neceſſariam eſſe, & quod practica ſit optima interpres legum, tradit etiam latè Maſcar.in concluſ.1164.num.8. & ſeq. uol.3.& propterea Carauita ſuper ritu magnæ Curiæ 72. num.10.fol. mihi 48. dixit ſententiam
29 † latam contra notoriam conſuetudinem non ualere, prout nec valet contra ſtylum curiæ Nuntij. Tartag.in pract.magnæ Curiæ vica.cap.1.nu.57.

Et quid plura, etiamſi non potuiſſet abſolui idem D. Alphonſus parte non citata; prout potuit, & debuit, ſtãtibus ſupradictis; tamen ex quo fuit abſolutus, eius abſolutio
30 † fuiſſet bona, & teneret; dicit idem Gabr. in præcit.conclu.d.lit.de citat.nu.90.& idẽ voluit prius Iaſ.in l. patre furioſo. ſub num. 33.ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie.iur.& dixit Bertran.in conſ.172.num.5.uol.1.par.2.& ex his clariſſime oſtenſum ſit aſſertum obiectum nullitatis ex iſto capite, quod pars aduerſa non fuerit citata in relaxatione iuramenti obtenta per dictum Alphonſum, in aliquo non militare, prout nec militant aliæ obiectæ, ꝑ deſuper adducta, & firmata.

Deueniẽdo modo ad reſolutionem motiuorum Domini mei ſuper prætenſa iniuſtitia ſententiæ datæ ad fauorem dicti Alphonſi & litis conſort. Et incipiendo ab ordine motiuorum. Primò dico non ſubſiſtere obiecta facta in perſonam dicti Plebani de inimicitia & combuſtione ſcripturarum, nedum quia de aliqua prætenſarum exceptionum non fuit probatum per partẽ aduerſam, prout apparet ex toto proceſſu;
31 Cum talis negatiua † per illius inſpectionẽ probetur.ad dicta per Purpur.in conſ.524. num.10.uol.2.Abb.in conſ.92.num.3.uol. 1.Cephal. in conſ.250. num.3.uol.2. Menoch.in conſ.199.num.3.uol.2.& Hercu. in tract.de neg.proban.ſub nu.176.& ſeq. Cum de eiſdem exceptionibus tantum aliqui teſtes depoſuerint de auditu auditus,
32 qui regulariter minime probant, † licet ſoleant facere præſumptionem ſecundum Roma.in ſing.345.teſtimonium, licet huic dicto non deficiant contradictores, quod tamen procedit, quando duo concurrunt; & quod deponant ſaltem à duobus dici audiuiſſe; prout dicit Abb.in c.licet ex quadam. num.8. de teſtib. quod non apparet in caſu noſtro:

nostro:& quod mortui sint illi,à quibus dici
audiuerunt; prout dicit Aym.de antiq. tem
por.in prima parte.in uerbo. viso de fama.
sub num.7.& seq.fol.119. de quo minime
apparet: vltra quod audiuerint dici post li-
tem motam,quod esse non debet. Roma. in
sing. 753. omni. quod fortius in totum ex-
cluduntur in casu nostro; cum indubitatum
33 sit,probationes reprobatorias† manifestas,
& indubitatas esse debere, & ut ita dicam
in superlatiuo gradu probatas, prout dicit
Ioan.de Anan.in conf.97.num.2. Barba.in
conf.40.num.19.uol.3. Rebuff. in tract. de
reprob.testi.nu.8.text.& ibi glo. in §. item
stipulatio.in uer.manifestissimis.Institut.de
inutil.stipul.

Et non solum non probant, quia sunt te-
stes de auditu auditus,ut est dictũ; verum-
etiam, & quia non deponunt, nec probant
de qualitate,nec causa inimicitię,prout de-
ponere oportet ad effectũ, ut testes de ini-
34 micitia probent, † cum de illa nec sufficiat
in genere deponere; prout dicit Bald.in l.si
quis testib.num.17.& seq. C.de testib.& in
c.constitutus.in fin.de rescript. quem secuti
fuerunt in tract.de testib.diuersorum Crot.
sub num.104.par.7.fol.mihi 428.ubi dicit
in specie esse probandã inimicitiam, & eius
qualitatem. & Campeg. in eo. tract. in reg.
409.in ver.decimoquinto.fol.mihi 607.&
quod debeat etiam causa inimicitiæ proba-
ri,tenet etiam in eod. tract. de testib. Iustit.
Rube.sub num.37. parte 3.fol. mihi 649.

Neq; aliquid refert illud, quod deponit
ser Aldourandinus de confessione eidem
facta per dictum R.Ioannem Mariam:quia
ultra quod non deponat de causa, nec de
qualitate inimicitiæ; tamen eidem non ue-
35 nit credendum,quia est singularis,† & uni-
cus l.ubi numerus.ff.de testib.c.in omni.eo.
cum extraiudicialis confessio alicuius facti,
seu delicti,cum sit remota à facto, seu deli-
cto non probetur per vnũ testem;sed opor-
tet, quod sint duo testes contestes de loco
36 & tempore,† ita latè firmat Bursat. in cõsi.
166.num.20.uol.2.&in conf.69. num.28.
& seq.uol.1. Marsil. in l.unius facinoris. §.
testes.num.1.& seq.ff. de quæst. ubi etiam
dicit testes non coniungi. & ita dicit Paris.
in conf.153.num.27.& seq. uol. 4. & hanc
* esse communem opinionem dicit Alci. in
conf.2.num.8.lib.1. & Cachera. decis.971
num.29.& sic non conuincitur de aliquo
mendacio,nec falsitate idẽ presbyter Ioan-
nes Maria,stantibus supradictis, etsi depo-
suerit in tertio examine, § che non hà hauu
to offesa da una parte, nè dell'altra, § cum
antea deposuerit in secũdo examine, prout
dicit, § che andando à Padoa incontrò tre
di questi fratelli Catanei, liquali gli feccero
una brauata,ma non seguì altro. § Quia per
talia uerba non inducitur inimicitia, cum
nõ contineant iniuriam uerbalem, nec rea-
lem, præsertim in clerico assidue celebran-
37 te;attento quod tantùm atrox † iniuria re-
pellat testem à testificando contra iniuran-
tẽ,quæ peruenit ex graui percussione, pro-
ut dicit Alex.in conf.99.num.1.in princip.
uol.1.& propterea rectè deposuit. § che nõ
haueua hauuto offesa da una parte, nè dal-
l'altra. § Et per hoc nec suum testimonium
infringitur in totum ratione iuramẽti indi-
uisibilis: nec est inimicus dictorum aduer-
sariorum,nec D.Alphonsi,prout in motiuis
dicitur: cum non probetur de inimicitia,
nec de causa inimicitiæ; prout nec in facto
fuit probatum ipsum esse falsarium, seu scri
pturas in ignem proiecisse, prout est videre
ex lectura allegati processus.

Quibus accedat, quod etsi vera esset di-
cta (vt dicitur) § brauata fatta da detti fra-
telli di Catanei § dicto presbytero Ioanni
Mariæ: et si esset uerum,prout dicitur, qđ
unus ex dictis fratribus,videlicet D.Ludo-
vicus eum percusserit,& in quandam foueã
proiecerit,prout nõ probatur: tamen dictus
testis ex isto capite prætensæ inimicitiæ nõ
reijceretur, cum fuisset inimicitia ab eisdẽ
aduersarijs dolo procurata, quo casu non
38 admitteretur talis exceptio,† cum lex dolo
& fraudi non patrocinetur. ita dicit Franc.
Pegna in direct. Inquisit.ad quæst.Eymeri.
63.in Comment.116.col.penult.in verbo,
rursus parte 3.fol.mihi 660.quod prius vo-
luerunt Iacob. de sancto Georg. in l.3. nu.
18.ff.de testib.& Anto. Gomes. delic. cap.
12.num.14.in ver.item etiam limita. & an-
te eos Bar.in l.1.§.cum quis.in vers.ego vi-
di.& ibi addi.ff.de quæst.

Prout nec militat alia oppositio inhabi-
litatis obiectæ d.R.Ioãni Mariæ,videlicet,
quòd anteaquam deposuerit in causa hu-
iusmodi detinuerit quandam concubinam
39 notoriè, † & per hoc quod etiam celebran
do effectus fuerit irregularis per iura in mo
tiuis allegata. quib. addo Gui.Pap.q.558.

id

id expresse dicentem: & propterea quod ei credi non debeat. Quia ad hoc respondetur, quòd talis exceptio est inepta, & nihil releuat, cum non sufficiat ad repellendum testem probare, quòd quis aliàs fuerit concubinarius, seu inhabilis, sed oportet probare, quòd tempore depositionis per eum factæ esset talis; cum tempus depositionis & iuramenti præstiti per testem attendatur. &
40 † ita respondit Angel. in cons. 1. num. 3. in fi. & seq. ubi dicit, exceptionem esse ineptã, si obijcitur testi, quod in præsenti nõ sit omni exceptione maior, si tempore depositionis & iuramenti erat. Alex. in cons. 150. nu, 6. vol. 5. & Viui. in Sylu. opin. 992. num. 2. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, lib. 3. quod dici non potest in casu nostro; cum omnes testes aduersariorum deponãt, quòd dictus presbyter Ioannes Maria tenuit quandam concubinam vsque quo ipsa vixit; & quod ex ea suscepit filios, cum non deponant, prout nec deponere potuerunt, quod tempore, quo fuit examinatus, esset concubinarius, cum inter alios testes dictus Aldourandinus deponat per hæc verba, videlicet. § Quanto al tener le femine, l'è vero, che lui ne hà tenuto per il tempo passato, & adesso lui è vecchio, che credo non possa più. § Ad quam depositionem videatur Ant. de Butr. in c. testimonium. num. 13. de testib. qui quidem testis cum fuerit pro-
41 ductus à parte † contra eam plenè probat, prout dicit Soc. iun. in cons. 69. nu. 11. vol. 1. Bero. in cons. 96. nu. 2. uolum. 3. Cepha. cons. 3. & cons. 141. nu. 16. uol. 1. & Rimin. iun. in cons. 152. nu. 1. & in cons. 183. num. 11. & in cons. 210. nu. 31. uol. 2.

Et in cõclusione præfata, quod exceptio
42 † obiecta testi debeat concludere in tempore depositionis & iuramenti, aliàs non releuet. Ang. secutus fuit Barba. in cons. 40. nu. 19. in fi. & seq. vol. 3. Dec. in cons. 162. in causa matrimoniali. nu. 20. & nouissimè Gig. in sing. 60. quod fortius procedit, cum probationes reprobatoriæ debeant esse manifestissimæ & indubitatę, ac in superlatiuo gradu probatæ, prout supra dictum est: ideo iura hic repetere non curaui.

Neq; obstat si dicatur, quòd etsi nõ probatur, quod tempore depositionis esset concubinarius, quod tamen censeri debeat esse irregularem; ex quo nõ apparet de eius absolutione obtenta, cum in irregularitatem inciderit ob celebrationem missarum tempore, quo reperiebatur notorius concubinarius per supradicta, quia omissis alijs, quæ dici possent; Rñdetur, quod irregularitas
43 † non inhabilitat clericum, quin possit testificari contra parem in ordine, uel minorẽ, & fortius cõtra inferiorem se, prout sunt laici. ita dicit Simon Maiol. in tract. de irregularit. & alij. can. impedim. in cap. 2. sub nu. 11. in fi. & nu. seq. lib. 1.

Quibus accedat, quod ex quo ratione sui officij, & quia solus in loco, & alius Sacerdos haberi non poterat, dictum matrimonium celebrauit, quod aliqua exceptio contra eius personam ad tollendum eidem fidem obijci non potuit, neq; potest: cum ibi ad curam gerendam animarum ab ordinario censeatur fuisse approbatus, prout fieri solet; cum valeat argumentum à commu-
44 niter accidentibus. † Mars. latè in singul. 1. totum; & nemo sit decipiendus sub fide, & approbatione ordinarij, cum alteri per al-
45 terum iniqua conditio † inferri nõ debeat; l. non debet. ff. de reg. iur. & optimè facit l. Barbatius, & ibi omnes Doctores, præsertim Bar. sub num. 4. 9. 10. & seq. ff. de offic. prætor. & latè firmat ad casum Abb. de prę
46 lato inhabili, † quod ualeant eius gesta cõcurrente eius quasi possessione, auctoritate, & tolerantia superioris, ac communi errore tam in foro iudiciali, quam in foro pœnitentiali, in c. nihil. sub num. 11. & seq. & in c. dudum el secundo sub num. 20. de elect. omnino vidend. & quòd illud, quod quis
47 † facit ratione sui officij, teneat, etiamsi sit infamis, donec sit priuatus: & quòd irregularis & homicida remaneant in sua prælatura, donec remoueantur, & quod iudici ordinario non possit apponi infamia: & quòd in omnibus dignitatibus, quibus est annexa iurisdictio, siue sint seculares, siue sint ecclesiasticæ, ualeant gesta ab ordinario, licet minus digno, & cui officium esset per superiorem interdictum, & quòd subditi nihil possint opponere ordinario existenti in quasi possessione iurisdictionis, superiore sciente, & patiente, & alia ad propositum nostrum facientia dicit Fely. allegando passim Bal. & Innoc. in c. sciscitatus, sub nu. 2. omnino videndus, de rescript.

Et quod in pertinentibus ad eorum offi-
48 cium Plebanis, seu Viceplebanis, † (cum etiã Viceplebanus dicatur uerus curatus)

cre-

credatur, dicit Corn. in conf. 18. num. 12. in verf. ponderãdum, vol. 2. Et fic remanet inconcussum à quauis oppositione, & opposita exceptione testimonium dicti Reuerendi Ioannis Mariæ Paganini, qui dictum matrimonium celebrauit ex supradictis, cui &
49 plene credi debet, † cum tractetur de probando dicto matrimonio, secundum Rot. nouissimam; eum illud ratione sui officij celebrauerit; in decis. 750. num. 10. omnino viden. par. 1. sequendo Grammat. in conf. 24. num. 8. in ciuil. & facit Lap. alleg. 94. numero 6. in fi.

Prout nõ militat nec alia oppositio facta secundo testi de inimicitia, nec per consequens, quod conuincatur de falsitate, nec periurio, cum sentẽtia in actis producta nõ dicat, quòd à dictis de Cataneis aduersarijs fuerit vulneratus dictus testis, cum uero ab illis vulneratus nõ fuerit; cum ipse testis, vt vulgo dicitur, {entrasse di mezo, facendo questione dicti de Cataneis, con vn'altro, & in quella questione vennero poi altri, dalli quali fù ferito} prout apparet ex dicta sententia: & ita etiam præsumi debet;
50 nedũ quia scriptura † dubia, seu ambigua, uel dictum testis interpretari debet contra producentem scripturas, seu inducentem testem. Alex. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. num. 15. vbi etiam dicit hoc limitari, quatenus probatio ambigua sit in quolibet intellectu . . . . ad intentionem probantis. ff. de uerb. oblig. & idem Alex. in consil. 54. num. 8. vol. 5. uerumetiam & quia, ut supra dictum est, probationes reprobatoriæ debent esse liquidissimè probatæ, ac omni dubitatione & ambiguitate carentes. Et cum oppositio etiam nullitatis eius examinis cesset, per ea, quæ supradicta sunt in parte in personam R. Paganini, ideo vlterius non insto, cum dicta sufficiant.

Prout similiter nihil obstant in aliquo oppositiones adductæ cõtra D. Bortholam tertiam testem, uidelicet contrarietatis, falsitatis, periurij, & prout in motiuis dicitur: ex quo in examine per eam facto coram Cancellario Vicarij Episcopi Adrien. in vim remissorialium Rochi Catanei eidem Vicario directarum, fit contraria primo suo examini facto coram clarissimo Potestate Lendenariæ, de quo in alia informatione per me dictum est; & per hoc quod eius depositio in aliquo tanquam ipsi contraria, falsa, & periura nõ ualeat, quia ad hoc facilis est responsio.

Et dico, quòd dictum secundum examẽ fuit, & est nullum, & inualidum; & in aliqua consideratione haberi non debet: ex quo examen præfatum fuit commissum faciendum per remissionales præfatas per dictum Vicarium, electa industria suæ personæ, cũ auctoritate, quod secum assumeret unum, uel duos notarios, & quòd testes producendos examinaret. Quam quidem Bortholã, cum dictus Vicarius non examinauerit, sed Cancellarius dixerit eius examen per dictũ Vicarium faciendum, fuisse eidem commissum, fuit, & est nullum, ut est dictum, ex quo
51 fuit electa industria personę † eiusdem Vicarij: & propterea per ipsum Vicarium dicto notario non potuit committi dictũ examen faciendum: ita in proprijs terminis firmat Add. ad tract. de testib. diuers. Lanfrãc. de Oria. num. 19. fol. mihi 292. allegat Bal. omnino uidendum vltra alia iura in l. 1. §. ne autem. sub num. 3. & 6. C. de caduc. toll.

Et non solum dictum examen præfatæ Bortholæ est nullum, quia dictus Vicarius non potuit illud committere faciẽdum per dictum notarium, uerumetiam & quia de tali commissione eidem data per dictum Vicarium nõ constat, licet ipse notarius hoc dicat, cum eidem asserenti de tali commissio-
52 ne non credatur † absq; testium præsentia; prout firmat Imol. in c. fi. num. 8. de fide instrum. Ioan. de Anan. in cons. 49. nu. 6. & ibi Bolog. in addit. ante fi. in ver. secundo; quod & prius uoluit Bal. in l. iurisiur. nu. 11. & seq. C. de testib. Cast. in cons. 38. num. 2. vol. 2. & Odofr. in l. scripturas. nu. 3. C. qui potio. in pigno. habe. & sic dicta nullitate stante dictum secundum examen in aliqua consideratione haberi non debet, per c. nõ præstat, de reg. iur. in 6. sed remanet ualidũ & illæsum dictum eius primum examen ualidè & legitimè factum, etiam cum interrogatorijs partis aduersæ, & seruatis de iure seruandis: ad quod facit illud, quod dicit Catell. Cotta in suis memorial. in ver. testis facit, post princ. ver. & ideo fol. 689. ubi di-
53 cit, quod si duo testes † sunt contrarij, & unus non reddit rationem sui dicti, & per hoc non ualeat, quod non dicitur alteri cõtrariari. & propterea non obstant dicta Bar. in l. is, apud quem, in prima lect. num. 12. C. de eden. in motiuis allegata: quia dicta Bar. in cl-

54 † intelligi debent prout ipse dicit, quando
examen non fuit à principio nullum, prout
fuit in casu nostro; sed aliud quãdo fuit ua-
lidũ, & de illius fide tractatur postea in alijs
iudicijs, etiam inter diuersas personas; q d'
secus est in casu nostro, cum dictum examẽ
fuit nullum à principio, & fides non datur
illi circa dictum examen de eo, quod scrip-
sit, cum talis persona non fuerit electa à par
tibus litigantibus, prout à partibus eligi so-
let, ne eligatur persona suspecta, & qui uerũ
non scribat.

Et quod illud, quod est redactum in in-
strumento nullo non solum nõ probet, quia
55 instrumentum nullum est. † verumetiam &
de redacto, seu in eo scripto fidem non fa-
ciat, sed aliud de eo probari debeat; firmat
Rapha. Cuma. in l. seruum filij. §. eum, qui.
num. 3. & seq. & ante eum Bal. in fi. & ibidẽ
etiam Castr. num. 5. Imol. num. 2. & Alex.
num. 3. ff. de leg. 1. ubi dicunt, quod si statu-
tum annullat instrumentum ob gabellã non
solutam, quod per idem instrumentum non
probatur dictum in eo confessatum; dum
aliquam fidem non faciat, nec quoad debi-
tum, sed aliunde probandum sit per testes,
uel aliàs. Et sic cessant in totum oppositio-
nes, & allegata in motiuis ex resolutionibus
supradictis.

Prout similiter nõ obstat oppositio pau-
pertatis facta quartæ testi, cum paupertas,
56 † dummodo aliàs non sit turpis persona, nõ
inhabilitet testem; prout ad casum firmat
Zas. in cons. 2. num. 31. & seq. uol. 2. Flori.
in l. testium, num. 3. ff. de test. & quod pau-
per sit idoneus testis, si non tractetur de prę
iudicio alterius matrimonij, prout in casu
nostro non tractatur, cum nemo dictorum
iugalium cum alio, & alia respectiuè cõtra-
xerint: firmat Giga. in singul. 48. num. 2. &
prius uoluit Alex. in cons. 149. nu. 9. vol. 5.
57 vnde cum opponens † in excipiendo effi-
ciatur actor, prout dicit Abb. in c. dudum,
58 num. 7. in fi. de præsumpt. & bonitas † per-
sonæ præsumatur nisi aliud probetur, qui
se fundat in exceptione, debet nedum de
59 paupertate ad effectum repellendi † testem
probare; sed etiam de turpitudine personæ,
de qua minime probatur in casu nostro. Et
propterea oppositiones non militant, & te-
stis remanet in suo robore.

Prout nec militant oppositiones factæ
R. Nascimbono quinto testi, prout con-
stat in motiuis. Primo, quòd sit inimicus
illorum de Cataneis, & eos odio proseque-
retur; cum ipse & eius fratres coacti fuerint
medio iure relaxare dictis de Cataneis
quędam bona. Quia ad hoc respondetur
primo non probari. Secundo dicitur, quod
non ex qualibet lite orta super bonis cau-
satur inimicitia, ut testis repellatur, quin te-
stificari possit contra eos, qui super bonis
egerunt; sed tantum quando est inimicitia
60 capitalis, uel quæstio capitalis, quæ † est,
quando est causata lite uertente super om-
nibus bonis, vel maiori parte bonorũ, prout
latę firmat Alex. in cons. 99. num. 1. in uers.
constat. omnino uiden. vol. 1. Quod minimè
est in casu nostro; cum hoc fuisset articulan
dum, & probandũ per aduersarios. Et quia
61 probationes † reprobatiuæ debent esse cla
rissimæ; & quia excipiens actor efficitur; &
probare debeat plenissimè fundamenta suę
exceptionis, prout supra firmatũ est. Prout
nec uerificatur alia oppositio imbecillitatis,
cum de ea minimè probatum sit; imò quod
non sit verum aliquam imbecillitatem pati,
lectura sui constituti hoc indicat, dicente
scriptura, nam & loquela tua te manifestum
facit; cum in exprimendo illud, quod depo
nit melius exprimi non poterat ordine &
proprietate uerborum cõsideratis. Et quid
plura, quomodo de dicta prętensa imbecil-
litate potest opponi dicto testi; si animarũ
curam exercebat; certe dicta oppositio ca-
ret omni verisimilitudine, & fide, ex supra-
dictis. Et pariter non militare tertiam op-
positionem prætensæ inuerisimilitudinis,
dicendo, quòd non erat necesse eidem Na-
scimbono confessario habere fidem à dicto
D. Dauid, quod dicta D. Angela esset sua
vxor; quia ad hoc respondetur, uerisimilius
esse depositionem, seu attestationẽ; ex quo
publicum & notorium erat in loco sic par-
uo, quod dictus D. Dauid per spatium plu
rium annorum detinuerit dictam Angelam
pro concubina: & propterea cum tunc illã
desponsasset: & hoc ignoraretur à dicto Na
scimbono confessario, & Curato ecclesiæ
sanctæ Sophiæ de Lendenaria, cum sciret
ipsam non esse absoluendam, si persistebat
in peccato mortali concubinatus. Ideo cũ
diceret, quod amplius non erat concubina
dicti D. Dauid, sed uxor; voluit hoc ab eo-
dem Dauid audire; prout audiuit dicendo
eidem, quod propterea audiret eius confes-
sionem,

ſionem, & illi ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum ſubminiſtraret, prout ex actis conſtat.

Neq; ſimiliter obſtat alia oppoſitio obiecta, quòd dictus Naſcimbenus etiam non probet de dicta confeſſione, & matrimonio reſpectiuè, quia eſt ſingularis; quia ad hoc reſpondetur, quod licet regulariter alicuius
62 confeſſio † per unum teſtem probari non poſſit, tamen ſecus eſt in caſu matrimonij, & ſic in caſu noſtro: quia confeſſio facta dicto Sacerdoti in actu confitendi in foro iudiciali per dictos coniuges, plene per eum ſolum probatur: ita expreſſe firmat Iaſ. in l. 1. §. Lucius. ſub num. 6. ff. de iuſt. & iur. quod & prius firmauit Roma. in l. ſi non ſpeciali, num. 15. C. de teſtam. & eſt addit. 1. Nicol. Pign. ad ſing. Roma. 620. in fi.

Prout pariter non militat quinta oppoſitio ei de facta, quod ſibi ipſi ſit contrarius; cum ex proceſſu, & ſuo examine aliter conſtat: cum ipſe deponat; quòd cum nō uellet audire confeſſionem D. Angelæ; ex quo uidebatur ſtare cum dicto D. Dauid in concubinatu; quòd dictus D. Dauid in die ſequenti eidem dixit à dicta eius uxore miſſus ad inſtantiam eiuſdem ſacerdotis, quod eius confeſſionem audiret, & illam abſolueret, quia erat ſua vxor, prout dicta Angela dixerat. Et ſic nulla contrarietas inuenitur in eius depoſitione; pro quo facit illud, quod dici ſolet, quod dicta teſtiū ſunt
63 iuuanda, † & ſupplenda, non cauillanda, imò concordanda, & illorum uerba improprianda, ſi opus eſſet, ne corruat dictum, cū non capiant iuris ſubtilitates, prout dicit Soc. iun. in conſ. 31. nu. 6. & 29. uol. 2. Feli. in c. quoties. num. 8. de teſti. & Bald. in cap. præterea. nu. 10. eod.

Neq; obſtat illud, quod dicitur, quod
64 credi non debeat dictę confeſſioni † factę per dictam Angelam, cū tractet de ſe exonerando; ad dicta per Monti. in repert. teſt. fol. 259. in ver. teſtis, qui tractat, & ſeq. in motiuis allegatis: quia ad hoc reſpondetur ipſum & Doctores per eum relatos non loqui in caſu noſtro, ſed in caſu, quo quis deponit de aliqua re taliter, ut ipſum à quauis culpa, delicto, ſeu alia re ſimili exoneraret; & ad ſui fauorem cōcludat, quod in totum differt à caſu noſtro: ideo ulterius in hoc nō inſiſto. Et quid plura, in ſpecie firmatum
65 eſt per Doct. per ſimplicem † confeſſionem coniugum, quando de infringendo aliud matrimonium nō tractatur, prout alteri matrimonio non præiudicatur in caſu noſtro, de matrimonio inter eos contracto probari, prout latè firmat Maſcar. in tract. de probat. conclu. 1029. nu. 1. & 7. vol. 2. & prius uoluit Abb. in c. 2. nu. 3. & ibi add. de cland. deſpon. Roma. in ſing. 620. num. 2. & ibi 2. addi. Gemi. in conſ. 27. nu. 6. Giga. in ſing.
* 36. vbi quamplures allegat. Et hanc eſſe cōmunem opinionem dicit Curt. iun. in conſ. 27. num. 2. vol. 1. Nec mirandum eſt, cum ante Concilium Tridentinum præcedentibus ſponſalibus copula ſecuta inter ſponſos
66 efficiebatur matrimonium, † admodum dependebat abſq; alia ſolemnitate matrimonium à conſenſu contrahentium, per cap. is, qui fidem, de deſponſal. quod hodie per dictum ſacrum Concilium ſublatum eſt.

Quo uero ad oppoſitionem factam ſexto teſti ſimiliter dicitur aliquid non obſtare, cū ſatis deponat concludenter in ſuo dicto per ea, quæ ſupra firmata ſunt,

Prout nec militat alia oppoſitio facta ſeptimæ teſti, quod ſit meretrix, & infamis:
67 quia dico, quod meretrix † cum ſit infamis de facto in cauſis ciuilibus non reijcitur à teſtimonio, ſed tantum in criminalibus, & cauſa ciuili ardua, quæ non eſt noſtra: cum non agatur contra matrimonium, ſed pro matrimonio: prout firmat Alex. in conſ. 11. num. 1. uolum. 1. quem ſecutus fuit Crot. in tractat. de teſtib. num. 30. parte 2. fol. 374.

Prout nec militat oppoſitio facta octauo teſti, cum de ea minime conſtet.

Et pariter non militat aliqua oppoſitio facta contra perſonam noni teſtis circa prętenſum concubinatum, ac irregularitatem; & quod audiuerit à dicta Angela: quia etſi tempore, quo teſtificatus fuit, fuiſſet concubinarius, & irregularis; nihilominus
68 eius teſtimonium ualet; & quia † irregularis non repellitur à teſtificādo, ut eſt dictū;
69 & quia concubinarius † non uidetur ſimiliter repelli à teſtificando, niſi in cauſis criminalibus, prout uidetur concludere Crot. in loco ſupra allegato: vbi omnes opiniones Doct. recenſet, à num. 38. vſq; ad num. 42. in quo loco uidetur ſtare cum Abb. quod talis teſtis reijciatur in cauſis criminalibus,
70 dictam cōcluſionem etiam limitando, † videlicet, vt in criminali talis teſtis non reijciatur; quando veriſimiliter per alios deli-

ctum

ctum non posset probari, quia tali casu dicit admitti tales testes; quod ualde faceret ad casum nostrum, si dictus testis repelleretur; prout non repellitur, cum simus in causa ciuili, & non agatur cōtra matrimonium,
71 sed pro matrimonio probando; † quo casu testes omni exceptione maiores non requiruntur; prout latè dicit Mascar. in conclus. 1022.num.6.& seq.opiniones etiam recōciliando. uol. 2. attento quod ipse deponit de confessione pœnitentiali eidem facta, vt confessario dictæ D. Angelæ: quo casu de tali confessione per alios probari non potest. Et sic ualeret eius testimonium, & si regulariter repelleretur per dictam limitationem. Quibus accedant dicta in personā d. presbyteri Ioannis Mariæ, cum deponat de facto proprio officio suo pertinēti, cū ab ordinario ad audiendum confessiones fuerit admissus, & toleratus: & propterea talis exceptio contra eius personam ad effectum eum repellendi à testimonio minime obijci possit. Et sic remanet inconcussum eius testimonium & confirmatum; & corroboratum etiam testimonium dicti R. Nascimboni. Neque aliquid obstat illud, quod dicitur, quod dictæ Angelæ non debeat credi, ex quo tractauit de se exonerando, dicēdo esse coniugem, & non concubinam dicti d. Dauid; quia ad hoc supra satis respōsum
72 fuit. Quibus addo, quod † præsumptio fraudis prætensæ tollitur per præsumptionem actus confitendi peccata sua; cum tūc tractetur de exonerando eius cōscientiam, non de illam grauando; cum quis non debeat præsumi immemor suæ salutis, ut est dictum. Et quod ex aduerso dicitur in motiuis, posset habere locum extra actum confessionis sacramentalis: & quando personę loquuntur coram alijs ad occultandum turpitudinem suam, & non in actu prædicto cō fitendi peccata sua. Ideo vlterius non insto; cum dictum testimonium aliqua exceptione non elidatur, ex supradictis.

Et ideo clarum est stantibus desuper dictis & deductis per me in prima informatione de uero & legitimo matrimonio contracto inter præfatos quondam D. Dauid & Angelam, ac de legitimitate dicti D. Alphonsi, & litis consortum, tribus principalibus fundamentis; quorum alterum per se ipsum sufficit fuisse probatum. Et primo de eo probatur per depositionē dicti R. Ioannis Mariæ Paganini Plebani, seu Viceplebani asserentis illud coram pluribus testib. in villa de Cauazzana Adrien. diœcesis per uerba de præsenti inter præfatos coniuges, seruata tunc forma ecclesiæ contraxisse, ultra dictam D. Bortholam, quæ similiter deponit de visu iuris præsumptione concluden. attento quod cum dicto & attestatione dicti R. Paganini concurrit publica vox & fama, uidelicet publicè dictum fuisse, seu dici dictum matrimonium inter præfatos cōiuges fuisse contractum, de qua formā nedū probatur per duos testes ultra Viceplebanū,
73 nū, qui similiter de ea attestatur; † qui regulariter sufficiunt, prout dicit Dec. in consil.
* 371.num.14.& est communis opinio, prout dicit Ficha. inter communes diuers. sub titulo de probat.num.241. uol. 1. fol. mihi 504. quod procedit etsi testes sint singulares. Alex.cons.51.nu.5. uol.1. & est magis
** communis opinio, prout dicit Bellacomb. dicto tit.num.24. verumetiam & per plures alios testes, ꝓut patet ex lectura processus.

Ex qua quidem probatione, quod dictū uerum matrimonium fuerit contractum inter præfatos coniuges, adiuncta depositione dicti Reu. Viceplebani, indubitatum est fuisse plene probatum, prout fuit decisum per Capellam Tholos. decis. 173. quam sequitur Mascard. in tract. de probat. conclu. 1028.num.6. uol.2. & idem prius firmauit Card. Alex. in c. quod nobis. num.4. in uer. quærit. de cland. despon. Abb. in c. 2. nu. 6. eo. tit. Aret. in cons. 13. num. 6. ubi de com-
* muni. Ruin. in cons. 149. num. 42. uol. 5. latè Didac. Couar. in 4. decret. in 2. par. c. 6. num. 11. & placuit Innoc. quem allegat Capell. Tholos. in c. præterea. num. 2. de testib.
74 ubi dicit, quod fama † cum alijs adminiculis defendit matrimonium. Si igitur in casu nostro nedum adest unus testis de visu, qui est etiam Viceplebanus, & matrimoniū celebrauit per uerba de pręsenti, verumetiā & alia testis, quæ tali celebrationi interfuit, iuris præsumptione in suo dicto concluden do, ut est dictum: ac alij testes, qui audiuerunt ita dici ab illis, qui ut testes interfuerūt dicto matrimonio, qui præsumptionem faciunt, & aliquam probationem; licet sint testes de auditu, cum audiuerint ab illis, qui interfuerunt, prout dicit Viu. in fortioribus terminis, cum dicat hoc habere locum etiā in causa criminali, & in uno teste tantum: ex

quo

quo concurrit cum alio teste de visu, in decis. 386. num. 1. ac de fama plusquam sufficienter probata, videat Dominus meus, si plenissimè de dicto uero matrimonio probatū est, ac de legitimitate dicti D. Alphōsi & litis consortum, per consequens non habere locum cons. 113. Bart. num. 3. in moti-
75 uis allegatum. quia Bart. † loquitur in casu, quando adest ad probandum matrimoniū fama tantum; non est dubium tunc famam matrimonium non probare, quod secus est in casu nostro, in quo cum fama concurrit dictum Plebani, qui illud celebrauit, ultra alios testes, de quibus supra dictum est.

Et quod de dicta fama per testes adductos rectè probatum sit, latè ostendi in prima mea informatione, ad quam in reliquis me remitto.

Et licet in motiuis adducatur ad tollendum fundamentum præfatæ famæ alia fama contraria concubinatus dicti D. Dauid & Angelę, ac illegitimitatis d. D. Alphonsi & litis consortum; tamen hoc nō obstante, adduco duo fundamenta, quorum alterum per se ipsum sufficit. Et primo dico, quod
76 debet attendi fama † legitimitatis, & pro ea iudicari, tanquam magis iuris dispositioni cōsona: prout reliquit decisum Pute. decis. 2. num. 1. & seq. lib. 3. cum magis uerisimile sit, stante quod per decennium, & ultra insimul cohabitauerunt dicti cōiuges; prout in prima informatione deductum est; verisimile etiam sit, quod propter filios susceptos d. D. Dauid ad effectum eos legitimandi duxerit in vxorem d. Angelam; & quod noluerit in peccato mortali semper viuere, & in eo mori: prout considerauit idem Pute. d. decis. nu. 3. per totum. Et quia etiam in dubio quilibet à iure præsumitur legitimus
77 † ad tollendum delicti, & illegitimi coitus præsumptionem, prout voluit Bald. in cons. 437. nu. 4. & seq. uol. 5. idem Card. Alex. in c. lator. nu. 7. in princ. qui fil. sint leg. Cardi. Paleo. in tracta. de nothis, spurijsq; filijs. c. 20. nu. 3. & c. 22. nu. 6. in fi. Bartho. Vero. in caut. 118. nu. 2. Cotta in memorial. suis in uersic. filius præsumitur legitimus. fol. mihi 263. Soc. sen. cons. 23. nu. 19. vol. 1. & Menoch. de arbitr. iud. casu 89. nu. 71. & hanc
** esse magis communem opinionem dicit idem Menoch. in tracta. de præsumpt. præsumpt. 54. nu. 20. lib. 6. uol. 2. Quibus omnibus accedant etiam quamplurium testiū depositiones per partem aduersam examinatorum de auditu deponentium, dictum matrimonium fuisse contractum inter præfatos Dauid & Angelam. Quos quidem te-
78 stes † cum alijs adminiculis plene probare dicit Aymo in cons. 277. col. 3. ante fin. in uer. cuius etiam probatio.

Secundo adduco, quod ex quo per depositionem dicti Viceplebani, & prædictā publicam uocem & famam est plenissimè probatum de dicto matrimonio; quod talis
79 probatio † non eliditur per contrariam famam concubinatus, & illegitimitatis: cum clarum sit in iure, plenam probarionem per semiplenam probationem de directo contrariam non tolli, nec elidi; prout dicit Angel. in l. 1. §. si quis negat. nu. 2. & ibi Imol. nu. 7. ff. quemadmo. test. aper. Dec. in cons. 162. nu. 28. in uer. vltimo in cōtrarium. vbi dicit ex dicto Bart. quod si actor probauit intentionem plenè, & reus semiplenè, si
80 probationes sunt contrariæ, † prout sunt in casu nostro circa præfatam famam, cum una sit de contracto matrimonio & legitimitate; altera uero de concubinatu & illegitimitate; quod probatio actoris remanet perfecta, & nullo modo elisa. latè Alex. in cons. 134. num. 1. uol. 2. Bal. in l. in bonæ fidei, quæst. vlt. num. 38. C. de reb. cred. & ita firmat idem Bar. dicendo in hoc concordare tam Doct. iuris ciuilis, quam Canonici. in l. admonendi. num. 50. ff. de iureiur. Et ex his sit firmatum apertissimè esse probatum de dicto matrimonio & legitimitate per dictum Viceplebanum, & dictam publicam vocem, & famam: ac sublatum obiectum, quod obijciebatur de dicta fama illegitimitatis.

Et cum de matrimonio uero probatum sit, similiter patet illud, quod obijcitur de contrarijs coniecturis, & præsumptionibus concubinatus, & illegitimitatis in aliquo non obstare, & locum non habere, nedum quia habemus magis verisimiles cōiecturas & præsumptiones, cū inhæreant ad cōprobandum verū matrimonium, probatū prout in prima informatione dictū est; verumetiā
81 et quia in claris locus† non est coniecturis. per l. continuus. §. cum ita. de uerb. obliga. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. nō aliter. ff. de leg. 3. attento quod tantum contra præsumptiones iuris, & coniecturas cadat contraria probatio, & consideratio aliarū præsumptionum,

sumptionum, & coniecturarum contrariarum, & non contra probationem veri matrimonij, prout in casu nostro probatũ fuit, secundum ea, quæ magistraliter nos docuit Bal. in l. non ignorat. nu. 5. per totum. C. de his, qui accus. non poss.

Et non solum cõst de vero matrimonio ex supradictis, sed etiam ex cõfessione facta in actu audiendi confessionem sacramentalem per dictos DD. Dauid & Angelam cõ

83 iuges: quæ cõfessio † de dicto matrimonio plenè probat, & probatur, prout tam supra in præsenti, quam in alia prima informatione ostensum & demonstratum est per iura adducta.

Et propterea neque obstat illud pariter, quod in motiuis dicitur, nos non uersari circa probationem matrimonij præsumpti, nec putatiui, sed veri. Quia ad hoc respõdetur, probatum esse nedum de præsumpto matrimonio, ut in prima informatione dictum est; sed & de vero matrimonio, tribus capitibus principalibus; quorum de duobus dictum est supra; & de alio infra dicetur. Vltra quod quoad D. Alphonsum & alios filios dictorum coniugum, non possit negari intentatum esse iudicium legitimitatis eorum, & de matrimonio fuisse iudicium intentatum in eodem libello ex parte eorum matris, quæ ad iudicium uenit, ut declararetur uerum matrimonium fuisse contractũ inter dictum Dom. Dauid & ipsam, prout probatum est; accedentibus præsertim clausulis libelli &c. Sed in hoc non insisto, quia tripliciter de dicto vero matrimonio plene probatum est, & quodlibet caput per se sufficit, ut est firmatum, nedum omnia simul iuncta.

Neque præmissis in aliquo obstant assertæ sententiæ latæ ad fauorem aduersariorum; & contra dictum Alphonsum, & litis consortes: quia duæ sententiæ latæ, una per clarissimum Dominum Potestatem Lendenariæ; & alia illam confirmans per Excellentissimum Consilium de 40. fuerũt latæ super spolio intentato per dictum dominum Alphonsum, & litis consortes; absoluendo aduersarios super petitione bonorũ eorum patris. Et quia aduersarij semper opposuerunt, quod dictus Alphonsus & litis consortes erant illegitimi: & quòd lis ad eorum instantiam pendebat coram iudice ecclesiastico super eorum legitimitate & illegitimitate respectiuè: et per hoc quod ipsi iudices laici non poterant eisdem dare dicta bona hæreditaria dicti Domini Dauid, nisi prius cognito de eorum legitimitate. per cap. tuam. de ordine cog. prout constat de dictis scripturis oppositionum per eos productis. Altera vero lata per dictum Reuerendum Blasium Gulielmum fuit lata super alimentis per eos petitis, absoluendo aduersarios: ex quo idem Alphonsus reportauerat sententiam contra à Dom. Rocho Cataneo Auditore Illustrissimi Nũtij, cum declaratione, quòd per dictam sententiam in aliquo non intendebat præiudicare dicto Alphonso, & litis consortibus super negotio principali legitimitatis.

Prout aliam consimilem sententiam super alimentis reportauit contra idem dominus Alphonsus à dicto clarissimo D. Potestate Lendenariæ, coram quo postea quam habuerat sententiam cõtra à Domino Rocho Cataneo, illa petijt sibi decerni: & propter illam sententiam similiter idem Potestas voluit decernere alimẽta, cum uidebatur læsum suum ius.

Et sic videat Dominus meus, in qua consideratione debeant haberi in præsenti iudicio præfatæ assertæ sententiæ: ex quo dictæ duæ primæ excluserunt dictum Alphõsum, & litis consortes à prætenso spolio hæreditatis paternæ ob exceptionem per aduersarios interpositam coram eisdem iudicibus de eorum illegitimitate: & ante illius cognitionem non debere audiri super bonis, seu hæreditate paterna. per dictũ cap. tuam. de ordi. cogni. Aliæ vero duæ interlocutoriæ excludentes similiter dictos Alphonsum & litis consortes à consecutione alimentorum fuerunt latæ, eo quia per sententiam dicti D. Rochi Catanei fuit læsum eorum ius, sed minimè præiudicãt negotio principali.

Alia vero Domini Rochi Catanei sententia similiter in aliqua consideratione haberi non potest; nec aliquid operatur tribus principalibus fundamentis. Primo, quia fuit appellata; & causa appellationis commissa in vim commissionis Apostolicæ, Reuerendo Vicario Taruisino; & illa pendente, licet renunciauerint dicti Dom. Alphonsus & litis consortes; tamen per aliam commissionem Apostolicam, dicta renunciatione non obstante, fuerunt in integrum

P resti-

restituti,prout iuris fuerit, in eo statu & terminis, in quibus reperiebantur ante dictam renunciationem,& litis cessionem, cum per eam fuerint enormissimè læsi. Vnde sicut tunc aliquem effectum facere non poterat quoad negotium principale; multo minus hoc non potest facere in præsenti,cum fuerit reuocata per aliam sententiam ad fauorem d. Alphonsi & litis consortum etiam ex nouis iuribus latam.

Secundo respondetur,quod dicta sententiam fuit,& est nulla ex falsa causa in ea expressa:nam in ea leguntur in eius præmissis per modum causæ infrascripta uerba, videlicet. Visis testibus &c. Et tamen coram eo nunquam fuit reproductum examen dicti Reueren. Ioan. Mariæ Paganini Viceplebani;qui dictum matrimonium per verba de præsenti inter præfatos coniuges celebrauit;attento quod cum ipse esset examinatus per dictum Dominum Rochum Cataneum, retulerit se ad examen factum super dicto matrimonio prius coram Potestate Lendenariæ, dum inter præfatas partes super spolio præfato actum fuit, de quo plene deposuerat; & ipse portabat totam uim probationis, & uictoriæ. Vnde cum dictum examen factum coram D. Potestate, ad quod habita fuit relatio per illum testem, & per iudicem fuit acceptata, & in processu non inueniatur:non est dubium ex dicta falsa causa in sententia expressa eius
83 † sententiam reddi nullam, & inualidam;
** ad dicta per Alex. qui de magis communi attestatur in consilio 123.numero 7. vol. 1. Ancha. in consilio 207.numero 8. sequitur Dec.in cap.quoniam contra.sub num. 158. de probat.Socin.iun.in consi.39. num. 25. uolum.2.& in consil. 108.num.4. volum. 1. Innoc.in cap.cum Bertoldus.num.4.in uer. concessimus. & Abb. in cap. inter cæteras. de re iud. Cyn.in l. 1.num. 3.in fi.& ibi Bar. num.2.in uer.quandoq;. C.de erro.calc.& Ioan.de Imol.in c.in præsentia.num. 46. & seq. de renunc.

Tertio dicitur, quod etsi fuisset redactū in processu coram eo fabricato examen dicti R.Paganini,prout non fuit, contra formam iuris & iustitiæ; quod constitisset, & constaret de notoria iniustitia, & iniquitate dictæ suæ sententiæ; cum dubium non sit per dictum Viceplebanum, & alios testes coram eo examinatos fuisse plenissime probatum de dicto vero matrimonio contracto inter præfatos coniuges, prout supra firma-
84 tum est: Quæ notorietas † iniustitiæ cū esset uisibilis ex actis,ipso iure iniquam,& nullam redderet sententiam: ad firmata per Fely.in c.inter cæteras.sub num. 10. & seq. de re iud.& Barbat.in cons. 10.num. 33.& seq. uol. 2. Et sic cessant in omnibus etiam circa sententias præfatas obiecta,& nullum effectum facere apparet.

Et non solum ex dictis duobus capitibus constat esse probatum de uero matrimonio contracto inter præfatos coniuges ex supra dictis;& per consequens de legitimitate dicti Alphonsi,& litis consortum; verumetiā & probatur de matrimonio prædicto, & legitimitate ipsorum per tres arbores consanguinitatis in iudicio diuersis uicibus productas. attento quod dicta Angela & Dauid eorum pater essent soluti; & aliud canonicum impedimentum ad contrahendum nō obstaret illis: & dictus D.Dauid eorum pater in dictis arboribus consanguinitatis vna cum litis consortibus de Cataneis,seu eorū patribus;cum tractaretur de recuperatione quorūdam bonorum feudalium, seu in emphyteusim ab ecclesia eisdem datorum, ad successionem quorum non admittuntur nisi
85 filij † legitimi:prout dicit Soc.iun. in cons. 63.nu.44.volum. 3. quem secutus fuit Menoch.in cons.490.nu.24.volum.5. & prius dixit Luca de Pen.in l.4.num. 26. C.de his qui spon.pub.mun. sube. lib. 10. Confessus fuit,& cōfessi fuerunt respectiuè dictos D. Alphonsum, & Ioannem Gulielmum eius fratrem esse filios dicti Domini Dauid, in dictis arboribus sic eos describendo, nullo adiecto uerbo, quòd essent naturales; cum ad tales successiones naturales filij, seu bastardi non admittantur, sed tantum legitimi,vt supra dictum est. Et prima arbor cōsanguinitatis,& descendendentiæ fuit producta in iudicio vsq; de anno 1548.coram clarissimo Potestate terræ Lendenariæ Adriensis diœcesis. Altera vero arbor fuit producta de eodem anno 1548.sub die 12. mensis Aprilis coram eodem clarissimo Potestate Lendenariæ;& deinde translata coram Excellent.Cons.de 40.de anno 1556. Altera uero sub die 8.Octob. 1549. coram eodē clar.Potestate,prout ex actis apparet.

Ex qua quidem confessione sic in iudicio facta reiteratis vicibus per dictum dominum

minum

minum Dauid eorum patrem, ac eosdem
86 aduersarios, non est dubium † & de dicto matrimonio, & de eorum legitimitate probari; cum ita lex præsumat, & statuat contrarium per aliquem probari non posse cum sit iuris & de iure præsumptio. text. est apertus. Et hoc tantum fundamentum etiam sufficit, Authen. matri & auiæ §. ad hoc. & ibi Iacob. de Beluis. Bart. & Angel. & optimè firmat Cardin. Alexan. in cap. per tuas. numero 15. & sequen. qui filij sint legit. sub numero 52. parte prima. Anton. de Rosell. in tracta. de legitim. in uers. de matrimonio præsumpto. numero 7. & sequen. Menoch. dicto consilio 490. numero 13. & prius uoluit Luc. de Pen. in l. 3. in quarta præsumpt. quæ est sub numero 14. C. de apoch. priua. libro decimo. Neque aliquid refert si non fuit facta dicta confessio per dictum dominum Dauid in testamento, vel alio instrumento publico: quia dicta Authent. dicit idem procedere, etiamsi in gestis monumentorum talis confessio fiat, idest, in forma iudicij, prout fuit facta in casu nostro: & dicit glo. in dicta Authent. in vers. gestis. & hoc idem ibi firmat Angel. quæ probatio matrimonij, & legitimitatis, ultra quod ex cōfessione proprij patris, & legis dispositione remaneat uera, & inconcussa ex supradictis; tamen ad hoc fundamentum duo specialia accedunt, videlicet, quod & dicta cōfessio non solum fuit facta per dictum eius patrem, verumetiam & per suos patruos & aduersarios; qui coniunctim cum dicto eorum patre produxerunt in iudicio dictas arbores, prout constat de earum productione in dictis arboribus. Et quòd etiam, & sit secundum speciale, fuit iudicatum pro dictis arboribus consanguinitatis ad eorum & in eis nominatorum fauorem. Vnde videat dominus Iudex, si dicti aduersarij contrarium hodie dicere possunt; cum iudicijs publicis fuerit roborata talis confessio, & nemo possit venire contra propriam con-
87 fessionem † animo deliberato, prout fuit ista, etiam pluries in iudicio facta, prout voluit Rota teste Aegid. Bellamer. in decis. 690. presertim si pro ea fuit iudicatum, prout in casu nostro, prout dicit Marsil. in sing. 287. per totum. Et ista sit resolutio secundi capitis probationis matrimonij præfati, & legitimitatis prædictorum.

Neque obstat, quod indebitè opponitur per dictos DD. aduersarios contra dictas arbores de prætensis supplantationibus & falsitatibus, cum constet expresse de contrario. Et quod dictæ arbores fuerunt productæ per dictum Dominum Dauid & aduersarios, patet; ex quo arbor producta sub die vltima Octobris anni 1548. in causa, quam habuerunt coram clarissimo D. Potestate Lendenariæ præfati DD. Dauid & fratres de Cataneis contra quondam Elisabeth hæredem quondam D. Leonis de Venetijs; de qua arbore constat in originali processu in actis quondam D. Lactantij de Laurentijs olim notarij publici in dicta causa, & aliquid non opponunt dictis arboribus præfati aduersarij, cum nec opponere possint. Et ista tantum arbor, ex quo in ea fuerunt descripti & annotati dicti Alphonsus & Ioannes Gulielmus, uti filij dicti Dauid, & successibiles ad feuda ecclesiastica; sufficit ad probandum de dicto matrimonio, & de eorum indubitata legitimitate, cū dicta Authent. §. ad hæc. disponat tantum unam confessionem sufficere in iudicio uel instrumento factam, absque eo quod de pluribus confessionibus similibus probetur, prout in casu nostro probatum fuit, licet nō esset necesse.

Et pariter aliquid opponere non possunt contra arborem exemplatam ex alio processu producto ad Excellentissimum Consilium de 40. ciuile nouum huius Ciuitatis Venetiarū, sub die 11. Ianuarij anni 1556. contra D. Ioan. Augustinum, & Franciscū de Ianuarijs, & litis consortes, similiter per dictos DD. aduersarios; in qua similiter sunt annotati & descripti præfati Alphonsus, & Ioannes Gulielmus, vti filij præfati Dauid: & nihil releuat, etsi notarius Lendenariæ dicat dictam arborem non inueniri in originali processu, nedum quia dicta fides per eum facta nihil probat; cum fides
88 † fidem non faciat in iudicio, iuribus vulgaribus: verumetiam, & quia constat de dicta arbore esse factam mentionem in sententia in dicta causa lata per dictum clarissimū Potestatem Lendenariæ. Et quia fuit, & est reperta una cum processu in archiuio publico huius ciuitatis Cōsilij de 40. prædicti. Quo
89 casu etiam si sit exemplum † plenè & indubitanter probat propter locū publicum, in quo reperta fuit; cum ibi seruentur scripturę & processus, seu regesta, quæ in causis pro-

ducuntur expediendis in dicto Excellentissimo Consilio de 40. ita dicit Angel. in Authen. si quis in aliquo. numero 1. in uer. forsan etiam. & ibi Iaso. numero quinto, in ver. ultra. Bart. & Alexan. numero 8. C. de eden. Bald. in l. gesta in finalibus verb. C. de execu. rei iudi. Innocen. Butr. & Imol. in capit. primo, numero 8. de procura. Bellon. in consilio 57. numero 12. attestan. omnes modernos ita tenere. idem Angel. in consilio 140. numero quarto. Qui similiter dicit, omnem scripturam in archiuio publico existentem, dummodo bene custoditam, plenariam fidem facere. & Marsil. in rubr. sub numero 312. & sequē. omnino videndum. C. de probat. Cum tanta sit fides archiuij,

90 † quod etsi fuerint scripturæ extractæ parte non citata, fidem faciant, prout dicit Belyn. in cap. ad audientiam colum. 7. in princip. in uer. sexta conclusio. de præsumpt. & prius uoluit Bald. in cap. 1. in finalib. uerb. de fide instrum.

Et non solum aliquam exceptionem nō possunt opponere aduersarij ex supradictis, quia dicta arbor fuit extracta & transumptata de regesto, & archiuo publico bene custodito in ciuitate tam insigni: uerum etiam & quia reperitur in dicto processu;

91 etiamsi in archiuio publico † non esset custodita, ad firmata per Alex. in dicta Auth. si quis in aliquo, cum accumulatis per eum sub nu. 9. C. de eden. cum regestum seu processus fidem plenam faciat.

Neque obstat pariter illud, quod opponitur contra aliam arborem similiter productam per dictum dominum Dauid, & fratres de Cataneis, in qua similiter sunt annotati & descripti dictus Alphonsus & Ioannes Gulielmus coram eodem clarissimo Potestate Lendenariæ sub die octauo Octobris anni 1548. producta in causa, quam habuerunt contra dominum Octauianum & Galeatium de Gerardinis. quod non reperiatur in originali processu, quia satis est in eo constare de illius productione, prout constat, & de ea apparere enunciatiuè factam esse mentionem, etiam in sententia ad fauorem dictorum de Cataneis lata: ac ipsam arborem reperiri in regesto authentico copiato ex originali processu existente penes dominum Ioannem Antonium Cataneum, quo casu plene probat per desuper dicta, per Alexan. in dicta Authen. si quis in aliquo. numero nono. C. de edend. & dicta arbor fuerit etiam extracta & exemplata de ordine clarissimi Aduocatoris Communis huius Ciuitatis Venetiarum.

Et pariter aliquid non obstat illud, quod dicitur de alia asserta arbore confecta de anno 1549. sub die decimatertia Maij producta per partem aduersam; & quod illam prætendant fuisse supplantatam per dictum dominum Alphonsum, cum minime hoc uerum sit; attento quod nunquam illa vsus fuerit dictus dominus Alphonsus in iudicio nec extra; et cum careat omni fide in aliqua consideratione haberi non debet: nec ex ea aliquod præiudicium inferunt alijs arboribus legitimis, authenticis, & ualidis, ac sub fide publica custoditis, ut supra dictum est. cum separatorum

92 † separata sit ratio; prout dicit Bald. in l. cum proponas. numero duodecimo. C. de nau. fœno. & in l. nam satis. §. si ego. num. 1. si quem ad. ser. amitt. & de illius falsitate cōstat ex ualiditate & legitimitate supradictarum arborum.

Neque obstat si dicatur per aduersarios, quod dictus dominus Alphonsus & litis cōsortes procurarunt illam extrahi facere de dicto processu: quia quando ipsi hoc procurarunt, uon fuerat supplantata, neq; aliquo modo vitiata: de quo uitio aperte constat ex tenore aliarum arborum in publicā formam, & in archiuio publico repertarum, ut est dictum: cum illa arbor sit dissimilis ab alijs, cum in ea non sit descriptus Ioannes Gulielmus frater dicti domini Alphonsi: quod non esset, si fuisset legitima, & illa eadem, quæ à principio fuit producta in illo processu, sed de ea non est curandum; cum dictus dominus Alphonsus, & litis consortes illam in iudicio non produxerint, nec illa unquam vsi fuerint, nec in iudicio, nec extra; sed illam tantum produxerint aduersarij, & ipsi illam defendant; cum de ea non egeat dictus dominus Alphonsus, stantibus tribus alijs arboribus per se productis; quibus aliquid opponi non potest, per supradicta.

Neq; aliquid obstat, si dicatur, quod tēpore quo fuerunt productæ dictæ arbores de anno 1548. idem Ioannes Gulielmus, qui in eis est descript⁹ & annotatus, nō esset natus: ex quo ipse confessus fuerit in quadam

dam asserta ejus renunciatione, ad instantiam dictorum aduersariorum facta coram Reuerendo Plebano sancti Augusti, de anno 1566. quòd erat annorum sexdecim, prout ipsi asserunt; & per consequens quod de anno 1548. quo fuerunt productæ arbores, cum sint in medio anni 18. quod non erat natus; cui quidem oppositioni respondeant arbores ipsæ, cum habeant authenticam uocem respondēdi per supradicta, in quibus idem Ioannes Gulielmus unà cum dicto Domino Alphonso, uti filij dicti domini Dauid fuerūt annotati & descripti per eundem eorum patrem, & aduersarios, ut est dictum. Quæ arbores plenissimam fidem faciunt; cum ipsi melius quàm alij censeantur esse informati de ætate filij, & consanguinei respectiue, ad dicta per Mascard. cum accumulatis per eum in tracta. de probat. conclus. 669. numero secundo, & sequen. volumine 2. & conclus. 670. numero 14. eodem. Et per hoc in aliquo non debet attendi, si aliter dixit dictus Ioannes Gulielmus in dicta renunciatione, tanquam ignarus suæ ueræ ætatis; cum esset minor vigintiquinque annorum, & sub cura dict. domini Alphonsi: quo casu ciui-
93 liter nec naturaliter non obligantur, † sed omnis contractus, seu renunciatio remanet nulla. per l. si curatorem. C. de in integr. restitut. & ita omnes Doctor. tenere dicit Petrus de Bellapert. in l. secunda, numero 15. ff. de fideiusso. Ac ab aduersarijs fuerit ad ita renunciandum adductus modo, & forma, de quibus ipse narrat in eius constituto coram notario annullando dictam renunciationem. Et non solum non debet in aliquo considerari dicta asserta confessio dicti Ioannis Gulielmi tanquam contraria confessioni & assertioni patris, & aduersariorum, per supradicta; sed & quia fuit, & est nulla renunciatio præfata: ex quo erat minor, & per consequens etiam dicta asserta confessio ætatis, cum ex instrumento
94 nullo nulla resultet probatio, † sed aliunde probanda, si propriæ eorum confessioni & patris dicti Ioannis Gulielmi in dictis arboribus factæ stare uolebant, & dictas arbores impugnare prætendebant, prout impugnare non possunt; & non per assertam confessionem nullam, ad dicta per Rapha. Cuman. in dicta l. seruum filij. §. eum, qui. sub numero tertio, & sequen. ac ibidem Castren. Imol. & Alex. desuper citati. ff. de legat. tertio.

Et hæc sint resolutiones motiuorum & exceptionum causæ huiusmodi per Dominum meum motiuat. Et per has resolutiones sit clarissime ostensum, & demonstratū, in aliquo non obstare in eis dicta probationibus factis per dictum dominum Alphonsum & litis consortes de dicto matrimonio olim contracto inter præfatos D. Dauid & Angelam eorum patrem & matrem respectiue, ac de eorum legitimitate, ex dictis tribus principalibus fundamentis desuper adductis, quolibet per se ipsum sufficiente, nedum omnia simul iuncta. Et ita fuit iudicatum per R. Dominum Hieronymum Scaccum Auditorem generalem Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Laudensis tunc Nuntij Venetiarum à me semper propter acumen sui ingenij amatissimum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Causa impeditiua matrimonij stricati an probetur per famam. Et de requisitis in probanda fama.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum matrimonij, ut quis contrahere non possit cum consanguinea illius, quam carnaliter cognouit, ita per famam probatur, sicut per dictum unius testis.*
2 *Fama non dicitur si non est legitima secundum iuris dispositionem, sed potius dicitur uana uox populi. & nu. seq.*
3 *Probari per famam quando quid à iure requiritur intelligitur de fama legitima, & quæ traxit originem à probabilibus causis, quæ inducant populum ad sic credendum & dicendum.*
4 *Verba legis intelliguntur in potiori significatu.*
5 *Fama quando habet originem à dicto personarum, oportet illos auctores esse tales, quibus debeat fides adhiberi, & non reprobentur eorum personæ.*
6 *Deponenti in causa propria non uenit credendum.*
7 *Testibus, quorum auctores repelluntur, non creditur.*
8 *Fama probabilis non producitur, cum non sit probabilis auctor.*

CONSILIVM XXXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa de Portis sponsaliorum, in facto sciendũ est, quod Magister Ioannes Valento principalis meus volebat contrahere matrimonium cum Paula filia ser Georgij; & qualiter dum fierent denunciationes iuxta formam sacri Concilij Tridentini, comparuit ad impediendum dictum matrimonium Catherina filia magistri Nicolai de eodem loco, prout patet regesto fol. 1.

Et qualiter eadẽ Catherina, in termino citationis eidem factæ pro parte dicti Ioannis principalis mei ad videndum sua cõtradictione non obstante mandari matrimonium inter ipsum & prædictam Paulam fieri; comparuit dicendo prædictum Ioannem primò cum ea alias contraxisse sponsalia, & quod carnaliter eam cognouerat: et propterea quod per dictum Vicarium cõdemnaretur idem Ioannes, vel ad ipsam ducendam in vxorem, vel ad ipsam dotandam secundum canonum dispositiones. Quæ cũ fuerint negata per dictum Ioannẽ, videlicet nunquam cum ea sponsalia contraxisse, nec commercium carnale habuisse; eadem Catherina obtulit velle stare suo iuramẽto decisiuo; & idem Ioannes acceptauit, & dixit esse paratum iurare, prout patet rege. fol. 2. in fi. & fol. 3.

Quibus stantibus postea comparuit in iudicio Anna vxor d. Nicolai, & mater dict. Catherinæ: & ad impediendum ne d. Ioannes iuraret, & liberaretur, & ne contraheret posset cum dicta Paula, produxit Capitula sua, ex quibus probare uolebat, quod erat publica uxor, & fama in dicto loco Portis, quod idem Ioannes commercium carnale habuerit cum dicta Catherina eius filia, & quod eadem Catherina peperit vnum filiũ, iam sunt quatuor anni, cum per multũ tẽpus fecisset amorem cum d. Ioanne; & qualiter d. Paula est sanguinis, & coniuncta dic. Catherinæ in secundo gradu, prout constat d. reg. fol. 3. ter. & fol. 4. & 5.

Super quibus quidem capitulis cũ fuerint examinati tres testes, de quibus in processu fol. 8. ter. 9. 10. & 11. & nihil probarẽt, prout infra demonstrabitur, instando dict. Ioannes expediri, idem Vicarius de facto, & contra formã iuris dedit iuramentũ d. Catherinæ aduersariæ, interrogando illam, an commercium carnale habuerit cum d. Ioanne, & respondendo quod sic, non obstante quod fuerit à dicta delatione iuramẽti pro parte dicti Ioannis appellatum; idem Vicarius statim declarauit impedimẽtum obstare, prout patet dicto regesto fol. 15. tergo & seq.

Quibus stantibus in facto ueris, dico dictum Ioannem debere obtinere, ac per dominum Iudicem esse sententiandum bene pro parte ipsius fuisse appellatum, & male ad fauorem partis aduersæ iudicatum; ac sibi licuisse, & licere cum dicta Paula matrimoniũ contrahere, seruata forma sacri Concilij Tridentini ex infra dicendis.

Et primo licet sit indubitata conclusio, per famam, sicut per dictum unius testis probari impedimẽtum matrimonij, ut quis
1 contrahere † non possit cum consanguinea illius, quam carnaliter cognouit. per text. apertum in cap. super eo, & ibi glo. fina. & latè Abb. in tertio not. de consanguin. & affinit. Roma. in singul. 622. incipien. dictum. Gouar. in quarto decret. in secunda parte, cap. 6. §. 10. numero 20. & sequen. Decius in cap. primo, numero 40. de appellat. Arnon. in problem. 76. Alexan. in additio. ad Bart. in l. de minore. §. plurimum, ad fin. in uers. vana uox populi. ff. de quæst. & Duena. in regiiur. in reg. 283. in sexta limitatione, libro sexto, uolumine primo, folio mihi 546.

Tamen in casu nostro de aliqua legitima fama, prout fuit articulatum, non fuit pro-
2 batum, cum fama † non dicatur, si non est legitima secundum iuris dispositionem, sed potius dicitur uana uox populi, prout optimè dicit Bar. in l. de minore. §. plurimũ. nu. 3. ff. de quæst.

Nam testes super dicta fama deponẽtes, qui tantũ duo sunt, licet tres fuerint examinati, cũ tertius testis tãtũ deponat de auditu aliquorum, qui similiter nihil probat, & non de fama, dicunt prædictam famam in dicto loco de Portis habuisse originem à dicta Catherina aduersaria, quæ hoc primo dixit,

dixit, & sicut ipsa dicebat, illi de loco loquebantur, & dicebant, nullam aliam originem trahendo dictam famam ab indicijs, seu præsumptionibus; sed tantum à dicto dictæ aduersariæ, prout patet dicto rege. fol. 8.ter. & seq. quæ sub isto prætextu uolebat dotari ab eodem Ioanne, prout ipsa dixit, & petijt in sua petitione.d.reg.fol.4. Vnde de aliqua fama, ex qua impediri possit prædictum matrimonium contrahendum inter prædictum Ioannem & dictam Paulam, nõ fuit probatum, prout probari oportebat. Et
3 quia quando à iure requiritur † aliquid probari per famam, prout requiritur in casu nostro, per d.c.super eo.de consangui. & affin. intelligitur de fama legitima; & quæ traxit originem à probabilibus causis, quæ inducant populum ad sic credendum & dicendum, alias non esset fama, sed magis vana vox populi, nec nõ uenit exaudienda, prout firmat Bart.in d.l.de minore. §. plurimum.
4 sub num. 3 1. ff. de quæst. cum verba † legis intelligantur in potiori significatu, prout dicit Ias. in l. qui accusare. numero 7. C. de eden. ubi propterea dicit, quod quando lex facit mentionem de probatione, intelligitur de plena; prout etiam uoluit glo. in Clemen. Constitutionem, ante finem. in ver. fides. de elect. ad quæ. inhærent dicta Bald. in l. ita vulneratus. numero quarto, ff. ad l. Aquiliam. Vbi dicit, quod uerba legis debent intelligi secundum propriam significationem.
5 Et quia quando fama † habet originem à dicto personarum, prout in casu nostro, oportet illos auctores esse tales, quibus debeat fides adhiberi, & non reprobentur eorum personæ, prout reprobatur in casu nostro eadem Catherina auctrix dictæ famæ, prout similiter dicit Bart. in dicto §. plurimum, numero 15. Cum sicut eidem Catherinæ in causa propria deponendo non
6 venit de iure credendum † per tex. in l. omnibus. C. de test. & l. nullus. ff. eod. ita quoq; non venit credendum illis testibus, qui dicunt ab ea audiuisse, quod carnaliter fuit cognita à dicto Ioanne, & sic ab ea talem famam originem habuisse, cum non credatur
7 illis testibus, † quorum auctores repelluntur, cap. licet ex quadam, §. statuimus. de testib. c. fraternitatis, de hæreticis. cap. nullus. 3.q.4. Aymo in cons. 1 12. nu. 13. & in consi. 6. num. 67. & in cons. 4 1. num. 2. ubi dicit absurdissimum esse, si non creditur auctori alicuius famæ, & sic originali, quod crederetur eius copiæ, & sic his, qui ab auctore dici audiuerunt, & ita firmat etiam Rimin. iunior. in cons. 152. nume. 3. & seq. uolum. 2. quod prius uoluit Castren. in cons. 299. nu. 2. post princip. vol. 2. & in cons. 244. viso quodam tali quali processu. num. 2. eodem
8 vol. vbi etiam dicit, quod fama † probabilis non producitur, cum non sit probabilis auctor: Et quod propterea cum non credatur auctori, non credatur nec alijs deponentibus de fama. Ex quibus auctoritatibus remanet resolutum de aliqua fama probatum non fuisse; & per consequens nec de impedimento prædicti matrimonij contrahendi.

Et ideo non potuit prædictus Vicarius ex officio examinare super prætensa copula dictam Catherinam principalem actricem, quæ antea dixerat à dicto Ioanne fuisse carnaliter cognitam, vt ab eo dotaretur, prout ad illam dotandam petijt, & institit, vt est dictum, & constat dicto regesto fol. 4. cum in causa propria non potuerit esse testis. per iura desuper allegata. Et ista sufficiant pro eiusmodi causæ expeditione. Et ita fuit iudicatum per R. D. Hippolytum Sanctiniũ Auditorem generalem Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Melphiten. Nuncij Venetiarum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Condemnatus ad tempus, & ob id suspẽsus à diuinis, an ad Subdiaconatum promoueri possit.

SVMMARIVM.

1 *Infamis iuris uel facti non potest, infamia illa durante, eligi nec præsentari ad beneficia ecclesiastica, & in omni specie infamiæ exemplificatur in discursu.*

2 *Iudicibus generaliter concessum est pœnas arbitrari.*

3 *Prohibitus ad tempus celebrare, & se in diuinis immiscere, apparet permissus post tempus.*

4 *Testis periurus, peracta pœnitentia, habetur perinde ac si non deliquisset.*

5 *Condemnatus de falsitate, quomodo, & qua infamia efficiatur infamis.*

6 *Condemnatus de duobus, si super uno fuerit dispensatus, non ob id censetur dispensatus super alio.*
7 *Dispensatio est stricti iuris, & ad non expressa non se extendit.*
8 *Infamis quando finito tempore condemnationis quis remaneat, & non.*
9 *Sententia limitata limitatum producit effectum.*
10 *Restitutio obtenta ad cautelam non praeiudicat ueritati rei.*

CONSILIVM XXXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Reueren. Presbyteri Dominici Nouello electi ad titulum Subdiaconalem, de quo agitur, Visa sententia alias cōtra eum lata, qua cōdemnatus fuit ad triremes per triennium, & pro dicto tempore etiam suspensus à diuinis, dico quòd licet uerum sit, quod aliquis infa-
1 mis † iuris vel facti, infamia illa durante eligi, & praesentari ad beneficia ecclesiastica non possit, prout dicit latè Lamber. in tract. de iure patr. in 23. art. q. q. princ. nu. 3. 1. p. 2. lib. fol. mihi 98. ubi dat generalem regulā, ex quibus delictis quis inhabilitatur, ne posset eligi, vel praesentari ad ecclesiastica beneficia, & dicit quod omnia illa delicta, quae inducunt irregularitatem, degradationem, depositionem, priuationē beneficiorum, excommunicationem, suspensionem, uel interdictum latae sententiae, seu infamia iuris, uel facti, aliquem inhabilem redunt, & quod quis etiam infamis iuris infamia irrogata per sententiam, uel facti infamia, cum habeatur pro infami ab omnibus, praesertim bonis, & grauibus hominibus, seu etiam infamis infamia Canonica, quae causetur ex peccato mortali, in quo perseueratur, illa durante non possit eligi, seu praesentari ad aliquam dignitatē, seu beneficium ecclesiasticum, & qđ regula sit, quod omnes infames secundum leges sint infames secundum Canones, firmat latè idem Lambert. in d. q. q. princ. art. 16. per totum. 1. par. 2. lib. fol. mihi 92. refert, & sequitur latè Flam. Pari. in tract. resignat. benefic. lib. 4. q. 13. per totum. ubi etiam enumerat plures casus illatiuè ad regulam praefatam, ex quibus quis de beneficio ecclesiastico non potest prouidere, cū in illo non possit deseruire, cum propter diuina officia sint beneficia instituta, & beneficium detur propter officiū, prout etiam dixit ante Lābert. in d. art. 23. d. 9. quest. prin. 3. praesertim in uer. ratio, ubi dicit qđ ideo excommunicati, suspensi, vel interdicti praesentari non possint ad beneficia ecclesiastica, quia extra ecclesiam sunt, & in art. 4. nu. 8. d. q. 9. prin. 1. par. 2. lib. fol. mihi 89.

Nihilominus dico d. Presbyterum Dominicum uigore dictae sententiae post finitū tempus praefatae condemnationis, ex quo talis pena fuit arbitrata cū causae cognitione per Iudicem, prout in eadem sententia expresse dicitur in illis verbis, videlicet, arbitrando eius poenam, & comprehenditur ex illis alijs verbis antecedentibus, Viso toto praesenti processu &c. prout & illā arbitrari potuit per generalem potestatem iudicibus
2 concessam, † per l. hodie, ff. de poen. & dicūt Bal. nu. 9. Alex. in princ. & alij in l. 3. C. ex quib. cau. infam. irrogetur. nō fuisse, nec esse infamem aliqua iuris, uel facti infamia, & ideò per R. eius Capitulum ad dictum titulū, de quo agitur, potuisse eligi, & posse praesentari, ut de illo instituatur, cū infamia per eum incursa vigore dictae sententiae, & delictorum in ea mentionatorum, non plus perdurauerit, quam durauit tēpus praefatae condemnationis, cum sententia limitata limita-
3 tum producat effectū, & prohibitum † usq; ad tempus celebrare posse, & se immiscere in diuinis, apparet permissum post tempus, prout dicit Alex. in d. l. 3. nu. 2. cū post illud tempus censeatur infamia per iudicem remissa, seu sublata, per tex. apertū in d. l. 3. & ibi glo. in ver. certis rōnibus, & latè Bal. nu. 24. & seq. Bar. in lect. antiq. ante fi. in uer. unde dicunt ipsi, Alex. nu. 6. in ver. quia eo ipso, & in ver. per hoc facit, quod antea ibidē uoluerunt Iacob. Butr. post princ. & col. 2. ad fi. & seq. & Pet. de Bellaper. col. 2. in ver. sed quaeritur, & in l. ad tēpus, quos secutus fuit Fulg. in d. l. 3. nu. 3. per totū. praesertim
* in ver. placet, ubi dicit praefatam glo. cōiter approbari, & Odofr. nu. 2. in ver. obsignari. & nu. 3. & seq. C. ex quib. cau. infam. irrog. ad idemq; facit illud quod dicit Bar. in l. Imperialis, §. praesenti. nu. 2. C. de nupt. ubi di-
4 cit de teste periuro, † quod peracta poenitentia, habeatur perinde, ac si non deliquisset, quem secutus fuit latè Barba. in cōs. 41. num. 18. vol. 1. ubi ad id plura alia adducit.

Neq;

Neque dictæ conclusioni aliquid obstat illud, quod dicit Parisi.in cons. 88. per totū vol. 4. in quo in effectu duas tenet conclusiones, unā in prin. videlicet, quod condem
5 natus † de falsitate, & sic de crimine publico, siue per accusationem, siue per inquisitionem ex officio, quod efficiatur infamis iuris infamia, uel saltem de facto, si ex officio fuerit processatus, prout in casu nostro, cum ex officio quis non possit processari, ni si præcedente infamia.

Alia, videlicet num. 19. & seq. quod sic condemnatus propter infamiam incursam
6 de duobus fuerit priuatus, † videlicet, & quod non possit se immiscere in diuinis, & quod non possit beneficia ecclesiastica obtinere, & idem procedere dicit ipse, & si postea dispensetur ad ministerium altaris, cū etsi propterea redditus fuerit habilis, ut se immiscere possit in diuinis, quod non per hoc censeatur dispensatus, & restitutus, ut possit beneficia ecclesiastica obtinere, cum
7 dispensatio † sit stricti iuris, & ad non expressa non se extendat per auctoritates, quas ipse allegat.

Quia præfatum consilium facit pro dicto Præsbytero Dominico, Primo quia ipse non fuit simpliciter condemnatus ad Triremes ob delicta per eum commissa in vim alicuius legis particularis, sic disponentis, & infamiam irrogantis, prout in casu Parisij, cum tali casu finito tempore condemna
8 tionis etiam remanet infamis † per l. ad tēpus, C. ex quib. caus. infam. irrogat. & tradit Alexan. in d. l. 3. num. 4. eo. sed fuit condemnatus per iudicem causa cognita, arbitrando eius pœnam, quo casu siue maiorē siue minorem pœnam imposuisset, quam iura, & consuetudo, consideratis eius delictis uellent imponi, censetur post tempus per actum condemnationis remissa a iudice, & per sententiam infamia, & sic vlterius non remanet infamis, quod facere potest iudex ex causis eidem beneuisis, vt supra firmatum est, imò tenetur, cum minuatur delictū vt quia sine dolo videt delictum commissum esse, vel non animo deliberato, & similibus, prout tradit Bal. in d. l. 3. nu. 45. & seq. & ibi Alex. num. 8. & alij.

Secundo, quia idem Paris. dicit d. num. 19. & seq. quod propter infamiā incursam vigore condemnationis nō solum quis red ditur inhabilis ad beneficia obtinenda, sed ad ministerium altaris, cum istos duos effectus faciat infamia, ut supra firmatum est, & quod ob infamiam censeatur inhabilis ad celebrandum, tenet etiam Soc. in. in c. 2. nu. 6. de collu. detegend.

Qua de re cum per sententiam latam cōtra Presbyterum Dominicum, ipse tātummodo fuerit suspensus a diuinis per totum tempus condemnationis, tanquam in dicto tempore infamis, remanet resolutum, quod cum postea absque aliqua habilitatione, & superioris dispensatione posset celebrare & in diuinis se immiscere, cum limitata sen
9 tentia † limitatum producat effectum, ut similiter dictum est, quod post dictum tempus non remansit infamis, sed prorsus omni macula infamiæ carens, sic iudice per sentētiam præfatam mandante, & ideo benè potuit ad dictum titulum subdiaconalem eligi, & præsentari per supradicta. Et ista sufficiat pro præfatæ difficultatis resolutione me dixisse ad docendum dictum presbyterum Dominicum molestari non posse, licet ad cautelam obtinuerit ad ministeriū altaris restitui timore infamiæ, uel irregula
10 ritatis incursæ, cum propterea † sibi, & ueritati rei, quod ipse non fuerit infamis, uel irregularis, non præiudicauerit, per c. uenerabili & ibi gl. de senten. excom. & ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sponsalia de futuro qualiter probentur. An ex causis ab ipsis discedatur. Et an ipsis stantibus cogi possit vna pars ab altera ad contrahendum.

SVMMARIVM.

1 *Verba quæ denotent contractum sponsaliorum & matrimonij de presenti, & non sponsaliorum de futuro, & nu. 4.*
2 *Matrimonium significatur per actum stringendi manum.*
3 *Consensus expressus utriusque contrahentis requiritur in sponsalibus tam de præsenti, quā de futuro*
5 *Probatio nulla melior haberi potest quam partis aduersę confessio.*
6 *Decretum sacræ congregationis concilij Trdenti ni su-*

ni super forma contrahendi matrimonium refertur.

7 *Testium dicta infringuntur per contrariam partis confessionem.*

8 *Testes deponentes contra confessionem principalis dicuntur falsi, & ad concordiam reduci non possunt, & eis nulla fides est adhibenda.*

9 *Testes contrarij circa substantialia non probant.*

10 *Testi sibi ipsi contrario non est credendum, cum necesse sis esse periurum.*

11 *Testes recitantes verba ab aliquo prolata, debent etiam in cortice verborum concordare, alias dicuntur contrarij, & non probant.*

12 *Testes quoties de formalitate verborum testificantur, debent circa formam concordare, & vbi in ea discordant, quamuis in substantia concordarent, non probant.*

13 *Testes in aliquibus varij, nec in his probant, in quibus sunt concordes.*

14 *Contrarietas adeo infringit dictum testis sibi ipsi contrarij, vt nunquam concordetur ad effectum probandi, sed tantum vt euitet periurium & pœnam.*

15 *Confessio probat contra confitentem, non ad sui fauorem.*

16 *Sponsalia dissoluuntur ex aliquo de nouo superueniente, quod si pracessisset, non fuissent contracta.*

17 *Matrimonium contrahere sine consensu patris est cōtra bonos mores omnium, et maxime prudentū, & inducit odium capitale.*

18 *Matrimonij paritas vel imparitas cognoscitur ex dignitate, & probitate familiarum ac domus, diuitiarum, & morum.*

19 *Parentes iniuriantur, si filius nubat indigne.*

20 *Statuta laicorum priuantia dote filiam nubentem indigno sine consensu patris sunt valida, nec de iure canonico reperiuntur prohibita seu correcta.*

21 *Statuta laicorum non possunt disponere circa substantiam matrimonij.*

22 *Sponsalia de futuro contracta dissoluuntur per superuenientem inimicitiam.*

23 *Copulatus cum inimico meo affinitate, dicitur inimicus meus, & repellitur, si contra me tulit testimonium.*

24 *Matrimonii ad coactionem ecclesia de facili non deuenit, vbi non interuenit iuramentum, assignatur ratio nu. 25. declaratur, nu. 26.*

27 *Nuptiarum coactio quo casu non sit facienda, & quando recedi possit a sponsalibus, nu. 28.*

29 *Sententia tam primi quam secundi iudicis quando dicatur nulla, & non transeat in rem iudicatam.*

30 *Succumbens ex eisdem actis debet in expensis condemnari, licet habuerit prius sententias pro se.*

CONSILIUM XXXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Raspis debet obtinere secundum petita D. Thomas. Primo quia D. Clara aduersaria non probauit intētionem suam circa asserta sponsalia de futuro (vt prætenditur) inter ipsam & præfatum D. Thomam contracta. Secundo quia etsi probasset, militant causæ etiam superuenientes, ex quibus dissoluta fuerunt. Tertio quia etsi non essent dissoluta; nihilominus idem Thomas non debet cogi cum ea ad contrahendum, ex infra dicendis.

Et quoad primum fundamentum, quod d. Clara non probauerit intentionem suam patet ex pluribus. Et primo incipiendo a suo constituto, dico, quod eadem Clara deponit, reg. B. fol. 4. quod d. Thomas dixit
,, ad præsentiā testium § Io prometto a Dio,
,, & alla Madonna, cauandosi il capello, chè
,, Chiara è mia moglier: & cosi egli venne in
,, contra di me, & mi toccò la mano, e mi bascio. § E quibus verbis duæ eliciuntur conclusiones: prima videlicet, quod talia uerba
1 † denotant contractum sponsaliorum de præsenti, seu matrimonij, & non sponsaliorum de futuro: cum ad contrahendum matrimonium non respiciant, sed indicent cōsensum in eodem de præsenti, ad dicta latè per Couar. in 4. decret. in 2. par. cap. 4. §. 1. num. 4. ad fi. & sequen. cum per eum citatis
* vbi profert hanc esse communem opinionem; quem secutus fuit Soarez. recep. sent. in ver. matrimonium sub sequentibus uerbis, num. 90. & 91. vbi similiter dicit hanc esse communem, a qua consulendo, & iudicando recedendum non est; prout dicit Socin. sen. in cons. 187. num. 9. uolum. 2. Ias. cons. 76. num. 3. volum. 3. Bertran. cons. 45. num. 2. volum. 3. par. 1. Dec. in consil. 174. num. 1. in fi. & in cons. 146. nu. 7. & in cons.
* 229. colum. 3. in princip. Et quod à communi opinione discedere in iudicando temerarium sit, dicit Ripa cons. 191. sub titu. C. de natura. liber. nu. 9.

Secunda elicitur conclusio, quod cum

de a'i-

de aliqua extrinseca obligatione circa asserta sponsalia de futuro nō constet ex parte d. D. Claræ, quod censetur etiam pro parte sua tacitè consensum fuisse, iuxta dicta per dictum D. Thomam; & sic in sponsalibus de præsenti, seu matrimonium, cum idē sit c. penul. de sponsalibus: ex quo passa fuit eidem tangi manum, & ab eo deosculari ad dicta latè per Aret. in cons. 13. num. 2. ubi
* dicit hanc esse communem, & num. 3. ubi in puncto dicit, per actum stringendi manū
2 significari consensum † in matrimonium: quem cum alijs per eū citatis secutus fuit Soarez. recept. sentent. in uer. matrimoniū si quis sub nu. 77. quod si negaretur d. Claram in matrimonium consensisse, non posset negari, neque in matrimonium, neque quoad sponsalia de futuro, cum de illis neque ab ea, neque a dicto Thoma aliquid dictum fuerit, consensum non præstitisse, & per consequens etiam ex isto capite corruere, cum tam in matrimonio contrahendo, seu sponsalibus de præsenti, quam in contrahendis sponsalibus de futuro, utriusque contrahentium expressus consensus
3 † requiratur per tex. in d. c. penul. & ibi Docto. de sponsalibus. Et dicit Bal. in l. 1. C. de sponsal. & arrhi. & idem quod deposuit D. Clara deponit etiam Sanctus primus testis in ordine examinatus sibi ipsi contrarius, ut infra demonstrabitur reg. C. fol. 10. & a ter.
„ dicendo § così è à punto in questa forma,
„ che mi hauete letto; cioè che detto Signor
„ Tomaso essendo auertito da me, che douesse risoluersi bene, e mantener quanto pro-
„ metteua, esso si voltò verso l'imagine di
„ Christo, & della Madonna, e cauandosi il
„ capello, disse così, Prometto che detta ma
„ donna Chiara è mia moglier, e poi le toc-
„ cò la mano, & la basciò, e non sò altrimen-
„ te, che egli giurasse.

Et cum depositione D. Claræ, & dicti testis concordat etiam d. D. Thomas quoad hoc, ut contraxerint sponsalia de præsenti, siue matrimonium, licet inualidum, & non sponsalia de futuro; cum idem D. Thomas dicat in eius constituto, & confiteatur d. reg. B. fol. 8. ter. videlicet, § Che Santo
„ cominciò ad interrogar la puta se si con-
„ tentaua di accettar per suo marito, e rispon
„ dendo ella di sì; si voltò à me; e mi disse se
„ anchora io mi contentaua di accetarla per
„ mia moglie, & io gli dissi de sì. § Cum ta-
4 lia verba † similiter denotent consensum in sponsalibus de præsenti, seu matrimonio, & non in sponsalibus de futuro, ad dicta latè & optimè per Couar. super 4. decret. 2. par. c. 4. §. 1. nu. 1. & nu. 4. per totum & seq. desuper allegat.

Qua de re, cum nulla melior haberi possit probatio, quam partis aduersæ confes-
5 sio, † prout dicit Grat. in cons. 50. num. 4. volum. 2. & Surd. in cons. 105. num. 16. volum. 1. Clarumque sit post Concilium Tridentinum matrimonia non posse contrahi absque præsentia proprij Parochi, uel alterius Sacerdotis de ipsius Parochi licentia, secundum eiusdem Concilij dispositionē, alias nulla sunt. c. 1. §. quia aliter. & ita ibi censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium eiusdem Concilij Tridentini interpretum sess. 24. de reform. matrimo. & dicit Nauar. in cons. 3. num. 2. de cland. despons. uolum. 2. & quod plus est etiam tale matrimonium sic nulliter contractum non transire neque in sponsalibus de futuro, censuit eadem Sacra Congregatio in d. §. qui aliter, per hæc uerba, uideli-
6 cet, Cōgregatio censuit matrimonium † cōtractum coram testibus, sed sine parocho aut alio Sacerdote de eius licentia post Cōcilium Tridentinum, non solum esse nullum, sed nec vim habere sponsalium, adeo quod sic contrahentes ad denuo contrahēdum compelli non possint. & ita etiam dicit Nauar. in d. consil. 3. numero 3. de Cland. desponsa.

Neque aliquid obstaret, etsi diceretur, quod de assertis spōsalibus deponunt duo testes, videlicet, Sanctus reg. C. fol. 7. in fi. & 8. & a ter. & Baptista eod. reg. fol. 17. & seq. quos dicit præfata D. Clara fuisse præsentes ad uidendum sic ipsam cum d. domino Thoma contrahere, prout & dicit idem D. Thomas in locis desuper citatis, quia ultra quoddicti testes ex alijs exceptionibus, de quibus infra dicetur, non probant; tamē dicitur illos non probare, quia deponunt cōtrarium illius, quod deponit præfata D. Clara, quæ deponit de matrimonio seu spōsalibus de præsenti, ut supra dictum est, & non de futuro. Vnde inter eos, & dictam D. Claram principalem nulla est facienda concordia; sed in totum dictorum testium probatio per dictam confessionem infrin-
7 gitur, † prout firmat optimè Roman. in cons. 391.

conf. 391. num. 8. quo & prius uoluit Innoc. in c. cum contingat, per eum allegat. num. 2. de offic. deleg. quem secuti fuerunt Bar. in l. 2. §. creditum sub num. 7. & seq. ff. si cer. pet. & Bal. in l. 1. Constit. C. §. quibus, num. 9. & seq. sequitur Gabriel. in suis Conclus. in tit. de testib. conclus. 4. num. 75. in ver. 24. infertur. vbi dicit, quòd magis credatur confessioni principalis, quam mille testibus contrarium asserentibus. Et Vrsill. in add. ad decis. Afflict. 364. nu. 4. & quod
8 testes † dicantur falsi, quando deponunt contra confessionem principalis, & ad concordiam nón possint reduci, & eis nulla fides sit adhibenda, tenet Caputaq. in decis. 283. nu. 6. & seq. par. 3.

Et quod præfati testes nedum ex supradictis nihil probent, uerumetiam & contrariantur sibi ipsis, & d. Dominæ Claræ prout infra parebit: nam Sanctus primus testis reg. C. fol. 8. ter. deponit contrarium illius, quod deponit d. D. Clara; cum dicat, quod ad interrogationem dicti testis præfatus D. Thomas promisit accipere in uxorem d. D. Claram; & quod tunc idem testis eidem D. Thomæ proposuit unam imaginẽ Christi, & aliam beatæ Virginis, quæ erat in illa Camera; & quod ipse testis § cauandosi il capello disse aduertite Signor Thomaso presente questo Christo, & questa Madonna di Gratia promettè alla detta madonna Chiara di tuorla per moglie; & lui rispose, cosi prometto; subdens, e cosi non successe altro § & excludendo promissionem uice uersa ex parte dictæ D. Claræ eidem D. Thomæ, & postea sibi ipsi contrariando fol. 9. ter. deponit § E la medessima promissione fù fatta dalla detta Signora Chiara, laquale parimente promise all'hora di tor per marito esso Signor Tomaso, perche io le dissi, si come haueuo detto a lui § Et similiter sibi ipsi idem testis contrariando, cum supra fol. 8. ter. deposuisset, § Che le propose esso testimonio vn Christo, & una Madre de Gratia, & che esso testimonio si cauò il capello § & prout supra dictum est. Et tamen fol. 10. super quinto articulo partis aduersæ non dixit, quod ipse proposuerit dictas imagines, sed deponit quod ipse D. Thomas § se uoltò uerso l'imagine de Christo, & della Madre suo motu, & cauandosi il capello disse, e così prometto, che detta madonna Chiara è mia moglier; § Et non solum est sibi contrarius, uerum etiam est contrarius Baptistæ secundo testi, qui dicto regesto C. fol. 19. deponit § Sò ben, ch'il detto misier Santo disse uoltandosi verso l'imagine di N. S. Dio, & della Madre, che erano nella Camera attaccati al muro, al detto Signor Tomaso, per questa imagine, uardè ben d'attender quel, che promettè § Subdens postea § quãdo esso misier Santo disse per quella imagine, si cauassimo tutti la beretta, ancho il ditto Signor Tomaso il capello.

Et non solum ad inuicem sunt contrarij dicti duo testes circa prædicta; uerumetiã & in hoc alio fundamento &c. Nã primus testis dicto regesto C. fol. 9. deponit, quod ad interrogationem ipsius testis fuit primus ad promittendum dicta D. Clara, & dictus D. Thomas. Secundus uerò testis dicto regesto fol. 18. ter. dicit quod prima ad promittendum fuit dicta D. Clara.

Et similiter non solum dicti duo testes adinuicem contrariantur, at etiam d. Claræ quæ aliquam promissionem non dicit fecisse dicto D. Thomæ; uerum etiam & quia dictus Sanctus primus testis deponit eodẽ regesto C. fol. 8. ter. quod cum prima uice interrogauerit D. Thomam, si uolebat in vxorem ducere prædictam Dominam Claram, quod ipse respondit § così digo § & postea cum ab eodem teste a dicto Thoma peteretur, quod deberet dicere, quod promittebat ducere in uxorem prædictam Claram, quod ipse Thomas respondit § così prometto § Secundus uerò testis circa hoc interrogatus dicto regesto C. fol. 18. aliter deponit contrariando dicto primo testi, cũ dicat. § E doppo il detto Ser Santo domandò al detto Sig. Tomaso, dicendogli Sig. Tomaso prometteu di tuor madonna Chiara per uostra moier, come comanda la Maestà di Dio, il qual rispose, così è. Et all'hora esso Ser. Santo replicò dicendogli, bisogna che disè, un bel sì. & all'hora detto Sig. Tomaso dise, misier sì; & egli toccò la mano a detta madonna Chiara, & la baciò.

Quibus contrarietatibus inter primum
9 & secundum testem stantibus † circa substantialia rerum, de quibus deponunt, non est dubium nihil probare, ad dicta per Soc. iun. in conf. 86. num. 23. volum. 2. Bursat. in conf. 69. nu. 27. volum. 1. Mars. in conf. 20. num. 13.

* num. 13. Et hanc esse communem opinio-
nem dicit Grat. in conf. 2. num. 14. volum.
** 2. & magis communiter hoc tenere Doct.
dicit Grammat. cum allegatis per eum in
conf. 26. num. 20. in fi. & seq. in criminal. Et
uoluit optimè Alex. in conf. 34. n. 6. & seq.
uol. 3. & D. Tho. in 2. 2. q. 70. art. 2. in verb.
ad secundum in princip. quem secutus fuit
Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 7. art. 3. in ver. ad
primum.

Et quod similiter testi sibi ipsi contrario
10 aliquid non veniat credendum, † cum ne-
cesse sit, esse periurum, tradit latè Alex. de
Neuo, cum allegat. per eum in consil. 117.
sub num. 43. in fi. & 44. inter criminalia di-
uersorum, volum. 1. Petr. Foller. inter eadē
criminalia diuersorum consil. 138. num. 1.
vbi etiam dicit uario non esse credendum,
& ad concordiam non admitti, neque re-
duci; quod prius uoluit Specu. in tit. de te-
ste. §. 1. nu. 89. in fi. & Bert. in cōs. 228. nu.
2. uol. 7. & in conf. 85. nu. 1. vol. 1. 1. parte.

Nec in aliquo dubitandum est dictos te-
stes sic contrarios in aliquo non probare;
cum clari iuris sit, quod quando testes reci-
11 tant † verba ab aliquo prolata, prout in ca-
su nostro, debent concordare etiam in cor-
tice uerborum, alias dicuntur contrarij, &
non probant; prout firmat Anto. de Butr.
in c. nihil. num. 2. & ibi Abb. eodem num. 2.
de uerbor. significa. Alberic. de agnosc. Ca-
thol. assertio. q. 34. num. 47. & in q. 35. nu.
8. Ias. in l. fina. num. 18. C. de bonor. posses.
secun. tab. Cor. in conf. 68. in princip. vol.
1. Rui. in terminis in conf. 149. num. 30. in
ver. non probant, & num. 31. omnino ui-
den. uolu. 5. vbi dicit in puncto, quod quo-
12 tiescunque testes † de formalitate i. e. bo-
rum testificantur, debent circa formam cō-
cordare, & ubi in ea discordant, quamuis
in substantia concordarent, quod non pro-
bant per auctoritates per ipsum adductas.
Catelli. Cotta. in suis memor. in uer. testes
concordantes, uers. sed limitari fol. mihi
685. & Nicol. Euerar. in topica iuris in lo-
co ab æquipollentibus in uer. hinc est etiā.
13 Et quod testes † in aliquibus uarij non
probent, nec in his, in quibus sunt concor-
des, dicit idem Ruin. in conf. 158. num. 10.
uolum. 5. per l. eos in princip. ff. de fals. cum
ibi not. per Barto. & l. qui falso, uel uarie, ff.
de testib. & idem Ruin. ad casum nostrum
in conf. 149. num. 23. & seq. vbi dicit con-
trarietatem testium non dici circa extrinse-
ca, sed circa substantiā rei, quando tracta-
tur de prolatione uerborum hinc inde pro
latorum, prout in casu nostro; & ideo sic
contrarios non probare, volum. 5. præser-
tim cum conuincantur de geminatis con-
trarietatibus, prout ibidem idem Rui. nu.
28. & 29. & adeo infringit contrarietas di-
ctum testis, quando sibi ipsi est contrarius,
vt nunquam concordetur ad effectum pro
14 bandi, cum testis † uarius non probet, sed
tantum, ut euitet periurium, & periurij poe-
nam, dicit latè Alex. in l. inter stipulantem,
§. 1. num. 11. in uer. potes sic concludere de
* verbo. oblig. & hanc esse communem opi-
nionem dicit Ruin. in d. conf. 149. num. 29.
volum. 5. imò ex dicto Bar. in l. eos in fi. ff.
de fal. idem Alex. dicit ibidem in uer. for-
tius, quod unus testis in dicto suo nunquā
reducitur ad concordiam, etiam ut euitet
pœnam & periurium: nec est mirandum de
tali conclusione, cum non sit dubium, pro-
bato, quod testis sit sibi ipsi cōtrarius, quod
censetur probatum ipsum esse periurum: &
propterea non solum ei non credi in eo, in
quo cōuincitur de periurio: sed nec in qua
uis alia parte sui examinis, prout firmat
* Alex. dicens hanc esse communem opinio
nem in l. si ex falsis, num. 13. C. de transact.
& in conf. 44. num. 7. uolum. 2. quem sequi
tur Dec. in conf. 105. post num. 5. in uer. si-
militer testis. Gratu. conf. 2. num. 18. volu.
2. Ruin. conf. 158. num. 29. volum. 5. Catel
li. Cotta in suis memorialib. in uer. iuramen-
tum est quid indiuiduum Socin. sen. qui si-
militer dicit de communi in conf. 136. nu.
9. volum. 1. Marsi. sing. 76. communis con-
clusio. Paris. conf. 88. referens etiam de cō
muni. num. 82. volum. 3. & in conf. 83. nu.
39. volum. 1. Alciat. in l. 1. §. sed etsi mihi,
num. 51. in uer. si verò, & num. 54. & seq.
ff. de uerbo. oblig. Paris. in conf. 14. num. 7
& seq. refert, & sequitur Clar. in sua praxi
crim. q. 53. num. 8. quod & prius uoluit In-
noc. in cap. fraternitatis, num. 1. ante fi. &
ibi Fely. nu. 2. de hæret. & Oldra. in conf.
37. ad primam quæstionem, nu. 1. Et istud
sufficiat me dixisse quoad primum caput;
ad demonstrandum, quod dicta D. Clara
minime probauit intentionem suam circa
prætensa sponsalia de futuro, stantibus præ
sertim per eam dictis in eius constituto, cū
15 confessio † ipsius bene probet contra se,
sed

sed nō ad sui fauorē, prout dicit Nat.in cōs. 571.n.14.vol.3.& Rom.in consil.346.n.2. Deueniendo nunc ad secundum caput, dico similiter, etsi constaret inter præfat. Claram & Thomam contracta fuisse sponsalia per verba de futuro, prout non constat, sed de præsenti, ut supradictum est; quod nihilominus ex superuenienti causa fuissent dissoluta; attēto quod prout deponit d. Clara aduersaria, ipse Thomas clā à patre dixit velle contrahere, & quod uolebat propterea fieri denuntiationes; & cū postmodum contraxerunt, vt supra dictum est, non sponsalia de futuro, sed de præsenti, pro parte dictæ Claræ fuit notificata talis promissio D. Ioanni patri dicti D. Thomæ ad inducendum ipsum, vt contentaretur de talibus sponsalibus, & prout dicta aduersaria deposuit, cum qua concordat etiam præfatus Thomas, & quod d. D. Thomas omnino vellet dictam promissionem a suo patre ignorari, apparet etiam ab assertis suis literis fratri D. Claræ (vt prætenditur) per dictum D. Thomam missis, de quibus patet reg. D. præsertim fol. 1. & a ter. vbi dicit inter alia, quod in die sequenti quo D. Thomas contraxit præfata sponsalia de præsenti cum dicta D. Clara, dictus eius pater conduxit ipsum loco Mestris, & quod eidem emit equum; & quod ex improuiso & statim misit ipsum sub prætextu cuiusdam domus uendendæ Bergomum, dicendo dictus Thomas, quod hoc fecit dictus eius pater ad effectum, ut obliuisceretur dictæ Claræ; sed quod hoc nunquam esset: ex quo ipsam valde adamabat, vltra promissionem exorando, quod hoc teneret secretum, ne sui aliquid sciant, demōstrādo semper talem promissionem, & eius animum nolle ad notitiam deuenire dicti eius patris; quod cum contrarium fuerit factum pro parte d. D. Claræ, non est dubiū, etsi, ut dixi, sponsalia de futuro inter ipsos fuissent contracta, fuissent dissoluta, ad dicta per Naua. in 2. par. decret. cap. 22. num. 27. in fi. vbi dicit ex auctoritate D. Thomę

16 sponsalia † dissolui per aliquod noue superueniens, quod si præcessisset, non fuissent contracta; quod omnino decidit casum nostrum in huiusmodi fundamento, cū non sit dubium, quod sicut D. Thomas noluit contrahere sponsalia cū dicta D. Clara nisi clam a patre, prout antequam contraheret eidem dixit, & post cōtracta prohibuit, ne suis diceretur; imò etsi hoc scire quærerent, quod negaretur, pari modo si ipse sciuisset eius patrem scire, quod ipse uolebat illa contrahere cum dicta D. Clara, quod ipse non contraxisset, ne displiceret dicto eius patri, imò & ne induceretur odium

17 capitale; cum contrahere † sine consensu patris sit contra bonos mores omnium, & maximè prudentum, & inducit odium capitale, prout dicit Bal. in l. omnem sub num. 15. in uer. quam determinationem, C. ad Tertul. quem secutus fuit Fely. consil. 26. num. 21. & sic sicut scientia patris a principio operata fuisset; quod non fuissent cōtracta asserta sponsalia; pari modo si fuissent contracta, essent dissoluta per auctoritates desuper adductas.

Nec mirum, quod dictus D. Thomas noluerit contrahere patre sciente, & contra eius uoluntatem, cum dicta D. Clara non esset paris conditionis cum eodem D. Thoma, præsertim circa diuitias, prout tam ipsa Clara, quàm omnes testes deponunt; cum

19 paritas, † uel imparitas, seu quam nubere digno, uel indigno ex dignitate & probitate familiarum, ac domus, nec non diuitiarū, ac morum consideretur; prout latè dicit Paris. in cons. 29. num. 17. cum seq. & præsertim circa diuitias nu. 23. volum. 3. cum parentes ægrè ferant, quod filius impari nubat, prout dicit Menoch. in cons. 69. num. 8. volum. 1. & consueuisse propterea indignari, & filios impari nubentes ex hæredes facere, seu illis omnia auferre, legitima excepta, prout dicit d. cons. Menoch. num. 9. cum allegatis per eum, & Fely. d. cons. 26. num. 20. in fi. et quod parentes iniurientur,

19 † si filius nubat indignæ, dicit Paris. in cōs. 29. num. 47. 53. & seq. ubi dicit, quod immerito procedit, cum parentibus per filios debeatur honor, & reuerentia; & contrarium facientes illis graues iniurias inferant uolum. 3. & propterea idem Paris. subdit

20 ibi num. 46. statuta † laicorum priuātia filiam dote casu, quo nubat indigno sine consensu patris, esse ualida, & firmissima; nec de iure canonico reperiri correcta. Et dicunt Abb. num. 9. & Anto. de Butr. nu. 12. in cap. 1. de sponsalib. & idem dicit Bal. in l. omnem, num. 15. C. ad Tertullia. & quod parentes iniurientur nubendo indigno; & quod tale statutum ualeat, dicit etiam in

d. cap.

d.cap.Fely. num. 21. in ver. septimo fallit. Licet circa substantiam matrimonij talia
21 statuta † nihil disponere possint, cum hoc pertineat ad ecclesiam; prout dicunt Bald. Anto.de Butr. & Abb. in præcitatis locis. Et quod matrimonium satius sit omittere, quam discordiam inter patrem & filium excitare, dicit latè Menoch.in d.cons.69. nu. 52. uolum. 1. & hæc quoad secundum caput. Quibus addi potest etiam sponsalia esse dissoluta ex superuenienti inimicitia inter fratrem dictæ D. Claræ & præfatum D. Thomam, prout deponunt duo testes reg.C, cum & per superuenientem inimici
22 tiam capitalem dissoluantur sponsalia † de futuro, quando essent contracta; prout dicit idem Naua. in præcitato cap. 22. num. 27. in uer. vndecimo cum citatis per eum; licet causa huiusmodi fundamento non egeat, neque in eo facio vim; cum intendā aduersariam condemnari debere in expensis causæ; cum succumbat ex eisdem actis & processu fact. coram primo iudice, ut infra dicetur.

Neque obstat si diceretur, quod inimicitia, quæ superuenit inter fratrem dictæ D. Claræ & præfatum D. Thomam non debet operari, quod ipsa censeatur inimica eiusdem D.Thomæ: quia resolutio obiecti & quod censeatur eodem modo inimica, patet ex dictis per Alber.de Maleto in tract. de testibus c.2.num.13. ubi ex dictis Cyni & Alber.de Rosat. in fortioribus terminis dicit, quod si quis copulauerit se cum inimico meo aliqua affinitate, quod sic copula-
23 tus † dicitur etiam inimicus meus; & repellitur, si contra me tulit testimonium: & per consequens dicta aduersaria censetur inimica dicti Thomæ, stante inimicitia dicti eius fratris: de qua etiam apparet, quia tanquam inimici viuunt: cum amplius se se nō salutent, neque adinuicem alloquātur, prout antea faciebant; prout dicit Guid. Pap. in tract. de præsumpt.num.56. Marsi.in l.1. §.præterea, num.8. in princip. ff. de quæst. & Ioan. a Royas in sing. in fauorem fidei 199.num.5. quod bene etiam edocetur de dicta inimicitia tam præfatæ D. Claræ, quam fratris ex diuturna conuersatione, quam fecerunt, & faciunt cū dicto D. Thoma, ad dicta per eundem Guido Pap. d. tract. de præsumpt. num. 32.& latè Alex.in cōs.99.nu.1.& seq.uol.1.& hæc quoad 1m,

Deueniendo nunc ad tertium & ultimū fundamentum, dico, quod etsi contracta fuissent sponsalia de futuro, & non de præsenti, prout fuerunt, ut supradictum est; & quod causa non superuenisset, prout superuenit, ex qua fuissent dissoluta, ut similiter est dictum; quod nihilominus D. Thomas non debet cogi ad contrahendum: & quia nō iurauit, prout deponit primus testis, reg. C.fol.10.ter.& secundus testis super quinto articulo eodem regesto fol.19. quo casu etsi ad promissionis etiam non iuratæ obseruantiam posset aliquis compelli, prout notat Abb. in c.ex literis, num.3. de sponsalibus; tamen indubitatum est, ubi iuramen-
24 tum † non interuenit, ecclesiam de facili ad coactionem non deuenire, prout dicit idem Abb. in c.requisiuit, ad fi. quem ibi secutus fuit Card. Alex. similiter ad fi. de spōsalib. & idem tenet Fortun. Garcia.in c. 1. num.3.in uer.sexta declaratio, de pact. & quod quis non compellatur ad contrahendum in foro contentioso, cum matrimonia debeant esse libera; & coacta malos exitus soleant habere, nisi forte iuramentum inter
25 uenerit, † tenet Sylue. Pier. in summa in uer. sponsalia in 4. q. ubi et refert Diuum Thomam declarantem, cessante iuramento, non esse locum coactioni in foro contentioso; sed ecclesiam iniungere pœnitentiā pro peccato; quos refert, & sequitur Gabriel.in cons.186. num.9. & seq. volum.2. ubi dicit leuiorem causam sufficere ad dissoluendam coactionem; quæ opinio uidetur etiam probabilior, cum omnes textus, qui de coactione loquuntur, de iuramento faciant mentionem; prout dicit Gabriel.cū citatis per eum in d.cons.num.11. ubi dicit etiam hanc opinionem propter auctoritatem Diui Thomæ uideri posse magis com
** munem, a qua in iudicio non uidetur aliquo modo discedendum [illegible] desuper dicta. & dicit Paul. Granut. in theore.4.nu.5. ubi dicit magis communē opinionē præferēdam esse communi opinioni. & cum in casu nostro euidenter appareat ita præfatū D. Thomam esse induratum, ut nihil proficere posset coactio; prout demonstrat lis diu inter ipsos agitata; prout dicit Gabriel. in d.cons.num.4. & 5. ideo Doctori placitum est ex iuribus per eum allegatis ad coactionem deueniri non posse, nec debere, prout uoluit Collect.in c.2. col.2. ante fin. de spon-

26 de sponsal. ubi dicit, quod ecclesia † ex causa leuissima, uidelicet propter obstinatum propositum vnius in contradictione, potest & debet dissimulare coactionem non faciẽdam, etiamsi iuramentum interuenerit, quẽ secutus fuit Gabriel. d. cons. 186. num. 4. & seq. uolum. 2. Couar. in 4. decret. in 1. par. c. 4. num. 4. & seq. & latè & optimè firmat Fortu. Garci. in repet. cap. 1. nu. 30. in uer. sextam declarationem uer. considera tamẽ, omnino viden. de pac. vbi dicit, quod si iudex uiderit facilitare sponsum, uel sponsam vacillantem, quod tunc compellet, sed si uiderit eam uel eum induratum, quod non compellet, per rationem tex. d. cap. requisiuit, vbi etiam præcedentibus sponsalibus iuratis dixit Romanus Pontifex, quod monẽda est potius, quam cogenda, cum libera debeant esse matrimonia; & coactiones difficiles soleant exitus habere frequenter; & quod quando surgeret scandalum, uel uideretur, quod nuptiæ deberent tendere in perniciem, prout in casu nostro, non sit fa-
27 cienda † coactio, dicit Card. in c. ex literis Syluani. ad fi. de sponsalib. Zasi. in l. Titia. col. 3. in fi. & 4. in prin. ff. de uerb. oblig. & Gabriel. cũ alijs per eum citatis in d. cõs. 180. num. 7. & Abb. in cap. requisiuit, num. 4. de sponsa.

Et quod ob odium futurum, nedum prę sens, prout in casu nostro, tam inter virum & mulierem, quam inter parentes utriusq;
28 a spõsalibus recedi possit, † dicit Menoch. in cons. 69. num. 66. & num. 45. uolum. 1. Et ista sufficiant me dixisse super dicto ultimo capite, licet primum sufficiat, nedum in iuncto secundo ad docendum de bono iure dicti D. Thomæ, & de non iure partis aduersæ: & per consequens stante quod ex dict. in primo & secundo fundament. reddatur sententia primi iudicis notorie iniusta; & per consequens nulla ex eisdẽ actis; & in rem iudicatam non transiuerit, ad di-
29 cta † per Barbat. in cons. 10. num. 33. uol. 2. Aymo in cons. 373. num. 44. uolum. 3. & optimè & latè Fel. in cap. inter ceteras, nu. 10. & seq. de re iud. & similiter sit notorie iniqua & nulla sententia secundi iudicis, cũ secutus fuerit eandem iniustitiam & nullitatem iudicando super eodem processu, prout dicit Romanus in cons. 378. num. 2. & non solum debent nullæ & inualidæ declarari, & impartiri eidem D. Thomæ licentiã de nubendo, cum qua maluerit; sed debet eadem aduersaria, cum succumbat, ex eisdẽ
30 actis in expensis † in hac causa factis condemnari, licet prius habuerit dictas assertas sententias pro se. ad firmata eleganter per Abb. in c. finem litibus, num. 25. in uer. aufertur sententia ex antiquis actis, ubi dicit hanc esse communem opinionem, de dolo & contumacia Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, num. 24. C. de iud. Rota decis. 10. sub tit. de dolo & contum. in nou. Bonifa. de Vital. in Clem. 1. num. 38. & seq. de re iud. Caball. in Milleloq. 230. par. 1. & Rota Senens. in decis. crim. 1. nu. 14. & seq. & latè Missing. sing. obseruatio. cum. alleg. per eum obseruat. 89. num. 2. cent. 2. ubi etiam dicit ita quotidie Cameram Imperialem seruare. Et fuit iudicatum per R. D. Scipionem Bonauerium iudicem Delegatum tunc Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Torcellani Vicarium generalem non teneri dictum meum principalẽ cum dicta puella ad matrimonium contrahendum, sed ad eidem dandum pro agumẽto suę dotis certam summam denariorum, ut facilius cum alio contrahere possit.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententiæ nullitas arguitur ex defectu solemnitatum in ea omissarum, etiam inter claustrales.

SVMMARIVM.

1 *Processus & sententia non tenet contra non monitum, nec citatum & ampliatur nu. 2.*

3 *Citatio non potest omitti a quocunque iudice, & assignatur ratio, & num. 4. cum aliqua defensio. possit competere, etiam in notorijs, num. 5. quod etiam in processu Principis ampliatur numero 6.*

7 *Defensio est de iuregentium, seu naturali, & auferri non potest, ideo pars est citanda, vt possit se defendere, & ibi plura de hoc, & nu. 10.*

8 *Diffiniri nihil potest contra absentes non citatos, nõ confessos, nec conuinctos, etiam si sit Papa.*

9 *Sententia Principis, licet lata cõtra subditum, quod sit nulla absque citatione, & causa cognitione.*

11 *Princeps est suppositus iuri naturali & diuino: ideo non potest tollere citationem, ut in discursu.*

Sententia

12 *Sententia lata super præcepto inepto ratione ordinis quod sit nulla.*
13 *Qualitas doli a lege requisita debet per agentē probari, alias inquisitus debet absolui.*
14 *Qualitas adiuncta reddit delictum alterius generis.*
15 *Factum probare non sufficit, nisi etiam probetur qualitas.*
16 *Statutum, quod uilla teneatur pro homicidio commisso in suo territorio, si aliquis reperitur occisus in illo, non obligat villam, & assignatur ratio.*
17 *Prolatum à lege uel statuto ubi aliquid est cum qualitate, debet illa qualitas probari.*
18 *Delictum nullum, saltem punibile, committitur sine dolo.*
19 *Dolus præsumptus arguitur in eo, qui omittit facere aliquid, ad quod tenebatur ratione sui officij.*
20 *Dolus, cum in animo consistat, præsumptionibus & coniecturis comprehendi solet, & probatur.*
21 *Coniecturis non est locus in claris.*
22 *Doli præsumptio tollitur per probationem veritatis.*
23 *Administrator rerum seu bonorum ad hoc, ut de dolo conuincatur, quid requiratur.*
24 *Error computorum semper doceri potest.*
25 *Dolus ex quibus censeatur remissus.*
26 *Iuris rigorosa subtilitas licet non attendatur inter regulares., ordo tamen processus non est omittendus, quando contra eos proceditur ad effectum puniendi.*
27 *Regulares non debent amoueri ab administrationibus sine causa.*
28 *Sententia lata nullis factis probationibus est ipso iure nulla.*
29 *Dubitatio nulla cadere potest ubi est casus legis.*
30. *Attestatis per iudicem in sententia non venit credendum, si ex actis non constet.*

CONSILIVM XXXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VISA sententia per Reuerendissimum Priorem Generalem Mag. Congregationis Cruciferorũ cum assistentia nonnullorum RR. Patrum dictæ Congregationis, in assessores per dictum Generalem assumptos, lata, & promulgata contra Reueren. Fratrem Vitum eiusdem ordinis, nunc Priorē Monasterijs San cti Michaelis Portusgruarij: per quam ipsum condemnando sententiauit, & declarauit ipsum esse inhabilem ad quodcunque eiusdem Religionis gubernium, & prioratum obtinendũ, cui annexa sit aliqua actualis administratio per totum proximum Sexennium, cum expressa prohibitione, quod dicto tempore durante super eadem inhabilitate, à quocunque alio suo successore nunquam dispensari possit, ex causis infrascriptis &c.

Primo quia dicit fuisse eundem Generalem Magistrum, dum visitaret in anno proximè præterito Monasterium Sancti Spiritus de Pisauro dicti ordinis, per R. Fratrem Hieronymum Boldù Priorem dicti Monasterij ex debito sui officij certioratum de quodam errore contento in libris administrationis habitæ per dictum Reueren. Fratrem Vitum in suprascripto Monasterio Sancti Spiritus, dum fuit ibidem Prior per annos tres proximè transactos, de certa frumenti summa deuendita, cuius pretium in libro, qui Iornalis dicitur, non erat annotatum.

Secundo, quia ex dicto denunciato errore sumpta occasione idem Generalis Magister prædictos libros percurrendo nonnulla alia errata etiam in eisdem libris inuenerit.

Tertio, quia cum uellet prędictam causam expedire uidendo denuo, & maturius considerando dictos libros, comperijt eundem Fratrem Vitum in dicta sua administratione, ac computorum ratione plura ab eo imprudenter adeo & negligenter, imo temerè & ignoranter facta, & administrata fuisse, ut nullo rerum vsu, nulla prorsus experientia in huiusmodi negotijs gerendis & pertractandis pollere videatur.

Quibus stantibus sic in dicta sententia per modum causæ, ac causarum condemnationis expressis; dico illam fuisse & esse ipso iure iniquam & nullam, tam defectu ordinis substantialis non seruati in procedendo per dictum Reuerendissimum Generalem, quam ex defectu substantialis processus nō facti circa necessarias probationes, prout fieri debet; etiamsi contra regulares procedatur, præsertim Prælatos, stantibus maximè constitutionibus eiusdem congregationis circa casum nostrum disponētibus; quam etiam ex defectu præfatarum causarum cōdemnationis in facto uere non existentium, & de iure non militantium, ut infra dicetur.

Et quoad primũ obiectũ nullitatis eiusdem sñiæ circa ordinem non seruatũ per d. R. P. Generalem in procedendo contra

d. R. Patrem. Vitum, dico dictam sniam nõ valere; quia idem Prior non fuit citatus, neque monitus ad se defendendum; neq; ad audiendam prædictam sententiam diffinitiuam contra eũ latam & promulgatam, cum ipse esset absens ab hac ciuitate Venetiarũ. & tamen generalis iuris regula disponit, quod ubicunque de alterius præiudicio tractatur, debet ille, contra quem proceditur moneri, & citari; alias non tenet processus,
1 † nec sententia, per tex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Clem. pastoralis eo. & Petrus de Anch. in cõs. 309. nu. 2. ubi dicit iniquissimum esse ab sentem inauditum cõdemnare; Soc. sen. in cons. 12. nu. 5. & seq. uol. 1. & gl. penul. in c. tenor. de re iud. ubi similiter, dicit, sententiam contra absentem non citatum prolatam in quocunque iudicio nullã
2 esse, quod procedit † siue iuris ordine seruato procedatur, siue sit talis iudex, qui procedere possit summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, aut de facto sine vlla iuris substantia, & solemnitate seruata, cum tunc manu regia dicatur posse proce-
3 di, quod citatio non possit omitti, † cum sit inducta iure naturali, & defensionem concernat; ac uideatur esse inducta de iure diuino; cum & Deus citauerit primum hominem peccantem, dicendo eidem, Adam vbi es? Genes. cap. 4. cum eum posset de facto punire; prout dicit late idem Soc. sen. per iura, quæ ipse allegat in d. cons. 12. nu. 6. per totum, & nu. 7. uol. 1. & Guid. Papæ in tracta. de rescript. num. 8. Et quod uideatur ipsum Deum induxisse citationem, & causæ cognitionem, dicit Abb. in cap. cum olim, nu. 26. de re iud. & quod ubi geritur actus, in quo exigitur causæ cognitio, prout in casu nostro stantibus præsertim constitutionibus eiusdem congregationis, de quibus infra dicetur, quæ exigunt dolum inesse in Prælato administrationem bonorum monasterij habente ad hoc, ut possit uel ob omissam annotationem reditus monasterij uel ob annotationem debiti, seu exitus falso factam condemnari; ibi etiam necessaria
4 sit † citatio, † habemus l. nec quicquam, §. ubi decretũ, & ibi gl. ff. de offi. proconsul. & legat. l. fina. C. si per uim, uel alio modo. Specula. in tit. de secund. decret. §. nunc dicamus, numero primo, post princip. in uersicu. & ubi desideratur. Et Socin. dicto consilio duodecimo, numero sexto, in princip. Et non solum est citandus quis semel, sed etiam ad quemlibet actum, in quo de ipsius præiudicio agitur, uel quem posset ipse impedire, ne fieret, ca. omnia 3. q. 9. ubi text. dicit, omnia, quæ aduersus absentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino euacuentur, quoniã ab sentem nullum punit, nec ulla lex damnat cap. in nostra, & ibi glo. fina. de procurat. imò licèt dici soleat, quod in notorijs non
5 requiratur citatio, † & quod in absentia sine alia citatione proceditur, si possit de facto liquide constare sine alia discussione & indagine facienda; tamen hoc non procedit cum aliqua defensio potest competere; quia tunc citatio est facienda, alias sententia est nulla, prout latè dicit Abb. in d. capi. cum olim. numero vigesimosecundo, & sequen. de re iudic.

Quod procedit non solum in inferiore a principe; sed etiam in processu ab eodẽ-
6 met Principe facto † per tex. in d. Clem. Pastoralis, de re iud. l. fi. & ibi glo. 2. & optimè Bal. nu. 2. & 3. C. de legib. ubi dicit, quod licet princeps non teneatur seruare ordinem iudiciorum in procedendo, prout notat Innoc. in cap. in causis, de re iudica. quod nihilominus pars debet citari, alias non valet sententia principis; & potest opponi de nullitate per illum tex. cum d. glo. subdendo, quod ideo pars est citanda, ut possit se
7 defendere; quæ defensio † cum sit de iure gentium, seu naturali, auferri non potest, per dicta Clemen. pastoralis desuper allegatam, & per alia iura, quæ ipse allegat: quod etiam comprobat, dicendo quod coram principe requiritur examinatio, & uentilatio ueritatis; & quod inquisitio ueritatis est de iure gentium. Et ideo quod licet princeps non teneatur seruare solemnitates legales; tamen dicit non debere deesse obseruantiam iuris gentium, cum pertineat ad naturalem æquitatem. Et Bal. secutus fuit Abb. in c. cum olim, num. 25. & 26. de re iud. & ideo dixit de se ipso Papa in cap. 1. de causa poss. & proprieta. quod parte inaudita ni-
8 hil † possit diffinire, & ibi etiam glos. fina. in fin. vbi dicit contra absentes non citatos, non confessos non conuictos, nihil posse diffiniri; & idem dicit Petr. de Anch. in consi. 353. nu. 2 & ideo dixit etiã Abbas in capitu. cum inter R. de electio. quod

quod non est præsumendum pro sententia principis, si procedit parte non vocata, & eius defensione non admissa. Et quòd
9 sententia † Principis (licet lata contra subiectum) sit nulla absque citatione,& causæ cognitione,dicit idem Abb.in d.c. cũ olim nu.24. de re iudic. & quod citatio per Papam non possit tolli,cum concernat defen-
10 sionem,quæ est de iure naturali, † firmat sequendo Abb. & alios in præcitato loco, Curt.iuni.in cons.170.nu.13.& seq.uol.2. & quod princeps procedere non possit citatione omissa, etsi procedat,nulla sit sententia,dicit per plura Oldrad.in consil.43. nu.1.per totum. & quod in sententia principis licet non requiratur seruari ordo iuris ciuilis,requiratur tamen seruari quasi ordo naturalis:& sic quod quis citetur ad effectum,ut possit se defendere: cũ princeps
11 † iuri naturali & diuino omnino sit suppositus,dicit optimè Angelus, in l. princeps, nu.2.per totum,ff.de legib.& quod sententia lata per Principem, Imperatorem, vel Papam, parte non citata, non valeat, sicut nec sententia alterius iudicis: cum citatio sit de iure naturali, ut pluries est dictum, quod princeps auferre non potest,dicit Castren.in d.l.fi.nu.3.C.de legib.& quod sententia Principis ob defectũ citationis omissæ, sicut sententia ordinarij inferioris, sit nulla,dicit Roman.in cons.369.num.6.Et sic apertissimè patet ex supradictis,sententiam latam per prædictum Reuerendissimum P. Generalem contra præfatum Reuerendum Fratrem Vitum Stellam, ipso absente,& non citato, ut facere posset suas defensiones,nullam & inualidam esse; & & omnino uiribus carere. & quod senten-
12 tia † lata super præcepto inepto ratione ordinis,sit nulla, dicit etiam Abb.in d.c. cum olim,nume.27. de re iudica. & hæc quoad primum.

Deueniendo nunc ad secundum obiectũ pro illius resolutione prius præmitto hic verba eiusdem constitutionis sub rub.de celebrat.capituli generalis,cap.15.§. ad hos, ubi habetur, quod postquam priores reddiderint eorum cõputa reuisoribus per cedulas tam exitus, quam introitus monasterium, quorum fuerunt Priores, quod eorũ successoribus in illis prioratibus tradantur: qui quam primum poterunt illas conferre habeant cum libris suorum præcessorium, experirique,an vera sint,quæ in cedulis descripta fuerint: etsi quis in dolo & fallacia repertus fuerit,teneatur ille Prior sub pœna amissionis sui prioratus illum denuntiare visitatori Prouinciæ,qui causam diligenter discutere debet,& cognita fallacia,eum cõdemnare,prout in d.const.

Secundo præmitto tenorem alterius cõstitutionis eiusdem congregationis existentis sub rubr. de administratione bonorum cap.9.§.si quis uero priores. Vbi similiter dicitur; quod si qui Priores, aut officiales reperti fuerint usurpasse, uel defraudasse aliqua de bonis Monasterij, aut introituum integrè, & dolose non annotasse, aut expensas indebite & falso multiplicasse, siue de præsenti fuerint in aliqua dilapidatione bonorum religionis, cogantur restituere, quæ ab illis usurpata fuerint, & deinde ad omnia officia, & dignitates sint inhabiles.

Ex quibus quidem constitutionibus expressè cauetur, quod & Prior successor in prioratu non potest denuntiare priorẽ præcessorem,quod omiserit annotare aliquam quantitatem pecuniæ, seu redituum sui monasterij,uel quod annotauerit expensas nõ factas,nisi eidem constiterit, quod dolo annotare introitus omiserit, uel falso expẽsas non factas annotauerit.

Prout nec Visitator Prouinciæ super eisdẽ denũtiatione amissionis annotationis introituũ, & falsis annotationibus expensarũ procedere non potest;nec ad aliquam condemnationem deuenire contra Priorẽ antecessorem, qui introitus annotare omiserit,prout in casu nostro,nisi similiter constet eidem talia dolo fecisse: & sic ista qualitas doli a dictis constitutionibus requisita,antequam procederetur contra eundem Reuerendum P. Vitum Stellam Priorem per d.Reuerendissimum P.Generalẽ & condẽnaretur;prout fuit condemnatus, erat probanda, alias non procederet dispositio præfatorum constitutionum, ad dicta per Bursa.in cons.94.nu.35. vbi attestatur hãc
* esse communem opinionem uol.1.dicẽdo,
13 quòd qualitas† doli a lege requisita debet per agentem probari,alias inquisitus debet absolui. Et hoc esse regulare dicit Capra. in suis reg.concl.78.nu.45.optimè Soarez. in suis cõibus,in uer.qualitas,n.4.5.vbi plu
14 res citat & dicit similiter esse cõem;cũ qua

litas illa adiĕcta delicti alterius generis red dat, sequitur Bonacos.inter cões diuer.sub rub.de dolo malo.tit. 1 1.n.9.vol.1.9 prius voluit Marsi.in cõs.96.n.2.ubi similiter dicit 9 quando in statuto puniente aliquod delictum apponitur aliqua qualitas ad hoc, vt reus possit puniri, debet de necessitate probari illa qualitas, alias debet sequi absolutio. Et quod quãdo aliqua qualitas est fundamentum intẽtionis alicuius; prout in casu nostro est præfatus dolus, quod non sufficiat paobare factum, nisi etiam pro-
15 betur qualitas, † dixit prius esse commu-
* nem opinionem Curt. iunior in consilio 124. num. undecimo, volumine secundo, quod in totum decidit casum nostrum; cum non sufficiat probare, quod dictus R. P. Vitus tunc Prior monasterij prædicti Sancti spiritus non annotauerit summam pecuniarum exatractarum de certa quantitate frumenti, de quo in sententia prædicta ad hoc, vt condemnari posset, prout fuit condemnatus; sed pruoban dum erat, quod dolo annotare omiserit. Et sic erat probanda ista qualitas doli, a præfatis constitutionibus requisita; quod ante eos voluit Paulus de Castr. in l. penult. §. docere, numero tertio, ff. ne quis eum, qui. vbi propterea subdit Marsil. determi-
16 nasse, quod si statutum † dicat, quod villa teneatur pro homicidio commisso in suo territorio, & reperiatur aliquis occisus in illo territorio, quòd hoc non sufficit ad condemnationem villæ; quia potuisset esse occisus alibi, & portatum fuisse corpus ibidem. Et ita uoluit etiam Ioan. Andr. in capitu. primo, columna tertia, de homicid. in 6. in nouel. vbi dicit propterea se euasisse alias quendam Prælatum a pœna imposita a iure Prælato facienti assassinari Christianum, ut ibi est text. quia licet esset plenè probatum per testes, quod ille Prælatus fecerit assassinari unum; tamen quia non fuit probata qualitas, quod esset Christianus, fuit absolutus; quia poterat esse unus Iudæus, uel alius infidelis: sequitur Alexan.in consi. 172. numero quinto, & ibi latè Add. in uersic. nam quando a lege. & in uersic. probari. ac in uersicu. & ideo, uolumine secundo, ubi similiter dicit, citando Ioan. And. in dicto loco; quod quã
17 do a lege, † uel statuto aliquid profertur cum qualitate, debet illa qualitas probari; quod etiam latissimè prosequitur Cur. sen. in cons. 59. num. 7.

Nec mirum, quod probatio doli præfati esset facienda ad incurrendas pœnas, de quibus in dictis constitutionibus, quia quã do lex pro crimine imponit pœnam, semper dolus adesse debet, cum sine dolo nul-
18 lum delictum † committatur saltem punibile, prout dicit Soc. iuni. consilio 37. num. 21. & seq. volum. 2. Bonacos. d. titu. 11. sub rub. de dolo malo, numero decimoquarto;
* vbi de communi. Et quod quando dolus requiritur a lege, seu constitutione euidens esse debet, & illo deficiente non possit sequi condemnatio, dicit Bursat. cum alijs per eum allegatis, cons. 77. nu. 9. & 14. ubi
* asserit hanc esse communem opinionem, quem sequitur Bonacos. dicto loco, numero decimoquinto.

Neque aliquid obstat si diceretur, quod licet non constet, quod animo & intentione occultandi & subripiendi bona monasterij præfati Sancti spiritus omiserit idem Prior annotare partitam frumenti, de quo agitur, seu pecuniam de eo extractam in Iornali; annotãdo tamen illam in libro magistro; cum tunc propriè uideatur uerus dolus, prout dicit Iodoch. inter communes di uersorum in Enchirid. pari. in uer. dolus ex pressus; & in uer. dolum ex proposito, uol. 3. fol. 597. & idem Bonacos. in d. tit. 11. nu. 14. in uer. & dolus est duplex. Quod ni-
19 hilominus dicatur dolus † præsum ptus nã ex ratione sui officij tenebatur talem notã facere in dicto Iornali, quam non fecit, ad dicta p Bened. Capra. in d. concl. 78. n. 48. fol. mihi 96. Dec. in cõs. 191. nu. 5. in principio quod uoluit antea etiam Fulgos. in consil. 25. numero secundo, & per hoc uideatur satis de dolo constitisse, & constare, & condemnari potuisse iuxta præallegatas constitutiones.

Quia ad hoc respondetur, omnem dolũ præsumptum tolli ob omissam annotationẽ præfatam: quia idem Prior antequam dederit libros suæ admiaistrationis R R. Patribus Reuisoribus in Capitulo Generali, ut illos viderent & approbarent suam administrationem, si fideliter & prudenter se gesserit circa eam; ipse in calce eorundem suorum computorum fecit donationem dicto monasterio Sancti Spiritus, & suæ Religioni de ducatis centum

centum & tresdecim, de quibus erat creditor; & quos expenderat, seu irrogauerat pro seruitio eiusdem monasterij, & fratrum suæ familiæ; prout notorium erat, & est in dicta religione & capitulo, a suis parentibus talem summam pecuniæ habitam: quo casu cessat omnis præsumptio do
20 li, † qui cum in animo consistat, præsumptionibus, & coniecturis comprehendi solet, & probatur, prout dicit Abb. in c. 1. nu. 9. de causa poss. & propri. Capra. in d. cōcl. 78. nu. 50. & seq. Bonacos. in d. loco, num. 10. in prin. non est dubium ex dicta donatione & remissione facta de dictis ducatis centum & tresdecim, de quibus erat creditor, quod tollitur omnis suspicio, nedum præsumptio fraudis, & doli; cum si eidem monasterio suos reditus surripere uoluisset nō annotādo dictā partitā frumēti in d. Iornali, prout requiritur, ut dolo dicatur omissa, nō est dubiū, quod multo maiorē summam nō donasset, prout donauit eidem monasterio: vñ ista præsumptio doli, quæ in dubio oriebatur ex nō facta annotatione in Iornali, cessat per dictā donationē: & quia in cla-
21 ris † nō est locus cōiecturis, l. cōtinuus, §. cū ita ff. de uerb. oblig. & quia præsumptio do
22 li † præsumpti tollitur per probationē ueritatis, prout dicit Cephal. in cons. 185. num. 13. uol. 2. & Barth. Veronen. in cons. 2. nu. 13. uol. 1. in ciuil.

Et quia ad hoc, ut administrator rerum,
23 seu bonorum, de dolo conuincatur † in nō notādo, seu non restituendo reditus bonorum per ipsum administratorum, requiritur ut de illis sit factus locupletior, & quod penes se illos retineat, ad dicta per Fulgos. in d. cōs. 25. colum. ult. in uersi. amplius sunt, qui putant. quem secutus fuit Decius in d. consil. 191. colum. 2. in fi. & seq. Et sic cum maiorem summam pecuniæ, quam non importabat frumētū nō annotatū, donauerit, & remiserit dicto monasterio merito remanet resolutum de aliquo dolo non conuinci præfatum Reuerendum Priorem: & sic non potuisse, nec posse molestari, nec condemnari, stante tenore dictarum cōstitutionum per supradicta.

Quibus accedat, quod dicta eius computa cum dicta donatione fuerint uisa & approbata, nedum a RR. Patribus Reuisoribus, uerum etiam a toto capitulo generali, & R.P. Generali Mag. tunc temporis, ac subscripta: & per hoc habeat etiam intētionem fundatam, ut molestari ulterius nō possit, ad dicta per Dec. in cons. 94. nu. 4. cum allegatis per eū: & ad dicta per Bart. in l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. Et licet non obstante tali approbatione possit nihilominus doceri de errore † computorum, prout dicunt
24 Bar. et Dec. in præcitatis locis, et tradit Castren. in d. l. 1. C. de erro. calc. tamen necesse est de errore expresse doceri, prout dicunt præfati Doctores, quod non fuit factum in casu nostro, imò nec fieri potest; cū aliqua fraus nō adsit, stante dicta donatione maioris summæ, quam non importabat sūma frumēti, cuius annotatio dicitur omissa. Et ideo iste dolus præsumptus negligētiæ ob nō annotationem factam, stante dicta donatione, de qua habuerunt notitiam præfati RR. Patres Reuisores, capitulum generale, et R. Pater magister Generalis, cum fuerit facta antequam redderētur per eum computa, cēsetur ab eis remissus, † ad
25 dicta per Cagnol. latè in l. cōtractus, nu. 75 præsertim ad fi. et ibi prius Deci. nu. 42. ff. de reg. iur. et idem Dec. in cons. 191. nu. 42 ad fi. in uer. secus uidetur in dolo, et nu. 52 et Anto. Gomes ultim. uolunt. c. 12. nu. 83. ad quod fortius facit illud, quod dicit Cora. in sua pract. crim. in uer. de furtis, in 152 limitat. fol. mihi 629. ubi dicit uitium furti purgari, et aboleri, si res reuertatur in potestatem domini. Et sic aliquo modo non potuit molestari nec quoad secundum.

Deueniendo nūc ad tertium obiectum, dico similiter d. sentētiam fuisse, et esse ipso iure nullam, et inualidam, cum circa imprudētiam, temeritatem, et ignorātiam, et alia de quibus in dicta sentētia per modum causæ condemnationis dicuntur, et narrantur per dictum R.P. Generalem contra præfatum R. fratrem Vitum Stellam, licet circa ea aliquam facultatem nō haberet cognoscendi, stante quod aliquem dolum, uel fallaciam non concernant, ex quibus usurpētur bona, et reditus monasteriorum; et ad quæ inspexerunt constitutiones prædictæ ob falsas annotationes, uel omissiones annotationis redituum, ut est dictum, cum facultas limitata data supperiori post computa reddita procedendi, limitatū producat effectum, iuribus vulgaribus, attento quod neq; circa præmissa nihil probatum fuerit per dictum Generalem, prout erat necesse

probari, ut de tali imprudentia, temeritate, & ignorantia constare posset: cũ licet quando proceditur contra regulares per eorum superiores, remittatur rigorosa subtilitas iuris: & strepitus aduocatorum, & de plano procedatur secundum obseruantiam salu-
26 taris regulæ, † prout dicit Ioan. Andr. in c. olim, nu. 7. & Ioã. de Anani. nu. 13. in prin. de accus. tamen ille ordo processus, quando contra eos proceditur ad effectum puniendi, qui consistit circa merita ueritatis, seu delicti, & legitimam defensionem inquisiti, omitti non potest; sed omnino seruandus est, per tex. in d. c. olim, & ibi glo. in uer. de plano, & in uersi. copiam. & optimè ibi Ioan. Andr. nu. 9. Petr. de Ancha. nu. 9. Ioan. d e Ana. n. 13. de accusa. & idem Ioã. de Ana. in c. qualiter el 2. §. fi. num. 8. & ibi prius Card. Florenti. vbi similiter dicit in prin. quod quando proceditur contra regulares non est per omnia seruandus ordo iu
27 tris, ac etiam quod regulares † non debent amoueri ab administrationibus sine causa, c. fi. §. si autem & ibi glo. in uer. absque iudiciorũ, de statu monach. Archid. in ca. si quis nu. 1. in fi. & seq. 18. q. 2. & Alcia. in c. 1. sub nu. 47. de offic. ordinarij. Et sic, ut est dictũ cum aliquid non fuerit probatum circa expressa in d. sententia per modum causæ cõdemnationis contra d. R. Inquisitum, & cõdemnatum, prout probari debeat; & per cõsequens aliqua eidem non fuerit data copia processus, ut posset facere suas defensiones, prout dicunt præfata iura, & Doctores fieri debere, etiam quando proceditur contra regulares, etiam prælatos pro illis amouendis ab eorum administrationibus; non est aliquod dubium dictam sententiam corruere, & uiribus carere; cum
28 sententia † lata nullis factis probationibus ipso iure nulla sit, per text. in capitu. primates, & ibi optimè Cardin. Alex. in 4. not. num. 2. & in fi. & ibi Domi. de Sancto Gemi. in fi. in summa. 2. quæstio. 1. Ioan. Andr. in capitu. uestra, numero 13. in uers. si autem, de cohabitatio. cleric. & mulier. Card. in consilio 29. numero 7. Afflict. decisio. 28. numero. 2. & hanc esse magis com** munem opinionem dicit Gabri. in suis cõclus. sub tit. de sententia, conclus. 9. nu. 5. & prius de magis communi dixit Imol. in ca. ecclesia S. Mariæ num. 8. in uer. uel potes etiam dicere, de constit. ideo alios addere non curaui. & quia ubi casus legis est, ibi
29 † nulla dubitatio cadere potest, prout dicit Bal. in l. ancillæ, nu. 2. C. de fur. quem sequitur Zasi. in cons. 2. nu. 60. uolum. 2. & dicit Franc. Becci. in cons. 1. nu. 3. cum alijs adductis per eum. Et quia a communi opinione in consulendo, & iudicando recedendũ non est, prout dicit Soc. in cons. 187. nu. 9. vol. 2. Ias. in cons. 76. uol. 3. Dec. in consil. 174. num. 1. in fi. Cassad. super reg. Cancel. decis. 12. num. 7. & Granut. in theorem. 4. numero 5.

Neque præmissis aliquid obstaret, etsi diceretur, quod de expressis in d. sententia per modum causæ condemnationis per d. R. fratrem Vitum (vt prætenditur) commissis satis dicatur probatum: ex quo sic ex primitur per d. R. P. Generalem in eadem sententia, cum ipse de plano, & absq; iudiciorum strepitu procedere possit, ut supra dictum est; & per consequens uideatur pro ea præsumendum.

Primo, quia similiter, ut supra firmatum est, licet de plano, & absque iudiciorum forma & strepitu aduocatorum contra regulares, etiam Prælatos procedi possit; non tamen potest omitti ordo processus circa ueritatem prætensorum excessuum, seu delictorum, & defensionem rei inquisiti per iura, & auctoritates desuper adductas, ideo hic non repeto.

Secundo, quia de his, quæ in sententia attestantur per iudicem, non uenit creden-
30 dum, si ex actis non constet, † prout dicit Ang. in cons. 107. in fi. & Ioan. Bapt. Asin. in tract. de execu. §. 3. c. 11. fol. mihi 37. ter. nec de hoc aliqua dubitatio haberi potest, cum iudex secundum acta & probata iudicare debeat, per uulgatam l. illicitas. §. veritas, ff. de offi. præsid. ad quod facit illud, quod dicit Aymo in cons. 134. num. 45. post prin. in uer. ideo, obi dicit, quod si quis produxerit sententiam; nõ sequitur propterea, quod præcesserint acta necessaria ad eã, nisi probetur, per auctoritates, quas ipse allegat. Et ista sufficiat me dixisse quoad tertium, & ultimum; & pro iniustitia, & nullitate suæ prædictæ, & pro innocẽtia d. R. cõdemnati, ad laudẽ indiuiduæ Trinit. ac Gloriosissimæ Virg. matris. Et ita fuit iudicatũ.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testes ad perpetuam rei memoriam quando examinandi sint, & quales esse debeant.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam quando ad instantiam actoris recipi non possint, & quando sic*
2 *num. 2. Declaratur per viam fallentia prima regula, nu. 3.*
4 *Testibus tanquam absuturis inductis duplex iuramentum in curia Romana dari solet, vnum de futura absentia, alterum de veritate dicenda.*
5 *Testes ad æternam rei memoriam quo casu debeant examinari ad instantiam actoris.*
6 *Testium ad æternam rei memoriam examen ex causa tantum concedi solet.*
7 *Iudex quid facere debeat antequam deueniat ad examen testium ad perpetuam rei memoriam.*
8 *Actus factus forma canonis vel iuris non seruata, vitio nullitatis corruit.*

CONSILIVM XLI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN facto mihi proposito visis articulis ad perpetuam rei memoriam pro parte Dominæ Cęliæ, ut testes super illis examinentur, nulla tamen facta expressione eorundem testium, quales sint, produ ctis contra D. Beatricem Monaldā de Ronzinettis, ac eiusdem D. Beatricis, & quondam D. Marci Antonij Ronzinetti eius Mariti filios legitimos, & naturales ac hæredes, ac bene inspecto illorum tenore, dico per dominum commissarium terræ Vulsinij non potuisse de iure admitti dictos articulos, nec per eum deueniri ad petitum examen, prout admisit, & deuenit, & ideo vitio nullitatis corruere ex infra dicendis.

Et primo, quia indubitata conclusio iuris est, testes regulariter ad perpetuam rei
1 memoriam † ad instantiam actoris, quando actor agere potest super eo, quod prætendit, prout potest in casu nostro, lite non contestata, recipi non posse, per tex. in cap. quoniam frequēter in prin. & ibi gl. in uer. regulariter, ut lite nō cōtest. Bar. in l. in lege Aquilia si deletum, col. 1. in ver. item oppo ne. ff. ad l. Aquil. & hanc esse communē sententiam omnium Doct. dicit Lanfranc. de Orian. in tract. de testib. nu. 33. & ibi etiam Addi. fol. mihi 297. Fely. in c. significauit, nu. 6. de testib. Ferrar. in sua prax. Papien. in forma capitulorum, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, nu. 1. fol. mihi 141. Campeg. in eodem tract. de testib. in singul. 171. in princ. & similiter in dicto tract. Nellu. nu. 73. in prin. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 54. nu. 1. et ita ex communi omnium Doctorum consensu teneri, firmat Petr. a Pla. in epi. delict. ca. 19. num. 17. in princip. fol. mihi 299. Missing. sing. obser. obser. 71. in princ. centur. 4. vbi dicit pariter hanc esse communem regulam, & hanc esse similiter communem opinionem firmat Andr. Gail. practicar. obseruat. lib. 1. obserua. 92. in prin. & hanc esse cōem opinionem ēt dicit Viui. in sua Sylua. opinio. opin. 922. in prin. & opinio 923. nu. 1. ubi similiter de communi lib. 3. & similiter hanc esse communem regulam con sulendo tradiderunt, Corneu. in conf. 172. in prin. uol. 2. & in cons. 119. nu. 19. eo. uol. Soc. iun. in cons. 34. nu. 4. ubi attestatur hāc esse communem opinionem tam legistarū quam canonistarum, uol. 1. Paris. consi. 24. nu. 2. ubi similiter attestatur de communi, vol. 3. Roland. a Valle in cons. 23. nu. 8. & nu. 15. ubi dicit hanc esse indubitatam iuris conclusionem, uol. 3. Portiu. Imolen. d. cons. 29. nu. 2. in uer. quibus tamen non obstantibus, & nu. seq. l. hanc esse communem opinionem, dicit etiam Bursat. in cons. 20. nu. 66. vol. 1. & in cons. 322. nu. 10. ubi similiter de communi uol. 3. cum alijs citatis nouissimè per Farrina. in tract. de testib. q. 76. nu. 2. per totum.

Quod secus dicendum est, si petantur testes examinari ad perpetuam rei memoriā pro parte dictæ D. Beatricis, & filiorum ad effectum, ut suis loco, & tempore possint se ipsos defendere, & excipere, quia tali casu bene possunt, & debent examinari te-
2 stes † ad perpetuam rei memoriam pro eorum parte inducti lite aliter non contestata, cum rei futuri sint, & si non timeatur de morte, uel absentia testium examinandorum, prout requiritur in actore sic petente, ut infra dicetur, cum non sit

in potestate rei, quando côueniatur, ita per
plura iura firmat dicta Addi. ad Lanfranc.
de Oriano, in d. tracta. de testib. sub nu. 34.
in versic. ex parte autem rei, fol. mihi 297.
quod prius dixit Barto. in d. l. in lege Aqui
lia si delectum, col. 1. post medi. in uer. item
oppone, quod testes non examinantur in
solutione, ff. ad leg. Aquilia. Bal. in Authen.
sed & si quis ab aliquo num. 17. Cod. de te
stib. Soc. iun. d. cons. 34. nu. 4. in prin. uol. 1.
Angel. in Auth. de testib. §. si. num. 6. in fi.
& nu. 7. ubi etiam dicit ex communi debe-
re examinari, & in publicã scripturam red-
duci, sed non debere aperiri. Corn. in dicto
cons. 172. in prin. in uer. & quãdoque, vol.
2. Campeg. in d. tracta. de testib. & Regul.
171. in 4. fal lentia. & est tex. in c. significa-
uit de testib. & ita communiter teneri om-
nes Doctores in d. l. in lege Aquilia si dele
tum. dicit Roland. a Vall. in dicto consil.
23. num. 16. vol. 3. & sic communiter etiam
teneri per omnes Doctores in d. c. significa
uit dicit Farinac. in d. q. 76. nu. 13. & in ea-
dem q. par. 2. num. 63. & sequen. vbi plures
ex relatis per ipsum attestantur de commu
ni, & ideo alios addere non curaui, cum a
communi opinione in consulendo, & iudi-
cando recedendum non sit, prout infra de-
monstrabitur.

Et licet prima regula desuper firmata
non vindicet sibi locum, & fallere soleat,
3 qñ timetur de morte testiũ, † & illorũ absen
tia diuturna, cũ tũc bene ad instãtiã actoris
deueniri possit ad tale examen, ne probatio
nes eidem auferantur, d. c. quoniam frequẽ
ter in prin. in illis uerbis, nisi forte, vt lit. nõ
contest. Fely. in dicto. cap. significauit nu.
6. in uer. falli. de testib. idem Ferrarius in di
cta prati. Papien. & dicto loco in uer. fallit.
Nellus in dicto tracta. de testib. num. 73. in
princip. in uersic. fallit, ubi enumerat etiam
alios casus in quibus lite non contestata
testes ad æternam rei memoriam recipien-
di sint, quos enumerare omitto, cum ad ca-
sum non faciant, Campeg. in dicto tracta.
de testibus dicta regul. 171. in prima & se-
cunda fallent. Andr. Gail. pratic. obseruat.
libro primo, & dicta obseruat. 92. numero
tertio. quod prius dixit Bald. in dicta Au-
then. sed etsi quis ab aliquo, numero 17. in
ver. in actore autẽ, C. de testib. & Bar. in d.
l. in l. Aquilia, si deletum, col. 1, in uer. quod
dico in actore, ff. ad leg. Aquiliã. & hanc es-
se commun em opinionem firmat Octauia.
Vest. in sua pract. lib. 6. in titu. de testib. &
nu. 3. in uer. rursus, vbi etiam dicit in fine in
curia Romana seruari ad tollendas fraudes
4 ut si testes † inducantur tanquam absfuturi,
duplex iuramentum illis dari, unum uide-
licet de futura absentia, aliud uero de ueri-
tate dicenda fol. mihi 155. ter. & sequen.
5 Et quod testes † ad æternam rei memoriã
examinari non possint ad instãtiam actoris,
nisi in casu quo reus non possit per actorem
in iudicio conueniri, & quando timetur de
morte uel absentia testium, & unum sine al
tero probari non sufficere, firmat etiã Alex.
de Neuo in cons. 44. nu. 5. & 6. ubi dicit iu-
dicis arbitrio relinqui, quorum testium ob
senectutem illorum dubitari possit de mor-
te ad hoc, ut examinari ualeant: & quod ni
si ex urgenti & probabili causa, ut si testes
fuerint senes, uel ualetudinarij, uel de pro-
ximo recessuri, adeo quod probabiliter
possit de morte illorum timeri, uel absen-
tia, ad æternam rei memoriam lite non con
testata recipi non possint, firmat Corne.
in dicto consil. 119. numero 19. in uersicu.
quandoq; tamen, uolum. 2 Doct. in d. cons.
172. in princip. in uer. non autem ex parte
eius, eod. volum. & idem respondit Portiu.
Imo. in d. cons. 29. nu. 6. & uoluit Rolan-
dus a Vall. in d. cons. 23. nu. 20. volum. 3. &
Missing. singul. obseruat. obseruat. 71. num.
3. cent. 4.

Tamen in casu nostro ad aliquam admis
sionem assertorum articulorum, nec ad ali-
quod petitum examen deueniri nõ potuit,
cũ in ꝓductione dictorũ articulorũ, nõ des
signauerit testes, quos prætẽdebat d. Cęlia
examinari facere ad perpetuã rei memoriã
per nomina ac cognomina, nec nõ dicendo
eorũ ętatẽ, & an sint valitudinarij, ac de pro
ximo recessuri siue nõ, prout in cã hmõi fa
cere tenebat, prout optimè deducit Ferra. ĩ
d. pract. Papiensi, in forma capitulorũ, qñ te
stes producũtur ad ęternã rei memoriã: ubi
dat formã quib. uerbis produci dẽant arti-
culi, & testes peti ad æternam rei memoriã
examinari, præsertim in uer. uerũ quia fol.
mihi 141. & Andr. Gail. practi. obseruat. d.
obser. 92. nu. 3. lib. 1. & Paris. etiam in ter-
minis in cons. 24. nu. 2. circa medium, uol.
3. ad effectũ, ut iudex se informare possit de
ueritate expositorũ, saltẽ sũmariè, ueluti si
de morte testiũ timeat, uel de illorũ absẽtia

cum.

cum alias ad tale examen deueniri non pos-
6 sit, cum ex causa tantum concedatur, † ut est dictum, prout optime dixit Specul. in tit. de offi. omnium iudi. in §. postremo. num. 4. in ver. item si libertas. ver. item si testes petuntur, Guido Papę in cons. 75. nu. 7. optime. Corne. dicto cons. 172. num. 2. uol. 2. Ferrari. in dicta Practi. Papien. in dicto loco in ver. timeatq;. ubi inquit non esse standum assertioni dicētis testes esse valetudinarios; vel absfuturos credit tamen q́d sufficiat de absentia futura probari per testem, qui se dicat uelle absentare, vel per relationem Medici, qui dicat illum infirmum, quem secutus fuit in consulendo Roland. à Valle dicto cons. 23. nu. 20. uol. 3. & Port. Imolen. dicto cons. 29. nu. 7.

Et non solum iudex se summariè informare debet, antequam ad instantiam actoris ad tale examen ad perpetuam rei memoriam deuenire possit, quod testes sint senes, valetudinarij, vel recessuri, adeo quod probabiliter de eorum morte, vel absentia timeri possit: sed etiam † debet interloqui, si
7 sibi videtur, vera esse narrata, & uti tales mādare recipi, & examinari, prout firmat Bart. in d. l. in lege Aquilia si deletum, col. 2. in ver. quero, quid faciat iudex. ff. ad leg. Aquilia. Guido Papę dicto consil. 75. num. 7. in ver. imò, quod plus est. Port. Imolen. dicto cons. 29. nu. 7. & Rolan. à Valle dicto cons. 23. num. 20. in fi. & seq. & num. 22. in vers.
* vlt. non obstat, vbi dicit hanc esse communem opinionem, à qua in iudicando & consulendo recedendum non est, prout dicit Soc. sen. in cons. 187. num. 9. vol. 2. Ias. cons. 76. num. 3. vol. 3. Dec. in cons. 174. nu. 1. in fi. & in cons. 146. num. 7. & Cassad. super reg. Cancell. decis. 12. nu. 7.

Et ideo dicti asserti articuli merito veniebant reijciendi, cū de iure admitti non possent stantibus supradictis: quod cum secus fieret per dictum dominum Commissariū & ad examen petitum ad æternam rei memoriam deuentum fuit, vitio nullitatis cor-
8 ruit, cum forma Canonis, † seu iuris seruata non fuerit, stantibus supradictis, prout respondit in terminis Rolan. à Valle d. consi. 23. num. 21. vsque in fi. respondendo etiam ad ea, quæ obijciebantur. vol. 3. & in facti contingentia ita etiam respondit, & obtinuisse attestatur Port. Imol. dicto cons. 29. num. 8. in ver. non obstat, & num. seq. vsque in fi. & ita firmat, & respondit Guido Papæ in dicto cons. 75. nu. 7. in fine in ver. & cum in casu, & placuit Corne. dicto cons. 172. num. 1. in fi. in uer. & per consequens, vol. 2. & uoluit Paris. d. cons. 24. num. 1. & num. 2. ubi conclusiuè, vol. 3. Dec. in cons. 301. nu. 6. præsertim in fi. Et ista sufficiat me dixisse ad demonstrandum dictos assertos articulos non potuisse admitti per dictum Cōmissarium ad perpetuam rei memoriam, per Dominam Cæliam productos, & ad docendum de nullitate examinis inde secuti, cum contra formam iuris fuerint examinati, per auctoritates desuper adductas.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Pensionis Papalis validitas discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio imposita per Papam habet statim executionem paratam. Nec debet retardari eius solutio pendente iudicio, siue super illius reductione, siue super nullitate. nu. 2.*
3 *Clausula, sine retardatione solutionis pensionis, semper ponitur in commissione emanata in curia super causa pensionis.*
4 *Pensio, licet assignata sub modo uel conditione, non ob id retardatur, dicunt enim curiales, solue, & repete.*
5 *Mandatum executiuum pro solutione pensionis non retardatur.*
6 *Pensio assignata pauperi clerico cedit in causam alimentorum, & illorum exactio retardari nō potest per appellationem.*

CONSILIVM XLII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa de Alfianello omissis alijs pro nūc, quę dici possent circa iurisdictionem D. Iudicis; dico pēsionem impositam per
1 Papam † statim habere executionem paratam, prout dicit Gigas de pensio. quæst. 85. num. 2. in princ. & ideo siue super illius reductione, siue nullitate agatur, iudicio pendente non debet retardari

2 dari † eius solutio, prout dicit Put. decis. 34. lib. 1. & propterea curia Romana nunquam dat commissionem absq; solita clausula si-
3 ne retardatione solutionis pensionis † Staphil. in trac. liter. iustit. in uer. exceptio sola. plus operatur, sub num. 13. fol. 292. ubi dicit etiam fieri duplici ratione, & ad tollẽdas fraudes, & malitias recusantiũ soluere pensiones legitimè impositas, & propter honorem Papæ mandantis pensiones solui. quẽ secutus fuit idem Giga. in cons. 95. num. 3. & seq. & d. tract. de pensio. quæst. 35. nu. 9.

Neq; aliquid obstat, etsi aduersarius di-
4 cat, quod præfata pensio † fuit assignata sub modo, vel conditione: & propterea quod illa non verificata, literæ non debeant habere executionem, ad dicta per eundem Gig. in d. tracta. pensio. quæst. ult. num. 15. quia idem Giga. in fine eiusdem quęst. in ver. his tamen, dicit postquam pertractauit de pluribus exceptionibus, quæ opponi posse uidebantur ad retardandam solutionem pensionis, quod illis obstare videtur illud, quod dicere solent DD. Curiales in ista materia, videlicet, solue, & repete.

Prout & similiter nihil obstat, etsi fuit per eundem titularem appellatum à decre-
5 to, seu sententia iudicis executoris, † qui relaxauit mandatum executiuum iuxta formam literarum pro rata decursæ pensionis, quin exequatur, etiamsi alio modo, quàm executiuè processum fuisset; ex quo dicta pensio fuit reseruata pro alimentis, & uitæ sustentatione, secundum Gig. in d. tracta. q. 95. num. 3. & seq. cum ibi accumulatis per eum. ad quæ faciunt dicta per eundem Gigant. in consil. 130. num. 1. & seq. vbi dicit
6 pensionem † assignatam pauperi clerico cedere in causam alimẽtorum, & illorum exactionem retardari non posse per appellationem. Et ista sufficiat me dixisse pro expeditione præsentis difficultatis.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Motiua diluuntur in materia verborum prolatorum a delato ad S. officium Inquisitionis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio procedit a forma rescripti.*
2 *Velle est illius qui potest & nolle.*
3 *Diffamatus penes bonos & graues viros non potest promoueri, secus si penes viles.*
4 *Infamia facti facit quem repelli ab honoribus. & ab alys. nu. 5.*
6 *Testes ad conuincendum quem de heresi, quid deponere debeant.*
7 *Bulla Pontificia puniens verba proferentes contra res & personas Sancti officij perpenditur.*

CONSILIVM XLIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Resoluendo motiuum per Reuerendum P. & sacræ Theologiæ magistrũ datum, dico quoad primum caput; quod si suspensio processit à iure; quod iudex delegatus ad formandum processum, non ad causam expediendam super denunciationibus, non videtur posse eundem delatum ad actus legitimos circa diuina admittere: quia cum ius suspendat: & delega-
1 tio procedat à forma rescripti, † non videtur posse extendi ad nõ contenta, & expressa in eo, cum sit stricti iuris. Bero. in cõs. 22. nu. 30. uol. 3. Felyn. in c. causam quæ. nu. 8. de rescript. c. Rodulphus. & c. si. eod. & per consequens delegatum illam tollere non posse; cum formam mãdati seruare debeat. c. si. & ibi glo. de præben. Secus autem uidetur si facto delegato fuit suspensus, non tanquam accessorium rei delegatæ, cum eadem censeretur commissa suspensio. l. 2. ff. de iurisdi. omn. iudi. nec posset illam tollere nisi de uoluntate delegantis, sed ex motu animi sui, quia tunc cum potuerit, & non potuerit talem suspensionem iniungere delato, sic iniunctam videtur illam posse tollere;
2 cum illius sit velle, † qui potest & nolle. l. eius est, ff. de reg. iur.

Et quod dicitur in secũdo capite de obseruantia sanctissimi tribunalis Inquisitionis, quod suspendantur querelati à diuinis: videtur respondendum obseruantiam afficere delatum, vt videatur esse conformem iuri communi, ut firma sit suspensio; si per denunciationes in eodem Tribunali datas

contra

contra eundem delatum ipse effectus fuit infamis, seu infamia creuerit, cum præcederet penes bonos & graues, secus si penes uiles; cum tunc perinde habeatur, ac si ex officio processatus fuisset infamia præcedente, per singulare dictum Hostien. in cap. meminimus num. 2. in uer. nec obstat, de accusat. ubi dicit, c. omnipotens, eod. intelligi
3 quem non posse promoueri, † quando est infamatus penes bonos & graues, secus si penes personas viles, quia tūc dicit non obstante accusatione posse promoueri. de quo dicto meminit in d. cap. omnipotens. Fely. num. 2. vbi dicit omnes scribentes præfatū dictum referre. et Hostien. secutus etiam fuit Roman. in sing. 443. incipien. accusatus de crimine, in uer. quod est uerum; & latè in cons. 297. num. 2. in ver. breuiter, ubi dicit infames ab officijs quibuscunq; honorificis, dignitatibusque prohiberi posse: non solum si infamiam iuris, verum etiam etsi infamiam facti incurrerint. Et quod
4 infamia † facti faciat quem repelli ab honoribus, dicit idem Felyn. in cap. sciscitatus. num. 11. in uer. & infamia facti. de rescript. & idem Hostien. in cap. ueniens. in fi. de accusat. ubi dicit, infamatum debilitari quoad actus legitimos exercendos. ad idemq; facit Abb. in cap. accedens. num. 11. in fi. de accusat. ubi dicit propter uehementem infamiam quem posse suspendi, per text. formalem in cap. presbyter, & ibi glo. 2. q. 5. & Hostien. in cap. accusatum. nu. 2. in uer. sic. de simon. ubi dicit propter suspicionem & infamationem suspendi. & Petr. de Ancha. in d. cap. omnipotens. num. 4. in fin. & nu. 5. vbi dicit, quod infamatus de aliquo delicto
5 non videtur posse eligi: ex quo infamia † facti repellit quem à promotione dignitatis, & à querela, & à testificando, & denuncian do; subdēdo postea quod sola infamia, quæ oritur ex processu accusationis, vel denunciationis non uidetur impedire electionem celebrari: & ibi etiam Ioan. Andr. num. 1. ante fi. de accus.

Quibus accedat R. Domino meo à parte constare ex processu, fere omnes testes deponere, eundem R. P. Magistrum Bartholomæum bene sentire de fide, & esse bonum & catholicum religiosum; & quicquid dixerit circa propositiones, de quibus agitur, ex ignorantia dixisse. Ad quod faciūt dicta per Albert. de agnosc. assert. cathol. q. 34. num. 52. ubi dicit ad conuincendum
6 quem de hæresi testes † debere deponere non solum de uerbis hæreticalibus, sed etiā de credulitate ipsorum; cum hæresis in credulitate consistat; & per consequens constare debere de eorum mente, & nume. 51. in fi. & sic non solum non constat de ipsius delati mala fama, sed & de bona, ex qua annihilantur indicia, cum diluat hæresis præsumptionem. Simarch. de cathol. Instit. tit. 17. de defens. reorum. in fi.

Et quia idem Delatus fuit etiam denunciatus, quod minatus fuerit Fratrem Ambrosium, ex quo deposuit contra eundem in hoc sancto Tribunali, dico ad prædicta non admitti, si tales minas intulit in contēptum, & odium eiusdem Tribunalis per Cō
7 stitutionem † fœli. record. Pij Papæ V. contra offendentes statum, res, & personas præfati Officij de anno 1569. Kal. April. editā Pontificatus sui anno quarto. Sed si illas intulit in fauorem dicti Officij, prout testes ad defensam examinati dicere videntur, uldelicet Frater Lucas process. ad defensam fol. 20. & Frater Fœlicianus de Tuderto eo, process. fol. 24. & Frater Paulus de Senis dicto processu fol. 28. non uidetur eisdem pœnis affici, cum illius ratio, & dispositio cessent. Et ista sufficiat me breuiter dixisse, illa supponendo censuræ, & correctioni R. Domini mei, ac Inquisitionis tribunalis. Et ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia superioris claustralis contra suum regularem arguitur ex defectu iurisdictionis, citationis omissæ, & probationis non factæ.

SVMMARIVM.

1 *Index postquam semel sententiam dixit desinit esse index, siue bene, siue male sententia functus sit.*
2 *Iurisdictionis defectus semper opponi potest.*
3 *Processus copia danda semper est reo.*
4 *Citatio non potest omitti, cum sit de iure naturali, nec etiam in processu facto a Principe, nu. 5. & 6.*
7 *Subtilitas rigorosa iuris quando remittatur & non, ubi superiores religionum procedunt contra suos regulares.*

8 Regu-

8 *Regulares non possunt sine causa amoueri à suis administrationibus.*
9 *Sententia prolata contra aliquem nullis factis probationibus est nulla.*
10 *Sententia nulla ex pluribus non meretur nomen sententiæ.*

CONSILIVM XLIIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Visis sententijs latis contra Reuerendum Patrem & sacræ Theologiæ Magistrum Benedictum Ferro de Venetijs, ordinis Seruorum; Prima videlicet per R. Patrem Magistrum Archangelum Picciolium Prouincialem Prouinciæ Venetiæ vsq; sub die . . . . per quam idem R. Pater Benedictus fuit suspensus ab officio Prioratus; in quo reperiebatur, vsque ad futurum Capitulum, sibi reseruando idem Iudex vna cum diffinitoribus eiusdem Capituli declarationem, an ipse Prior inciderit in pœnas in Constitutione ordinis cap. 12. lectoribus prætermittentibus per mensem lectionem casuum conscientiæ inflictas.

Alia verò lata per Reuerendum Fratrē Iulium Antonium de Mediolano Prouinciæ Mantuæ eiusdem ordinis, & Sociū Generalem, vti Iudicem delegatum per Reuerendissimum P. Generalem in causa appellationis interpositæ à dicta sententia per præfatum P. Magistrum Benedictum in ciuitate Ferrariæ vsq; sub die 8. Mensis Maij præsentis anni 1599. et sic 8. dies post Capitulum Prouinciale; per quam deueniēdo ad expeditionem causæ & causarū &c. sententiauit, & pronunciauit bene fuisse sententiatum, & diffinitum per dictum P. Prouincialem, & male appellatum per d. P. Magistrum Benedictum.

Tertia uerò sententia similiter lata per eundem Fratrem Iulium Antonium de Mediolano Socium Generalem sub die prima Octobris similiter præsentis anni 1599. per quam iterum sententiauit super cognitione reseruata eidem Capitulo Prouinciali, de qua in prima sententia contra dictum Patrē Benedictum lata cauetur, & per sententiam latam per dictum Patrem Iulium Antoniū confirmata, reddendo ipsum inhabilem ad omnia officia per triennium; & insuper etiā ipsum condemnauit non citatum, nec data copia processus eidem Patri Magistro Benedicto, ut se defendere posset, ut publicè asseruisse falsum dixisse d. P. Fr. Gregorio ueniam petendo &c.

Dico præfatam tertiam sententiam ex tribus capitibus fuisse & esse ipso iure nullam, & nullam executionem mereri.

Primo quia fuit lata dicta sententia à iudice non habente iurisdictionem: nam postea quam idem Pater Iulius Antonius de Mediolano in secunda instantia sententiam pronunciauit octo dies post Capitulum Prouinciale, factum in ciuitate Venetiarū, bene fuisse iudicatum per Iudicem à quo: & male appellatum per dictum P. Benedictum: non est dubium, quòd uigore dictæ delegationis nō potuit postea deuenire ad proferendam hanc tertiam sententiam; quia
1 Iudex † postquam semel sententiam dixit, desinit esse iudex siue bene, siue male officio functus sit. per tex. in l. iudex. ff. de re iudi. quod fortius procedit in iudice delegato. l. si ut proponis. C. quomodo & quan. iudex. c. significantibus, & ibi glo. in ver. procedere. de offic. deleg. & ideo dixit Dec. in c. peruenit. el 2. num. 24. de appella. quod si iudex delegatus pronunciat se incompetentē, amittit iurisdictionē, secus in ordinario. Neque aliquid refert etsi idem P. Iulius Antonius dicat ad talem sententiam etiam processisse uigore mandati, seu delegationis oretenus eidem à Reuerendissimo P. Generali factæ; quia in hoc eidem non credi-
2 tur; † & semper opponi potest de huiusmodi defectu iurisdictionis; optimè Innoc. in c. innotuit. nu. 2. de eo, qui furti. ordin. recepit. ad idem Ang. in cons. 107. in fin. Dec. in cons. 188. nu. 20. in uer. & certe concludendum est.

Secundo est nulla dicta sententia, ex quo fuit condemnatus idem magister Benedictus, ipso aliter non citato, nec audito, imò nec eidem data copia processus contra eum
3 formati, prout dari oportebat, vt infra dicetur † Clemen. pastoralis, de re iudi. Petr. de Ancha. in cons. 309. nu. 2. vbi dicit iniquissimum esse absentem inauditum condemnare. Soc. sen. in cons. 12. num. 5. & seq. vol. 1. glo. pen. in c. lator, de re iudi. vbi similiter dicit sententiam contra absentem non citatum

tum prolatam in quocunq; iudicio nullam esse; quod procedit, siue iuris ordine seruato procedatur, siue sit talis iudex, qui procedere possit summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, aut de facto, sine ulla iuris substantia & solemnitate seruata, cum tunc manu regia dicatur procedi: quòd ci-
4 tatio † non possit omitti; cum sit inducta iure naturali, & defensionem concernat, ac videatur inducta iure diuino; cum & Deus citauerit primum hominem peccantem, dicendo eidem, Adam ubi es? Gen. c. 4. prout latè dicit idem Soc. dicto cons. 12. nu. 6. & seq. vol. 1. & Guido Papæ in tract. de rescript. num. 8.

Et non solum est citãdus quis semel, sed etiam ad quemlibet actum, in quo de ipsius præiudicio agitur, uel quem posset impedire ne fieret, cap. omnia 3. q. 9. ubi text. dicit,
„ Omnia, quæ aduersus absentes in omni ne-
„ gotio, aut loco aguntur, aut iudicantur om-
„ nino euacuentur, quoniam absentem nullũ punit, nec vlla lex damnat. c. in nostra, & ibi glo. fi. de procur.

Quod habet locum nõ solum in inferiore à Principe, sed etiam in processu ab eo-
5 demmet Principe facto † per text. in dicta Clem. pastoralis. de re iudi. l. fi. & ibi glo. 2. & optime Bald. num. 2. & 3. C. de legib. ubi dicit, quod licet Princeps non teneatur seruare ordinem iudiciorum in procedendo; prout notat Innocen. in cap. in causis. de re iudic. quòd nihilominus pars debet citari, alias non ualet sententia Principis; & potest opponi de nullitate, per illum text. cum d. glo. subdendo, quod ideo pars est citanda, ut possit se defendere; quæ defensio cum sit de iure gentium, seu naturali, auferri non potest, per d. Clem. pastoralis, & per alia iura, quæ ipse allegat. Et quod sententia la-
6 ta † per Principem, Imperatorem, uel Papam, parte non citata, non ualeat, sicut nec sententia alterius iudicis, cum citatio sit de iure naturali, ut pluries dictũ est, quod Princeps auferre non potest, dicit Castren. in d. l. fi. num. 3. C. de legib. & Roma. in consilio 369. num. 6.

Et adeo uera est hæc conclusio, ut nemo condemnari possit non citatus, nec auditus circa suas defensiones, quando tractatur de ipsum puniendo, uel priuando, quod etiam habeat locum, etsi contra regulares procedatur; quia licet quando proceditur contra tales regulares per eorum superiores, remit-
7 tatur rigorosa subtilitas † iuris, & strepitus aduocatorũ; & de plano procedatur secundum obseruantiam salutaris regulæ; prout dicit Ioan. Andr. in cap. olim. num. 7. & ibi Ioan. de Anan. num. 13. in princ. de accusa. cap. qualiter, el 2. in fi. eod. tamen ille ordo processus, quãdo contra eos proceditur ad effectũ puniendi, seu priuandi, uel amouendi à suis administrationibus, qui consistit circa ueritatem delicti, & legitimam defensionem inquisiti, seu inculpati; omitti non potest, sed omnino seruandus est etiam in visitatione. per text. in capit. olim. & ibi glo. in uer. de plano. & alia glo. in uer. copia; & ibi etiam optimè Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. num. 9. & Ioan. de Anan. num. 13. de accusat. & idem Ioan. de Anan. in d. cap. qualiter. el 2. §. fi. num. 9. & ibi prius Card. Florent. in princ. de accusat. ubi similiter dicit; quod quando proceditur contra regulares, non est per omnia seruandus ordo iu-
8 ris; & quòd regulares † non possunt amoueri ab administrationibus suis sine causa. cap. fi. §. si autem, & ibi glo. in uer. absque iudiciorum, de statu monach. c. per tuas, in fi. de simo. Archid. in c. si quis. num. 1. in fin. & seq. 18. q. 2. & Alciat. in c. 1. num. 47. de offi. ordin. & sic non est dubium etiam ex isto secundo capite assertam sententiam nullam esse, per supradicta.

Tertio est nulla asserta sententia, quia lata fuit, etsi dictus assertus iudex habuisset iurisdictionem procedẽdi & iudicandi, prout non habuit; ex quo corã eo nullo facto processu, nec probationibus, ad proferendam dictam tertiam sententiam de facto deuenit, cum indubitatum sit, nullis factis probatio-
9 nibus, si sententia † proferatur contra aliquem, nullam esse, per tex. in cap. primates; & ibi Cardin. Alex. in 4. nota. & in fi. & ibi Domin. in fi. & in summa. sub num. 9. 2. q. 1. Ioan. Andr. in cap. vester. num. 13. in uer. si autem. Afflict. decis. 28. nume. 2. Et hanc
** opinionem esse magis communem dicit Gabriel. in tit. de sent. conclus. 9. num. 5. & prius de magis communi dixit Imol. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 8. in uers. uel potes etiam dicere, de constit. Et hæc quo ad tertium.

Ex quibus cum clare appareat dictam assertam sententiam esse ipso iure nullam, tam defectu iurisdictionis, quam citationis,

ac probationis non factæ; meritò indubitati iuris est, nec nomen sententiæ † mereri, nec in aliquo exequendam esse. glo. fina. in Clemen. 1. de sequestra. possess. & fruct. & ibi Vitalin. sub num. 11. Soc. iun. in consil. 66. num. 18. uol. 1. & Caputaq. decis. 264. par. 2. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. cum concordantibus. Et ita uidetur declarandum & sententiandum per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Cardinalē Protectorem iudicem appellationis, seu per eundem Illustrissimum D. Cardinalem causam huiusmodi appellationis, & nullitatis alteri iudici delegandam, ut illam, prout iuris fuerit, determinet, & decidat. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Appellationis prosequendæ tēpus quod non currat pauperi, impotenti, vel impedito.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nō dicitur deserta data impotentia appellantis, nec sententia contra eum lata facit transitum in rem iudicatam, quin prosequi possit.*
2 *Paupertas idem operatur quod morbus.*
3 *Appellans si ob impotentiā non introduxit causam, excusatur.*
4 *Paupertas uenit considerada & probanda, dum quis ob eam excusatur.*

CONSILIVM XLV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Plateola, et si Reuerendus Presbyter Petrus non fuisset prosecutus appellationē in tempore à iure eidem præfixo propter suam impotentiam & paupertatem, dico, quòd per hoc eius appellatio non fuit, nec est deserta, & per consequens sententiam contra eum latam non fecisse transitum in iudicatum, & potuisse & posse de præsenti suam appellationem prosequi. † ad dicta per Bal. in cap. si qui testium. in fine, de testib. & in l. fin. nu. 5. C. de condi. insert. & in l. 2. §. si quis in iudicio. nu. 9. ff. si quis cautio. ubi dicit etiam ex dicto Innoc. quod idem operatur paupertas, † quod morbus; & refert Guliel. de Cune. dixisse per hoc euasisse quendā pauperem à furcis. & idem dicit idem Guliel. in l. eos, per Bal. relatus ad fi. in ver. item facit, C. de appellat. optimè. Mathe. in singul. ult. in uer. item excusatur. Franc. Cremen. in singul. 122. & latè Hippol. de Mars. in sua prax. crim. in §. sequitur, num. 35. Et idem procedit etsi appellationem † in tempore non introduxisset, prout dicit Guido Papæ in quæst. 213. num. 3. & quod ita practicetur in Camera Imperiali, & sit communis opinio dicit Gail. pract. obseru. obser. 142. lib. 1. Et ideo non est dubitandum ab hac opinione non esse recedendum, stantibus supradictis.

Nec de paupertate dicti presbyteri dubitandum est, cum nihil possederit, neque possideat in bonis, prout testes deponunt: unde litigare & agere potuerit, præsertim cum ad finē præfatum ueniat eius paupertas consideranda & probanda, † ad dicta latè per Alex. in cons. 37. per totum. uol. 7. & Dec. in cons. 120. col. 2. & Gail. in præcitato loco, num. 8.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Census an computetur in fructibus beneficij. An sit vnitus distributionibus quotidianis. Et an de eis sit soluenda annata.

SVMMARIVM.

1 *Pensio & census propriè non sunt idem, & assignatur ratio.*
2 *Census perpetui quod reputentur inter immobilia.*
3 *Fratres prædicatores sunt incapaces censuum perpetuorum.*
4 *Executio sententiæ sicut potest fieri super immobilibus, ita pariter in debitorem pensionis, & census.*
5 *Feudum, quod non potest constitui nisi in rebus immobilibus, constitui potest in censibus.*
6 *Census usucapiuntur, sicut cætera immobilia.*
7 *Census non potest dici fructus beneficij, prout nec distributiones quotidianæ fructus beneficij dicuntur.*
8 *Distributiones quotidianæ non imputantur in ualorem prebendarum, & quare.*
9 *Pensio non potest constitui super distributionibus quotidianis, & quare.*

10 Di-

10 *Distributiones quotidianæ non computantur inter fructus beneficij respectu regulæ de ualore exprimendo, nec de eis soluitur annata, nu. 13.*
11 *Valor beneficiorum in quibus consistat, & non, & num. 12.*
14 *Impetrans quid teneatur exprimere in literis.*
15 *Qualitas in iure expressa, si non fuerit narrata, uitiat gratiam.*
16 *Concessione fructuum beneficij absenti causa studij, non ueniunt distributiones.*
17 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non potest.*
18 *Concessio Principis intelligitur sine alterius præiudicio.*
19 *Argumentum ab absurdo uitando sumitur ualidum de iure.*
20 *Succumbens in lite debet in expensis condemnari.*

CONSILIVM XLVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa vertente inter Reuerendum Capitulum Colleggiatæ ecclesiæ Beatæ Mariæ Vrinen. Aquileien. diœcesis agen. ex vna: & Reuerendum Marcum Antonium de Gagliardis Plebanum Curatæ Ecclesię de Tricesimo eiusdē diœcesis se defendentem parte ex altera: pro illius intelligentia in facto, Primo sciendū est, quod dictus Plebanus soluit annuū cēsum perpetuum dicto Reuerendo Capitulo, seu illius mensæ quolibet anno librarum tercentarum in duabus ratis, videlicet, centum quinquaginta in prima die Quadragesimæ, residuum vero in festo sancti Georgij immediate sequen. auctoritate Apostolica impositum super dicta Parochiali Ecclesia, prout constat literis Apostolicis fel. record. Pij Papæ II. de quibus in processu fol. 3. & seq. & præsertim fol. 7. Secundo sciendū est, dictas libras tercentas pro censu, vt supra solutas, diuidi inter Canonicos, mansionarios, & Capellanos tantum eiusdē Capituli in diuinis in eadem Ecclesia inseruientes, vti distributiones quotidianæ, prout & alij fructus eiusdem mensæ Capitularis inter eos diuiduntur, penitus ab illorum perceptione exclusis alijs Concanonicis, mansionarijs, & Capellanis absentibus, & in diuinis non inseruientibus. & quod dictus census soluatur dicto Capitulo, constat apertè dictis literis Apostolicis, præsertim eodem processu fol. 8. Tertio sciendum est pro parte dicti Reuerendi Capituli fuisse petitum condemnari dictum Reuerendum aduersarium tam ad restituendū libras 139. fol. 10. quas retinuit pro prætensa parte annatæ, ad quam prætendit teneri præfatum capitulum pro eleuatione bullarum per dictum Reueren. aduersarium expeditarum super prouisione dictæ suæ ecclesiæ, quàm ad restituendum illud, quod soluit pro decimis occasione dicti census, cum ad illas præfatum Capitulum soluere nō teneatur; cum dictus census diuidatur inter Canonicos & alios in diuinis in choro deseruientes eiusdem Ecclesiæ, vt est dictum, de qua petitione constat processu folio 1. Quarto sciendum etiam est in facto, qualiter idem Reuerendus aduersarius pręsentauit literas Illustrissimi & Reuerendissimi D D. Cardinalis camerarij, per quas mādatur, ut idem aduersarius retineat ducatos 26. cum uno quarto auri in auro de camera nouos, videlicet, ducatos 23. cum uno quarto pro rata annatæ præfato Capitulo tangen. alios uerò duos similes pro expensis mandati duplicati eidem dati: & hoc quia idem Gagliardus in sua supplicatione exposuit, quod ipse soluebat dicto Reuerendo Capitulo pro pensione perpetua, & non censu, ducatos quinquaginta de camera quolibet anno, quod verum non est de tanta summa, licet hoc parum referat, & nulla facta mentione qualitatis, quod dictus census diuidatur, prout diuiduntur aliæ distributiones quotidianæ, tanquam illis vnitus inter præfatos Canonicos, & alios tantum interessentes, & inseruientes in diuinis in dicta Ecclesia, cū de talibus fructibus annata non soluatur.

Quibus sic in facto prę missis, dico dictū Reuerendum Capitulum debere obtinere, & Reuerendum aduersarium succumbere; & iudicari bene iudicatum per dictum R. Vicarium Patriarchalem Aquileiensem in spiritualibus generalem iudicem à quo; & male appellatum per dictum R. Gagliardum, ex infra dicendis.

Et primo quia omissa disputatione, quod census & pensio propriè loquendo non sit
1 idem, † cum census arguat subiectionē rei, vel personæ: Pensio verò non sic; prout dicit Gambar. de aucto. legati de latere. li. 6. num. 47. & 50. vbi subdit propterea, cum ex solutione pensionis non arguatur subie-

ctio

ctio necessario, sed merum ius illius præstationis exigendæ, apparere pensionẽ à censu, tributo, & pẽnsitatione publica differre, vt genus à specie.

2 Et dato quod census † perpetui reputen
tur inter immobilia, prout dicit Petr. Folle.
in tract. de contract. censua. in vers. census.
num. 24. & seq. & num. 32. & 34. tract. tom.
6. par. 2. fol. 142. & est text. in Clem. exiui.
§. cumq; annui reditus, de verb. signifi. ubi
expresè æquiparat illos immobilibus, & la
tè Tiraquel. de vtroq; retract. in §. 1. in ver.
rentes annui reditus. glo. 6. num. 3. & conclusiuè nu. 4. & 7. fol. mihi 42. de quo meminit, & sequitur Mandos. in tracta. signat.
grat. in ver. pensiones, col. 7. in ver. & non
solum. fol. mihi 63. & voluit ante eos Fede.
de Sen. in cons. 12. nu. 4. Et hinc est, quod
3 fratres † Prædicatores sunt eorum incapaces, prout dicit idem Tiraq. latè in præcitato loco. nu. 5. Mandos. vbi supra in princip.
Feder. de Sen. in d. cons. num. 5. & Foller.
in dicto loco, num. 26. & non minus excusant à satisdatione, quam immobilia, prout
dicit ibidem idem Foller. cum allegat. per
eum num. 28. & Tiraquel. in d. loco, num. 6.
4 Et sicut executio † sententiæ potest fieri super immobilibus, ita pariter in debitorem
annuæ pensionis, & census, cum immobilibus æquiparentur, vt est dictum. ita dicit
Ias. in l. a diuo Pio, §. sic quoque. num. 1. in
uer. secundo singulariter limita, & ibi etiam
Alex. num. 4. in prin. ff. de re iud. Tiraq. dicto loco, num. 6. in ver. executionem sententiæ, & Foller. similiter in præfato loco. nu.
5 29. Et hinc etiam feudum, † quod non potest constitui nisi in rebus immobilibus, cõstitui potest in censibus, prout dicunt in locis prædictis Tiraq. num. 7. & Foller. dicto
num. 29. in ver. hinc etiam: & quemadmodum immobilla vsucapiuntur; ita vsucapiun-
6 tur census, † prout dicit Bal. in c. de quarta.
nu. 4. ante fi. in ver. item isti reditus, de pręscript. quem secutus fuit Foller. in d. loco,
num. 31. & propterea videatur dictum censum exprimendum esse in literis Apostolicis per dictum aduersarium, prout fecit, &
comprehendi sub nomine fructuum benefiij; & per hoc etiam teneri dictos R R. Canonicos, & alios de dicto Capitulo ad petitam annatam.

Tamen in contrarium se habet veritas, ex quo prædictus census est vnitus distributionib. quotidianis d. Capituli, & cũ aliis
distributionibus quotidianis, quas hẽt Capitulũ prædictum inter Canonicos præfatos, mansionarios, & Capellanos diuinis interessentibus in Choro dictæ ecclesiæ diui-
7 dantur, vnde talis census † non potest dici
fructus beneficij; prout nec distributiones
quotidianę fructus beneficiorum dicuntur,
prout latè tradit Domini. de sancto Gemi.
cons. 85. num. 23. & propterea in impetratione beneficij de eis non fit mentio. Ioan.
de Selua. in tract. de benef. quæst. 12. num.
34. par. 3. & non imputari tales distributio-
8 nes † in valorem præbẽdarum, cum dentur
ratione cuiusdam ministerij personalis, tenet Felyn. in cap. ad aures, nume. 14. de rescript. & quod propterea cum non imputẽtur in valore beneficij, in eis non possit con
9 stitui pensio, † dicit Gambar. in d. tracta. de
auct. legati de latere. libro sexto, numero
290. & seq. & quod non imputentur in valore beneficiorũ tales distributiones quotidianæ, cum non extrahantur de corpore beneficij, cuius fructus unicuique absenti debentur, sed propter interessentiam in Choro & in diuinis ab interuenientibus percipiuntur, tenet notabiliter Oldrad. in consil.
118. per totum: quod uoluit etiam Rota in
decis. 8. de præben, in nou. vbi etiam dat
eandem rationem, dicens, quod illi dantur
ratione certi ministerij personalis, puta interessentibus diuinis; & non sunt de corpore beneficij: & ideo non comprehenduntur
sub illis, & in decis. 33. num. 2. de sent. & re
iudic. in antiq.
10 Et quod tales distributiones † non computẽtur inter fructus beneficij respectu regulæ de ualore exprimendo, nec de eis soluatur annata, et hoc tantum ad causæ decisionem sufficit, tenet expresè Cassad. in
decis. 6. num. 5. in fi. & seq. in princ. in tit. de
præben. & quod in impetratione beneficij
in ualore fructuum non computentur distributiones quotidianę, tenet etiam Moedan.
in decis. 6. nume. 2. & seq. ubi etiam subdit
tantum residentibus dari sub tit. de præbẽ.
fol. mihi 163. & quod non computentur in
fructibus beneficiorum, dicit etiam Verall.
in decis. 65. nu. 3. par. 2. & latè Boer. in decis. 440. nu. 4. per totum. & quod in expressione fructuum beneficiorum non teneatur
impetrans facere mentionem de distributionibus quotidianis, cum illę dentur ratio

ne

ne ministerij personalis, & non sint de cor-
pore beneficij; ut est dictum, uoluit etiam
Millioq. in suo repert. in ver. gratia, in ver.
7. post medium fol. mihi 173. ter. & idem
dicit de mortuorijs, & anniuersarijs. Et q̃d
distributiones quotidianæ, quæ singulis ho
ris lucrantur, & etiam alij fructus, quos lu-
crantur residentes, non computentur in ua-
11 lorem beneficiorum, cum ualor † benefi-
ciorum consideretur secundum quod ualet
in portatis, quæ non habent obligationem
residentię, sed locum faciunt in absentiam;
tenet optimè Pute. in decis. 464. per totum,
lib. 2. quod prius sensijt notabiliter Oldra.
in dicto cons. 118. sub nu. 4. in ver. constat,
ubi dicit, constat autem fructus appellari,
qui percipiuntur ex corpore beneficij, &
debentur unicuiq; absenti, quod firmāt &
Samen. de regu. de valore exprimen. q. 8. in
ver. valor tamen beneficiorū. fol. mihi 441.
Staphil. de formi. expectat. sub rub. de noua
forma expectatiua. nume. 44. fol. mihi 53.
ubi latè.

Neq; aliquid obstaret si diceretur, quod
dictus census cū alijs distributionibus quo-
tidianis residentibus debitis in dies nō di-
stribuantur in dicta ecclesia inter deseruien
tes, cum soluantur in duabus ratis: quia ad
hoc respondetur tale obiectū nihil referre,
& quia in duabus ratis persoluitur in dies
in futurum, distribui potest; & hoc esse in
optione residentium, & tempus diuisionis
non mutet naturam distributionum, cum
de essentia illas lucrandi sit deseruientia in
diuinis: & quia satis est, quoad regulam de
ualore exprimendo, quod non detur absen
12 tibus; & ualor † considerari debeat in eo,
quod habetur sine residentia, ut in portatis
in absentia, prout optimè firmat Pute. dicta
decis. 464. nu. 4. vbi etiam allegat præfatos
Samen. & Oldra. in præcitatis locis.

Et non solum de dictis distributionibus
quotidianis, cum de eis non sit facienda mē
tio in exprimendo ualore beneficiorum in
illorum impetratione, non soluitur annata
13 † per desuper dicta, & firmata; uerumetiā
nec de eis persoluuntur decimæ Papales;
ne relinquatur diuinus cultus, & alijs de
causis: prout dicit latè Mantu. in cons. 1. nu.
49. & seq. vol. 1. Mandos. in tract. de signat.
grati. in uer. pensiones, col. 8. in prin. in ver.
nec etiam. & Domin. de S. Gemin. latissimè
in cons. 85. nu. 17. cum seq. omnino viden.
& est tex. in extrauag. Bonif. VIII. incipien.
declarationes. §. declaramus autem. de de-
cim. in communibus.

Ex quibus omnibus sic congestis mani-
festissimè apparet ad petitam annatā d. R.
Capitulum non teneri, & in aliquo non re-
leuare d. R. aduersarium literas mandati Il-
lustrissimi & Reuerēdissimi Cardinalis ca-
merarij coram D. meo præsentatas: & quia
de eadem pensione perpetua, prout ipse di-
xit, vel censu, prout est, cum censum appel-
lent literæ Apostolicæ Pij Papæ II. cum
sit vnitus destributionibus quotidianis, non
erat in suis literis per eum facienda mentio,
cum in fructibus beneficiorum non compu
tetur, & sub regula de ualore exprimendo
non comprehendatur, nec de eis soluitur
annata, vt est dictum; Et quia etsi de eo vo-
lebat facere mentionem in dictis literis im-
petrationis, licet nō teneretur, nec deberet
per supradicta, debebat exprimere, quod
erat unitus alijs distributionibus quotidia-
nis dicti R. Capituli, ne grauaretur de dicta
annata pro illius expressione, cum impetrās
14 † teneatur exprimere illam qualitatem in
literis, quæ potest mouere Principem, aliàs
literæ ipsæ uitiantur; prout dicit Gambar.
in d. tract. de auctori. legat. de late. lib. 6. nu.
15 227. & seq. & quod qualitas † in iure ex-
pressa, si non fuerit narrata, vitiet gratiam,
tenet expressè Ludoui. Gomes. in regu. de
infirm. resignant. quæst. 4. ante finem in ver.
tamen pro illa decisione, fol. mihi 69. tergo.
Clem. 1. de præben. & not. in Clemen. 2. de
offic. ordin. & in c. fi. de offic. legat. in 6. Et
quod ista qualitas distributionum quotidia-
narum sit in iure expressa, cum sub nomine
fructuum & prouentuum beneficiorum non
comprehendantur, & de eis sit facienda spe
cialis mentio, ut cum alijs fructibus, & pro-
uentibus intelligantur comprehendi; habe-
mus tex. in c. licet, de præben. vbi dicit, q̃d
16 licet Papa † concesserit absenti causa stu-
dij in Theologia fructus beneficij, non per
hoc vult dari, neq; compræhendi distribu-
tiones quotidianas, quæ tantum interessen-
tibus horis Canonicis dantur, vt in cap. de
cætero, de cleric. non resident. & in cap. 1.
eod. in 6. In quibus locis semper fit men-
tio de distributionibus quotidianis; ut de
diuersis à fructibus beneficiorum; & pro-
pterea appareat dictas literas corruere, tan-
quam subreptitias, & inualidas per supra-

R dicta,

dicta, & petitam partem annatę eidem persolui per dictum Reuerendum Capitulum non deberi, cum culpa dicti aduersarij ad id, quod aliàs de iure non tenetur, grauari non potuerit; & quia expressit, quod non debuit in suis literis exprimere; & quia etsi uolebat exprimere, cum suis qualitatibus exprimere debebat dictum annuum cēsum perpetuum, quod si fecisset, grauatus ad talem annatam non fuisset, prout est dictum, cum alteri per alterum iniqua conditio in-
17 ferri † non possit. l. non debet alteri. ff. de regul. iur. l. fi. §. fina. C. de acquiren. possess.
18 & omnis Principis concessio † intelligatur sine alterius præiudicio. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. cap. super eo. de offic. deleg. & Gambar. in præcitato loco sub num. 505.

Et quid plura? cum iste perpetuus census, seu perpetua pensio, prout ipse aduersarius nominat illam, fuerit constitutus, seu constitutа, super quartesijs dictæ parochialis dand. & persoluen. dicto Reuerendo Capitulo, ut supra, vsque de anno 1466. prout constat in fine earundem literarum Apostolicarum fœl. recor. Pij Papæ Secundi dicto processu fol. 10. quomodo prætēdit in præsenti dictus aduersarius, quod Capitulum præfatum debeat contribuere, quod nunquam moritur, in dicta annata, cum tantum in impositione, seu assignatione pensionis pensionarius expensis expeditionum grauetur, & non plus, & si titularis moriatur, & alius de beneficio pensione grauato prouideatur, prout quotidie seruari uidemus; & ista qualitas etiam erat exprimenda in literis impetrationis; cum literæ Illustrissimi & Reuerendissimi D.D. Cardinalis camerarij per eum præsentatæ innuant, quod tempore suæ prouisionis fuerit assignata dicta perpetua pensio dicto Reuerēdo Capitulo, & non vsq; de anno præfato 1466. assignata fuit, prout etiam intelligi debent, ne aliquid intelligatur cōcessum contra id, quod fieri solet in Cancellaria Apostolica, præsertim in præiudicium tertij, ut absur-
19 dum euitetur, à quo absurdo † euitando ualidum de iure sumitur argumentum, prout dicit Ias. in l. existimo. numero 2. ff. de ver bonum obligat. & in l. diuortio. numero 12. ff. soluto matrim. Socin. iun. in consil. 181. numero 52. volum. 2. & in l. hæredes mei. §. cum ita, sub numero 35. & ibi etiam latissimè Hieronym. Zanch. sub num. 491. & seq. par. 4. ff. ad Trebell. & prius voluit Bal. in l. conuenticulam, colum. 3. post medium, in vers. item est argumentum ab absurdo. C. de episcop. & cler. & est text. in c. quemadmodum, in ver. alioquin, de iureiur. & in l. nam absurdum, ff. de bon. libert. & quod hoc argumentum habeat locum tam de iure Canonico, quam ciuili, dicit Rebuff. in cons. 125. col. 3. in ver. decimooctauo.

Et non solum debet sententiari bene iudicatum, & male appellatum super negotio principali; sed debet etiam idem aduersarius in expensis in vtroq; iudicio factis cō-
20 demnari, † cum reportauerit etiam à primo iudice sententiam contra, Rot. decis. 25. numero 2. de sentent. & re iud. in antiq. Bald. in l. omnem honorem, numero 1. in ver. oppone. C. quando prouoc. non est necess. Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra numero 23. in fine, C. de iud. & quod si appellans, prout est præfatus aduersarius, cum reportauerit sententiam contra etiam ex primis actis, debeat in expensis condemnari, esse communem opinionem firmat Abb. in cap. finem litibus. num. 25. de dolo & cōtuma. ideo alios addere non curaui, cum habeamus pro hac parte decisionem Rotæ et communem. Et ista sufficiant pro victoria obtinenda à dicto Reuerendo Capitulo in causa huiusmodi. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus, & præsentandi causa ex testamentaria ordinatione discutitur, & an vltimus de prole possit de eo disponere.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iurispatronatus uel quasi quomodo præsentantibus acquiratur.*
2 *Præsentatio ultima attenditur in materia iurispatronatus.*
3 *Præsentatio facta per quasi possessionem præfertur præsentationi factæ per proprietarium.*
4 *Prætendens ius præsentandi super iurepatronatus quomodo dicatur exclusus per præsentationem ab alio factam.*
5 *Præscriptio quadraginta annorum sufficit ad præscribendum iurpatronatus.*

6 Ius

6 *Iuspatronatus acquirere ex præscriptione, uel fundatione quod idem sit, seruatur in curia.*
7 *Iuspatronatus sui natura ad quoscunque hæredes, etiam extraneos transit, nisi aliud a testatore ordinatum sit.*
8 *Ius patronatus ecclesiæ trāsit in hæredem extraneū, nisi in fundatione, uel donatione aliter actū sit.*
9 *Hæreditas in se est quid uniuersum.*
10 *Vltimus de familia, & de uocatis a testatore potest de iurepatronatus disponere.*

CONSILIVM XLVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa uertente inter filios D. Iacobi Bursij, & hęredes substitutos per q. mag. D. Petrum ultimum de familia à Lastis, de & super iure patronatus, et pręsentandi ad Capellaniam, seu prębendā sub uocabulo S. Saluatoris in Cathedrali Ecclesia Taruisina existen. ex una: ac mag. D. Polixenam Oricam, uti hæredē ab intestato sui et Antonij à Lastis eius mariti filij ex altera, ac magnificos DD. Alberghettum, et Franciscum de Raynaldis similiter ex parte altera agentes, necnon D. Marcū q. ser Petri à Busco de Petrarubea tam nomine proprio, quam uice et nomine DD. Gulielmi et Iacobi suorum fratrum similiter super dicto iure patronatus, et præsentandi, agentes coram RR. Capitulo et Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ ius instituendi habentibus.

Viso prius testamēto q. ser Lazarini Notarij filij q. ser Ioannis de Nerbono de anno 1350. facto, in quo sibi hæredem uniuersalem instituit D. Iacobam eius uxorem filiam q. ser Bartholamęi del Busco de Petrārubea, et mandauit per ipsam D. Iacobam, quam fecit etiam commissariam, et alios cōmissarios suos, uidelicet, D. Presbyterum Nicolaum Papam, et ser Petrum del Busco de Petrarubea eius cognatū, ędificare debere Capellam cū Altari, prout in arbore mihi præsupponitur, de qua agitur in ecclesia Cathedrali Taruisina: et quod per dict. eius hęredem et cōmissarios eligatur unus Presbyter, qui continuè celebrare debeat in d. Capella Missas, et orationes pro anima dicti testatoris et suorum mortuorum, et continuè subsequenter, et perpetuò electio d. presbyteri sit ad beneplacitum, et cōmissariorum dicti testatoris, quandocunq; decederet ille talis presbyter electus: & uoluit ipse testator, quod si aliquis, uel aliqui ipsorū commissariorū decederet, vel decederēt, quod quilibet ipsorum decedens post mortem suā alium loco sui possit & ualeat substituere, & subrogare. Etsi quis dictorū cōmissariorū decederet absq; subrogatione, qđ alij commissarij superuiuentes teneantur, et debeant alium sufficientē commissariū loco defuncti eligere, & subrogare cum simili virtute & balia ad hoc, quod dicta cōmissaria nunquam pereat, donec integer executio facta fuerit de prædictis, mandando etiam emi nonnulla bona stabilia per Petrum & Ioannem fratres pro dote d. Capellæ &c. prout clarè apparet ex dicto eius testō.

Secundo, viso testamento q. D. Petri q. ser Leonardi de Petrarubea ciuis & habitatoris Taruisij de anno 1492. 26. Augusti confect. qui inter cætera in eo disposuit, & ordinauit per suos hæredes, & cōmissarios inuestiri ducatos ducētos auri in bonis stabilibus, illa relinquendo Capellę sancti Saluatoris, quæ est in ecclesia Cathedrali Taruisina sub confessione ad hoc, ut ex ipsorū bonorum vsufructu Sacerdos, qui de ipsius Capellæ beneficio fuerit inuestitus, possit habilius uiuere, & se sustētare; & quod nullo unquam tempore ipsa bona sub aliquo titulo, vel colore uendi, uel alienari possint, sed semper remaneant ipsi Capellę pro habiliori victu & sustentatione presbyteri, qui de beneficio illius fuerit inuestitus: cū hoc, quod ipse presbyter, & Sacerdos teneatur, & debeat omnino, & omni excusatione & exceptione remota, siue cuiuscunq; constitutionis aliter disponentis remedio cessante, celebrare omni hebdomada in perpetuum duas Missas ad altare & super altari d. Capellæ pro anima ipsius testatoris, & suorum mortuorum, vltra numerum aliarū missarum ordinatarum per q. ser Petrum de Petrarubea eius proauum. Et hoc, quia ipse testator dixit intellexisse, quod eius prædecessores ordinauerunt, qđ deberent inuestiri ducati centū auri pro d. Capella, & ignorat an fuerint inuestiti: quia de ordinatione & inuestitura eorum nullam scripturam unquā habere, seu uidere potuit; instituēdo eius uniuersales hæredes pro dimidia, uidelicet D. Helenam eius uxorem vita sua durante,

rante,& dummodo viueret castè, & honestè sine marito, & post illius mortem; uel si castè, & honestè,& sine marito non uixerit, substituit ser Ioannem filium q. ser Antonij à Lastis ciuem Taruisinum eius nepotē ex q. D. Maria sorore ipsius testatoris,& filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales ipsius ser Ioannis &c. Et pro altera dimidia & iurepatronatus Capellæ prædictæ sancti Saluatoris eundem ser Ioannem nepotem suum,& eius filios, & descendentes masculos legitimos & naturales,& ipsorum filiorum, & descendentium masculorū legitimorum,& naturalium filios,& descendentes masculos legitimos & naturales in infinitum ordine successiuo in stirpem & non in capita, commissarios suos instituendo eosdem suos hæredes &c.

Tertio, visis tribus præsentationibus in diuersis temporibus factis per dictum Petrum de Petrarubea ad dictam Capellam, seu præbendam sancti Saluatoris,tanquam de eo iuspatronatus habē. coram R R. Decano,Canonicis, & Capitulo dictæ cathedralis ecclesiæ, & per eos admissis nemine cōtradicente,vna videlicet de anno 1472. 15. Nouembris: alia de anno 1459.2.mensis Augusti:& alia de anno 1463. 7.mensis Decēbris, & institutionibus ēt inde secutis.

Quarto, viso testamento q. ser Ioannis,q. ser Antonij à Lastis nepotis & hæredis d. D. Petri de Petrarubea de anno 1509. 26. Iunij confect. in quo suos hæredes vniuersales instituit,& esse uoluit Petrum, Bartholamæum,& Antonium eius filios legitimos & naturales, faciendo etiam plures substitutiones,& uocando, aduenientibus casibus, prout in d. testō, etiam ad suam hæreditatē filias fœminas. Commissarios autē suos & executores sui testamenti faciendo excellentissimum ll. Doctor. D. Hieronymum de Vonico cognatum suum.

Quinto, visa præsentatione ultimo loco facta de persona R. Presbyteri Christophori Ianusij ad prędictam Capellam S. Saluatoris,seu prębēdam per Excellētiss. D. Ludouicum Vonicum V.I.D. vti Procuratorē substitutū per mag. D. Polixenam relictam q. ser Ioannis à Lastis procuratricē D. Petri à Lastis pro uno voto, ac uti tutricē & curatricem D. Antonij eius filij, filij & hæredis supradicti D. Ioannis à Lastis pro alio uoto habentiū ius præsentandi ad d. Capellā, seu præbendam sancti Saluatoris, ac illius admissione & institutione inde secuta.

Necnon viso sexto testō supradicti q. D. Petri à Lastis ultimi ex dicta familia à Lastis, in quo hæredē vniuersalem instituit D. Cassandram Bursiam eius legitimā uxorem in uita sua cū conditione, quod post mortē ipsius dicta eius hæreditas perueniat in filios mag. D. Iacobi Bursij eius cognati &c. & oībus supradictis diligenter & accurate pensatis, dico dictū iuspatronatus, & quasi possessionē pręsentandi ad d. Capellam, seu præbendam nunc vacātem spectare & pertinere ad dictos DD. filios d. mag. D. Iacobi,& illorū præsentationē debere admitti, exclusis omnibus supradictis, iuspatronatus & præsentandi habere ad illam pretendentes: cum ipsi filij soli in dicta possessione, uel quasi præsentandi ad dictam præbendam reperiantur ex infra dicendis.

Nam vt supra pręmissum est, non est dubiū, quod ultima vice, qñ uacauit d. prębenda S. Saluatoris de anno 1577. per mortē R. Presbyteri Baptistæ Sorbellæ, illius dū uiueret ultimi,& immediati rectoris,& possessoris, quod pro parte mag. D. Polixenæ relictę q. D. Ioannis à Lastis, uti procuratricis D. Petri à Lastis pro uno uoto ad præsentandum d. præbendę & uti tutricis,& curatricis D. Antonij eius & d. Ioānis filij, & hæredis pro alio uoto ius pręsentandi habentis; & quod ad ad dictam prębendā fuit præsentatus R. Presbyter Christophorus Iannusius corā R R. DD. Decano, Canonicis,& Capitulo d. Cathedralis ecclesię Taruisinæ, & quod dicta eius pręsentatio fuit admissa, institutione inde secuta: Et propterea pręfatos DD. Petrum & Antonium de Lastis possessionē, uel quasi dicti iurispatronatus, seu pręsentandi acquisiuisse, cū indubitata conclusio iuris sit per unicā pręsentationē bona fide factam,& admissam, ac institutionem inde secutam, & possessionem per pręsentatū adeptā, & ipsum pro uero rectore habitum,& tentum, & in eius possessione

1 mortuū; possessionem iurispatronatus, † uel quasi pręsentantibus acquiri, prout firmat Dec. in cōs. 117. col. 3. in ver. quod aūt: & in cōs. 124. in prin. Corn. cons. 47. nu. 4. in ver. & ideo, uol. 3. Purpu. cons. 267. nu. 9. et seq. Put. decis. 192. nu. 1. lib. 1. et antea prius dixerat Feder. de Sen. in cōs. 234. n. 4. et Old. in cons. 312. nu. 2. & in fi. et habemus notabilem

bilem gl. in cap. cum ecclesia in ver. in triũ. de cau. possess. & propriet. & magistraliter tradit Calder. in consilio 12. sub tit. de iurepatr. quod consilium sequi Rotam, dicit Veral. in decis. 338. & decis. sequen. par. 2.
* & Ripa de communi attestans in d. c. cum ecclesia, sub num. 90. & seq. de caus. possess. & propriet.

Quod & habet locum etiamsi per aliam personam, à qua ipsi non haberent causam, quod non potest dici in casu nostro, cum habeant causam à præfato Petro quon. Leonardi de Petrarubea, ut infra dicetur, qui pluries ad illã præsentauit, vt supra demonstratum est, fuisset ad dictam præbendã præsentatum, cum attendatur ultima præ-
2 sentatio, † prout est ista de anno 1577. facta, prout dicit Feder. de Sen. in d. cõs. 234. num. 4. in uer. ad secundum. Purpur. in d. cõsi. 267. nu. 10. & Dec. in d. cons. 117. col. 3. in uer. quod autem quasi possessio. cum alijs desuper allegatis.

Et adeo attenditur possessio, vel quasi iurispatronatus, & præsentandi in præsentatione, quod si cum possessore iurispatronatus, uel quasi concurrat prætensus proprietarius eiusdem iurispatronatus, prout faciũt in præsenti causa D. Marcus & alij de Busco: & hæc sit resolutio pro illorum exclusione ultra alia, quæ infra dicentur, quod
3 attenditur præsentatio † facta per quasi possessorem, & illa præfertur præsentationi factæ per assertum proprietarium, prout in terminis concludit Purpur. & dicit sic tenere Modernos in d. consi. 267. num. 7. 8. & 9. Feder. de Sen. d. cons. 234. nu. 4. in ver. ad secundum. Fely. in tract. quando literæ Apost. nocea. patron. ecclesi. col. antepenult. in uer. limitatur nono, Innocẽ. in c. cum ecclesia. nu. 7. in uer. alij dicunt, & ibi Abb. col. antepen. nu. 53. de cau. poss. & proprie. Bal. in l. 2. num. 83. C. de seruit. & aqua. Card. in cons. 69. nu. 4. & Caball. in Milleloq. 14. num. 1. par. 1.

Vltra quod ad exclusionem præfatorum de Busco accedunt dictę tres præsentationes factæ semper quoad alios prætensos cõpatronos priuatiue per dictum Petrum de Petrarubea, quę fuerunt admissæ &c. Prout supra demonstratum est in tertia consideratione, quo casu etsi uigore asserti testamenti d. q. Lazzarini ipsi potuissent in aliquo aliquod ius prętendere super iurepatronatus, & pręsentandi ad d. Capellam, fuit eis sub-
4 latum per dictas pręsentationes † sic priuatiue, & animo alios spoliandi, & utendo suo iure, factas per d. Petrum, ad dicta per Abb. in cons. 54. col. ult. in uer. nec obstat. Feder. de Sen. in cons. 102. nu. 2. in uer. ad ultimũ dubium. usq; in fi. & Calder. in cons. 15. per totum. sub tit. de iurepatr. optime Roch. de Curt. in trac. de iurepatr. in uer. competens, sub num. 42. ubi dat exemplum ad cognoscendum, quando quis præsentat ad exclusionem aliorum. & Lamber. in eod. tract. ar. 16. 1. q. prin. 1. par. 2. lib. sub nu. 16. per totum. fol. 25.

Et non solum eisdem de Busco obstant supradicta, ut aliquod iuspatronatus & pręsentandi ad d. Capellam, seu præbendã prętendere non possint, uerumetiam & præscri-
5 ptio nedum quadraginta annorum, † quæ sufficit ad præscribendũ iuspatronatus, sed plus quàm centum annorum. Vnde cũ ipsi nunquam præsentauerint, non est dubiũ dictum prætensum iuspatronatus per spatiũ 40. anno. præscripsisse, & prędictũ D. Petrũ de Petrarubea illud acquisiuisse, & sui successores in suo testõ ad dictum iuspatronatus uocatos, ad dicta per Dec. in cons. 124. nu. 2. ubi de cõi, & in d. cons. 117. col. pen. in uer. non obstat, & in cons. 126. nu. 3. ubi dicit in Curia seruari; quòd idem sit iuspa-
6 tronatus † acquirere ex præscriptione, uel fundatione, Feder. de Sen. in d. cons. 234. nu. 1. Card. in cons. 69. nu. 3. in ver. dico, q. refert Ioã. And. in reg. quod alicui, præsertim sub nu. 8. & seq. de reg. iur. in 6. & Abb.
* similiter dicens de cõi; & à tali opinione in consulendo & iudicando non esse recedendum, in cons. 76. in 1. dubio, uol. 2. & esse cõmunem hãc conclusionẽ, etiam dicit Balb. de præscript. in 1. par. 5. par. princip. in uer. nono quæro. fol. mihi 369.

Quod autem dicta possessio iurispatronatus, uel quasi sit in totũ hodie penes dictos filios magnifici D. Iacobi Bursij, exclusa d. mag. D. Polixena, patet, nam d. iuspatronatus, & facultas præsentandi in præfatos Antonium filium Ioãnis à Lastis, & d. mag. D. Polixenę, & Petrũ a Lastis peruenit ex testamento præfati D. Petri q. Leonardi de Petrarubea, cũ ex illius dispositione peruenerit in Ioannem filiã Mariæ sororis ab eo specialiter in d. iurepatronatus institutum hæredem, ex quo Ioanne natus fuit Petrus,

Bartholomæus, & Antonius; & ex Antonio natus fuit Petrus à Lastis, qui reliquit hæreditatem dictis filijs Ioannis mariti dictæ magnificæ D. Polixenæ: ac ex Ioanne & dicta magnifica D. Polixena natus fuit Antonius. Vnde cum ipsa præsentauerit tutorio & curatorio nomine, & vti procuratrix dicti Petri pro uno voto, & prędictus Antonius obierit, licet ipsa remanserit hæres ab intestato dicti eius filij, dubitandum non est dictum iuspatronatus, & possessionem, vel quasi præsentãdi remansisse in pręfato Dom. Petro à Lastis, stante testamento præfati Petri de Petrarubea, de quo late dictum est supra in secunda cõsideratione, per quod testamentum instituit heredem dictæ Capellæ sancti Saluatoris eundem ser Ioannem nepotem suũ, & eius filios, & descendẽtes masculos legitimos, & naturales, & ipsorum filiorum, & descendentium masculorum legitimorum, & naturalium filios & descendentes masculos legitimos & naturales in infinitum ordine successiuo in stirpem, & non in capita, & sic semper excludendo fœminas, & hędes extraneos. Qua
7 de re, licet de sui natura † iuspatronatus ad quoscunq; hæredes transeat, etiam extra-
* neos, & est cõmunis opinio, Roch. de Curt. in tract. iurispatro. in ver. ipse, vel ipse, à quo causam habuit. sub num. 17. fol. mihi 38. tergo. quem sequitur Paris. in cons. 48. num. 4. vol. 4. & ita ad masculos sicut ad fœminas, prout dicit idem Paris. in dicto loco num. 9. tamẽ ex quo dictus testator ordinauit, postquam reliquit prædictæ Capellæ etiam ducatos 20. quod dictum iuspatronatus transire non debeat nisi ad hæredes sanguinis masculos, & descendentes dicti Ioannis, nõ est dubium dictæ eius dispositioni standum esse; cum dictum iuspatronatus, & quasi possessio præsentandi ad dictam Capellam, seu præbendam in totum resideret in personã suam, prout supra firmatum est, ad dicta per Bal. in l. 2. num. 1. C. de in ius uocan. ubi di-
8 cit, iuspatronatus ecclesiæ † transisse in extraneum hæredem, nisi in fundatione uel dotatione aliter sit actum; & eum sequitur Felyn. in d. tracta. quan. literæ Apostol. noceant patro. ecclesia. col. 2. in uer. corroborari potest, Roch. de Curt. in d. tract. de iurepatro. in ver. ipse vel ipse, à quo causam habuit. num. 18. & Paris. in dicto consil. 48. num. 6. uol. 4. Ex ex ista resolutione exte-

stamento præfati D. Petri de Petrarubea non solum excluditur in præsenti dicta magnifica D. Polixena, stante morte dicti Antonij eius filij, cum sit hæres extranea, cum non sit de descendentibus testatoris; verum etiã & præfati DD. Alberghettus & Franciscus de Rinaldis, cum veniant ex linea fœminina D. Ioannis, nepotis & hæredis præfati Petri, per iura prædicta.

Et ideo cum præfatus Petrus à Lastis fuerit ultimus de dicta familia de Lastis, & de vocatis per dictum Petrum de Petrarubea ad dictum iuspatronatus, & pręsentandi ad dictam Capellam sancti Saluatoris, seu præbendam, in possessioneque vel quasi reperiatur; iusque patronatus transeat cum
9 hæreditate; cũ hæreditas † in se sit quid
* vniuersum, prout dicit Abb. à Docto. communiter teneri, in cap. ex literis. num. 17. & ibi etiam Card. col. penult. post princip. de
* iurepatro. & hanc esse communem opinionem etiam dicit Lambert. in d. tracta. de iurepatro. in 2. quæst. princip. 2. par. sub nu. 2. & num. 26. lib. 1. fol. mihi 129. & seq. eiusque hæreditatem D. Petrus à Lastis reliquerit dictis DD. filijs præfati D. Iacobi Bursij: Merito dictũ iuspatronatus, & quasi possessionem præsentandi, quæ in persona sua prius residebant, transtulit in præfatos filios, quibus dictam eius hæreditatem reliquit, & per consequens dictum iuspatronatus, & quasi possessionem, quod facere po-
10 tuit, cum fuerit vltimus † de familia, & de uocatis ad dicta per Castren. in consi. 453. incipiẽ. de eo, quod primo loco, nume. 2. uol. 1. Hierony. Gabriel. in consi. 132. in 7. quęst. num. 61. in uer. vnde fit. uolum. 1. Ludoui. Bologn. in cons. 14. num. 5. in ver. pręsuppono, ubi dicit, quod ubi fit prohibitio alienationis rei extra familiam, si non superest nisi unus de familia, quod potest per illum alienari, cum nemo supersit, qui alienationem reuocare possit. Iacob. de sancto Georg. in l. si mulier. §. ex asse, in fin. in ver. sed si nullus alius agnatus. ff. de iure doti. Dec. in cons. 511. num. 6. in vers. postremo. & in cons. 584. sub numero 13. repeti. 637. num. 16. & in cons. 635. num. 18. sequẽdo semper Paul. de Castr. in allegato consil. & Tiraquell. latè de retract. ligna. in §. 26. glos. 1. sub numero decimo. Et ista sufficiãt pro huiusmodi causę resolutione, & ad docendum de bono iure, & possessione, uel

quasi

quasi præsentandi ad præbendam, de qua agitur præfatorum filiorũ præfati D. Iacobi Burſij hæredum prædicti Petri ultimi de domo de Laſtis. Ad laudem omnipotentis Dei, eiuſq; glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulſinio.

ARGVMENTVM.

Suſpicionis iudicis materia tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius an poſſit allegari ſuſpectus.*
2 *Iudex ex qualibet leui cauſa reuocatur ut ſuſpectus.*
3 *Iudex ſuſpectus partibus recuſatur.*
4 *Iudex negans audientiam aduocato, & ſi cauſa ſit clara, poteſt allegari ſuſpectus.*
5 *Epiſcopus poteſt allegari ſuſpectus de iure canonico, & in totum remouetur.*
6 *Auditori cameræ raro conſueſcit dari adiunctum.*

CONSILIVM XLVIII.

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IVdex ordinarius etiam Epiſcopus de iure Canonico poteſt allegari ſuſpectus, & in totum remouetur, ſi cauſa ſuſpectionis ſubſi-
1 ſtit, licet ordinarius † allegatus ſuſpectus de iure ciuili in totum non remoueatur, ſed detur eidem adiunctus, prout optimè tradit Dec. in cap. cum ſpeciali num. 5. & ſeq. de appellat. & in utroq;
* caſu eſſe communem opinionem dicit Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 33. num. 1. Et quod ordinarius poſſit allegari ſuſpectus, & in totũ remoueatur, habemus text. in c. ſi quis contra clericum, & ibi Soc. ſen. numero 5. de foro compet. & quælibet
2 leuis cauſa † ſufficit ad recuſandum iudicẽ ſuſpectum; cum nimis durum ſit coram ſuſpecto iudice litigare, prout dicit gl. in ver. conſanguineus in c. poſtremo & ibi etiam Dec. num. 12. de appell. ad idem Aret. cõſ. 29. num. 25. ubi dicit, nimis graue eſſe coram ſuſpecto iudice litigare, cap. quòd ſuſpecti. 3. q. 5. cap. cum inter, de exceptio. & Anch. Regien. in quæſt. 43. num. 11. lib. 1.

Quod autem Vicarius Illuſtriſſimi Epiſcopi Paduani legitimè fuerit allegatus ſuſpectus in commiſſione preſentata; patet, & quia reddidit ſe ſuſpectum; cum iniuſtè, ac extraiudicialiter nimis fauendo parti aduerſæ proceſſit, prout expoſitum eſt in dicta cõmiſſione, ad dicta per Franch. in c. poſtremo. col. 7. in fi. & ſeq. in uer. adde, de appell.
3 ubi dicit, quòd iudex † procedendo iniuſtè etiam extraiudicialiter, quòd non poteſt in illa cauſa amplius procedere iudicialiter, quia ſatis redditur ſuſpectus alteri parti, cũ primo proceſſerit ut priuata perſona, & nu. 2. ante fi. ubi dicit hanc eſſe ſpecialem cauſam fauoris, & ideo poſſe recuſari, quem ſecutus fuit Marant. in ſuo Specul. in ver. & quandoque appellatum nu. 45.

Et quia idem iudex negauit, & negat dare copiam conſtituti ab eo habiti à D. Zannetta ſorore D. Simeonis, quaſi denegando defenſionem dicto Simeoni appellanti, prout in ſimili dicitur de Aduocato, cui negat iudex dare audientiam, etſi cauſa ſit cla-
4 ra, † cum tunc poſſit propterea allegari ſuſpectus, ſicut efficitur, prout firmat Lanfrã. de Oriano in repet. Clemen. ſæpe, in ver. de plano num. 28. poſt princ. in ver. & licet cauſa, de verb. ſignif. quem ſequitur idem Marant. in præcitato loco nu. 72.

Et cum de dictis cauſis ſuſpitionis notoriè conſtat, cum de eis conſtet ex relationibus à tergo compulſi ab hac curia emanati, & tam dicto Vicario, quã Cancellario præſentati, qui illã conſtituerunt in actis reproductis, meritò debet ſignari dicta commiſſio, cum tali caſu nõ recurratur ad arbitros, cum notoriè conſtet de cauſis ſuſpicionis,
* prout dicit Felyn. & eſſe notandum in practica in c. accedens el 1. num. 6. in princ. ut lite non conteſt.

Et cum, vt ſupra firmatũ eſt, de iure Ca-
5 nonico allegari poſſit ſuſpectus Eps, † & in totũ remoueatur; multo magis dẽt remoueri Vicarius, præſertim in abſentia ipſius Epiſcopi, cum faciat vnum & idem tribunal cũ Epiſcopo, per tex. in c. 2. de conſuet. in 6. & dicit Fely. in c. inſinuante, nu. 1. circa med. de offi. deleg. & quia minus de Vicario pręſumitur, quàm de Epiſcopo propter auctoritatem perſonæ: & ad quæ faciunt dicta ꝑ Mandoſ. in commiſſione deputationis adiuncti, in ver. Auditoris Cameræ, vbi dicit

6 raro consueuisse Auditori † Cameræ dare adiunctum, tum propter intricationes iudiciorum; tum etiam quia de Auditore Cameræ signatura multum cõfidit propter auctoritatem personæ, tum quia alia via facile consuli potest litiganti; cum si quis suspectũ habet Locumtenentem ciuilem, Auditor Cameræ vel per se ipsum causam audit, vel illam criminali locum tenenti, vel alicui alteri committit; licet secus in causis criminalibus fiat, cum in illis maius periculum versetur, prout ibi per eum. Et quod de raro signatura consueuit dare adiunctum, licet quotidie allegentur suspecti iudices ad fugiẽdum intricationes processuum, dicit Staphil. super signat. Iusti. in ver. vtrum autem valeat processus sub nu. 2. fol. mihi 337.

Et per hoc non obstant ea, quæ dicuntur in addi. prima Rotæ sub nu. 6. in ver. de stylo autem signaturæ, in tit. de offic. Vicar. vbi dicit, ꝙ de stylo signaturæ Vicarij nõ possunt recusari, sed datur eis adiunctus. citando Staphil. loco præcitato. Et quia Staphil. dicit, quod de raro signatura dat adiunctũ ad euitandũ intricationes processus: & quia ex dictis per Mandos. loco prædicto, patet expressè, ꝙ Locumtenens Auditoris Cameræ in totum propter suspicionem remouetur; & non datur eidem adiunctus, cum dicat, ꝙ in tali casu, vel per seipsum causam audit, vel alteri in totum delegat. Et sic videtur dictam commissionem per supradicta esse signandam.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Processus & sentẽtia in causa stupri pro regulari ventillatur, & impugnatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari conceditur à grauamine, quod per diffinitiua reparari nõ potest. iux formã Concilij Trid.*
2 *Subtilitas iuris rigorosa remittitur, quãdo proceditur contra regulares per suos superiores.*
3 *Regulares, quando contra eos proceditur, nõ possunt remoueri, a suis administrationibus regulariter.*
4 *Oblinio quando non præsumatur in teste.*
5 *Testi periuro non est credendum in aliquo.*
6 *Testi, de cuius interesse tractatur, non creditur.*
7 *Mulieri asserẽti ab aliquo cognitã fuisse nõ creditur.*
8 *Testes domestici quando non admittantur, & sic.*
9 *Puellæ stupratæ quando credatur de sua virginitate, & non.*
10 *Copula carnalis quod sit probanda in casu stupri.*

CONSILIVM XLIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa R. P. Claudij de Vincentia ordinis Prædicatorum, Prædicatoris ac Prioris Monasterij Sãcti Dominici Clodiens. eiusdem Ordinis, idem Prior debet absolui & liberari, nedũ à contentis in processu per D. meum contra eum formato; verumetiam & à cõtentis in processibus similiter contra eum formatis per R. Priorem Visitatorem eiusdem monasterij de mensibus Decembris & Ianuarij proximè preteritis, ex infra dicendis.

Et primo quia cum idem R. Prior legitimè appellauerit à grauamine sibi illato uim diffinitiuæ haben. seu quod per diffinitiuam
1 sententiã reparari non poterat † iuxta formã sacri Concilij Triden. c. 20. causæ omnes, sess. 24. de refor. Ex quo idem Visitator eidem dare noluit copiã omniũ dictorum, seu depositionum testium vna cum corũ nominibus & cognominibus cõtra eũ examinatorum ad hoc, vt posset facere suas debitas defensiones, prout de iure date tenebatur, etsi regulares sint. per tex. in c. olim. §. si verò, & ibi gl. in ver. copiam, vbi dicit expresse à tali grauamine appellari posse, de accusat. c. qualiter, el 2. §. debet, eod.

Et hinc est, quod iura & Doctores dicũt, quod licet quando proceditur contra regulares per eorum Superiores, remittatur rigo
2 rosa subtilitas † iuris, & strepitus aduocatorum, & de plano procedatur secundũ obseruantiam salutaris regulæ, prout dicit Io. Andre. in d. c. olim. nu. 7. & ibi Io. de Anan. nu. 13. in prin. de accus. & d. c. qualiter, el 2. in fi. eo. tamen ille ordo processus, quando cõtra eos proceditur ad effectum puniẽdi, seu priuandi, vel amouẽdi à suis administrationibus, prout in casũ nostro, qui cõsistit circa veritatem delicti, & legitimam defensionẽ inquisiti, seu inculpati, omitti nõ potest, sed omnino seruandus est ẽt in Visitatione. d. c. olim, & ibi gl. in ver. de plano. & d. gl. in ver. copiã, & ibi ẽt. Andr. & Pet. de Anch. nu. 9. & Io. de Anan. d. nu. 15. & idem Io. de Anan. d. c. qualiter, §. fi. n. 9. & ibi prius Card. Flor. in prin. de accus. vbi similiter dicit, q
3 qñ proceditur cõtra regulares, † nõ possunt amoueri

amoueri à suis administrationibus sine cã. c. fi. §. Si autẽ, & ibi glo. in ver. absque Iudiciorum, de statu monach. c. per tuas in fi. de Simo. Arch. in c. si quis. num. 1. in fin. & seq. 18. q. 2. & Alciat. in c. 1. nu. 47. de offic. ordin. Cum igitur omnis fides probationis à testibus procedens tam à personarũ qualitate, quam ab eorum dictis depẽdeat, per tex. in l. 3. per totam. ff. de testib. meritò etiã appellare potuit, cum illis ignoratis debita defensio subtrahatur, quam iura Regularibus subtrahi vetant per supradicta.

Et cum D. R. Pater Prior appellare potuerit; ita quoque pro parte huius Curiæ potuerunt testes iterum examinari, & testimoniũ super eo, quod alias contra eundem paucis diebus antea deposuerunt, deponere; quod cum facere recusarunt, non obstante iuramento per eos præstito de ve-
4 ritate dicenda, cum obliuio † non præsumatur in teste stante lapsu tam breuis temporis unus mensis cum dimidio, uel circa a primo examine ad ultimum computando. Et quod in aliqua infirmitate non inciderint præfati testes, prout à contrario sensu tradit Nellu. in tract. de testib. nu. 226. vbi dicit, quod si testis interrogatus de aliqua re dixerit se tradidisse obliuioni propter infirmitatem, iustè allegat: & sic à contrario sensu, si talem obliuionẽ allegat sine dicta causa, eidem credi non debet, & ad idem Alb. de Malet. in eod. tract. par. 1. cap. 8. nu. 13. ubi similiter dicit, quod si omnes testes dicunt de aliqua re non recordari de tempore, quod præsumptio est contra eos, quos refert, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 32. nu. 4. & 5. Et ideo cum contra eundem Priorem aliquid non deposuerint in præsenti iudicio, absolui debet et à contentis in depositionibus dictorum testium, si quid contra eum deposuerunt, cum periuri sint, cum necesse sit aut tunc, cũ prima uice, uel secunda contra eum deposuerunt, in periurium; aut nunc incidisse, si diuersa deposuerunt, prout dicit Bald. in Auth. At qui semel, num 7. C. de probatio. Cum non sit dubium, in aliquo periuro te-
5 stis † non esse credendum, prout dicit Alex. in cons. 134. num. 9. uol. 2. & in cons. 143.
* nu. 7. uolum. 1. ubi dicit hanc esse communem opinionem. & esse communem opinionem etiam dicit Marsil. in sing. 76. communis traditio. Aymo in cons. 9. nu. 10. Ioan. à Royas. in sing. in fauorem fide. 194. nu. 7.
* vbi similiter attestatur de communi, & hãc esse communem opinionem dicit etiã Gratu. in cons. 2. num. 18. uol. 2. Et tanto efficaci us prædicta habent locum, quanto etiam probatũ fuit p duos testes, uidelicet quintus in fine, processu fol. 20. & 6. testis similiter in fin. fol. 22. ter. qui deponunt præfatũ R. Priorem esse hominem probum, & bonum Religiosum, unde de eo aliquod delictum præsumendum non est, iuribus vulgaribus.

Neque prædictæ absolutioni aliquid obstat, etsi donna Helisabeth filia q. Danielis Gaffei de Corrizzola deposuerit, à dicto R. P. Priore de mense Augusti anni proximè præteriti fuisse defloratam, prout patet processu fol. 26. tergo. & 27. Quia nedum per eam non fuit probata eius intentio; uerum etiam & quia ex processu apparet ab alijs usque de mẽse Martij, seu Aprilis anni proximè præteriti; & sic quinque, uel sex menses ante mensem Augusti, de quo per eam dicitur fuisse à pluribus carnaliter cognitam, ut infra demonstrabitur.

Et quod aliquid non probauerit, patet expresè, cum de attestatis per eam aliquo modo non constet, nisi per eius assertionẽ, seu confessionem, quæ in hoc nihil probat,
6 cum de eius interesse tractetur † circa dotem, quam prætẽdere posset, & soluere deberet, ultra alias pœnas, quas incurrit Religiosus deflorãs virginem, prout dicit Abb. in c. peruenit. num. 4. de Adulter. cum iura sint clara, quod in causa propria nemo possit testificari. l. omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eo. c. si testes. §. nullus. 3. q. 4. Et dixit Marsil. in cons. 12. nu. 3. in fin. & seq. & Rimin. Iuni. in cons. 42. nu. 96. uol. 1. Et quod
7 mulieri † asserenti se ab aliquo cognitam fuisse, non credatur. dicit Alex. in cons. 157. in princ. uol. 5. Boeri. in decis. 319. nu. 7. Ias. in cons. 22. num. 1. uol. 1. & Bursat. in consil. 69. num. 19.

Et quod stuprum, licet secretè, & occultè committi soleat, per idoneos testes tamẽ debeat probari, nec admittuntur testes do-
8 mestici, † nisi ad indicium faciendum, com-
* munem profert Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 39. ante fin. in uer. Comprobatur ista opinio. & in fin. in uer. sed ego puto, prout illam refert Corrad. in sua prax. Crimin. in tit. de stupratoribus. nu. 8. quem secutus

cutus fuit Clar. in §. stuprum, referendo similiter de commmuni num. 2. vbi dicit in fi. hanc conclusionem esse veram, & in practica obseruari; & idem etiam tenet consulendo Mascard. de probat. conclus. 1343.
9 num. 4. quamuis credatur puellæ † de sua virginitate asserenti, si stuprator confiteatur eam carnaliter cognouisse, & negaret esse virginem, nisi contrarium per stupratorem probaretur, prout dicit idem Clar. in in d. §. stuprum, num. 4. vbi attestatur simili
* ter de communi: & Pacian. in tract. de probat. lib. 2. cap. 2. nu. 4. ubi latè de materia.

Sed & quod d. Helisabet de mēse Martij vel aprilis anni proximè præteriti fuerit ab aliquibus carnaliter cognita, deponit Petrus filius q. Solerij d. processu fol. 23. ter. qui vltra quod deponat de alijs, de se ipso postea attestatur commercium carnale cum ea habuisse fol. 24. & idem attestatur Dominicus Midelonus, dicendo processu fol. 25. ter. & fol. 26. cum eadem de mense Aprilis proximè præteriti commerciū carnale similiter habuisse, & eidem dedisse solidos quatuor; & etiam vidisse dictum Petrum cum eadem carnaliter commisceri.

Et quod præfati duo testes eam carnaliter cognouerint in dicto tempore, etiam deponit de visu Sebastianus Franchinus alius testis d. processu fol. 24. ter. & fol. 25. vltra allos testes, qui de prædicto cōmercio carnali etiam deponunt, licet non de uisu, & omnes præfati testes cōcordant præfatam iuuenem esse meretricem vilissimam, & inhonestam. Vnde dubitandum non est falsum ipsam dixisse, dum dixerit, quod fuerat deflorata a dicto inquisito, cum vllum commercium carnale cum eo habuisse, nedum eam defloraſſe, non probauerit; imò vt est dictum, multo ante probatum fuerit a supradictis carnaliter cognitam fuisse: quos quidem testes de prædictis probare dubitādum non est; & cum attestentur de facto proprio, quoad se ipsos de dicta carnali copula, & de visu quoad alios, iuribus vulgaribus, & in fortioribus erminis in casu stupri, voluerūt copulam † carnalem probari. Bur
10 osat. in cons. 69. nu. 9. in uer. amplius, & num. 10. & seq. uol. 1. & Bertazzo. in cons. 20. nu. 7. cum seq. vol. 1. in crimin. & ista sufficiat pro huius causæ expeditione me dixisse. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Gratiæ restitutoriæ per bannitum ex homicidio obtentæ ualiditas discutitur, cum materia necessariæ defensionis.

SVMMARIVM.

1 *Literis contenta pro gratia consequenda verificari debent.*
2 *Rescripta censentur semper habere clausulam, si preces veritate nitantur.*
3 *Testi deponenti de facto suo plenè creditur.*
4 *Defensio, quæ probari nequit per testes, probatur coniecturis & præsumptionibus iudicis arbitrio.*
5 *Præsumitur pro debili contra fortem, & pro habente armam curtam contra habentem longam.*
6 *Socio criminis creditur contra socium. & 7.*
8 *Acclamatio & fuga est indubitatum signum & coniectura, quod quis fuerit aggressus.*
9 *Transitus per loca insolita transiri de nocte est potentissima cōiectura mali animi contra transeuntem,*
10 *Præsumitur contra facinorosum & rixosum aggredientem pacificum, quietum, & bona fama.*
11 *Lex præsumit omne malum de inimico.*
12 *Occidere ad necessariam defensam licet impune.*
13 *Facta sui natura difficilis probationis probantur per cōiecturas verisimiles, seu præsumptiuas probationes.*
14 *Probationes etiam in genere suo imperfectæ nedū coniunguntur, quando sumus in re difficilis probationis, sed etiam plures præsumptiones.*
15 *Clerico licet aggressorem occidere ad sui necessariam defensionem, absque etiam incursu irregularitatis.*

CONSILIVM L.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN facto mihi proposito, stantibus probationibus, de quibus infra dicetur; dico locū esse gratiæ obtentę a S. D. N. Papa per R. Presbyterum Paulum Antonium Rossia de loco Sācti Miniati Lucanæ diœcesis, super homicidio per eum commisso in personam quondam Ser Petri Francisci Aromatarij de dicto loco ad suam necessariam defensionem vsque de anno 1585. sub die 16. mensis Iunij in prima hora noctis. Ex quo pro parte sua

te sua

te sua coram R. D. Vicario Illustrissimi & Reuerendissimi D. Episcopi Ordinarij iudice executore in eisdem literis deputato, verificata fuerunt, narrata, & expressa in dictis literis apostolicis; prout de iure verifi-
1 care tenebatur † pro gratia consequenda; ad firmata per Ioan. Andr. in c. 1. num. 2. in princip. de lit. contesta. in 6. sequitur Abb. in cap. 1. num. 3. de rescrip. & in c. cum nostris, de conceß. præben. & Bero. in consi. 144. nu. 7. uolum. 3. cum narrata sint pars gratiæ, prout dicit Verall. in decis. 271. lib.
2 1. & Parif. in cons. 138. num. 1. volum. 4. & rescripta † semper censeantur habere illam clausulam, si preces ueritate ultantur, prout dicunt in præfatis locis idem Ioan. And. & Abb. et pro clara rei resolutione pre mittendum esse duxi, narratis, & demum de probatione sola factis tam in facto, quam in iure, ut gratiæ prædictæ locus sit.

Et primo narratum fuit in dictis literis, qualiter in dicta prima hora noctis, cum reperiretur in domo propria existens in canonica collegiatæ ecclesiæ eiusdem loci, fuit a quibusdam amicis uocatus, & quod propterea exiuit de dicta domo, & iuit in inferiori parte eiusdem canonicæ, sed illos non inuenit.

Secũdo, quod cum idem presbyter post aliquam moram, cum dictos suos amicos non inuenisset, uersus domum rediens inuenit dictum Petrum Franciscum etiam associatum cum armis; qui cum ense enaginato post verba contumeliosa contra eum prolata sic eum aggrediendo admenauit, ut d. R. presbyterum Paulum Antonium occideret, & vulnerauit in collo: & qualiter idem aggressus cum uideret se in discrimine, euaginauit quandam stortam, quam portabat ob inimicitiam, quam habebat cum dicto aggressore, & ipsum in capite vulnerauit: & quod ex dicto vulnere paulo post obijt. Et cum videret se esse solum, & ferè sine armis & in periculo vitæ, acclamando aufugit, & eum insecutus fuit socius dicti aggressoris cum ense euaginato, etiam eum percutiendo, donec nonnullæ personæ superuenerint.

Tertio expositum fuit, qualiter dictus aggressor erat inimicus dicti presbyteri aggressi.

Quarto, narratum fuit, quod cum idem R. Aggressus, uideret casum de nocte successisse, & non posse illum probare, etsi ad propriam defensionem præfatum aggresso rem vulnerauerit, exilium uoluntarium suscepit a dicto loco, & toto statu Serenissimi magni Ducis Hetruriç.

Quinto, narratum fuit a parte offensa pacem obtinuisse.

Et quoad primum, quod fuerit uocatus in dicta prima hora noctis a quibusdã amicis, ut daret ipsis ad bibendum, deponit D. Alexander Guccius de dicto loco, qui attestatur etiam, quod dictus presbyter respondit, quod ferè erat spoliatus, & uolebat ire ad lectum. Cui quidem testi cum de facto suo deponat: & melius quàm alius presumatur scire ueritatem, tunc recedimus a regulis iuris, & plenè uenit credendum, pro-
3 ut † dicit Salyc. in l. si quis decurio, sub nu. 4. in princ. C. ad leg. Cornel. de fals. Marsi. latè in sua pract. crimin. in §. diligenter, nu. 130. in uer. facit etiam, & num. 131. omnino uidendus. Soc. iun. in cons. 61. num. 8. in uer. praterea, Dec. in cons. 342. num. 2. in uer. prima, Afft. in decis. 369. nu. 7. Bartho. Veronen. in cons. 16. num. 14. uolum. 2. in ciuil. Porti. Imol. in suis Conclu. conclu. 5. in uer. limita, quando vnus, lib. 1. Aluar. Valasc. in suis consultationibus rerum iudicatarum in regno Lusitaniæ Consulta. 73. in princip. vbi quamplures allegat ita tenentes. Et hanc partem tenet etiam Gabriel. in suis conclu. sub titu. de testib. conclu. 1. nu. 18. & num. 22. licet num. 20. dicat aliquos tenere, quod debeant cum dicto talis testis concurrere aliqua alia indicia.

Quæ conclusio in casu nostro etiam indubitata est; attento quod cum dicto præfati testis concurrit etiam depositio Iacobi Banepartis, qui deponit in illo sero, quo successit aggressio, cœnasse cum dicto R. presbytero; & quod de sua domo discessit, quod poterat esse circa vnam horã noctis, & quod R. presbyter Paulus Antonius uolebat ire ad lectum. Et sic dubitandum non est, etiam secundum opinionem aliorum Doctorum tenentium, quod debent cum tali dicto concurrere alia indicia ueritatis, probatam esse intentionem dicti Reuerendi presbyteri Pauli Antonij quo ad istud caput, quod fuerit aggressus a dicto Petro Francisco Aromatario, & vulneratus, & quod ipse ad suam necessariam defensionẽ ipsum

ipsum aggressorem vulnerauerit cum sua
storta; & ipse postea aufugerit, acclamãdo;
& quod socius dicti aggressoris etiam cum
ense illum insecutus fuerit, & percusserit, in
quibus stat tota ius suæ gratiæ, dico simili-
ter plenè probari pro parte sua ex testibus,
præsumptionibus, & coniecturis.

Et primo præmitto, quòd quãdo sumus
in homicidio facto, de quo non potest con-
stare per aliquos testes, qui factum noue-
rint; prout in casu nostro, in quo apparet fa-
ctum accidisse tempore nocturno, & nullis
præsentibus testibus; & occidens allegat il
lud fecisse ad sui necessariam defensionem,
cum dicta defensio probari nequeat per te-
stes, qui factum viderint, ut est dictum, pro-
4 batur coniecturis † & præsumptionibus iu
dicis arbitrio, prout dicit Ias. in l. ut cũ, nu.
7. ff. de iust. & iur. quod ante eum uoluit sin-
gulariter Bal. in l. 1. nu. 21. in uer. istud etiã
est notatu dignum, C. de confes. & eum se-
quitur Marsi. in sing. 19. ad fi. & in cons. 41
num. 13. Boeri. in decis. 164. num. 17. in uer.
sed primum. Et Octau. Vulpel. in cons. 44.
num. 8. & quod aggressura probetur ex præ
sũptionib. & cõiecturis, dicit Iusti. Bõden.
inter cons. crim. diuers. cons. 103. n. 6. uol. 2.

Qua conclusione stante, primò se offert
nobis ista uehemens præsumptio, & conie-
ctura, de qua constat per attestationem præ
fati D. Alexandri Gucci, qui etiam dicit,
quod postquam uocauit dictum presbyte-
rum, ut daret sibi & consocijs bibere, uidis-
se dictum Ser Franciscum Octauianũ Grif
fonum, & Baccium Carerium per hæc uer
ba attestando, videlicet § In questo mentre
passò Marco di Bindaccio Bonaparte, &
mi suiò verso la piazza di San Giacomo, e
passando per andar verso detta piazza scon
tramo Ser Piero Francesco Speciale, misier
Ottauiano Griffono, e Baccio Carieri, qua-
li vidi salire sù per lo sdrucciolo, che sale in
canonica, & alla pieue; & di quì ad un quar
to d'hora sentimmo dire esser successo il ca
so, che naeque frà detto Prete Paulo Anto
nio, & Ser Pier Francesco in sù le scalle
della pieue.

Ex qua depositione duo eliciuntur, uide
licet, & quod d. Petrus Frãciscus a duobus
erat associatus; & quod iuit versus dictam
canonicam, ubi factum successit; & sic ag-
gressorem fuisse præsumitur d. Petrum Frã-
ciscum, cum ille aggressor præsumatur, qui
est fortior & robustior, prout erat præfatus
aggressor, & respectu personæ suæ, qui (vt
audio) erat iuuenis fortis, robustus, ualidæ
complessionis, & magnæ staturæ, & melius
armatus, ut infra dicetur, & dictus presby-
ter paruæ staturæ, debilis, & solus, & cum
5 storta tantum; † prout uoluit Franc. de Al-
uarot. in cons. 74. num. 6. & 9. inter crimi. di
uers. in 4. uolum. 1. Octau. Vulpel. in consil.
44. num. 11. & in cons. 118. num. 8. & num.
6. Iusti. Bandena. inter crimi. diuers. in cons.
103. num. 5. uolum. 2. in fol. Bertaz. in cõs.
1. num. 9. ad fin. & num. 10. & in cons. 111.
num. 8. in uer. secunda, & num. seq. uolum.
1. Alcia. in tracta. de præsump. in reg. 3. præ
sumpt. 39. num. 4. in uersi. & dicitur. Bar-
thola. Veronen. in consilio 28. numero 12.
& 14. & in cons. 29. num. 10. & sequen. &
num. 16. in uer. octauo est qualitas, ubi dicit
quod fortior est ille ex genere armorum,
qui habet ensem, quam ille, qui haber cul-
tellam. & Ioan. de Amic. cons. 23. num. 13.
cum quo dicto concurrit dictum D. Sylue-
stri q. Simeonis Guidi de Florentia ad per-
petuam rei memoriam examinati per Illu-
strissimum & Reuerendissimum D. Nuntiũ
Apostolicum Ciuitatis Venetiarum, uel il-
lius Generalem Auditorem ad instantiam
d. R. presbyteri; qui deponit, quod cum ip-
se esset ad seruitia D. equitis Ioannis Guz-
zoni nobilis Florentini, & residentis in hac
Ciuitate Venetiarum pro Serenissimo ma-
gno Ducæ Hetruriæ, cum quo Domino
equite etiam permanebat pro secretario
d. D. Baccius Caserius, & in eadem domo
certa die iuisset, ibidem d. R. Presbyter Pau
lus Antonius, & ipse testis quæsiuerit a di-
cto Baccio Caserio, ob quam causam dictus
presbyter in hac ciuitate Venetiarum per-
maneret, ipse Baccius respondit, quòd hic
reperitur, attēto quod dictus presbyter cir
ca unam horam noctis, ex quo exijt de do-
mo, ut daret ad bibendum certis suis ami-
cis, aggressus fuit super scalas canonicæ a
duobus, uel tribus, quos nominauit, & cum
ipsi euaginassent arma, dictus presbyter fuit
eiectus in terram; & cum postea se eleuas-
set, quòd euaginauit quandam armam; &
quod percussit unum ex aggressoribus in
capite, qui illinc ad paucos dies obijt: & qđ
dictus Caserius mirabatur, quòd cum di-
dictus presbyter primo fuerit percussus &
eiectus in terram, se releuauerit, & fecerit
illam

illam defensionem, & quod ipse omnia uidit, & quod ibi personaliter adfuit, etiam ei dein dicendo, quod nemo alius potest eidē auxilium præstare; cum casus predictus fuę cesserit de nocte, & occultus sit. Qui quidē licet deponat de auditu ab illo, qui interfuit tali aggressioni, seu illam viderit; cum & dictus Alexander Guccius deponat, q̄ d̄ dictus Baccius Caserius erat cum d. Petro Francisco, & Octauiano Grifonio, & sic cū
6 aggressoribus, & socius, † non est dubium eidem esse credendum; prout dicit Viui. in decisi. 386. num. 1. qui dicit ita iudicatum fuisse in audientia Barensi, & ad dicta per Veral. in decis. 267. num. 2. par. 3. Crott. in cons. 413. nu. 32. vol. 3. & Calcan. in cons. 110. num. 7. in fi.

Secundo alia præsumptio, & coniectura se offert patens & clara, & quæ in totum debet mouere animum iudicis ad credendum quod dictus presbyter Paulus Antonius aggressus vulnerauerit, & occiderit prædictū Petrum Franciscum aggressorem ad suam necessariā defensionē, ut est dictū in p̄dictis literis apostolicis; ex quo per quatuor testes probatum fuit; quod dictus presbyter aufugiebat, acclamādo, ut vulgo dicitur § soccorso, soccorso, aiuto, che io sono assassinato, & seguitato da uno uestito di bianco cō vna spada nuda, & si raccomandaua dicendo parate parate, che io sono assassinato § & cum superuenissent gentes, ille, qui ipsum insequebatur, ipsum reliquit, & redijt uersus præfatam canonicām seu ecclesiam, & per consequens ubi aggressio principiū habuit, prout deponit Bernardinus Nicolai Calceolarius, Georgius Baptistæ Sarni-
7 chi, † qui erant insimul, unde plenè probāt l. vbi numerus, ff. de testib. capitu. nouit, post princip. de iudic. cap. in omni, de testib. & Alexan. in cons. 3. num. 4. ad fin. uolum. 2. Vincentius. Iuliani Francholini, Iacobus Baptistæ Ducci, qui deponit inter cætera videlicet § detto Prete Paolo Antonio fugì qui in San Miniato in casa mia, & guardandosi il dosso, se era ferito, vide, che era ferito di una ceccatura nel collo, & haueua il capello, & panni tagliati in più luoghi; e nō haueua altre arme da difesa, ne da offesa, che una storta, quale all'hora me disse, che ha ueua presa per sua sicurtà, essendo stato chiamato da amici, che uenisse in piazza di Cittadella, p che voleuano bere cō esso lui §

cum talis acclamatio & fuga, indubitatum sit signum & coniectura, quod ipse presby-
8 ter fuerit aggressus, † prout dicit Alciat. in d. regula 3. num. 4. in uer. quarto. Franc. de Aluarot. d. cons. 74. num. 6. ad fi. Barth. Veronens. in d. cons. 29. num. 7. in fi. & sequen. quod ante eos voluit Bar. in l. ut vim, num. 9. in fin. ff. de iust. et iur. et Octa. Vulpel. in in cons. 118. num. 14. et Bertaz. in consilio 449. nu. 19. uol. 2. in crim.

Nec minus militat ad eius fauorem alia præsumptio, et coniectura ratione loci, cum talis aggressura fuerit facta in scalis canonicę, ubi cohabitabat dictus aggressus, nec erat uia facienda tunc per dictum aggresso-
9 rē, cum ibi non fiat † transitus per non permanentes in domibus canonicalibus, nisi de die, quando itur ad ecclesiam præfatam: et ista etiam mihi uidetur potentissima coniectura, Octauia. Vulpell. d. cons. 44. nu. 12.

Neque longè est a prædicta alia coniectura, et præsumptio, quæ militat similiter ad fauorē d. R. presbyteri, uidelicet q̄ ipse fuit, et est sacerdos quietus pacificus, bonę conditionis, et famæ, et aggressor, prout audio, erat homo facinorosus, inquietus, et rixosus, ex quibus deprehenditur, et præsumitur, dictum presbyterū fuisse aggressum
10 a d. Petro Francisco, † idem Bertaz. in cōs. 111. num. 10. in versi. tertia et sequen. et in cons. 135. num. 12. volum. 1. in crimi. et in cons. 449. num. 13. in uer. prima, et nu. 14. volum. 2. Ioan. de Amic. in cons. 23. num. 6. Gramma. in voto 24. num. 4. et 5. Alciat. in d. reg. 3. præsump. 39. num. 4. in ver. secundo. et idem firmauit Albericus de Rosat. in l. ut uim, num. 10. ff. de iustit. et iu. et idem Gramma. in cons. 29. num. 16. et num. seq. in crim. ybi etiam dicit ad hoc facere; quia attenditur qualitas hominis, et optime in cons. 62. num. 2. et sequen. in crim. ubi similiter etiam repetit attendendam esse consuetudinem, et qualitatem hominis in præsumendo, quis fuerit aggressor.

Quibus accedat probatum etiam esse, prout mihi præsupponitur, dictum aggressorem esse inimicum dicti aggressi, prout fuit etiam narratum in dictis literis, ad indicandam etiam causam aggressuræ, cum lex
11 † ex inimico omne malum præsumat, prout dicit Gramm. in uoto 34. num. 1. per l. 1. §. præterea, ff. de quæstio. Bertaz. in consil. 134. nu. 3. et seq. uol. 1.

Ex

Ex quibus omnibus præsumptionibus & coniectutis dubitandum non est pro parte dicti R. presbyteri, plenè praobtum extitisse, fuisse aggressum a dicto Petro Francisco, ab eo vulneratum, & occiso, quod impunè facere potuit, cum ad eius necessariam de-
12 fensam dicatur factum, † prout dicit optimè & latè Alciat. in d. reg. 3. præsump. 39. num. 2. vbi dat etiam rationem, Iusti. Bondena. inter crim. diuers. d. cons. 103. num. 1. 2. 3. & 4. volum. 2. & Ioan. Campeg. inter dicta crim. diuers. cons. 53. per totum eod. volum. 2. & Bertaz. d. cons. 1. num. 15. vbi de communi & de magis communi attestatur ibidem num. 38. & per consequens etiã verificatas in hoc fuisse pro parte sua literas Apostolicas, per supradicta.

Quibus addo regulare etiam esse in iure per coniecturas uerisimiles, seu præsumptiuas probationes probari illud, quod de sui
13 natura est difficilis † probationis, a communiter accidentibus, prout est dicta aggressio sic de nocte facta, cum tunc lex coniecturatis probationibus contenta sit, prout firmat late Ias. in l. cum ea, sub num. 5. per totum, C. de transact. Calcan. cons. 8. nu. 8. Gramma. in cons. 50. num. 15. & seq. in ciuil. quòd prius uoluit Bal. in Authen. quas actiones, num. 18. in uer. item ratione, C. de sacrosanct. eccles. Alex. in cons. 64. num. 5. vol. 1. & in cons. 24. num. 6. & facit num. 20 uolum. 2. & hanc esse communem opinionem dicit Purpurat. in l. cum fundum, §. seruum, sub num. 65. ff. si cer. pet. & quod quãdo sumus in re difficilis probationis, prout est ista, admittuntur probationes etiam q͞d
14 in genere suo sint imperfectæ, † & nedum coniungantur plures imperfectæ probationes, sed etiam plures præsumptiones, etiam dicit cum allegatis per eum D. Bruno. a Sole in suis quæst legalibus quæst. 51. nu. 7.

Et non solum prædicta fuerunt uerificata per dictum R. presbyterum Paulum Antonium, tanquam narrata per eum in dictis literis Apostolicis pro gratia in illis contenta censeq: enda, & si de iure releuetur, ut est dictum; uerum etiam & quod ipse habuit pacem a parte offensa, & quod exiliũ per tresdecim annos seruauit a dicto loco Sancti Miniati, & toto statu magni Ducis Hetruriæ: prout ex pluribus attestationibus & testimonialibus patet, prout similiter expositum fuit. Ideo vlterius non insisto, cum simus in claris, quoad omnia narrata illa ꝓbata esse non solum debet sufficere ad gratiam consequendam, sed etiam ad recuperanda bona confiscata, cum de iure absque aliquo incursu pœnæ potuerit præfatus aggressus præfatum aggressorem vulnerare, & occidere ad suam necessariam defensio-
15 nem, prout suprafirmatum est: † quibus addo Card. in Clem. 1. per illum tex. in uers. de illo, sub num. 22. in princip. de homicid. vbi dicit illum text. etiam in clerico locum habere, & sic nec irregularitatem incurrere. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Proclama superioris impediens locari bona communitatis an sit retractandum.

SVMMARIVM.

1 *Communitas non potest impediri in solita consuetudine locandi, & dislocandi bona communalia.*
2 *Executio pro debitis communitatis soluendis ex sententia condemnatoria, potest fieri in eius bonis, seu fructibus eorum.*
3 *Princeps potest de plenitudine potestatis auferre nobis dominium, etiam nulla causa suadente, licet nõ sine peccato.*
4 *Dominium acquiritur præsumptione, & auferri non potest acquirenti.*
5 *Tempus, cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij.*
6 *Interesse habentes in fruendis bonis communalibus debent singuli audiri in eorum locatione.*

CONSILIVM LI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VISO processu in causa Magnificæ communitatis Cenetensis mihi exhibito; & resoluendo motiua mihi data super proclamate facto per Illustrissimũ & Reuerendissimum D. Episcopum & Principẽ dictæ ciuitatis ad instantiam eiusdem Episcopi Procuratoris fiscalis in eo, quod prohibuit non posse per magnificos DD. Deputatos

putatos communitatis prædictæ locari nõnullas terras pasculatiuas, vt ad culturam reducantur pro certa quantitate pecuniæ singulo anno eidem communitati persoluenda, ut satisfacere possit eidem Episcopo de lignis, & alijs rebus, quæ eidẽ dare, & portari facere debet iuxta formam transactionis, alias de anno 1429. inter Illustrissimum & Reuerendissimum D. Antonium Corrarium olim Episcopum & Principem Cenetensem, & dictam magnificam communitatem initæ.

Et dico duo principaliter in eodem proclamate esse consideranda, vnum videlicet, an illud ad instantiam dicti Procuratoris fiscalis idem Episcopus facere debuerit, & cũ factum fuerit, an aliquod præiudicium afferatur dictæ communitati, si non remoueatur. Alterum vero an illud fieri potuerit ad instantiam circumuicinorum in eodem proclamate, licet non principaliter mentionatorum, qui prætendunt ius pasculandi in dictis terris & bonis eiusdem communitatis ad eorum libitũ, & proprio iure habere.

Et quo ad primum mihi videtur dicendum, quòd ex quo communitas prædicta ab immemorabili tempore citra semper vẽdidit necessitate, uel vtilitate eiusdem communitatis suadentibus, alienauit, locauit, recuperauit, & dislocauit ad libitũ bona, seu terras communitatis prædictæ absque aliquo impedimento seu contradictione Episcopi, & Principis pro tempore existentis eiusdẽ ciuitatis, prout de iure facere potuit, & potest, requisitis & adhibitis solemnitatibus, quæ de iure statutorum dictæ ciuitatis adhiberi solent,
1 † etsi non legis, per l. fi. & ibi Bar. Angel. Ioan. de Plat. & Iacob. Rebuff. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. & l. loca. C. de locat. prædio. ciuil. eo. lib. & tradit Capic. decis. 93. in princip. quod dictus Illustrissimus Episcopus non potuit, neque potest facere tale proclama, & prohibere, ne locatio prædicta per dictam communitatem facta non sortiatur effectum, cum per talem prohibitionem talis facultas libera eidem auferatur contra tex. in l. in re mandata, & per hoc etiam grauetur eadem cõmunitas, quod fundamentum corroboratur ex eo, quod in bonis communitatis, seu illorum fructibus, si fuerit condemnata pro
2 debitis soluẽdis, possit fieri executio, † prout late tradit Paul. de Castr. in l. si se non obtulit num. 3. ff. de re iudica.

Neque obstat si diceretur, quod ex quo dictus Illustrissimus Episcopus est princeps eiusdem ciuitatis, quòd propterea potuit facere tale proclama; etsi alias non fuerunt prohibitæ tales locationes, seu alienationes
3 cum & Princeps † de plenitudine potestatis nobis etiam auferre dominium possit, et nulla causa suadente, licet non sine peccato, ad dicta per Capic. in decis. 166. num. 9. & 13. quia dico, quòd hoc facere potest solus supremus Princeps, nõ autem inferior, qui recognosit superiorem, prout in casu nostro; prout intelligit Capic. in d. decisio. num. 14. & dicit late Ias. in l. rescripta num. 2. & seq. omnino uiden. C. de precib. Impe. offeren. & in l. omnes cuiuscunque num. 3. in uer. prædicta omnia C. si contra ius, vel utilit. public.

Neque pariter obstant priuilegia Othonis, & aliorum Imperatorum ex. producta, quia omissa illorum disputatione, dico satis esse dictæ communitati, ut conseruetur in dicta eius libera facultate, de qua supra, iuuari beneficio tanti temporis, cuius initij memoria non extat; cum per actus ciuiles,
4 puta præscriptionis dominium † acquiratur, & auferri non possit acquirenti, ad dicta per Ias. in d. l. omnes cuiuscunque num. 3. in ver. septimo. C. si contra ius, vel vtilita. public. præsertim cum tantum tempus, cu-
5 ius initij memoria non extat, † vim habeat priuilegij, ad dicta per Boer. in tract. de custod. claui. sub num. 36. in ver. quinimo, c. super quibusdam §. præterea, de uerb. signifi. & sit resolutio primi quæsiti.

Quo vero ad secundum caput mihi uidetur dicendum, q̃ si circumuicini prætendũt habere ius pasculandi in dictis bonis communalibus, de quorum locatione agitur, vt
6 singuli debeant audiri † super eorum prætẽso iure, Ad dicta per Capic. ferè in terminis in decis. 152. per totum, cum tali locationi bonorum prædictorum, in quibus ius pasculandi prætendunt habere, non consenserit, & quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat l. fi. ante fi. C. de autho. præstan. l. in cõcedendo ff. de aqua plu. arcen. l. q̃ maior ff. ad munici. & de incol. c. quod omnes de reg. iur. in 6. & Calca. in cons. 7. nu. 30. Et sit secundæ considerationis resolutio &c.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Sententia arguitur de iniquita-te & petitur reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti verba vbi sunt clara, non venit de eis disputandum.*
2 *Experiri sine actione contra alium nemo potest de iure.*
3 *Possessio ex quo dicatur in aliquem translata.*
4 *Euictionis quando quis non teneatur*

CONSILIVM LII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Ententia lata per R.V.Vicarium Vtinen. ad fauorē Nicolai de Melazolo & contra Hieronymum Minium, seu D. Pompilium Daria, venit tanquam iniqua reuocanda, prout infra patebit.

Et primo sciendum est in facto pro resolutione conclusionis, quòd aliàs de anno 1565.q. Vincentius filius Iacobi Mattalini de Mellarolo vendidit q. braid. camporum quatuor sitam in agro, & pertinentijs Bolognani iuxta suos confines, Iosepho filio q.magistri Baptistæ Ballestrarij, & Lucretiæ de Coruinis coniugibus cum præsentia & consensu curatorum dicti Iosephi pro eo, & hæredibus ementi pro pretio ducatorum 100. cum pacto redimendi infra biennium, prout redimere promisit.

Quam quidem braidam incontinenti idē Vincentius uenditor conduxit in affictum, & simplicem locationem per duos annos pro ducatis septem quolibet anno eisdem temporibus persoluen.

Et pro manutentione d. Iosephi emptoris, & de euictione, ac quòd d. Venditor eādem braidam infra biennium redimet, & pro dicto affictu duorum annorum persoluendo in forma iuris valida, vti fideiussores pro dicto Vincentio venditore ad fauorem d. Iosephi tantum emptori accesserunt, & se obligauerunt in eodem instrumento Ser Nicolaus de Rainaldis Patauinus, & lucas q. Mauri de Montegnano: prout & eodem processu etiam patet.

Eandemque braidam idem Iosephus eodem die & anno, quo emit cum præsentia suorum curatorum vendidit, & permutauit Petro filio Iacobi de Buia, prout patet instrumento inter eos confecto in actis registrato.

De anno autem 1588. eadem Lucretia, quæ dictam braidam emit cum d. Iosepho eius marito, licet ad eius fauorem prædicti fideiussores non fideiusserint, nec se ipsos, nec eorum bona obligauerint, egit contra Nicolaum filium d.q. Lucæ Mauri confideiussoris Ser Nicolai de Rainaldis pro affictu & obtinuit.

Et eodem anno 1588. eadem Lucretia obtinuit per iudicē secularē intimari eidem Nicolao & fratribus d.q. Lucę Confideiussoris, & citari respectiuè, qualiter deberet deponere dictos ducatos 100. super Monte pietatis iuxta formam d. instrumenti venditionis factæ de anno 1565. 21. Februarij.

Qui quidē Nicolaus d.q. Lucæ ad effectum, ut releuaretur ab hæredibus Nicolai de Rinaldis egit contra ipsos, & curat. dar. hæreditati iacenti d. Nicolai Confideiussoris, & obtinuit sententiam fauorabilem, & etiam hæreditatem prædictā condēnari.

Et cum non inuenerit aliqua bona hæreditaria, unde facere posset executionem, idem Nicolaus formauit petitionem seu libellum contra Hieronymum Minium possidentem aliqua bona, quæ tempore, quo fideiussit, possidebantur per Nicolaum confideiussorem.

Quod iudicium intentatum per D. Nicolaum contra D. Hieronymum Minium fuit susceptum per D. Pompilium Daria, qui uendidit dicta bona eidem Hieronymo, & eidem de euictione tenetur.

Et idem iudicium postea fuit susceptum per d. Hieronymum in se pro d. Daria: prout similiter cum omnibus desuper narratis ex processu inter easdē partes facto cōstat.

Et quia fuerat productum dictum instrumentum uenditionis & permutationis factæ per Iosephum emptorem de braida per eum empta a d. Vincentio, pro qua de euictione, & manutentione promiserunt dicti Nicolaus

Nicolaus & Lucas confideiussores facti in personam Petri, d. Nicolaus actor obtulit separatum insimul cum d.D. Pompilio pro eorum defensione contra d. Lucretiam ipsum molestantem agere.

Et licet stantibus supradictis R. Vicarius non possit condemnare dictum Hieronymum Minium, neque suos auctores; tamen ipsum condemnauit iuxta petita per dictum Nicolaum cum oblatione prædicta facta sub die 1. Martij.

Rebus igitur sic præmissis, dico d.D.Lucretiam aliquam actionem non habuisse, neque habere contra dictos fideiussores ad fauorẽ d. Iosephi emptoris tantum se obligantes, & non ipsius Lucretię, prout patet in d. instrumẽto, cuius uerba cũsint clara, † nedũ
1 de eis non uenit disputandum iuxta tex. in l. ille aut ille §. cũ in uer. ff. de leg. 3. & Corn in cons. 126. nu. 3. uol. 2. uerum etiã nec ab illis recedi debet, Alex. in cons. 100. nu. 4. vol. 4. & idem Corn. in cons. 93. nu. 11. vol. 2. cum uerba menti conuenire soleant, prout dicit Cor. in allegato cons. nu. 12. & con sensus in obligationibus attendatur per l. 1 in fi. princ. ff. de pactis.

Cum igitur notorie ex instrumento in actis producto constaret & cõstet d. Lucretiam non habuisse, neq; habere obligatos d. fideiussores ad sui fauorẽ, & per hoc nullam actionem contra eosdem, nec eorum successores hẽre; & de iure nemo sine actione experiri † contra alium põssit, per l. si pu
2 pill. §. uideamus ff. de negotijs gest. merito apparet dictam sententiam esse notoriè iniquam, & nullam, etsi talis exceptio apposita non fuerit, & talis uenit declaranda ad firmata per Rom. in cons. 378. nu. 3.

Et ulterius dico, ꝙ etsi essent obligati d. fideiussores ad fauorem dictę Lucretię, prout non sunt, ꝙ nihilominus conueniri non poterant, neq; possunt, nec eorum successores, seu bonorum possessores, stante d. emptione facta per d. Iosephum, & quod eandem braidam idem Ioseph eodem die alteri uendiderit, & permutauerit tanquam ab eo possessa, dans facultatem &c. cum per cõstitutum instrumento appositum per licentiam intrandi possessionem, & quia tanquã procurator D. Vincentius uenditor constituit se possidere; & quia d. venditor ab eodem emptore eandem braidam in affictum conduxit pro duobus annis pro ducatis septem quolibet anno persoluendis; fuerit in
3 eum translata eiusdem braidæ omnis † possessio, per l. quædam mulier, & ibi Bar. nu. 1. & Ang. nu. 3. ff. de rei uend. & etiam Tiraq. late quoad constitutum in tract. constit. possessorij in. 1. p. sub nu. 2. & 4. & quoad locationem Soc. sen. in consil. 10. nu. 5. uol. 3. & Gabriel. in conclus. 4. nu. 14. de locat. lib. 3. dubitandum non est de euictione, nec manutentione dictos cõfideiussores, prout promiserunt, non teneri, cum ab aliquo res empta, & emptori tradita nõ fuerit euicta; imo eandẽ rem alienauerit l. qui rem. & ibi Bal. C. de euictio.

Et quid plura? etsi ab eodem emptore ab alio eadem braida fuisset euicta, prout non fuit, ex quo litem confideiussoribus uel eo-
4 rum hæredibus non denuntiauerit, † de euictione, aut manutentione dictæ confideiussores, neque hæredes non tenerentur, nec contra eos posset agere, per l. emptor & ibi idẽ Bal. sub nu. 4. ubi dicit ità de consuetudine seruari. C. eod.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Consilij præcedentis 115. causa discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla vt non possit a partibus impugnari, quid requiratur.*
2 *Iuris nemo plus in alium transfert quam ipse habeat.*

CONSILIVM LIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Tante firma conclusione in alia informatione facta, ꝙ snĩa lata per R. Viceuicarium Vtinen. sit notoriè iniusta, causis & rationibus in dicta informatione adductis, & per consequens ipso iure nulla, prout dicit Barba. in cons. 10. nu. 33. & seq. uol. 2. Card. in cons. 55. nu. 2. latè Fel. in c. inter

cæteras,nu.10.& seq.de re iud.& in ca.su-
per literis.nu.15.de rescrip.

Dico resoluendo dubium alias datũ, ꝙ
etsi D. Pompilius Daria in d. sententia con
demnatus contradixit in iud.vna cum Nico
lao iuxta formam dictæ sententiæ,quasi il-
li executionem dando; non per hoc in ali-
quo sibi præiudicauit, neque aliquid ei ob-
staret d.cõsensus & actus, quin in præsenti
declaretur dictam sententiã fuisse,& esse no
torie iniquã & nullã; cum uti sententia non
potuerit,neq; possit,ut ualeat, approbari ꝑ
partes, cum iure publico nulla sit, a quo re-
cipit fomentum, & non iure priuato, sed
1 opus est, quod sententia † iniqua & nulla
approbetur a partibus per viam expressæ
stipulalionis, & contractus,cum non ualeat
ut sententia,nec ualere possit,sed ut expres-
sum pactum,& contractum per uiam stipu-
lationis ad contenta in ea se obligan. ita di-
cit Castren.in l.2.C.commu.utrusq; iudic.
& ita respondit Abb.in cons.92.n.11.& seq.
uol.1.quem optimè secutus fuit Soc.sen.in
casu cuiusdam laudi nulli in cons.220.nu.3
uol.2.& latissimè Dec.in cons.475.nu.33.
34.& seq.omnino uiden.Card.in cons.71.
nu.3.& seq. gl. Bal.in tit.de pace constant.
in uer.sententiæ,Rom.in cons.155.num.4.
& seq.& latè Calder. in cons.8.sub titu. de
senten.& re iudic.& Bart. in l.1.C.qui pro
sua iuris.quæ stipulatio cum non interuene
rit in casu nostro, ut dicta sententia ualeat
tanquam pactum,& contractus inter partes
init.sed illi executionem dando, ut senten-
tiæ, dubitandũ non est per supradicta nihil
obstare, quin declaretur nulla & inualida,
& oĩs illius executio impediatur: & ita in
terminis firmauit Cabal.in Milleloq. 728.
par.2.quod fortius procedit,cum iste actus
fuerit factus a d. D. Pompilio prætendẽte
sñiam prædictã esse iustam,& ualere,cũ ne-
mo præsumatur iactare suum l.cũ de indebi
bito.ff.de proba.quod bene indicat appella
tio postea per eum interposita, cũ ex ea ap-
pareat per errorem deuenisse ad actum præ
fatum: & sñiam esse notoriè iniquam dubi-
tandum non est,etiamsi solemniter illam ap
probauit, cũ ut sñia approbari nõ possit,per
supradicta eidem in aliquo nõ obesse, quin
in præsenti iudicio obtineat, ad dicta per
Dec.in d.cons.nu.28.& seq.

Neq; obstat,quod dixit mihi D.aduoca
tus partis aduersæ,forsan R.D.meo etiam
dixit &c.ꝙ d. Lucretia non egit in uim pri-
mi instrumẽti emptionis, & uenditionis re-
spectiuè inter Vincentiũ filium Iacobi Ma
tapoli,& Iosephum q.mag.Baptistæ ac ipsã
Lucretiã celebrat.de quo in rege. fol. 4. a
ter.et seq. sed in uim instrũti uenditionis, et
permutationis factę inter d.Iosephũ empto
rem maritum d.Lucretiæ,ac Petrum filium
Iacobi de Buia Vtini habitantem, de quo
constat rege.fol.8.a ter. et seq. tanquam fi-
filiæ,ut ipsa asseruit d.Petri, quod in totum
falsum est,et alienum ab omni ueritate; nã
d.Lucretia nõ fuit filia d. Petri filij Iacobi
de Buia, sed cuiusdam mag. Petri Rotarij
de burgo Aquileiæ,prout constat ex sua pe
titione reg. fol. 13. et ideo in uim d. instrũti
non potuit agere ultra quod si alius illius
uigore uellet agere, non posset agere, quin
offerret restituere braidam permutatam, et
traditam d.Petro,argu.l.Iulianus §.offerri,
2 de actio.emp.cum nemo plus iuris † in aliũ
transferat, quã ipse habeat l. nemo plus iu-
ris,et l.nemo plus cõmodi ff.de regu.iur. et
sic in totum releuarentur possessores bono-
rum confideiussorum. Et ideo remanet fir-
ma conclusio,quod ipsa egerit tanquam il-
la, quæ emit in d. primo instrumento una
cum Iosepho eius marito, rege. fol.4.a ter.
& seq.& quod nulliter egit per dicta in alia
informatione. Et ita sentio.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Executor apostolicus quod non
possit exequi commissionem sibi
datam vigore literarum,vbi deficit
Papæ mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Executor merus non cognoscit de nullitate.& execu
tor,cui inest iurisdictio,nõ debet exequi quod nul
lum est.*

2 *Dictio,dummodo,facit conditionem.*

3 *Executor non debet transgredi potestatem sibi tradi
tam sub certa forma.*

4 *Conditio etiam denotat causam finalem,qua cessante
cessat illius dispositio.*

5 *Mandati fines diligenter seruandi sunt,& quod fit vl
tra illud,est nullum.*

6 *Conferens antè purificatam conditionem appositam
in commissione,facit prouisionem nullam.*

7 *Mandatum conditionale non habet consensum ante
conditio-*

conditionem existentem.
8 *Gratia conditionalis est imperfecta, & in suspenso.*
9 *Contractus conditionalis non est contractus, & assignatur ratio.*
10 *Regula cancellariæ Apostolicæ, de reuocatione unionum, quas reuocet.*

CONSILIVM LIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Seminarij Clericorum ecclesiæ Cathedralis Bellun. visis literis Apostolicis per R. D. Ioannẽ Baptistam Massarinũ clericum Concordien. aduersarium R. D. Vicario Illustriss. D. Episcopi d. ciuitatis præsentatis, prouisionis in eius personam factæ de Capellania, de qua in eisdem literis in eadem Cathedrali existen. ac præsuppositа vnione, & applicatione de eadem Capellania iandiu facta eidem Seminario auctoritate ordinaria in vim Sacri Concilij Tridentini c. 18. §. nec non beneficia sess. 23. de reform. & quod fere per annum habuerit illius possessionem vigore dictæ unionis; nec non uisa regula Cancellariæ eiusdem S. D. N. de reuocatione unionum, quæ in suo ordine est 12. per quam reuocantur omnes vniones, quæ suum nõ fuerunt fortitæ effectum exceptis illis, quæ fuerunt factæ auctoritate eiusdem Concilij, ac considerata clausula conditionali in eisdem literis Apostolicis apposita, videlicet dummodo eius dispositio ad nos hac uice pertineat: mihi uidetur dicẽdum per dictum D. Vicarium dictas literas non potuisse, nec posse exequi, stante dicta unione, & applicatione, ac conditione in dictis literis apposita; per quam non censetur idem D. Vicarius merus executor, sed executor, cui inest iurisdictio: & propterea debere cognoscere an prouisio spectet ad Papam uel non, nec debet exequi, si videat illam Papæ non pertinere tanquam nullam, cum nec Papa illã exequi voluerit sic sub dicta conditione mãdando, ad dicta optimè per Bal. in consilio 341. super 1. puncto nu. 6. volum. 4. vbi di-
1 cit, quod merus executor † non cognoscit de nullitate, sed executor, cui inest iurisdictio non debet exequi, quod nullum est, per iura, quæ ipse allegat.
2 Et quod dicta dictio dummodo, † faciat conditionem est tex. in c. fi. de trãslat. episc. & c. ex tuarum, & ibi Ioan. Andr. num. 7. & Card. in prin. in 3. not. de aucto. & usu palij vbi dicunt dictam dictionem, dummodo, importare conditionem, & oportere illud existere: quos latè secutus fuit Curt. sen. in cõs. 73. n. 8. & quod dicta dictio, dummodo, importet conditionem, & conditio formã substantialem mandati, quæ omissa uitiet actũ; dicit Rota nouiss. in decis. 1160. nu. 2. lib. 3. cum qua concordat glo. in c. si pro te, in uer. assensus, de rescrip. in 6. ubi dicit, quod quãdo sub certa forma tradita est executori po-
3 testas, † illa transgredi nõ potest per c. cui de non, in fin. de præben. & quod conditio denotet formam, qua non impleta, actus ipso iure nullus sit, dicit Ripa in l. si quis bona nu. 13. ff. de pignor. & hypoth. quod confir-
4 matur, quia conditio † etiam dẽnotat causam finalem, qua cessante, cessat illius dispositio, prout dicit idem Ripa in præcitato loco per auctoritates per eũ adductas. & q̃d conditio non purificata nihil ponat in esse, dicit idem Ripa respons. 185. nu. 1. in fi. & seq. & respon. 2. nu. 5. lib. 1. ad idemq; Rebuf. in cõs. 124. col. 3. in uer. item fines, ubi dicit, quod cum fines mandati diligenter
5 seruandi sint, † ideo illud, quod fit ultra mãdatum nullum est per l. diligenter ff. mandati, & c. cum dilecta, & ibi gl. de rescript. & propterea non potuit d. D. Vicarius, ut supra executor, prout nec potest in uim dictarum literarum Apostolicarum dictam capellaniam eidem Ioanni Baptistæ auctoritate Apostolica conferre, & assignare, cum eidem constet ad Papæ prouisionem, stante dicta unione, & regula Cancellariæ non pertinere, & per consequens nec ipsũ posse illam conferre propter formam mandati dictarum literarum, & Papæ uoluntatem, de qua expressè constat ex illis uerbis, uidelicet, dummodo eius dispositio ad nos hac uice pertineat, cũ annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidẽ Ioãni Baptistæ intra triginta dies, postq̃ præsẽtes literæ tibi præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferas, & assignes &c. cum iurisdictio exequẽdi d. D. Vicario executori fuerit data sub conditione præfata, ut conferret, dũmodo ad Papæ prouisionem pertineat: & ideo ante illius purificationẽ, si con-
6 ferret, † nulla esset prouisio, put tenet Rota teste Put. in decis. 283. in prin. lib. 2. quẽ se-

cutus fuit flam. Parif. in tracta. de resignat. Benefi. q. 3. nu. 28. & seq. lib. 1. & dixit etiã Rota nouiss. in decis. 451. nu. 1. & 6. in prima par. quod gratia Papæ ẽt motu proprio facta, est nulla ipso iure, quando adest defe ctus consensus, prout in casu nostro, cũ stan te dicta conditione, si ad eũ nõ spectat prouisio, candẽ Capellaniã non vult conferri, vt est dictũ, nec mirũ cum gratia conditionalis sit imperfecta, & eius effectus sit in suspẽso per c. si pro te, & ibi Doct. de rescript. in 6. & ibi etiam glo. ubi dicit propterea mã

7 datum † conditionale ante cõditionem exi stentem consensum non habere. & Menoc. in cons. 38. nu. 15. & seq. uol. 1. vbi dicit gratiã cõditionalẽ adeo esse imperfectã, ut nec beneficiũ afficiat: quod ante eũ dixit Paris. plures decis. Rotæ citãdo in cons. 82. nu. 7. vol. 4. vbi dicit p pea, quod pendente cõdi tione posita in gratia, si alius obtinet secundam gratiam de eodẽ beneficio pure; illa se secunda pura prævalet primæ cõditionali, & secũdus prefertur primo, dato quod post modũ veniat conditio per d. tex. in c. si pro te, de rescript. in 6. & alijs auctoritatibus p

8 eũ adductis. & qđ gratia † conditionalis sit imperfecta, & in suspenso, dicit ẽt idẽ Menoch. in cons. 105. nu. 86. eo. uol. 1. & hãc es se cõem opinionẽ dicit nouissimè Flam. Paris. d. q. 3. nu. 23. lib. 1. vbi etiam per tres co lumnas tractat de effectu cõditionis: & propterea dixit eadẽ Rota nouissima in decisi. 47. nu. 7. par. 1. non solum expressã & tacitã conditionẽ suspendere, sed ẽt quod paria sint aliquid non fieri, uel fieri sub conditione, quæ deficiat. & idẽ Flam. Pari. d. loco n. 32. cũ conditio substantiã ipsam suspendat, prout dicit idem Menoch. d. cõs. nu. 86. per l. cedere diẽ ff. de uerb. signifi. & dicit Imol. in l. hæreditas ex die nu. 9. & seq. ff. de hæredib. instit. & ideo dixit Aret. in cons. 11.

9 nu. 2. in prin. † contractũ conditionalẽ non esse contractũ; cũ natura conditionis ea sit; ut antequã adimpleatur, seu purificetur nihil ponat in esse; & in totũ suspendat quẽq libet actũ conditionalẽ in euentũ, uel defe ctũ cõditionis, prout latè dicit Paris. in cõs. 19. nu. 45. cum sequentib. uol. 2. Flam. Pari. in d. q. 3. nu. 20. Corne. optimè in cons. 227 num. 5. uol. 4. Soc. iun. in cons. 1. nu. 33. uol. 1. Menoch. cons. 63. nu. 28. uol. 1. & in cõs. 78. nu. 14. & seq. eo. uol. ubi dicit, ad differẽ tiam modi actui adiecti, conditionem oĩa tenere in suspenso, & illa non impleta, dispo sitionẽ esse imperfectã. & ideo dixit Corn. in cons. 192. nu. 5. uol. 2. quod conditio habet se ad esse, & non esse. et Bal. in c. dudum el 2. nu. 45. de elect. ubi dicit, quod conditio debet impleri per modũ exclusionis, id est si nõ adimpletur, excluditur quis ab initio, et exordio contractus. et quod effectus conditionis ille sit, ut illa pendente faciat omnẽ obligationẽ cessarẽ, tanquã consensu deficiente, dicit tex. in c. 1. §. fi. de sponsa. in 6. et Gozzad. in cons. 1. nu. 40. et quod cõditione pẽdẽte, seu nõ adimpleta, uel uerificata faciat oẽm obligationẽ cessare, cũ interim nihil debeaẽ, firmat latè, et optimè Pet. de Anch. in cons. 181. nu. 2. et quod obligatio non oriatur, pendente cõditione firmat Purpu. in cons. 447. nu. 34. cum seqq. vol. 2

Et sic remanet resolutum per supradicta quod stante, quod dicta prouisio eiusdẽ Capellaniæ fuerit sub conditione facta, uideli cet, dũmodo eius dispositio ad Papã pertineat: et quod ad Papã appareat euidenter nõ pertinere, stante dicta unione, seu applicatione in uim Concilij Tridẽtini desuper citati ad fauorẽ Seminarij eiusdẽ cathedra lis similiter facta, ac d. regula Cancellariæ,

10 per quã reuocantur oẽs vniones † beneficio rũ, quæ suũ non fuerunt sortitæ effectũ, exceptis illis, quæ factæ fuerunt auctoritate eiusdẽ Concilij, prout fuit facta dicta unio seu applicatio; et suũ sortit. fuerit effectum, cum d. Seminarium iam per annũ sit in possessione eiusdem Capellaniæ, et bonorum, prout firmat Mand. in d. regul. q. 5. nu. 3. et 4. Guid. Pap. cons. 134. nu. 6. et Boer. decis. 346. nu. 2. quod dicta prouisio ex expressa mente Papæ corruit: et per consequens idẽ R. Vicarius executor, ut supra non potuit, neq; potest dare executionem literis præfatis per d. Io. Baptistam præsentatis; cum deficiat Papę mandatum. Et ista sufficiant pro difficultatis resolutione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia impugnatur per appellationem a diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente, ratione defectus potestatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Appellatio datur a sententia declaratoria incursus in excommunicationem.
2 Appellatio datur a comminatione excommunicationis, si comminatio est consecutiua ad grauamen de præterito.
3 Sententia declaratoria incursus in excommunicationem, non obstante appellatione, est nulla.
4 Sententia priuationis prioratus est diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habens.
5 Priuatio prioratus tantum fieri potest per capitulum priuatum prouinciæ.
6 Ordo substantialis iudiciorum seruari debet.
7 Delictum ante omnia constare debet iudici, antequã contra aliquem inquirat.
8 Iudex quibus concurrentibus possit contra aliquem deuenire ad capturam.
9 Carcer affert grauamen irreparabile.

CONSILIVM LV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Illustrissime & Reuerẽdissime Domine in causa vertente inter Reuerendum P. Priorem monasterij S. Michaelis de Vicetia Ordinis Heremitarum San. Augustini appellantem ex una, & Reuerendum P. Prouincialem Prouinciæ Marchiæ Taruisinæ eiusdem ordinis appellatum parte ex altera, dico bene fuisse & esse appellatum, & prouocatum, ac de nullitate dictum per dictum Reuerendum P. Priorem a sẽtẽtia diffinitiua, uel uim diffinitiuæ habẽte: iuxta formam Sacri Concilij Tridentini c. 20. sess. 24. de reform. contra eum lata, per quam declarauit præfatum Priorem excõmunicatum, rebellem, & ipsum de Prioratu priuauit: nec non ab actu ipsum incarcerandi, cum fecerit frangere hostium suæ cameræ per birruarios ad effectum ipsum in carceribus detrudendi.

Primo quia accipiendo capita per ordinem a sententia declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem, etiam si feratur a canone, seu iure, cum tamen talis declaratio sit sententia hominis, datur appellatio
1 † prout firmat Abb. in c. peruenit el 2. nu. 6 de appella. optimè etiam Bonifa. de Vitali. in Clemen. 1. §. si quis, numero 12. de sequestr. possess. & fruct. & dicit Petr. Gregor. Tholos. sequendo Abb. in tract. de appellat. cap. 22. num. 2. in uer. sic quis. & non solum datur appellatio a declaratione excõmunicationis incursæ, uerum etiam & a cõ
2 minatione excommunicationis, † si comminatio est consecutiua ad grauamen de præterito, ut quia iudex præcipit parti, ut aliquid det, uel facit, ad dicta per Imo. in c. cum cessante, nu. 5. & ibi etiam Franch. sub nu. 6. de appell. & ideo si, non obstante appellatione, iudex declaret illum, cui commi
3 nata fuit excommunicatio, † in illam incidisse, eius sententia ipso iure nulla est, & illum non ligat, per tex. apertum in c. dilecti el 2. & ibi Abb. & Franc. in 1. notab. de appellat. & firmat Marant. in suo Specul. in 6. p. in uer. & quãdoq; appellatur sub n. 181.

Secũdo, quia sententia priuationis Prioratus est diffinitiua, uel uim diffinitiuæ habens, cum alia post se circa dictam priuatio
4 nem non speretur, & negotiũ dirimat, † Angel. in cõs. 114. nu. 2. in prin. & nu. 4. in prin. et cons. 115. in prin. nec ad priuationem alicuius prioris suæ prouinciæ potest deuenire idem Prouincialis, etiamsi suis superioribus rebellis, uel inobediens fuerit, sed tantum suspendi, cum fuerit tamen confessus, uel conuictus, et non alias, cũ priuatio prio-
5 ratus † tantum fieri possit per capitulum priuatum Prouinciæ; prout constat ex constitutionibus eiusdem religionis c. 13. §. nullus Prior, uer. si suis superioribus rebellis etc. par. 3. ubi leguntur infrascripta uerba etc. si suis superioribus rebellis, uel inobediens fuerit, de quouis istorum confessus, uel conuictus poterit a Prouinciali, uel visitatoribus ab officio suspendi, et a capitulo priuato priuari.

Et nõ solũ præfatus Prouincialis ꝑfatũ R. Priorẽ grauauit in ipsũ priuãdo de facto et contra formã d. constitutionis; uerũ ẽt et q. a in talibus prorpit nullo facto processu cõtra tenorẽ nedũ d. cõstitutionis, cũ requiraẽ, ꝙ fit cõfessus, vel cõuictus, vt est dictũ, uerũ ẽt et cõtra formã iuris: cũ qñ procediẽ cõtra regularẽ ad effectũ puniẽdi, uel amouendi a suis administrationib. processus, q cõsistit circa merita ueritatis, seu delicti, et legitimã defensionẽ inquisiti, omitti nõ pos
6 sit, sed oĩno formari debeat. et sic ordo † substãtialis iudiciorũ seruari dẽt ꝑ tex. ĩ c. olim et ibi gl. in ver. de plano, et ĩ uer. copiã. et ibi optimè Io. And. n. 9. et Pet. de Anch. similiter n. 9. et Io. de Anan. n. 13. de accusa. et in

c.qualiter el 2.§.fi.nu. 3. & ibi prius Card. Floren.in prin.ubi similiter dicit,qđ qñ proceditur contra regulares,non est per omnia seruandus ordo iuris; ac ēt ꝙ regulares nō debent amoueri ab administrationibus sine causa.c.fi.§.fi aũt,& ibi gl.in uer.absq; iudiciorũ,de stat.monach.c.per tuas in fi.de Simo. Acchid.in c.si quis,nu.1.in fi.& seq. 18 q.2.& Alciat.in c.1.sub nu.47.de offi. ord. &hęcquoad secundum.

Deueniendo nunc ad tertium caput,qđ a dicto actu carcerandi d.R.Prior potuerit appellare; dico pro illius intelligentia duo præmittenda esse in iure, & unum in facto, quibus cognitis apperte apparebit appellare potuisse,

Et primo præmitto, quod antequam ad alicuius capturam deueniatur,inquisitionē, seu accusationem,iudici cōstare debere de-
7 lictum,† propter quod quis carceratur, esse commissum;prout latè tenet Bossi. cum per eũ citatis in sua prax.crim.i tit.de deli.n.53

Secundo præmittendũ est,qđ licet dicatꝰ
8 capturam esse arbitrariã † iudici,prout dicit Clar.statim allegan.qđ nihilominus iudex non põt deuenire ad carcerandũ aliquē nisi prius duobus concurrētibus;vnũ uidelicet, ꝙ pro illo delicto imponatur pęna corporalis,si esset probatũ:alterũ uidelicet,qđ ad talem capturã deuenire non possit,nisi pręcedentibus indicijs ex processu contra inculpatũ antea formato; prout dicit late Cla. in sua prax.crim.cũ allegatis per eũ q.28.col. 1.& seq.vbi pluries dicit ita seruari.&Boss. in d.sua prax.in tit.de capt.n. 3. ubi dicit,ꝙ ita decidunt cõiter Doct.& ꝙ ita boni iudices obseruant.& ita hodie seruari dicit etiã Blanch.in sua pract.crim.fol.25.num.68.

Tertio præmittendũ est in facto, ut dixi, per d.Prouincialē nullũ fuisse formatũ processum contra eundē Priorē: & sic nulliter, & de facto ad talē actũ illũ carcerari faciendi processisse, & per consequens appellare potuisse,ēt ſm formã d.Concilij; cum grauamen
9 irreparabile carcer † afferat, prout dicit Bal.in l.2.n. 10.in fi.& nu.6.C. de episco.audien.ubi ēt dicit a citatione reali posse apellari de iure canonico; puta si citatꝰ nō citandus a discreto iudice prout citãdus nō erat d.Prior a d. Prouinciali ad effectũ carcerandi, prout fecit,cũ aliquē processum cõtra eũ nõ formauerit,ut est dictum.& ꝙ carceratio sit præiudicium irreparabile dicit Soarez. in l.2.fori.in addit.4.nu. 1. & seq. fol.mihi 299.& hæc de tertio.

Et non solũ Prouincialis grauauit præfatum R.Priorem ex supradictis; uerum ēt & quia etiam post citationem & inhibitionem in eius personã execut.deputauit in eodem Conuentu Vicariũ Prouincialē contra formã præfatarũ cõstitutionum eiusdē ordinis c.9.par.3.ubi cauetur expresse, ꝙ de Vicario in aliquo monasterio per Prouincialē nō prouideatur,nisi in casu, quod Prior esset mortuus, uel quauis causa de eo fuerit priuatus. Cũ igitur, ut supra dictũ est, Prouincialis Priorē priuare non possit,remanet resolutũ,Vicariũ per eũ factũ esse factũ cõtra formã,& prohibitionē dictarũ constitutionum, & reuocari debere. Et hæc sufficiant & ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I. V.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Probationum & præsumptionum materia,ex testium,& aliorum consideratione discutitur in causa spectante ad S. Tribunal Inquisitionis.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares quando coniunguntur ad plenè probandum.*
2 *Confessio est actus reiterabilis.*
3 *Inimicitiæ causam non sufficit in genere probare.*
4. *Probatio nulla maior haberi potest,quam partis aduersæ confessio.*
5 *Inimicitia capitalis ex quibus contrahi dicatur.*
6 *Effectum respicientia cognoscuntur ab effectu.*
7 *Animi effectus cognoscitur per actus exteriores,*
8 *Inimici capitales reijciuntur a testimonio etiam in S.officio Inquisitionis.*
9 *Testibus attenditur tempus iuramenti.*
10 *Inimicus capitalis quis præsumatur.*
11 *Testibus in substantialibus inuicem contrarijs non creditur.*
12 *Testibus varijs in suis depositionibus non est credendum,ut periuris.*
13 *Testi sibi ipsi contrario non creditur & non reducitur ad concordiam de se ipso ad se ipsum.*
14 *Confessio delati diuidi non potest.*
15 *Conuersatio mala est mala vitæ indicium, & ibi plura de hoc.*
16 *Malus olim,etiam hodie præsumitur malus.*
17 *Præsumptio vna tollit aliam, præsertim si est specialis contra generalem.*

CONSI-

CONSILIVM LVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa D. Gasparis Patauini, pro illius facili intelligentia deueniendum esse duxi ad quatuor considerationes.

Prima videlicet in considerando personas testium.

Secunda in considerando erum dicta, & contrarietates.

Tertia considerando an aliquod indiciũ resultet contra eundem Gasparem, ex quo iuit in Germania cum Mutio teste cõtra d. Gasparem deponente, qui plura delicta ad huiusmodi Sanctissimum Tribunal pertinẽtia confessus fuit, & quale.

Quarta, dato, quod contra eundem ortum propterea sit indicium etiam sufficiens ad torturã, an illud sublatũ fuerit per testes & illorũ attestationes, seu dicta ad defensã d. Gasparis examinatos, quibus dilucidatis apparere possit, an dictus delatus in aliqua pœna sit condemnandus, uel torquendus, vel liberandus.

Et quoad primum circa personã d. Mutij, dico mihi videri eidem in aliquo nõ esse credendum, cum ex testibus examinatis ad defensam eiusdẽ delati appareat ipsum esse suum inimicum capitalem, prout deponit Bellina. 2. testis in ordine examinata ad defensam dicti Gasparis, dicens ex cõfessione
„ eiusdem Mutij § che Mutio & Andreanna
„ sono grandi nemici di Gasparo. § Et quod Mutius haberet pro inimico capitali eundẽ delatum; & ꝙ uolebat eum incarcerari facere, deponit similiter ex d. eiusdem Mutij frater Ioannes Baptista ordinis Seruorum sextus testis, & quod propter multas causas deuenerit inimicus idem Gaspar eiusdem Mutij; & propterea quod idem Mutius uellet facere, quod ipse incarceraretur, deponit similiter ex confessione eiusdem Mutij R. presbyter Ioannes Paulus Placentinus. 17. testis in ord. examinatus: & quòd idem Mutius pariter esset, & sit inimicus eiusdẽ delati, deponit etiã dicta Andreãna ad offensam d. Gasparis pluries examinata, prout constat processu ad offensam fol. 108. ter.
„ dicens § se bene Mutio & Gasparo erano
„ amici all'hora, perche presto doppo giun-
„ ti in Germania diuentorono nemici.

Ex quibus quidem testium depositionibus, licet singularium de tempore, cum in loco concordent, cum in diuerso tempore vnus separatus ab alio audiuerint dictum Mutium in carceribus confessum fuisse dictum delatum esse suum inimicũ, ut supra dictum est, plenè probari de dicta inimicitia, non uidetur dubitandum, cum sint contestes in facto principali, & nõ fuerint principaliter inducti ad probandum de confessione p d. Mutium reiteratis uicibus facta, sed de dicta inimicitia per confessiones, ita uoluit Castren. in cons. 380. incipien. iudex est minister nu. 2. in uer. item posito, uolum.
1 1. vbi expresè uoluit, plures testes † singulares de loco & tempore de pluribus confessionibus de delicto factis coniungi, & plenè de delicto probare; quẽ secutus fuit Socin. iun. in consilio 99. nu. 15. & seq. vol. 2. ac etiam Aymo in consilio 267. sub nu. 4 in uer. tertia, & ultima; & conclusiuè nu. 5. & in tracta. de antiq. tempor. in quar. par. principali, incipien. sed enim, num. 8. & 9. in uersi. sed in contrarium, & sequen. & num. 15. & sequen. & num. 18. & sequen. vbi per multa exempla corroborat hanc cõclusionem. Alex. in cons. 53. num. 4. in uer. ergo, vol. 1. vbi dicit confessionem esse actũ
2 reiterabilem, † & tali casu non posse dici testes singulares, Curt. iun. in consilio 64. num. 7. uolum. 1. & Castrens. etiam secutus fuit Dec. in consilio 650. num. 10. & Camerar. Beneuẽt. in suo cons. Matrim. post Cõs. Card. posito sub num. 9. latè Mascard. de probatio. in conclus. 379. num. 11. & seq. & hanc conclusionem nouissimè secutus fuit Pedroch. in cons. 2. nu. 141. & seq. & 147.
* & hanc esse communem opinionẽ dicit Ioseph Ludou. in decis. Perus. 9. nu. 14. & cõclusiuè nu. 15. 1. par. & ideo alios addere nõ curaui; etsi aliqui tenuerint contrariũ, quos breuitatis cã omitto; cum a communi opinione in iudicando & consulendo non uideatur recedi posse; prout firmat Ias. in cõs. 35. num. 11. volum. 3. & in cons. 76. num. 3. uol. eod. Soc. sen. in cons. 187. num. 9. uol. 2 Dec. in cons. 174. nu. 1. in fi. & in cons. 146. nu. 7. & Cassad. super regul. Cancell. decis. 12. num. 7.

Neque aliquid videtur obstare, etsi diceretur de aliqua inimicitia nedum de inimicitia capitali supradicta non probari: & quia testes prædicti de causa inimicitiæ, & eius qualitate in specie non deponunt, prout deponere testes debent, cum non sufficiat illã
3 in genere probare; † prout voluit Bal. in l. si quis testibus, num. 17. & seq. C. de testib. & in c. constitutus in fine, de rescript. quem secuti fuerunt in tracta. de testib. diuerso. Crot. num. 104. in 7. par. fol. mihi 428. & Campeg. in regul. 409. in versicu. decimoquinto, fol. 607. & tradit Pegna in Directo. Inquisito. ad quęstio. 67. in comment. 116. colum. 2. & sequen. 3. par. vbi resumit sexdecim causas inimicitiarum capitalium. Et quia dato quòd dicti testes sic in genere deponentes de inimicitia probarent nullam causam allegando, non videntur propterea deponere de prædita inimicitia capitali, excepto Fratre Ioanne Baptista sexto teste in ordine examinato: & per hoc, quod de ea non probet, cum unicus testis sit, l. iurisiurandi, C. de testib. cap. iam literis, in princ. eo. & Bertrand. in cons. 35. num. 9. in princ. volum. 4.

Quia ad hoc respondetur quoad primũ obiectum, quod ex quo habemus confessionem propriam dicti Mutij de inimicitia prędicta per supradictos testes probata, qđ de aliqua alia causa inquirendum non sit, cum causa tantum cognitionem inimicitiæ præstet, de qua nobis constat per illius confessionem; & sic confessio loco causę succedit quoad probationem dictæ inimicitiæ; cum nulla maior probatio † videatur haberi pos
4 se, quam eiusdem Mutij Cõfessio, ad dicta per eundem Pegna in d. Directo. Inquisit. ad tit. de defens. reo. in commet. 28. in prin. in 3. par. vbi inter cætera dicit ex dicto Fel. probationem, quæ fit per propriam confessionem fortiorem esse ea, quæ fit per testes, & rẽ notã facere, Bal. in Auth. sed nouo iure, nu. 6. C. si cert. petat. vbi dicit nõ esse exigendam solemnitatem probatoriam, vbi adest confessio partis: & Roma. conf. 329. nu. 11. in ver. nulla autem, quos idem Pegna ẽt allegat. & quod nulla possit haberi maior probatio, quam proprij oris confessio, dicit Surd. in conf. 105. nu. 16. vol. 1. Grat. in cõsil. 50. nu. 4. vol. 2. & habemus text. in l. cum te. C. de transact.

Quo vero ad secundum obiectũ respondetur ab effectu, vltra depositionem dicti sexti testis, cui addo Bellinum deponentem de magna inimicitia, licet non dicat de capitali, explicitè constare dictum Mutium esse capitalem inimicũ dicti Gasparis, quod sic probo: nam indubitati iuris est, ex insidijs paratis vitæ eius, cõtra quem is, qui parauit, vult testificari, contrahi inimicitiam
5 capitalem: prout & inimicitia † capitalis cõtrahitur, si quis aliquem accusauerit de causa capitali, veluti de homicidio, crimine lęsę maiestatis, rapinæ, de adulterio, seu de quolibet alio delicto, ex quo nascitur infamia; quod si fuisset probatum, imposita esset pœna mortis, abscissionis membrorum, confiscationis omnium, uel maioris partis bonorum, aut exilij: prout late dicit Pegna in d. commet. 116. col. 3. in ver. quarto, & in uer. quinto: ita quoq; ab effectu adiunctis depositionibus dictorum testium, & aliorum ad defensam examinatorum, tam super inimicitia deponentium modo, quo supra, quã super ab eo procurata carceratione, cum illum detulerit dicendo, quod mouebatur quia dictus delatus erat suus inimicus: manifestè apparet ipsum Mutium fuisse capitalem inimicũ eiusdem delati, antequã carceraretur; cum ex istis effectibus magis inimicitia capitalis in specie indicetur, quam inimicitia ipsa in genere, cum pluries cõfessus fuerit illam præcedere ultra d. Andreannæ de d. inimicitia similiter præcedẽte deponentis, ut supradictum est: manifeste apparet dictam inimicitiam esse capitalem, ita
6 arguit Bar. ab effectu cognosci † ea, quę effectum respiciunt pro illorum cognitione per multa exempla in l. constitutionibus in ver. pro cuius euidentia, ff. ad municipa. & de incolis: & facit Roya. in sing. 103. nu. 4. vbi dicit, ꝙ rei qualitas agentis intentionem demonstrat: & ex qualitate depositionis colligitur species intentionis, & nu. 3. in fi. et in tract. de hæretic. par. 1. nu. 536. vbi dicit, quod cum uoluntas sit inuisibilis, per actus exteriores cognoscitur, in quibus ani-
7 mi affectus † exprimitur, et nu. 538. vbi dicit, quod ex propria ui, et natura factum in se includit animum, et uoluntatem; et quod ex actu ẽt nullo, et minus solemni agentis intẽtio, et volũtas colligaẽ, dicit ibi. n. 539. et sic cum inimicitia generetur in animo, qui ex exterioribus cognoscitur, eius qualitas an sit capitalis per gesta, seu facta per inimicum

inimicum cognosci potest ex supradictis, et ad dicta optimè per Bal.in c.dudū, nu.3. de elect. ubi dicit, quod animus hominis cognoscitur multis modis; primo per affectū, secundo per effectum, tertio per signa.

Et sic cum appareat non bono zelo, sed ex fomite malignitatis, & odij deposuisse dictum Mutium contra dictum Gasparem, non est dubium in aliquo eidem nō esse cre-
8 dendum, cū penitus inimici † capitales reijciantur etiam in hoc sancto tribunali Inquisitionis; prout firmat Eymer. in Direct. Inquisit. in quæst. 67. 3. par. & ibi Pigna in dicto Comment. 116. in princip. ubi dicit ita
* communiter teneri. & idem Pegna ad tit. de defens. reor. in comment. 28. col. 3. ad fi. & seq. d. 3. par. fol. mihi 481. Zanchi. de hæreti. cap. 13. num. 3. & ibi latè addit. in ver. conspiratores, uel inimici capitales, quod prius firmauit Hostien. in summa in titu. de accus. §. quis possit. col. 3. in uer. admittitur, & uoluit Archi. per Eymer. citatus, in c. ut officium. col. 2. ante med. in uer. debent etiā inquirere, de hæret. in 6. Et ista sufficiat quoad inimicitiam capitalem dicti Mutij ostendendum, fuisse dicta.

Deueniendo nunc ad personā Andreannæ alterius testis, dico similiter in aliquo nō esse eidem credendū, considerata eius persona tantum, quatenus tempore primæ suæ depositionis esset concubina dicti Mutij, & sub eius custodia cum eo cohabitando antequam carceraretur, cum tempus iuramen-
9 ti & non depositionis attendatur: † ad dicta per Angel. in cons. 1. num. 4. etsi postea à tali concubinatu, & ab eo discessit, cū de concubinatu antecedenti, & quod cum eo permaneret dicta Andreanna, nō videatur dubitandum, stantibus eorum, & testium ad defensam examinatorum depositionibus,
10 cum inimicus † meus capitalis præsumatur etiam ille, qui cum inimicis meis capitalibus commoratur, prout dicit Card. Alex. in c. accusatoribus, num. 2. & ibi Dominic. de sancto Gemin. nu. 1. & Ioan. à Turrecrem. 3. q. 5. & voluit Hostiens. in summa. in tit. de accusat. in §. quis possit, col. 2. post medium. in ver. ergo. & idem Pegna in præfato comment. 116. col. 6. post medium. 15, causa: & propterea etiam dictæ Andreannæ ex hoc capite inimicitiæ capitalis in totum eius testimonium refelli clarum est, per iura & auctoritates desuper adductas. Et ista sufficiant quoad exceptionem personas respicientem.

Deueniendo nunc ad considerationem secundam, & sic ad dicta dictorum Mutij & Andreannæ, dico similiter ipsos etiam ex isto capite nihil probare, & quia unusquisq; sibi ipsi contrariatur in suis depositionibus, & in substantialibus omnes adinuicem sunt contrarij. Et quoad primum quod inuicem sint cōtrarij, patet; nam præfatus Mutius process. ad offensam fol. 51. Deponit, § che al primo abboccamento in Vellis fatto con il Barone vi erano N.NN. & Gasparo orefice. § Andreanna autem dicto processu fol. 67. ter. § dice, che la prima volta, che s'abboccò il Barone con la compagnia non vi fu presente. § Et de alia contrarietate apparet etiam dicto processu fol. 102. ter. vbi idem Mutius deponit, § che da Gasparo fu fatto il cortello, & chiodo assistente frà N. § Andreanna autē fol. 70. deponit, § che il cortello & chiodo lo fece fabricar Gasparo in Incino di commissione di Mutio; § prout & etiam de alia contrarietate constat dicto process. fol. 67. vbi Andreanna deponit, § che Gasparo portò seco libri, & l'Agrippa, & certi ponzoni da stāpar lettere. § Mutius autem fol. 101. ter. deponit, § che andò à Praga con Gasparo & N. § & Andreāna, § e che si comprò ponzoni da improntar lettere, & che si comprò anco Cornelio Agrippa, § prout & similiter constat de alia contrarietate dicto processu fol. 70. vbi Andreanna dicit, § chi furno fatte certe carte vergini di certi animali fatte da N. § & f. 71. dicit, § che sopra dette carte furono fatte cinque Pentacoli depinti da due pittori fatti uenir da Praga à posta. § Mutius autem fol. 102. deponit, § che ritornò à Praga con Gasparo, & si trouò carte vergini, e si fecero li pentacoli da un pittore. § & fol. 54. ubi dicit, § che gli cinque pentacoli furon fatti in Praga da vn pittore Bohemo, & Gasparo gli fece le carratteri. §

Prout etiam constat de alia cōtrarietate inter dictum Mutium & Andreannam existente; nā Mutius deponit d. processu fol. 8. § Che Gasparo fece vn'anello al Capitanio de Vellis con carattere, & vi ligò della calamita; & che Andreanna l'hà veduto à fare, & l'hà hauuto nelle mani. § Andreanna autē fol. 15. aliter deponit, & dicit, § che in

in Vellis Gasparo fece vn'anello per il Capitanio ad amorem, e l'anello era in forma quadra senza pietra. § & fol. 16. deponit, § che non hà visto, nè sà, che in tale anel lo s'habbia adoperato calamita. §

Quibus cõtrarietatibus inter dictos Mutium & Andreannam stantibus in substantialibus rerum, de quibus deponunt, nõ est
11 dubium nihil probare. † ad dicta per Soc. iun. in cons. 86. num. 23. uol. 2. Bursat. cons. 69. num. 27. uol. 1. Mars. cons. 20. num. 13.
* & hanc esse communem opinionem dicit
** Grat. in cons. 2. nu. 14. vol. 2. & magis com muniter tenere Doct. dicit Grammat. cum allegat. per eum in cons. 26. num. 20. in fin. & seq. in crimi. & uoluit optime Alexan. in cons. 34. nu. 6. & seq. vol. 3. & Diuus Tho. in 2. 2. quæst. 70. art. 2. in ver. ad secundum. in princip. fol. mihi 169. quem secutus fuit Sot. de iust. & iu. lib. 5. quæst. 7. art. 3. in ver. ad primum fol. mihi 484.

Quod autem in se unusquisque eorum in suis depositionibus varius sit, et de diuersa deponat, patet, nam Mutius d. processu ad offensam fol. 52. deponit, § che Gasparo et N. erano in Incina occupati à far lamie, e cortello con doi orefici. § fol. autem 53. dicit postea idem Mutius, § che il cortello e chiodo lo fece fabricar fra N. in Incina da un fabro alla sua presenza. § et infra folio 102. ter. deponit, § che da Gasparo fu fatto il coltello, et chiodo, assistente frà N. §.

Quod autem dicta Andreanna etiam sibi ipsi sit contraria in suis depositionibus, patet; nam fol. 66. et 67. ter. deponit, § che si trouò presente al trattar di Gasparo con Mutio dell'andata in Bohemia, et che Gasparo si abboccò con N. N. e che Gasparo sapeua bẽ la causa dell'andata, § fol. autem 106. eadẽ Andreanna deponit, § che Gasparo fù condotto da Mutio, ma non sà, se esso M. Gasparo sapeua perche: § Et etiam apparet ex hoc esse sibi contrariam dictam Andreannam; nam fol. 69. deponit, § che furno fatti cinque anelli da Gasparo, et da vn'orefice Todesco della città d'Incina, fat ti in Vellis Castello, § et deinde infra fol. 106. tergo. deponit, § che hà visto Gasparo con due, ò tre orefici à fare anelli, e lamie in Vellis. §

Et quod autem D. Andreanna sibi ipsi sit contraria, patet etiam ex hoc videlicet; nam dicto processu fol. 17. tergo. in fine, et seq. dicit, § che non sà cosa alcuna di alcuno N. che s'intenda di spiriti famigliari; nè meno hà sentito à dire mai à detto Gasparo, che s'hauesse alcun suo amico, che hauesse alcun spirito ligato in vn'anello. § et infra postea eod. fol. 18. dicit, § che hà sentito à dire à detto Gasparo, che hauea trattato con il signor de Vellis di farle hauere vno spirito, et che gli haueua ordinato scriuesse in Italia per far venir quello, che haueua tal spirito.

Et sic stante, quod dictus Mutius, & Andreanna sibi ipsi quilibet ipsorum contrariantur; & sint varij in eorum depositionibus, dubitandum nõ est, quod etiam ex isto capite aliquid pariter non venit eisdem cre
12 dendum, cum necesse sit esse periuros. † ad dicta latè per Alex. Stiati. cum allegatis per eum in cons. 117. sub num. 43. in fine, etiam inter consilia crimin. diuers. volum. 1. Petr. Foller. inter eadem cons. crimin. cons. 138. num. 1. ubi etiam dicit, vario non esse credendum, & ad concordan. non admitti, nec reduci, d. vol. 1. & Bertrand. in consil. 228. num. 2. vol. 7. & in cons. 85. nu. 1. volum. 1. par. 1. & Specul. in tit. de teste. §. 1. nu. 89. in fine. Et quod si testis dixerit contrarium in secundo examine illius, quod dixit in primo, neutri dicto stetur, dicit idem Specul. in præcitato loco. num. 72. & uoluit Bal. in Auth. at qui semel, num. 7. C. de probat. Et hæc dicta sint quoad contrarietatem, & variationem supradict.

Et qđ testi sibi ipsi cõtrario nõ credatur,
13 & non reducatur ad concordiam † de se ipso ad se ipsum, firmat Aret. in cap. cum cau-
* sam. num. 12. vbi de communi. de testib. & l. qui fal sò, vel variè, & ibi glo. ff. eod.

Et non solum ex dictis per Andreannam contrariatur dicto Mutio in substantialibus circa res, de quibus deponunt, uerumetiam & alij testi, qui forsan est Emanuel Hebræus: nam dicta Andreanna fol. 17. tergo. deponit, § che Gasparo venne in discensione con l'Ebreo, perche detto Ebreo diede à Gasparo da far vn'anello, doue si haueua da ligar questo spirito, ꝑche da poiche Gasparo l'hebbe fatto, non lo voleua dar più, dicendo che lo uoleua trattener per la mercede d'altri anelli fatti, & per questo vennero à rottura trà loro. §

Hebræus autem dicit fol. 12. ter. § che Gasparo non gli ha fatto mai alcun anello,

& fol.

& fol. 13. ter. { che di certezza non sà cosa alcuna, che Gasparo habbia intelligenza di cose di spiriti, & che non hà inteso da alcuno, che questo Gasparo habbia cognitione alcuna di spiriti familiari. }

Et non solum in substantialibus circa ea, de quibus deponunt, contrariatur D. Andreanna Hebreo; verumetiam & idem Mutius; nam Mutius deponit fol. 10. { che Gasparo hebbe quaranta sigilli da Emanuel Ebreo. } & fol. 11. dicit, { che gli diede à Gasparo, perche gli desse un'anello solare & Agrippa.

Hebreus autem fol. 13. ter. deponit { hauer dati detti sigilli di Salamone à Gasparo, perche gli dissegnasse sopra una carta pecora, hauendo lui Gasparo la mano ferma, ma che doppo dimandandogli, lui gli rispose, che essendosi andato à confessare l'haueua abbruggiati, pensando, che fossero cose prohibite, } quod repetit folio 30. ter. & fol. 31. idem Hebræus deponit, (che non promise, nè diede niente à Gasparo, ma lo faceua per l'amicitia, che haueua cō suo padre.) & fol. 32. (che lui non sapeua, che Gasparo hauesse Agrippa; e che non è uerisimile, che lui volesse hauer detto libro & anello per si poca cosa.

Quibus contrarietatibus stantibus non est dubium dictos testes in aliquo non probare, per iura & auctoritates desuper allegat. vltra quod dictus Hebræus deponit ad fauorem dicti Gasparis; prout & deponit D. Iacobus Grompus alter testis, ut inf. dicetur. Et hæc dicta sint quoad primam & secundam considerationem.

Et propterea remanet etiam resolutum, cum aliqua fides dictis testibus danda non sit circa per eos attestata, per supradicta, & per hoc aliqua præsumptio non militet contra dictum Delatum circa equum emptū per ipsum in Germania, standum esse cōfessioni ipsius, quod illum emerit de pecunia ab eo mutuò habita, & de sua; prout ipse dicit

14 in suo constituto, cum confessio † ab ipso Delato facta acceptanda sit cum qualitate illi adiecta, nec aliter diuidi possit, quod fortius uolunt Doctor. & si delicto confessato qualitas adijciatur, quod non est in casu nō stro, cum confiteri emisse equum, delictum non sit, & qualitas adiecta, quod emerit de suo reijci non possit, ad dicta per Marsi. in fortioribus terminis in cons. 136. num. 28. & seq. ubi sub nu. 31. dicit communiorem esse opinionem contra Bar, qui aliter uoluit in qualitate adiecta delicto, in l. Aurelius. ff. de liber. lega. & ante Mars. hoc idem voluit Salyc. in l. uni. nu. 7. in ver. oppone quarto, & num. 8. C. de confessis. & Alex. latè in cō si. 80. num. 5. & seq. uol. 7. ubi dicit, quod si vir confitetur habuisse copulam carnalem cum aliqua muliere, non tamen animo accipiendi eam in vxorem, quod talis confessio non potest separari, seu diuidi, sed debet, aut in totum acceptari, aut in totum refutari. & Cyn. in l. 2. num. 5. C. de donat. ante nupr. ubi dicit, quod quando confessio continet connexa non potest diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte refutari.

Nunc deueniendo ad tertiam considerationem, dico, quòd videtur sufficiens indicium nasci contra dictum Delatum, vt possit torqueri, stante quòd iuerit in Germaniā cum dicto Mutio, stātibus delictis per eundem Mutium confessatis, ad dicta per Gandi. in tract. malefic. in rubr. de præsumpr. & indoci. dubita. sub nu. 3. in uer. item habet iudex, ubi dicit, quod iudex debet indagare, cum quibus hominibus, & per quæ loca cōuersabatur de crimine inculpatus, quem intendit aggrauare, & torquere; quoniam

15 mala conuersatio † est malæ uitæ indiciū; & ex mala conuersatione etiam bonus efficitur vitiosus; & qualis quisque est, talium consortio delectatur; & idem firmauit Bal. in tract. de quæst. & torment. in primo cap. num. 10. & uoluit etiam Guid. de Suzza in tract. de indic. & tortu. sub nume. 32. & repertorium Inquisitorum in uer. conuersatio. & ibi etiam additio. columna 1. fol. mihi 188. & seq.

Tamen omnibus pensatis mihi uidetur dicendum, & sit resolutio quartæ considerationis, dictum Delatum non existere indiciatum ad torturam, sed supradictum indicium annihilari, & extingui stātibus probationibus per eundem delatum factis eius bonæ qualitatis, uocis, & famæ; & quod semper conuersatus fuerit cum bonis & religiosis hominibus; & quod ignoret tales annulos facere, de quibus inculpatur, cùm iudex non solum de supradictis inquirere debeat ad cognoscendum qualitatem rei, ut illum torquere possit, sed etiam unde ipsum possit releuare; & sic inquirere, cuius uitæ primo fuerit; & an talia, uel consimilia,

de

de quibus inculpatur ad præsens, facere cõ sueuerit, cum de unoquoque bonum, uel malum præsumamus, consideratis primo agitatis ab illo; & sic si olim fuit malus; ho-
16 die malus præsumitur. † Ita uoluit Gand. in præcitato loco nu. 3. in fi. in uer. his namque pensatis, & num. 4. & seq. & similiter in dicto loco Guid. de Suzza. num. 33. in uer. item indaget, & num. 34. in princip. & Bal. similiter in loco præcitato num. 11. in uers. item inquirat. Quibus addo pro firmo, & stabili fundamento dictæ quartæ & ultimæ considerationis, depositionem D. Iacobi Grompij, de qua in processu fol. 60. & seq. Ex qua apparet dictum Gasparem res ordinatas à dicto Mutio fieri facere noluisse, cum essent pertinentes ad artem magiam, & eidem restituisse ducatos decem, quos idem Grompius dederat eidem dicendo, quod faceret illud, quod dictus Mutius ordinasset. Ex quo facto non est dubium, cũ afferat certitudinem, nedum præsumptionẽ suæ bonæ qualitatis, & fuisse, & esse alienũ à talibus delictis eidem obiectis per dictũ Mutium & Andreannam, uideri annihilatum, & extinctum præfatum indicium adiunct. cum alijs considerationibus, & depositionibus testium ad eius fauorem examinatorum, ad dicta per supradictos Doct. ultimo loco citatos: & quia per unam præ-
17 sumptionem † tollitur alia, præsertim si est specialis contra generalem, prout in casu nostro, & si una est efficacior altera. ad dicta per Decia. in cons. 91. num. 40. uol. 3. Ioan. de Amic. in cons. 37. & Barthol. Veronen. in cons. 2. num. 12. in ciuil. uol. 1. Et fuit per sanctissimũ Tribunal relaxatus sine aliqua pęna impositione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Testium discussio in causa prætensi matrimonij. & est materia, de qua in cons. præceden. 34.

SVMMARIVM.

1 *Testis nimis cito respondens præsumitur falsarius, seu mendax.*
2 *Testis suspecto non creditur.*
3 *Testes non confessi, nec communicati debito tempore paschalis non probant.*
4 *Testis si contradicat principali, statur dicto principalis, & non testis, nec inter eos ulla sit concordia. & nu. 21.*
5 *Obligatus ad duo non releuatur per adimplementum unius tantum.*
6 *Testis affectus parti pro qua deponit non probat.*
7 *Testes patientes plures defectus omnino reijciuntur.*
8 *Sponsalia de futuro ut cõtrahantur, quid requiratur.*
9 *Testes recitantes uerba ab aliquo prolata debent concordare etiam in cortice uerborum, alias non probant, & dicuntur contrarij. & nu. 10.*
11 *Testis, propter metum subornationis, non potest ex interuallo dictum suum corrigere, seu illi aliquã qualitatem addere, ut euitaret singularitatem & contrarietatem.*
12 *Lenocinia committentes incurrunt infamiam.*
13 *Testis tractans de se exonerando reijcitur.*
14 *Testis uilitas facit illum corruere, & a testimonio repellere.*
15 *Testis unicus non probat.*
16 *Testis ut probet semiplene, requiritur quod sit idoneus, seu omni exceptione maior. & nu. 18.*
17 *Probatio semiplena ut per unicum testem facta dicatur, oportet testem inducentem articulare & probare, quod sit omni exceptione maior, alias succumbet.*
19 *Apothecam communem habentes censentur una & eadem persona.*
20 *Contrario in suis depositionibus non est credendum.*
22 *Testibus, quorum authores repelluntur, credere absurdum est.*
23 *Dictum principalis reijcitur, ubi testis ab eo inductus illi contrariatur.*
24 *Seruientes & ancillantes ueniunt appellatione domesticorum, qui pro dominis suis idonei testes nõ sunt.*
25 *Testis deponens de auditu a principali probat.*
26 *Index non solet applicare animum suum ad unam speciem probationis tantum, sed ad plures, ut ueniat ad unum animi finalem conceptum non indigentem alio adminiculo.*
27 *Probatio imperfecta per contrariam imperfectam eneruatur.*

CONSILIVM LVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa Iunia debet obtinere D. Pompeius de Specchis, ac liberari & absolui à prætensis sponsalibus inter ipsum, & D. Albam Iuniam aduersariam contractis; attento quod eadem D. Alba intentionem suam non probauit, & quia testes pro parte sua examinati idonei non sunt. Et quia si idonei essent de talibus

bus

bus assertis sponsalibus nō probant, & quia dictus Dominus Pompeius probauit contrarium.

Et incipiēdo per ordinem à testibus pro parte dictæ aduersariæ examinatis, dico nihil probare Dorothæam vxorem ser Nicolai primo loco examinatam. Primo quia antequam eidem legerentur articuli
1 dictæ D. Albæ Iuniç. ipsa † deposuit, prout constat regesto fol. 1. terg. Cum propterea falsaria præsumatur; prout dicit Barbat. in cons. 1. num. 32. vol. 1. Iacob. Petr. de Ptolome. in repet. l. admonendi, sub num. 215. ante fi. ff. de iureiur. & facit Roya. in sing. in fauorem fidei. 204. num. 4. vbi dicit, quod qui cito respondit, præsumitur mendax.

Vlterius caret fide eadem Dorothęa, cū dicto process. fol. 2. deponat, § che è amica di detta madonna Alba, essendo stata sua nena, & che sarà sua amica fin che viuerà, & che in casa di essa vi pratica, & vi và ogni giorno, & gli fà delli seruitij, & ella gli dà
2 da mangiar, & da beuer. § Vnde testis † suspecta redditur, prout dicit Barbat. in cons. 47. nu. 7. volum. 2. & credi non debet cum testi suspecto non credatur. Imol. in consil. 102. num. 9.

Tertio eidem in aliquo non debet credi, quia eodem process. fol. 3. deponit: § Non mi son communicata da vn'anno in quà, perche prima hò uoluto esser destrigata del la mia essamine, e poi voglio confessarmi, & communicarmi, & per il passato mi son cōfessata alli tempi debiti, da Pasqua. § Cum
3 dubium non sit, quod testes † non confessi, nec communicati debito tempore Paschatis nō probent; prout dicit Peregrin. in decis. nouiss. Rot. Rom. decis. 339. li. 3. Ruin. in cons. 106. num. 6. uol. 5. Rolan. à Valle in cons. 24. num. 73. & seq. uol. 1. & Bursat. in cons. 331. num. 39. uol. 3. refert, & sequitur Viui. in sua Sylua opin. 971. nume. 3. lib. 3. exclusa opinione aliorum aliter tenentium. quos recenset ibidem num. 9. & seq. & cum illis concordat etiam Soc. iun. in consil. 32. num. 25. & seq. uol. 2.

Nec ad hoc aliquid refert, si dicatur ex testimonialibus R. Presbyteri Ioannis Solerij Bononien. officiantis in Ecclesia sancti Geminiani, apparere, quod eadem Dorothęa in anno præsenti debito tēpore Paschatis eidem presbytero confessa fuerit, tum quia cōtrarium deposuit ipsamet Dorothęa; prout apparet in desuper circà hoc relatis: vnde infringitur in totum testimo-
4 nium dicti Presbyteri, cum si testis † contradicat principali, stetur dicto principalis, & non testis, adeo quod nulla inter eos fiat concordia, prout firmat optimè Roman. in cons. 391. num. 8.

Tum etiam quia non solum obligat Ecclesia, ut quis cōfiteatur dicto tempore peccata sua Sacerdoti; sed etiam ut sanctissimā Eucharistiæ sacramentum sumat. per c. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. qđ minime fecit dicta testis. Et sic cum ad duo
5 † copulatiuè teneretur ad hoc, vt ex isto capite eius testimonium non redderetur nullum; prout redditur per adimplementum unius tantum non relevatur, ad dicta per Bal. in l. conuenticulam. col. 3. ante fi. in ver. item est argumentum ab effectu, C. de episcop. & cleri. & est tex. in l. unde. §. ius autē & ibi glo. in uers. competere, ante fin. ff. de itin. actuq; priuat. l. fi. §. air lex, & ibi glo. in uer. auctoritas, & Odofre. num. 2. ff. de diuort. & Spec. in tit. de teste. §. 1. nu. 95.

Quarto reijcitur dicta testis, & aliquid eidem non venit credendum, cum etiam deponat in dicto eius examine dicto processu fol. 4. Quod desiderat dictam Albam aduersariam causam huiusmodi vincere, & dictum D. Pompeum illā perdere, per hęc verba, videlicet, § Signori sì, che desidero che la detta modonna Alba guadagni questa causa, e pensate voi se lo desidero, & desidero anco che la perda il detto M. Pompeo per honor della puta, & della casa sua.)
6 cum testis † sic deponens pro illa parte, pro qua deponit, non probet; prout dicit Alex. in cons. 150. num. 13. in fi. uol. 5. & Ant. de Rosell. in cons. 43. num. 7. inter matrimonia diuers. uol. 1.

Ex quibus exceptionibus remanet resolutum, nedum ex uno capite, sed etiam ex quatuor capitibus aliquam fidem dari non posse dictæ Dorotheæ per desuper dicta.

Quod etiam cōfirmatur ex illo alio iuris fundamento, quod testes plures defectus
7 patientes omnino reijciantur, † prout dicit Cephal. in cons. 65. num. 27. uol. 1. ubi dicit propter duos defectus omnino testes reiici, Bursat. in cons. 70. num. 42. in fi. & sequen. uol. 1. Rimin. iun. in cons. 66. num. 38. uol. j. quod prius uoluit Mars. in sing. 385. & idē Rimin. in cons. 69. num. 8. inter crimin. diuers.

uers. uol. 2. & ratio est, prout ipse dicit nu. 9. quod sicut plura adminicula ampliant probationem, ita etiam plures defectus eã destruunt, & annihilant.

Nec circa depositionẽ dictæ Dorotheæ omittere uolo unum dicere, quod est, quod nihil probat de assertis sponsalibus, & si dictas exceptiones non pateretur, prout patitur, cum deponat dicto processu fol. 1. terg. per hæc uerba, uidelicet, (E mi son ridotta ad esser esaminata per causa di questo negotio di matrimonio, come che M. Pompeo hà promesso à madonna Alba, laqual mi hò alleuata, ilqual M. Pompeo mi diede una scatolla con una veretta dentro, & un paro de uanti, dicendomi tolè, e portella à madonna Alba per honor di matrimonio, che altra che lei non sarà mia mogliere, ne hò da dire altro:) Et quia habet in contestem ser Nicolaum Stratiarolum eius maritum ultimum testem in ordine examinatũ, illius uerba referam, ut & illius testimoniũ refellam, nam dicto process. idem testis deponit, videlicet, (Venne à casa mia à san t'Anzolo il detto M. Pompeo, e disse à mia moglier, donna Dorothea portè questa uera, e questi guanti con la scatolla à madonna Alba, che non conoscerò altra sposa, che lei per questi santi Euangelij, facendo la Croce, che mi sentì queste parole.) Et infra (il detto signor Pompeo quando giurò per questi santi Euangelij facendo il segno della Croce, non vi erano altri, che mia moglier.) Et infra (io non uiddi à dar la detta scatolla dal detto M. Pompeo à mia moglier; ma solamente sentij le parole come hò detto, perche lui mi era poco discosto, essendo tutti tre nella mia Bottega.

Ex quibus uerbis primo elicio hanc conclusionẽ, quod si prædicti testes probarent; prout non probant, ut infra dicam illorum uerba ponderãdo, quod de asserta promissione ducendi in uxorem; prout dicit dicta Dorothea, seu in sponsam; prout dicit idem Nicolaus, dictam D. Albam, attento quod ad effectum, ut inter aliquos contrahantur sponsalia de futuro non sufficit quod unus in absentia alterius promittat aliquam in uxorem uelle ducere; sed opus est, è conuerso, ut eadem eidem uersa uice mutuo cõsensu promittat in suum uirum illum velle reci-
8 pere, † per tex. formalem in c. si inter uirum, & ibi not. in primo not. Abb. & Anton. de Butr. Card. Florent. num. 3. in fi. Præposit. num. 1. ante fi. & Alex. de Neuo in secundo not. de sponsal. cap. 2. & ibi idem Præposit. num. 6. & in c. ex literis, il secundo, eodem sequitur Goffred. in summa. num. 4. eod. & dicit Marsil. de Grass. in consil. 17. num. 1. inter matrimonia. diuers. uol. 1. quod cum non fuerit factum in casu nostro, non est dubium de aliqua promissione non constare.

Et redeundo ad illorum uerba similiter dico aliquid non probare, quia sunt ad inuicem contrarij præfati testes, cum de formalibus uerbis assertis prolatis per eundem D. Pompeum diuerso modo deponãt, cum dicta Dorothea deponat uidelicet (M. Põpeo mi diede una scatolla con una ueretta dentro, & un paro de uanti, dicẽdomi tollè & portella à madonna Alba per honor di matrimonio, che altra che lei non sarà mia mogliere,) Nicolaus autem eius maritus aliter deponat, & dicat, (il detto M. Pompeo disse à mia moglier, portè questa uera, & questi uanti con la scatolla, che non conoscerò altra sposa, che lei per questi santi
9 Euangelij.) Cum quando testes † recitãt uerba ab aliquo prolata, debeant concordare etiam in cortice uerborum, aliàs dicuntur contrarij, & non probant, prout firmat Ant. de Butr. in cap. nihil. num. 2. ubi etiam dicit ita iudicatum fuisse, & ibi etiam Abb. eodem num. 2. de uerb. signif. optimè Alex. omnino uiden. in cons. 176. num. 1. & seq. uol. 7. Cattellia. Cott. in memorialibus suis in uer. testes concordantes. uers. sed limitari, Ias. in l. fi. num. 18. C. de bono. possess. secund. tabul. Corne. in cons. 68. in princip. Ruin. in cons. 149. num. 3 1. uol. 3. & Alber. de agnoscen. cath. assert. q. 34. num. 47. & quæst. 35. nu. 8.

Vlterius dicta Dorothea, & eius maritus sunt uarij & cõtrarij, quia dicta Dorothea dicit dictum D. Pompeium eidem dedisse dictam scatollam (dicendole tollè e portella à madonna Alba per honor di matrimonio, che altra che lei non sarà mia moglier, ne hò da dir altro,) & sic nullo facto uerbo, quod iurauerit (per questi santi Euangelij, facẽdo la Croce,) imò dicendo, quod aliud dicere non debebat; dictus autem Nicolaus eius maritus aliter deponit, & dicit, (detto signor Pompeo disse à mia moglie Dorothea portè questa uera, e questi guanti con la scatolla à madonna Alba, che non

ccno-

conoscerò altra sposa che lei, per questi san
ti Euangelij, facêdo la Croce, che mi senti
queste parole, ʒ & ideo etiam dicta contra-
rietate stante non est dubium aliquid ipsos
10 non probare, † prout dicit Soc.iun.in cons.
86.num. 23.vol.2. Bursat. consi. 69. nu. 27.
vol. 1. Mars. cons. 20. num. 13. & hanc esse
* communem opinionem dicit Grat. in cons.
2. num. 4. uol. 2. Alex. in cons. 34. num. 6. &
sequen. ubi de magis communi attestatur,
volum. 3.

Neque obstat si postmodum ex interual
lo contra formam decreti Reuerendissimi
& Excellentissimi D. mei, qui tantum man-
dauit contestes examinari, & nô testes prius
examinatos reexaminari, fecerit dicta Do-
rothea reexaminata, & suo primo examini
adijciendo, dixerit, & deposuerit, vt effice-
retur côtestis cum suo marito, quod in pro-
ferendo uerba per eam relata, quando eidê
dedit dictam scatollam dictus D. Pompe-
ius, quod iurauerit ad sancta Dei Euange-
lia, nedum quia nulliter fuit reexaminata, vt
est dictum, verû quia ex interuallo propter
metum subornationis non potuit dictû suû
11 † corrigere, seu illi talem qualitatê, vt eui-
taret singularitatem, & contrarietatem ad-
dere. per c. praeterea in fi. de testib. cogend.
& Socin. sen. in cons. 277. num. 6. circa me-
dium. vol. 2.

Nec omissum esse volo eundem Nico-
laum eius maritum etiam de falsitate con-
uinci, cum dixerit dictum D. Pompeium,
ʒ che non torrò altra sposa, che lei per que-
sti santi Euangelij, facendo la Croce, che
mi senti queste parole, ʒ & infra ʒ io non
viddi à dar la detta scatolla dal detto signor
Pompeo à mia moglie, ma solamente sentij
le parole, come hò detto, perche lui mi era
poco discosto, essendo tutti tre nella mia
Bottega. ʒ Cum non potuerit attestari, nisi
falsò vidisse facere dictum signum Crucis;
prout ipse dixit remoto ab actu sensus vi-
sus. Cum tale signum fuisse factum nô per-
cipiatur sensu auditus: sed per sensum visus,
& sic falsum deposuit, cum dixerit, ʒ & fece
il segno della Croce, ʒ illum non uidendo,
& sic ex isto capite falsitatis etiam reijcitur
iuribus vulgaribus.

Quibus addo dictos testes tractare de se
exonerando dicêdo talia verba, de quibus
supra, cum aliàs reputarentur infames pro-
pter speciem lenocinij, portando talia do-
na dicta Dorothea marito consentiente di-
ctae D. Albae Iuniae uti amasiae dicti D. Pô-
12 pei, cum lenocinia † committentes infamiâ
incurrant, prout dicit Alex. in cons. 150. nu.
7. uol. 5. & quod quando testis tractat de se
13 exonerando, reijciatur, † dicit Rimin. iun.
in cons. 26. num. 39. cum allegatis per eum
uolum. 1. & Aymo. in cons. 99. numero 2. in
fine, & sequen.

Et etiam repellûtur dicti testes, & aliquâ
fides eisdem non uenit adhibêda, quia sunt
vilissimi, & in nimia paupertate constituti,
14 & quod uilitas testis † faciat in totum cor-
ruere, & à testimonio repellere, dicit Ay-
mo cum allegatis per eum in cons. 9. num.
14. quod prius uoluit Feder. de Sen. in côs.
220. num. 4. in uer. item Bartholamaeus. &
quod constituti in nimia paupertate omni-
no reijciantur à testimonio, dicit Alex. de
Neuo in cons. 35. nu. 20. inter matrimonia.
diuers. uol. 1. Et ista sufficiat, quoad tota-
lem exclusionem dictorum duorum testiû
tantos defectus patientiû, ultra quod nihil
releuanter deposuerint, prout supra firma-
tum est.

Deueniendo nunc ad Camillû Seghet-
tum secundum testem in ordine examina-
tum, dico similiter, nihil probare, etsi depo-
nat, quod dictus D. Pompeius promisit du-
cere in uxorem dictam D. Albam Iuniam
tam d. Plautillae eius matri in absentia dictae
Albae, cum esset circa unam horam & me-
diam nôctis, quam eidem D. Albae in absen
tia matris, etiam cum iuramento; ac ipsam
D. Albam uice uersa eidem promisisse vel-
le ipsum in suum virum accipere, dicendo
similiter quando fuit facta talis promissio,
quod erat circa unam horam & mediam no
ctis, nullum contestem habentem, cum du-
15 bium non sit unicum testem † non probare,
prout dicit Ruin. in cons. 158. nu. 9. vol. 5.
Alex. in cons. 150. num. 6. in fin. uol. 5. Ber-
trand. in consil. 35. num. 9. uolum. 4. Socin.
iun. cons. 86. num. 38. uol. 2. Natt. in consil.
316. nu. 7. in fi. uol. 2. c. in omni. in fi. de test.
& l. ubi numerus. ff. eod.

Et non solum non probat; verumetiam,
nec facit semiplenam probationem, cum
16 ad hoc ut testis † semiplenè probet, requi-
ratur, quod sit idoneus, seu omni exceptio-
ne maior, prout dicit Bart. in l. admonendi,
sub num. 36. & ibi etiam Angel. num. 9. ff.
de iureiur. Rolan. à Val. in cons. 50. nu. 16.
in fi,

in fi.& seq.uol.2. sequitur Viui. in sua sylu. opin.941.num.1. post lib.3. ubi etiam subdit num.6.quod ille testis dicitur omni exceptione maior, seu idoneus, cui nulla exceptio opponi potest, & annot.ad sing.primũ. Mathes.num.22.

Et ideo ad hoc, vt semiplena probatio per unum testem dicatur facta oportet inducentem testem articulare, & probare, qđ sit omni exceptione maior, aliàs succũbet,
17 † prout dicit Viui. in præcitat. opinio. sub num. 1.in fi.quod latè prius uoluit Gramm. in cons.35.num.37.in fi.& seq.in crimin.& Rolan.a Val.in præcitato loco, ubi dicit dictum secretum uerbum sæpius sibi honorẽ fecisse in practica, quod minimè fuit articulatum, nec probatum per partem aduersam in casu nostro; prout nec probari poterat talem testem esse omni exceptione maiorem; cum secum exceptiones in totum destruentes eius depositionẽ portet, ut statim dicet.

Et quod portauerit secum exceptiones patet, nam idẽ testis dicto processu fol. 19. deponit, qualiter est amicus dictæ D.Albæ aduersariæ, ac totius eius domus, & propterea testẽm omni exceptione maiorem non esse, nec semiplenè probare, prout dicit Angel.in d.l.admonendi, sub num. 29. in ver. fallit. ff. de iureiuran. ubi dicit unicum testẽ
18 † non facere semiplenam probationem, si non est omni exceptione maior, ueluti si est cõsanguineus, uel amicus partis illum producentis, & est text.in l.3.in uer. uel amicus ei sit, pro quo testimonium dat.ff.de testib.

Et non solum portat secum dictam exceptionem idem Camillus; uerumetiam, & aliam, videlicet familiaritatis, & conuersationis quam habet in domo dictæ Albæ, cũ ibidem etiam habeat apothecam communem cum D. Plautilla matre dictæ D. Albæ, quæ una & eadem persona censeri de-
19 bent, † Mars.in l.unica.num.6. C. de raptu virgin. in qua domo etiam dicit comedere ad sui libitum, prout deponit super interrogatorio in fine facto super 9.artic.partis aduersæ, & per quam magna sit familiaritas eius, videantur eius uerba dicto process.fol. 24. cum propterea dicto testi aliqua fides non ueniat adhibenda, prout uoluit in terminis Alex.de Neuo in dicto cons. 35. nu. 21. per iura per eum ibidem allegata inter matrimonia diuers.uol. 1. ultra quod dictus testis possit dici etiam domesticus, ex quo facit apothecam in eadem domo D.Albæ, & propterea etiam eadem ratione domesticitatis repelli.per l.etiam.C.de testib.

Et non solum nulla fides debet adhiberi dicto testi per supradicta, verumetiam & quia est sibi ipsi contrarius, & periurus, nam quando prima vice fuit examinatus super primo articulo partis aduersæ deposuit fol. 20.& sequen. quod una vice D. Pompeius promiserat D.Plautillæ matri dictæ D.Albæ in absentia eiusdem Albæ uelle ducere in uxorem dictam D.Albam eius filiam, & in alia vice promisisse dicit dictæ D. Albæ similiter in absentia matris, & quod aliud non sciebat super dicto articulo. Secunda autem uice, quando medio eius iuramento fuit examinatus super interrogatorio facto super decimo articulo eiusdem aduersariæ, in fine deposuit contrarium, & dicit, § ma delle promesse che le hà fatto di pigliarla per moglie l'hò sentito più & più uolte, § Prout & sibi ipsi contrariat etiam idem testis in primo examine, cum sub folio 20. & seq.deposuerit; ut est dictum; fol. autẽ 24. eodem process. aliter deposuerit per hæc uerba uidelicet, § doue che detto M.Pompeo dimandò essa madonna Alba per moglie à sua madre, che detta madonna Alba era in letto in camiscia sù la sponda del letto, & esso M. Pompeo era li appresso di lei in piedi, che ciò fù da quattro, ò cinque mesi, che li promisse, § Quibus contrarietatibus in suis depositionibus stantibus dubium non est aliquid eidem non esse cre-
20 dendum † ad dicta per Specul. in tit.de teste.§.1.num.89.in fi. Alex. Stiati. cum allegatis per eum in cons.116.sub num.44. inter crim.diuers.uol.1.Petr. Foller. inter eadem crim.cons.138.num.1.ubi etiam dicit vario non esse credendum, & ad concordiã non admitti, nec reduci.eo.vol.1.Bertrand. in cons.228.num.2.uol.7.& in cons.85.nu.
* 1.uol.1. prim. par. & hanc esse communem opinionem dicit Aret.in c.cum causam. nu. 12.de testib.

Vlterius ad improbandam fidem dicti testis adduco aliud fundamentum, nam dicta D.Alba aduersaria ponit & articulatur sub septima & octaua positione, quod dictus D. Pompeius commercium carnale secum habuit de anno 1593. ex quo eidem promiserat uelle ipsam in vxorem ducere. Dictus Camillus autem deponit d. processu fol.24.

fol. 24. § Che ciò fù da quattro ò cinque mesi, che li ꝓmesse, § & sic discordat à principali, & propterea etiam ex isto capite nihil venit eidem credendum, cum si contrarietur testis principali, stetur dicto princi-
21 palis, † & non testis, adeo & taliter quod nulla cõcordia inter eos sit facienda, prout dicit Rom. d. conf. 391. num. 8. quibus exceptionibus stantibus non est dubium in totum sublatum esse omnem fidem dicto testi, cum duo, vel plures defectus testes patiẽtes in totum reijciantur per auctoritates desuper adductas: quas propterea hic omissas esse uolui, ad illas me referendo.

Quò vero ad Mariettam tertiam testem in ordine examinatam, ac Elisabeth quartã testem successiuè examinat. & Gentilem quintam testem similiter examinatam, vno verbo me expediẽdo, dico aliquid nõ probare de assertis spõsalibus, cum omnes deponant de auditu a d. D. Alba, & à D. Plautilla eius matre, cum testibus non credatur, qui dicunt audiuisse ab illis, quibus non crederetur, si fuissent examinati, cum absurdũ
22 esset testibus † credere quorum auctores repellerẽtur; prout firmat Aym. in cõs. 113. num. 13. & in conf. 41. num. 2. & in conf. 6. nu. 66. in fi. & seq. Rimin. Iun. in conf. 152. nu. 3. vol. 2. & Castren. in conf. 299. num. 2. post princip. vol. 2. & in consilio 284. nu. 2. eodem vol.

Et cum aliquid non probent dictę testes per supradicta, ideo vlterius non insistam in demonstrando exceptiones, quę contra earum personas militant, amicitiæ, & familiũ, prout ipsæ deponunt vnum tantum dicẽdo, quod Elisabeth quarta testis cum vocauerit in contestem R. P. Pium Bononien. Congregationis Canonicorum regularium sancti Saluatoris ad velandum eius lenociniũ, & turpitudinem suam, cum pluries de eius consensu immiscuerit se se carnaliter d. D. Pompeius, & dicta Alba in suo domo, idẽ R. P. Pius dixit totum contrarium illius, quod ipsa deposuit: vnde etiam ex hoc capi
23 te reijcienda venit; † prout dicit Bald. in c. cum causam. nu. 17. de testib. & in l. testium. nu. 12. & ibi Saly. nu. 7. & seq. C. eo. Hiero. Magon. in decis. Lucen. 17. nume. 8. & seq. Bursat. conf. 69. nu. 26. & seq. vol. 1. Gram. in cõs. 26. nu. 20. & in cõs. 38. nu. 27. & seq. in crim. & Ceph. in cõs. 233. nu. 24. vol. 2.

De Bartholomæo examinato tanquam cõteste, cum nõ fuerit redactus in processu, nec redigi possit; prout in alijs allegationibus demonstratum est, vnum tamen dicã ad vlteriorem eius exclusionem, quod ipse cõfitetur, § che è garzone à salario nella bottega commune, § D. Plautillæ, & d. Camilli
24 Seghetti, cum deseruientes † & ancillãtes veniãt appellatione domesticorum, qui pro domesticis suis idonei testes non sint, prout dicit Alex. in cõs. 150. n. 14. uol. 5. l. ét. C. de testib. quod procedit, & si famulus seruiat sine salario, dummodo expensis domini alatur. Aluar. Valasc. reru. iudic. in Regn. Lusitan. consulta. 45. nu. 3. & seq. fol. 61. ter. Et ista sufficiãt ad demonstrandũ d. D. Albam aduersariã nihil ꝓbasse, & succũbere dẽre.

Quod fortius procedit, cum pro parte d. D. Pompei fuerit probatum cõtrariũ illius, quod intendebat probare d. D. Alba circa pretensa sponsalia per plures testes pro parte sua examinatos, & primo per D. Hippolitum sextum testẽ in ordine examinatum, dicendo d. D. Albam eidem confessam fuisse d. D. Pompeium eidem nõ promisisse ipsam ducere velle in vxorem process. fol. 55. ter, in fi. & seq. per hæc uerba videlicet. § Questa è la uerità, che la detta M. Alba mi hà cõfessato di sua bocca propria, come che se lei sapesse far qualche cosa, accioche detto M. Pompeo hauesse da esser suo marito, & non d'altri, & la sposasse lo faria, e non solo me l'hà confessato la detta M. Alba, ma anco la detta Ruffiana, § & idem repetit fol. 57. Et idẽ deponit Andrea Corona primus testis per hæc verba videlicet, § perche hò sentito à dire, che esso M. Pompeo hà promesso alla detta M. Alba, & esso M. Põpeo dice de nò, che ciò hò inteso da lei, & da altre donne, se ben per auanti rallegrandomi con lei, che si era fatta Nouizza con detto M. Pompeo, ella me disse, che non era uero
25 niente, § qui quidem testis † sic de auditu à principali deponẽs probat, prout dicit Veral. in decis. 267. nu. 7. parte 3. & facit Viui. decis. 386. in prin. Secũdo per D. Ludouicum quartum testem similiter pro parte sua examinatum d. procefs. f. 41. ter. & seq. ubi similiter dicit d. D. Albã dixisse ad presentiam etiã D. Fabritij Sutoris, cũ loqueretur de d. D. Pompeio super quadam eius controuersia. (Se lui mi volesse tuor ꝑ moglier mi basteria l'animo di liberarlo non solo di questo pericolo, ma da molt'altre auersità)

Et Idem etiā deponit d.D. Fabritius Sutor secūdus testis in ordine examinatus d. processu fol. 23,ter,qui similiter idem deponit.

Qui quidem testes licet patiantur aliquā exceptionem, tamen videntur probare cōtra D. Albam per eos attestata, accedente maxime depositione ser Antonij Barcaroli tertij testis, de qua in processu f. 30.ter.ubi deponit de quadā carpeta empta d. Albæ & fol. 31.& 32,ter.vbi deponit de quodam Raffiolo, prout de eodem Raffiolo deponit etiam d.Ludouicus process.f,38. & seq.qui dicit, quod cū illud d. D. Alba d. Pompeio dedisset, illud comedere uoluit, cū esset plenum herbarum, seu vt vulgo dicitur, ẞ di stri garie, ẞ vltra ea, quę deponit idem Barcarolus fol. 8.ter. & seq. ac etiam accedente depositione d. Hippoliti sextis testis f. 55. & seq.ubi deponit, quod pluries d. D. Pompeius donauit eidē Albę pluries res illas dando Elisabeth præfatæ, quā testis lenam uocat, ac plures etiā pecunias, prout ipsa Elisabeth nomine d. Albæ petebat ab eo. ex quibus depositionibus, & dictis aperte apparet, tàm facto, quam uerbis semper d. D. Pompeium tractasse d. Albam, vti amasiam, & non uti spōsam; prout, & similiter eadem Alba uersus d.D.Pompeiū fecit, accedente etiam quod eadem Alba clam à matre, & extra propriam domum, & in domo d. Elisabeth quàm sæpissimè cōmercium carnale cum d. D. Pompeio habuerit, etiam pariendo & comedēdo, ꝙ nō fecissent, si inter eos fuissent contracta asserta sponsalia, prout prætendit dicta aduersaria, cum & probationes plures imperfectę, si tendunt ad eundem rei finē, prout sunt præfatæ probationes, cum tàm confessiones d. Albæ, quàm tractatus, & gesta tàm pro parte sua, quàm pro parte d. D. Pompei indicent, & demostrent inter eos cōtracta sponsalia non fuisse, sed insimul cōmercium carnale habuisse tanquam inter amasium, & amasiam, pretio & donis interuenientibus, plene probent, vt quæ singula non prosint, multa iuuent, cum

26 iudex † non soleat applicare animum suum ad unam speciem probationis tantum, sed ad plures, ut ueniat ad unum animi finalem conceptum, nō indigentem alio adminiculo; prout dicit latè Barbat.in cons. 29. post princ.& nu. 1.uol. 1, Dec.in cons.596.nu.9. in princ.in uer.& supradict. Abb. in c. cum causam, num. 2.& ibi etiam Anch. & alij de probat.& Curt, Papien. in tracta, de testib, conclus.62.fol.mihi 122.

Et quatenus non esset plenè probata intentio dicti D. Pompei, prout credo probatam esse per supr adicta; tamen negari non posset intentionē d. D. aduersariæ (cum illā non probauerit) eneruatam esse, cum proba

27 tio † imperfecta per contrariam imperfectam eneruetur; prout dicit Ang. in d. l. admonendi. nu, 9. ante med. ff. de iureiuran. Et ex his omnibus resolutum sit, non solum d. aduersariam intentionem suam circa per eā prætensa sponsalia non probasse; sed de cōtrario probatum fuisse per d. D. Pompeiū, & propterea eandem D. Albam aduersariā succumbere debere, & dictum D. Pompeium absoluen. esse ab impetitis. Et ita fuit iudicatum per R. P. D. Ioannem Mozanicam Vicarium Patriarchalem Venetiarū,

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio,

ARGVMENTVM.

Testes, seu contestes an post didicita testificata super eisdē, uel nouis articulis contrarijs recipi possint.

SVMMARIVM.

1 *Testes nouos regulare est post didicita testificata super eisdem, uel contrarijs articulis produci non posse. Quam regulam in multis casibus fallere, docetur remissiue. nu. 2.*

3 *Regulam habens pro se, dicitur habere optimum fundamentum, intentionem fundatam, & rem certā, donec contrarium, seu de exceptione per partem aduersam probatum fuerit.*

4 *Regula quod stādū sit, donec de exceptione doceatur.*

5 *Sententia, siue interlocutoria, siue diffinitiua expresse lata contra regulam iuris communis, quod sit nulla.*

6 *Timor subornationis inducit repulsam testium post didicita testificata.*

7 *Ratio eadem ubi militat, eadem iuris dispositio militat.*

8 *Testes quo casu induci possint post didicita testificata.*

9 *Testes examinati super articulis, si aliquid deposuerint extra articulum, possunt alij testes induci & examinari ad illud probandum, non obstante publicatione.*

10 *Ignorans tempore publicationis se testes habere, poterit illos producere, non obstāte publicatione, ex Bar. cuius dictum declaratur ibi.*

CON-

CONSILIVM LVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N ead. cã Iunia resoluendo dubiũ in præsenti occurrens, dico contestẽ nominatum per Camillũ Seghetti secundũ testẽ in ordine examinatũ pro parte D. Albę Iuniæ aduersarię non debere examinari, cum fuerint testes pro parte sua inducti examinati, & publicati, & eorum dicta didicerint, cum regulare sit post didicita testificata nouos testes † super eisdem, vel directo contrarijs articulis produci nõ posse. per text. in c. fraternitatis, & cap. intimauit. de testib. Clemẽ. 2. eod. Auth. at qui semel. C. de probat. & Authen. de testib. §. quia uero. in fi.

1

Et licet dicta regula quam plures habeat fallentias, † de quibus late tradit Barbat. in d. Clem. 2. de testib. col. 6. in fi. in ver. extra vero glo. & sequen. ubi inducit plusquam 40. fallentias. & Maria. Socin. in repet. d. c. fraternitatis, sub num. 36. & sequen. eo. vbi ampliat ad 54. fallentias. & Gabriel in suis conclus. sub tit. de testib. conclus. 21. sub nu. 18. ubi similiter adducit 71. fallent. tamen non reperitur in aliqua præfatarum fallentiarum ista, quod post didicita testificata possit pars examinari facere testes in contestes nominatos per testes examinatos ante publicationem; prout apud dictos Doctores uideri potest, vnde propterea minimè à dicta regula recedi potest, cum qui illam habet † pro se, dicatur optimum fundamentum, intentionem fundatam, & rem certam habere donec contrarium, seu de exceptione per partem aduersam probatum fuerit, ita firmat latè Grat. in cons. 143. num. 15. & sequen. uol. 2. quod prius voluerunt Cosne. in l. cum fundus. §. seruũ. num. 15. & ibi Aret. num. 10. in princip. ff. si cert. petat. Bal. in l. si tutor. in fi. C. de seruo. pigno. dato. manumis. ubi dicit, quod regulæ iuris sunt tenaciter seruandæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis. & qđ regulæ standum † sit, donec de exceptione

2

3

4

doceatur, dicit Alber. in 2. par. statu. q. 158. incip. si ex forma statuti nu. 6. & seq. & qđ à tex. & à regula iuris discedi non debeat, etsi pro aliquo est, quod qui vult dicere cõtrariũ, teneatur allegare casum expressum; tenet Roch. de Curt. in tract. de iur. patronat. in ver. honorificum. num. 94. ad fin. Et quod qui habet regulam pro se dicatur rem certam habere, & intentionem fundatam, ita quod alleganti exceptionem in contrarium incumbat onus probãdi, tenet Cagn. in l. 1. nu. 51. in ver. & ad ita tenendum. C. de pact. & voluit latè annot. in princ. ad singul. 19. Mathes.

Et quod pro regula pronunciandum sit, dicit Bal. in c. 1. num. 5. in ver. in omnibus his. de aliena. iudi. mutan. causa facta, vbi dicit in omnibus his iudicijs posse appellari, quia inhærendum Regulæ, qua posita si nõ probatur contrarium, secũdum regulam est pronunciãdũ, & eum secutus fuit idẽ Grat. in d. cons. 143. nu. 18. vol. 2. & dicta annot. ad dictum singul. Mathes. sub nu. 4. Et qđ sententia † siue interlocutoria, siue diffinitiua expresse lata contra regulam iuris cõmunis sit nulla, dicit idem Mathes. in dicto singul. 19. & ibi etiam dicta annot. nu. 6. & sequen.

5

Et non solum ex supradictis excluditur intentio aduersarij; verum etiã & alio principali iuris fundamento: nam non est dubiũ ob timorem subornationis ius statuisse, ut post didicita testificata super eisdem, vel directo contrarijs articulis nouos † testes induci non posse, prout patet in fi. d. Clem. 2. de testib. Sed si sic est, in casu nostro non solum nõ cessat timor subornationis in personam nominati in contestem, imò augetur, cum non sit dubium non ante publicationem nominatum fuisse in cõtestem dictum Bartholamæum per dictum Camillum familiarem dictæ dominę Albæ Iuniæ aduersariæ, prout & familiaris est idem Bartholamæus, imò & seruiens ad salarium; sed postquam testes fuerunt examinati, & eorum dicta didicerat: vnde eidem aduersariæ non solum ob timorem subornationis obstat primum fundamentum, ne d. Bartholomæus examinetur, cum non sit dubium ẽt uocatum in contestem à teste ante publicationẽ examinato per partẽ posse corrumpi, seu subornari, postquam omnia dicta testiũ uiderunt ad effectum, ut cum teste primo

6

loco examinato, & ipsum in contestem nominante concordet;& propterea talis limitatio ad dictam regulam non inuenitur, cũ militet eadem suspicio subornationis, verumetiam & quia pariter in nominatione inest idem timor subornationis, cum fuerit nominatus post testium publicationem, & didicitis testificatis per partem aduersam,

7 Et propterea cum militet eadem † ratio subornationis,militat & eadem iuris dispositio prohibitionis, ne examinetur, non dico extensiuè, sed per meram iuris dispositionem; prout dicit Domini. de sancto Gemin.in cap. gratia num. 4. post medium. in ver.ubi est ergo,de rescript.in 6. Contard. in l.diffamari.in ver.limita nunc.num. 35.& sequen. ff. de ingen. & manumiss. fol. mihi 414.& Rot.in decis. 18. ante fi. de concess. præben.in nouiss.

Quæ conclusio, quod examinari nõ possit idem nominatus in contestem, optime confirmatur ex dictis per Marian.Socin. in repet.d.c.fraternitatis,sub nu. 12.in ver.est tamen aduertendum,vsq; ad uer.& ex prędictis exclusiue, ubi concludit, quod si bis

8 fuerint producti testes † per partem,& ante publicationem testium omnes non fuerint examinati, quod etiam post didicita testificata possunt, & debent examinari, eum inducenti testes imputandum non sit:sed q̃d si fuerint omnes examinati, quod minimè alij testes produci possint, cũ fuerint testes publicati,& eorum dicta didicita,cum inest causa subornationis. Et sic excluditur pars aduersa, ut possit facere examinare talem testem.& etiam colligitur,quod si quis prętendit post inductionem testium, quod testes in contestes nominati, si aliqui fuerint p̱ testes inducti, debeãt peti examinari,antequam publicentur, & eorum dicta pars didicerit, & non postea cum tunc idem timor subornationis militet.

Neq; aliquid obstat,quod dicit Gabr.in d.conclus.21.in 5.limitatione, quæ est sub num.32. ubi dicit, quod si testes examinati

9 † super articulis aliquid deposuerint extra articulum,quod nõ obstante publicatione, ad illud probandum alij testes possunt induci,& examinari,quod prius uoluit Bar.in Auth.at qui semel.num.28.C.de probat.& Angel.in l.per hanc.nu. 11. in fi. in uer. addc. C.de temporal. appella. & prius uoluit Innoc.in d.cap.fraternitatis.ad fi. de testib,

quia ad hoc respondetur, quod licet conclusio in iure vera sit, tamen in casu nostro non militat, imò à contrario sensu facit contra partem aduersam,cum illud,quod deponit idem Camillus, fuerit articulatum per eandem aduersariam in sexto articulo,prout in eo videri potest, & ideo locus non est, quod examinari possit idem Bartholomęus in contestem nominatus,cum nõ cesset causa subornationis,cum per aduersariam fuerit articulatum illud, ad quod probandum dictus Bartholamæus in contestem nominatus fuit,

Prout & similiter non obstat, illud quod dicit idem Gabriel, in præcitato loco sub 16.limitat.ubi sub nume.52. dicit ex dicto

10 Bart.quod qui ignorabat † tempore publicationis se testes habere, quod poterit illos producere,non obstante publicatione,quia istud dictum intelligitur; prout dicit idem Gabriel, in præcitato loco sub nume. 53. quando ignorantia esset causata dolo, uel malitia partis aduersæ,quod non est in casu nostro,. aliàs dicit secus procedere, quod prius uoluit Aret. per eum allegat. in cap. intimauit.num. 7.ante finem in uer.ego hoc suum dictum.de testib. Et ex his sit resolutum præfatum dubium, & ostensum aliquo modo examinari non posse dictum Bartholomæum uocatum in contestem per dictum Camillum,quod fortius procedit, cum à teste familiari uocatus fuerit, prout est idem Camillus,vt est dictum, in contestem & ipse uocatus, sit familiaris,& famulus ad salarium conductus per dictam aduersariam:ex quibus magis augetur suspitio subornationis, prout considerari potest per Reuerendum Dominum Iudicem, & ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Appellationem non dari ad retardationem quartesiorum & decimarum, & spoliantem notorium non audiri appellãtem, ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest ab executione, si non excedatur in exequendo, contrarium proponitur nu. 2. Prima sustinetur ex magis communi. nu. 3.*

4 *Opinio*

4 *Opinio magis communis praefertur communi.*
5 *Appellatio non datur ad retardationem quartesiorum, & decimarum.*
6 *Spoliatus nullo iuris ordine sequuto, venit restituendus.*
7 *Spoliatoribus notorijs denegatur appellatio.*

CONSILIVM LIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso decreto, seu sententia R. Domini Vicarij Episcopi Taruisini iudicis delegati, & executoris; per quam iuxta formam commissionis Apostolicae eidem praesentatae decreuit, & relaxauit mandatum quodcũq; desuper necessariũ ꝑ executione sententiae, aliàs ad fauorem R. Archipresbyteri de Arsedo, & contra Cõmunia & homines Touij, Sorasij, & litis consort. per Auditorem generalem Illustrissimi & Reuerendissimi D. Nuntij Apostolici Venetiarum lat. de qua in dicta commissione dicitur, & continetur. Ac visa appellatione pro parte dictorum hominum à tali decreto, seu sententia interposita. Dico primum R.D. Vicarium, appellatione praedicta non obstante, debere mandata relaxata dare, ut exequantur. Et quia quoad executionem dandam dictae sententiae idem Vicarius est merus executor, prout patet ex tenore eiusdem commissionis. Et ideo relaxauit mandatũ absolutè, & non pronuntiauit exequẽ-
1 dam esse sniam, unde appellari † nõ potuit, si non excedatur in exequendo. l. ab executione. C. quor. appel. non recipi. & l. ab executore. ff. de appel. Ruin. in cõs. 78. nu. 1. vbi
* attestatur de cõi. vol. 5. Grat. in consil. 109. nu. 2. vol. 2. Dec. in c. nouit, nu. 6. in princ. de iudi. Gabr. in suis concl. sub tit. de sent. cõcl. 4. in primis uerbis, q̃d prius dixerunt in c. quod ad consultationem. Anto. de Butr. nu. 15. & seq. in uer. tertia, & Felyn. num. 14. in uer. secus si merus executor, de re iudic.

Et quia etiamsi idem D. Vicarius simpliciter non relaxasset mandatum, prout relaxauit, sed decreuisset, seu pronuntiasset sententiam praedicti Auditoris esse exequẽdã, & mandatũ relaxan. prout appellantes praetendunt; nihilominus à tali decreto appellari non potuisset, prout non potest: quia licet aliqui nostrorum Doct. tenuerint à tali decreto, seu sententia de exequendo appel-
2 lationem † dari, prout dicit Fely. in d. c. q̃d ad consultationem. nu. 13. in uer. a pronunciatione iudicis. cum alijs per eum relatis, de re iudi. Dec. in d. c. nouit. nu. 6. ubi dicit
* de communi. de appell. & ita communiter tenere Doct. dicit Saly. in d. l. ab executione. sub nu. 2. in uer. oppone contra primum. C. quor. appel. non recipi. refert & sequitur Gabriel d. conclus. 4. de dicta communi referendo cum alijs per eum adductis.
** Tamen magis communem opinionẽ esse in contrariũ; quod imò nec à tali pronun
3 ria de exequendo possit appellari; † firmat Dec. in d. c. nouit. d. nu. 6. ad fi. in ver. sed tamen in contrarium, de appell. referen. etiam Ang. Aret. infra allegan. dicentem saepius vidisse in practica hanc opinionem seruari: quod prius voluit Alex. in cons. 95. num. 4. vbi de communi. uol. 2. ubi dicit, quod siue exequatur facto, siue etiam re ipsa, siue pronunciando; quod non potest appellari ab actu executoris, nisi modum excedat, ut est dictum, cum eadem sit ratio per iura, quae allegat subdendo, quod si appellari posset, nũquam esset litium finis, quod iura abhorrent, per c. finem litibus. de dolo & contum. l. fratris. C. de transac. & l. properandũ circa princ. C. de iudi. & eum sequitur Fely. in d. c. quod ad consultationẽ. nu. 14. in ver. in contrarium. vbi similiter dicit hanc esse
* opinionem cõem, referen. similiter Angel. Aretin. dicentem plures uidisse in practica hanc opinionem seruari. & idem verè dicit idem Ang. Aret. in l. ab executione. nu. 3. & 4. omnino viden. ff. de appell. & hãc opinio-
** nem similiter esse magis communem dicit idem Grat. in d. conf. 109. nu. 3. uol. 2. Et similiter hanc esse magis cõem opinionem, & propterea tenendã, referen. etiam quamplures alios ita tenentes, dicit Gabriel. in d. cõclu. 4. in ver. cõtrarium. vsq; in fi. d. tit. de
4 senten. Et quod magis communis † opinio praeferatur cõmuni opinioni, dicit Granut. in theorem. 4. nu. 5. Et quod quando cõis, & magis cõis opinio cõcurrunt, seruanda sit magis cõis opinio, cũ maiorem habeat praesumptionẽ ueritatis, ante eum uoluit D. Corras. in tract. commu. opin. in praefat. nu. 38. & 45. ideo alios addere non curaui.

Nec mirentur aduersarij, q̃ Papa mandauerit in cõmissione per eos obtenta, ut audiant in cã appellationis sine retardatione

executionis sententiæ præfati R. Auditoris
ad fauorem dicti R. Archipresbyteri latæ;
& quia in ea mandatur restitui quartesia sequestrata, seu decimas, de quibus spoliatus
fuerat dictus Archipresbyter; vnde ad illa-
5 rum retardationẽ appellatio † non datur.
per text. in cap. tua nobis, in fi. de decim. Et
quia idem Archipresbyter nedũ de dictis
quartesijs, seu decimis, verumetiam & de
Ecclesia Sancti Ioannis, de qua in dicta sen
tentia, per q. Nicolaum Galerium assertum visitatorem ordinarium nullo iuris or-
6 dine seruato fuit spoliatus; † & ideo resti-
tuendus uenit; prout firmat Goffred. in sũ
ma decret. sub rub. de restit. spoliat. num. 2.
Menoch. latè, de recuperan. possess. remed.
8. num. 8. & ita fuit tentum in Rota, Capu-
taq. decis. 186. par. 3. Cum notorij spolia-
tores appellando non audiantur; cum illis
7 denegetur appellatio, † prout latè firmat
Roma. in cons. 324. per totum. Et ad propositum est text. per eum allegat. in c. cum
sit Romana. §. fi. de appell. Et ita consulo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Nullitatis & notoriæ iniustitiæ primæ sententiæ causa proponitur in secunda instantia.

SVMMARIVM.

1 *Actus qui debet fieri uno die deputato in citatione, si non fiat tunc, sed postea, dicitur fieri parte non citata.*

2 *Sententia contra absentem non citatum lata in quocunque iudicio est nulla.*

3 *Instrumentum transactionis in actis productum quã uim habeat.*

4 *Instrumenti uerba censentur uerba partium.*

5 *Instrumentum a parte productum, dicitur ab ea probatum, & illi stare debet, nec potest improbare.*

6 *Instrumento standum est, & pacta inter partes inita seruanda sunt.*

7 *Cadens a possessione facto suo, & ex proprio contractu, & sic ex iusta causa, non potest agere spolio.*

8 *Exceptio, & defensio, quæ procedit ex eadem causa, & fonte, seu instrumento, a quo processit petitio aduersarij, semper opponi potest.*

9 *Obligationibus ultro citroq; obligatorijs agere quis nõ põt, nisi prius doceat pro parte sua impleuisse.*

10 *Offerre prius debet, qui uult recipere, cum de dando simul & recipiendo actum fuit.*

11 *Condemnari quando quis debeat in expensis in secunda instantia.*

CONSILIVM LX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa de Mazzonibus debet obtinere R. Presbyter Vincentius Plebanus villæ de Poiana Taruisinæ diœcesis. Et quia sententia per R. Vicarium Taruisinũ contra eum lata nedum est nulla defectu citationis, verumetiam & notorie iniusta, stante tenore instrumenti in actis producti per R. Presbyterum Ioãnem de Rainaldis aduersarium, ut infra demonstrabitur.

Et quoad primum, quod dicta sententia
sit nulla, patet; nam cum sub die 26. mensis
Iunij proximè præteriti procurator dicti R.
Presbyteri Ioannis aduersarij præsentauerit in actis mãdatum procuratorium, in eius
personam factum vnà cum binis scripturis,
insterit assignari terminũ procuratori presbyteri Vincentij de Mazzonibus mei prin
cipalis ad illis opponendum ad primam; &
ita obtinuit decretum cum intimatione à dicto Vicario. & eodem die 26. prædict. fuit
dicto procuratori intimatum tale decretũ
& scripturarum productio, prout patet pro:
cess. de partibus. & tamen idem Vicarius
sub die prima mensis Iulij similiter proximè præteriti termino circunducto ad dicen
dum contra dictas scripturas, & nulla præcedente citatione deuenit ad sententiã, seu
ad mandati executiui relaxationem, secundum prædicta, quod minime facere potuit,
aut debuit, & est nulla. Ruin. in cons. 136.
nu. 1. & seq. uol. 5. Cresce. decis. 10. nu. 1. &
2. sub tit. de dolo & cõtu. latè Viui. in decis.
154. per totum ad not. per Bart. in l. fi. §. fi. ff.
quod vi, aut clam. vbi dicit, quod actus, qui
1 † debet fieri uno die deputato in citatione,
si nõ fiat tũc, sed postea, dicitur factus parte
nõ citata; & ideo nullus. glo. pen. in c. tenor.
2 de re iud. ubi similiter dicit, sñiam † contra
absentem nõ citatum prolatã in quocunq;
iudicio nullã esse, ad idẽ Alex. in l. si finita §.
Iulianus. nu. 48. & seq. ff. de dam. infect. &
Guid. Pap. q. 542. & l. de vnoq;. ff. de re iudi. & Cephal. in cons. 185. nu. 17. uol. 2. vbi
dicit, sententiam dici legitimè latam, si pars
fuerit præsens, & non contradixerit, uel citata. Et hæc quoad primum.

Quo uerò ad secundum caput, quod dicta

cta sententia dicatur notoriè iniqua,& nul-
3 la,patet;nam instrumentum † transactionis
in actis product. non est dubium esse pro-
bationem probatam,discussioneq; fori,nec
disputatione non indigere , & esse ueritatē
notoriam , & manifestam ; prout dicit latè
Decia.in cons.66.num.6.uol.3. & in cons.
5.nu.40.& seq.uol.1. quod prius dixit Bal.
in l.Imperator.in prima lect. num. 10. ff. de
sta.homi.& in l.2.num.6.C.quando fisc.vel
priuat.quem latè comprobat Ias.in l.admo-
nendi.in 2.lectu.sub num. 154.ff.de iureiur.
& in cons. 124.nu. 1. uol. 1. & in cons. 137.
num. 13.uol.4.& dicit Dec. in cons.36. nu.
2.Angel.in l.interest.in fine. C.de solut. &
not.Anto.de Butr.in cap.cum contingat.in
3.notab.de rescript.& in c. cum dilecti. nu.
3.de donat.& ante dixit Bart.in l. 1.num. 8.
ff.de oper.nou.nunc.& idem Dec.in cap.li-
cet causam. num. 101. de probat. Nec est
4 mirum,cum instrumenti † verba partis uer-
ba censeantur ; prout dicit idem Decian.in
cons.91.num.3.uol.3.quod prius dixit Bal.
in d.l.Imperator.in prima lect.nume. 17. ff.
de statu homin.Ias.in d.l.admonendi, in 2.
lect.sub num.154.in fi.ff.de iureiur. & in d.
cons.137.num.14. in fin.uol.4. Vezi.inter
communes diuers.sub tit.de tabellio. nu. 4.
uol.1. Et cum dictum instrumentum tran-
sactionis fuerit productum per Reuerendū
aduersarium, non est dubium in qualibet
5 parte fuisse per eum approbatum, & † illi
stare debere,nec posse improbare; prout di
cit latè Ias.in cōs.57.nu.12.in fi.13.& seq.
uol.1.optimè Lap.allega.119. col.1.in ver.
in eo enim.Ang.in cons.132. nu.3. in uers.
secundo. Petr. de Anchar. in cons. 222. in
princ.in uer.est enim regulare.Gemi.in cō-
si.38.nu.2.Barbat.in cons.18. nu.40. circa
medium, ubi etiā dicit idem procedere de
contentis in rescripto , & libello, vt produ-
cens teneatur stare per ea, quæ ipse allegat.
uol.2.Alex.in cons.30.nu.1.uol.7.Soc.sen.
in cons.97.num.19.vol.4.Afflict.decis.25.
nu.5.cum alijs adductis per Mand.in addi.
ad cons.Roma.23.in uer.reproductus. Et
tali productione præfati instrumenti,& ap-
probatione stante,cū ex eodem instrumen-
to caueatur inter partes contrahentes fuisse
conuentum, quod si dictus presbyter Ca-
pellanus,seu Plebanus de Poiana pro tem-
pore instituendus noluerit soluere præfata
staria septem frumenti, fabus, & uinum su-
pradict. quod eo casu teneantur prædicti
vniuersitas & homines de Poiana ex quar-
tesijs soluere eidem aduersario,prout patet
de dictis verbis instrumenti reg.fol.13. ter.
in ver. quod si dictus Presbyter &c. Cum
ipse presbyter Vincentius recusauerit,pro-
ut etiam recusat soluere , seu dare præfata
staria septem frumenti , ac fabas , & vinum
supradict.quod non poterat,nec potest con
demnari contra tenorem eiusdē instrumen-
ti per aduersarium producti.Et cum ipsum
condemnauerit idem Vicarius,eius senten-
tia dicitur notoriè iniqua , & per consequēs
nulla ipso iure, Barbat.in cons. 10. nu.33.&
seq.uol.2.Card.cons.55.nu.2. & latè Fely.
in c.inter cæteras nu.10.& seq. de re iudic.
Cum idem Plebanus habeat intentionem
suam fundatam de non soluendo ex eodem
6 instrumento,† cui standum est.per l.cū pre-
cibus.C.de probat.Decia. cons.66.nu.59.
vol.3.& Dec.in cons. 488. num. 1.cū pacta
inter partes inita seruāda sint. l.iurisgentiū.
§.ait Prætor.ff.de pact. Et hinc est,quod il-
7 le,qui cadit † à possessione facto suo , & ex
proprio contractu , & sic ex iusta causa , q
agere non possit spolio,prout dicit Soc.sen.
in l.rem,quæ nobis.nu.8. cum allegatis per
eum. ff. de acq. poss. quem secutus fuit Ca-
putaq.decis.172.nu.6.par.3.& Rota nouis
sima in decis.132.nu.1.& decis.131. nu.1.
par.1.prout similiter dicitur, qđ exceptio,
8 † seu defensio,quæ procedit ex eadē causa,
& insit,& procedat ex eodem fonte, seu in-
strumento , à quo processit petitio aduersa-
rij,prout in casu nostro, quod semper oppo
ni pōt,prout firmat Alex.in cons. 119.nu.2.
in uer.tamen ipse,vol.1. & in cons.95. nu.2.
eo.vol.1. Nec dicitur aduersarium excludi
per exceptionem præfati R.Plebani de Po
iana,sed potius agentē à se ipso excludi; cū
ipse ita stipulatus fuerit in instrumēto præfa
tæ trāsactionis, ꝓut dicit Rom. in l.si uerò.
§.de viro.in fallen. 32.nu.62. ff.sol.matr.

Nec longe abest,quod neq; pręfati vni-
uersitas,& homines de Poiana non tenean-
tur soluere dicto aduersario Plebano ple-
bis de Cendrolis , & Resio dictam quanti-
tatem frumenti,fabarum,& vini,licet de hu
iusmodi consideratione cā nostra nō egeat,
attento quod etsi ipsi promiserunt , quod
eorum Capellanus Curatus de Poiana prę-
fatam quantitatem soluet eidem aduersa-
rio,& illo recusante, prout recusauit, & re-

cusat in praesenti, ipsi soluere promiserint, ut est dictum, tamen etiam alij in eodem instrumento transactionis interuenientes ipsis promiserunt soluere dicto eorum Plebano staria quatuor frumenti, & concia septē uini singulis annis annuatim pro illius sustentatione, uidelicet Modernus, & pro tēpore existens Plebanus plebis de Loria, Besica, & Spineta starium unum frumenti, & concia duo uini; & Modernus & pro tempore existens Rector Ecclesiae de Ramono staria tria frumenti, & concia quinque uini; prout patet eodem instrumento regesto fol. 14. in uers. praedictae uerò plebis, & in uers. praefatus autem Ecclesię de Ramono, & à tergo, . Cum in iure cautum sit, in conuentionibus, seu obligationibus ultro

9 citroque obligatorijs quem agere † non posse, nisi prius doceat pro parte sua instrumentum, seu promissa adimpleuisse, prout dicit latè Natta in consilio 226. numero secundo, & sequen. uolum. 1. Roland. à Valle in consilio 53. num. 28. & sequen. uolum. 1. Rube. Alexan. in consilio 30. numero 3. in fine, & sequen. quod prius uoluit Soc. iun. in consilio 77. num. 142. & sequen. uolum. primo, ubi dicit idem procedere, etsi obligatio esset iurata. Ias. in consilio 208. num. 11. uolum. 2. Alex. in consilio 105. numero 15. in fi. uolum. 3. Soc. sen. in cons. 273. num. 2. uolum. 2. Roman. consilio 244. numero 4. Magon. decis. Lucen. decis. 11. numero 8. & decis. 61. num. 1. & decis. 69. numero 5. & Cachera. decis. 80. num. 9. & est text. in l. Iulianus. §. offerri. & ibi Bartol. in princip. ff. de actio. empt. Et quod in quacunque conuentione hoc generale sit, ut cū de dando simul & recipiendo actum fuerit,

10 † semper prius offerre debeat qui vult recipere, tradit Albert. Bologn. ad rubr. ff. de uerbor. oblig. cap. 39. num. 1. Et tale onus probandi fuisse adimpletum debet probari per petentem, prout dicit Natta dicto cons. 226. num. 3.

Et licet contra dictam vniuersitatem & homines de Poiana possit dici per dictum Plebanum de Condralis, & Resio aduersarium aliquid pro parte sua non fuisse adimplendum, cum per eum non fuerit promissum dare dicto Plebano de Poiana praefat. staria quatuor frumenti, & concia septem vini, sed per alios supradictos Plebanos, ut supra dictum est: & propterea ipsos ipsi tenerі ad soluendum dicta staria septem frumenti, fabas, & vinum supradict. Cum praefatus Plebanus de Poiana soluere in praesenti recuset, absque eo, quod doceat dictos Plebanos adimpleuisse pro eorum parte praefatum instrumentum; tamen ad hoc respondetur; quòd cum instrumentum praefatum non fuerit adimpletum pro parte aliorum Plebanorum ad fauorem eorum Rectoris, seu Capellani de Poiana promittētium modo praedicto, quod per ipsos non censeatur promissum dicto aduersario, nisi ista contemplatione, & huiusmodi causa, ut etiam eorum Plebanus consequatur promissa, ut in eadem Ecclesia se sustentare valeat, qua causa deficiente ob non adimplementum aliorum, deficit etiam & eorū obligatio ad eorum, & sui Plebani fauorem facta, cum sine causa obligatio de iure non subsistat iuribus vulgaribus, maximè cum fuerit facta, ut est dictum, ut eorum Plebanus inibi sustentari ualeat, quod latius demonstrabitur, cum se praebuerit occasio, si super tali solutione mouebitur lis contra dictos homines de Poiana.

Et cum idem aduersarius succumbat ex eisdem actis, & instrumento in hac causa factis, & productis; cum nullā propterea censeatur boni iuris habere praesumptionem; debet in expēsis in hac eadem causa factis, etsi prius reportauerit sententiam fauorabi-

11 lem, condemnari, † prout firmat eleganter Abb. in cap. finem litibus. num. 25. ante finem. in ver. aut fertur sententia ex antiquis, ubi dat rationem; dicit etiam hanc esse com

* munem opinionem, de dolo & contum. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. nu. 24. C. de iudic. ubi dicit propterea appellatum esse condemnandum in expensis, quia nullam dicitur habere sententiae praesumptionem, cum ex eisdem actis succumbat. Bonifac. de Vitali. in Clemen. 1. num. 38. & seq. de re iudi. Caballi. in Milleloq. 230. par. 1. latè Mising. singul. obseruat. cū allegatis per eum, obseruat. 89. nu. 2. cent. 2. ubi etiam dicit ita quotidie seruare Cameram Imperialem, Rota Senens. decis. 1. crim. num. 14. omnino uidend. Et ista sufficiat pro huiusmodi causae expeditione me dixisse.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGV-

RRGVMENTVM.

Articulorum de admissione pro legitimitate probanda discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Libelli conclusio attenditur.*
2 *Articuli ex tenore libelli formari debent.*
3 *Matrimonium quando deducitur non principaliter, sed incidenter, & per modum causæ ad effectum legitimitatis, & successionis qualibet probatione, etiam præsumpta & coniecturali probari potest, Ratio, numero 4.*
5 *Matrimonium præsumptum sublatum est propter formam datam a Concilio Tridentino.*
6 *Articuli, sine positiones quoquo modo, directe, vel indirecte causæ adminiculentur, dicuntur pertinẽtes, & veniunt admitt endi.*
7 *Consuetudo iudicantium in admissione articulorum quæ sit.*
8 *Clausula apponi solita in admissione articulorum, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur.*

CONSILIVM LXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Offer, Articuli pro ducti proparte DD. Octauij & Leonoræ filiorum legitimorum & naturalium q. Domini Ioannis Offer, & Tulliæ Ballinæ Ingalium debent admitti tanquam pertinentes, & releuantes pro illorum intentione; cum in huiusmodi causa agatur de ipsorum legitimitate, prout patet in petitione seu libello per eos product. in qua licet fuerit dictum præfatos agentes fuisse, & esse filios legitimos & naturales p̄fatorum Iugalium; tamen non fuit petitũ neque conclusum super matrimonio inter eos contracto pronuntiari, sed tantum sententiari super illorum legitimitate, matrimonio præfato sic incidenter deducto, & non
1 principaliter propter se, cum conclusio † libelli attendatur, prout dicit Bal. in rub. ff. si certum petat. nu. 7. & 8. & in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 5. ff. de liber. & posthum. quod ante dixit Innoc. in cap. super literis, num. 3. ante fi. in uer. dicimus tales libellos, de rescript. Cuma. in consf. 42. num. 2. Dec. in consf. 62. num. 1. Curt. sen. in consf. 82. nu. 8. Marant. in consf. 67. num. 3. idem Bal. in l. nec quicquam §. ubi decretum num. 24. ff. de offic. proconf. & legat. Bursat. in consilio 249. num. 4. uolum. 3. Lanfranc. in repet. rub. de cau. possess. & propriet. num. 8. ubi etiam subdit in omnem casum etiam esse attendendam conclusionem.

2 Cum igitur ex tenore libelli debeãt formari articuli, † prout dicit Alex. in consilio 166. num. 7. uolum. 6. & Andr. Gayl. pract. obserua. lib. 1. obseruat. 81. num. 5. iure debito si de matrimonio in eo incidenter fuit dictum, prinripaliter de illo non fuit articulãdum, neque probandum; cum quando matrimonium deducitur non principaliter, sed incidenter, & per modum causæ ad effectũ legitimitatis, prout in casu nostro, & successionis, qualibet probatione etiam præsum-
3 pta & coniecturali potest probari, † ita de anno 1576. & sic circa quindecim annos post publicationem Sacri Tridentini Concilij tenuit Rota nouiss. in decis. 34. nu. 19. par. 2. ubi etiam dicitur pluries ita in Rota tentum fuisse; & ita etiam tenet in decisio. 347. num. 1. & seq. & nu. 10. ubi dicit etiam ita pluries tenuisse Rot. par. 1. quod prius dixit Gemin. latè in consf. 27. nume. 7. post medium, & num. 8. cum seq. & latissimè id comprobat & firmat Paris. in consf. 57. num. 41. & seq. & nu. 46. ubi attestatur de com-
* muni. volum. 4. ubi dicit communem conclusionem esse, quod ad probandam legitimitatem filij etiam respectu successionis, etsi tractetur de interesse tertij, ut in totum uel pro parte excludatur a successione, qđ sufficiunt probationes leues, esto quod plenè matrimonium non probetur, cum incidẽter, & per modum causæ, prout in nostro casu, deducatur in iudicio. ad idemque faciũt dicta per Card. Alex. in cap. peruenit in 2. not. in fi. & in ca. ex tenore in 5. not. qui fil. sint legit. ubi concludit per illa iura ad legitimationem prolis sufficere leuiores probationes & coloratẽ possessionem matrimonij etiam dẽpta uera probatione matrimonij, quem sequitur Paris. d. consf. 42. et ad idem adduco illud, quod dicit Ant. de Butr. in c. causam, el 2. num. 14. in uer. uel dic. et ibidem idem Card. Alex. n. 4. qui fil. sint legit. ubi pariter dicunt, quod sententia legitimitatis non fertur omnino super uera probatione:

bationc: Et idem uoluit Salyc. in l. non nu-
dis colum.ult.in ver.si autem incidenter C.
4 de probat.vbi dicit præsumptionibus † pro
bari de matrimonio ad effectum legitimita
tis; & assignãdo rationem dicit, quia fauor
uertitur legitimitatis, & non animarum pe-
riculum.

Neque prædictis aliquid obstat, etsi di-
catur propter formam datam a Concilio
5 Tridentino sublatum esse † matrimonium
præsumptum ex c. is,qui fidem, de sponsal.
prout dicit Naua.in 2.par.decret.c.25.nu.
144.quia in casu nostro non deducitur tale
matrimonium, sed deducitur matrimonium
incidenter, quod fuerit legitimè contractũ
iuxta formam eiusdem Concilij, de quo
articulantes non tenentur principaliter pro
bare,sed per præsumptiones, & cõiecturas
a iure approbatas, prout de iure requiritur
per supradicta,cum illis probatis iudici suf-
ficienter constet ad effectum, præfatum ma
trimonium legitime fuisse contractum, præ
sertim cum in casu nostro fuerit articulatũ
vltra publicam uocem & famam uiciniæ &
aliorum,ac parentum tractatum,& alia,q d
1 prædicti agentes fuerint baptizati a pro-
prio Parocho tanquam filij legitimi & na-
turales præfatorum iugalium, quæ proba-
tio sic violenta clare indicat præfatos iuga-
les in legitimo matrimonio fuisse coniun-
ctos,ad quæ sunt dicta Salyc.in d.l. non nu
dis,num.6. in uer. uel tale quid, per quod
uiolenta præsumptio matrimonij induca-
tur,& in uers.idem dico,si probaretur quid
aliud.C.de probatio.

Cum igitur articuli,siue positiones quo-
quo modo directè, uel indirectè causæ ad-
6 miniculentur, dicantur pertinentes, † & ue
niant admittendi,prout dicit Ias. in l. si duo
patroni,§.idem Iulianus,num. 13.& seq.&
ibi Bal.num.5.ff.de iureiur.Barto. in l. 2. §.
quod obseruari,nu.25.C.de iureiur.propt.
calum.Dec.in cons.517. nume. 2. & idem
Bal.in cap.licet causam num.33.de probat.
& Gail.d.obseruat.81. num.4. non est du-
bium articulos. præfatos, cum omnino sint
ad causam pertinentes, & releuantes per su
pradicta, debere admitti saltem cum solita
clausula,saluo iure impertinentium, & non
admittendorum, cum etiã in dubio soleant
7 † cum dicta clausula admitti, prout quoti-
die practicatur; & consuetudo iudicantium
inoleuit; prout dicit Cur.sen.in consilio 70.
num.8.in uer.tamen, Bal.in cons. 144.num.
5.in princip.& ibi Rouescal.in addit. uolu.
2.ubi plures adducit.Franc.Persona.de in-
dic.& tortur.q. 11.num. 15. idem Andreas
Gail.d.obseruat. 81.num.9.& seq. Ripa in
l. 1.num. 30.ff.si cert.petat. Dec.d.cõs.517.
num.3. & ita etiam in practica seruari dicit
Angel.in l.in speciali. ff.de rei uendicat. &
Domi.de S.Gemi.in ca.si,in penul.col.sub
nu.17.de confessis in 6.

Nec est mirum in practica seruari in ad-
missione articulorum cum dicta clausula il-
8 los admitti, † quia operatur ne fiat parti ad
uersæ præiudicium, & illius ius conseruat,
cum si in discutiendo,postea causam repe-
riatur, quod de iure articuli producti non
deberent admitti,quòd illi pro non admis-
sis habeantur,prout firmat Alex.d. consilio
166,num. 7. uolum. 6. idem Franc. Perso-
nal.d.q. 11.num. 16.& Andr. Gail.d. obser
uat.81.num. 12. Et ista sufficiat me breui-
ter dixisse pro præfatorum articulorum ad-
missione, cum causa agatur coram peritissi-
mo iudice. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia delegatorum in crimine sodomiæ, impugnatur, & petitur moderari, respectiue.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis de delicto facta, facit indicium ad torturam contra confitentem, nisi obstet qualitas personæ, nu 2. & nisi a reo in iudicio vocato fuerit negata, nu. 3.*
4 *Confessio non verisimilis non est admittenda.*
5 *Attestationibus publicatis, si testes dicant se non dixisse, quæ sunt scripta, an illis, vel notario credendum sit. Quid in ciuilibus, & quid in criminalibus, nu.6.*
7 *Scriptura quomodo probetur prius subscripta, quam scripta.*
8 *Dicto iudiciali & iurato regulariter stari debet, non extraiudiciali, & non iurato.*
9 *Crimen sodomiæ quam sit detestabile, & punibile.*
10 *Attentantes sodomiam quomodo sint puniendi.*
11 *Voluntas, & non exitus spectatur in atrocissimis delictis, & nefandissimis actibus. clarius nu. 12.*
13 *Mulieris pudicicia violatur osculo luxurioso.*

Nixus

14 *Nixus copulæ quis, & quando dicatur.*
15 *Accusator & testis nemo esse potest.*
16 *Socius criminis an, & quando faciat indicium ad torturam contra socium, & quid ad plenam probationem, nu. 17.*

CONSILIVM LXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Isis processibus mihi exhibitis per Reuerendissimũ P. Priorem Generalẽ Congregationis Sancti Georgij in Alega tam in hac ciuitate Venetiarum quam in vrbe formatis, & illis diligenter discussis: ac sententijs latis contra RR. Fratres Iacobum Spinellum tempore formationis processus Priorem monasterij Sanctæ Mariæ ab Horto huius ciuitatis, & Marcum Aurelium eiusdem Congregationis in eodem monasterio degentem: mihi uidetur dicendum male per iudices delegatos fuisse contra eosdem iudicatum, & dictas sententias propterea hodie quoad dictum Marcum Aurelium debere cassari, & annullari: quo uero ad dictum Iacobum Spinellum moderari ex infra dicendis.

Et primo incipiendo a d. Marco Aurelio, dico ipsum non potuisse condemnari ob prætensum delictum sodomiæ commissum cum d. fratre Iacobo Spinello, prout dicitur ipsum cõfiteri in quadam scriptura eius manu subscripta, & reperta inter scripturas fratris Ludouici Bortholotti eiusdem ordinis, & eius manu scripta; quia eadem scriptura ex pluribus caret fide; & in aliqua cõsideratione haberi non debebat per dictos iudices dictis Marco Aurelio & Iacobo Spinello ante sententiam super eam non cõstitutis, nec auditis; & si talem confessionẽ in ea contentam idem Marcus Aurelius fecisset, prout non fecit. Primo quia licet confessio extraiudicialis de delicto facta faciat indicium ad torturam contra con-
1 fitentem, † prout dicit Castr. in consilio 299. numero primo, circa medium, uolum. 2. Rom. in cons. 167. nu. 2. ubi dicit sic com
* muniter teneri, & hanc esse cõmunem opinionem dicit Ant. Gomes. delict. c. 13. sub num. 8. in uer. secundum indicium, quo casu iudex potest nedum ad torturam deueni re, uerum etiam etsi ad illam deuenire non vult, cum qualitas personæ torquendæ non
2 patiatur, uel quia est nobilis, senex, minor, clericus, qui nunquam ponitur ad torturam nisi sit infamatus, etiamsi essent indicia, prout dicit Fely. in cap. de hoc num. 2. de simo. uel similis persona; potest uenire ad imponendam illi pœnam extraordinariam, prout latè declarat, & comprobat idem Anto. Gomes. delicto. cap. 12. colum. fi. in uer. aduertẽdum, per totum. Ioan. a Royas. in sing. in fauorem fidei 191. num. 3. in uer. hoc sane. quod tamen non procedit, si in iudicio reus uocatus ab eo fuerit, talis confessio reuocata, prout fuit negata in casu nostro,
3 quia tunc amplius † indicium non faceret ad torturam, prout dicit Fely. in d. c. de hoc num. 1. & ibi etiam addit. de simo. Iaso. in l. magistratibus, num. 6. ff. de iurisd. omn. iud. ubi dicit hanc limitationem esse ualde notandam in practica, per quam saluari potest amicus a tortura. Sequitur Alber. de agno. catho. assert. q. 25. num. 22. ubi late Diaz. in prax. crim. cano. cap. 117. colum. 3. & in regul. 125. incipiente, confessus de crimine in secunda sublimitatione. late Thom. de
* Ferra. caut. 27. & est communis opinio, etiamsi de errore non doceatur; prout dicit Rollan. a Valle in cons. 31. nu. 17. uol. 3.

* Cum igitur in casu nostro, ut est dictum, quando fuit præteritis diebus super eadem scriptura, & confessione in ea contenta constitutus, & interrogatus idem Marcus Aurelios, negauerit talem confessionem fecisse d. Ludouico Bartholotto, filium album tantum subscripsisse, & dedisse ad effectum, ut ipse scriberet Reuerendissimo tunc Generali illud idem, quod postea examinatus in visitatione confessus fuit, ut de d. monasterio Sanctæ Mariæ de Horto remoueretur, & in alio poneretur; non est dubium assertam confessionem aliquod indicium non facere; & in aliquo propterea non potuisse puniri, & de facto tunc punitus nunc debet per supradicta liberari.

Secundo caret fide dicta scriptura, quia non est uerisimile d. Marcum Aurelium cõfessum fuisse sine causa commisisse tam graue delictum, quod uitam adimeret, uel statum eius, & famam, cum hæc abhorreat natura, que conseruari desiderat, mortem uero & perditionem deuiat: et sic talem non

verisimi-

verisimilem confessionem non debebant d.
4 iudices † admittere, prout optimè dicit Petr. de Anchar. in cons. 24. num. 3. ante fi. & nu. 4. quem secutus fuit Marsi. in sing. 219. in uer. & teneas, & in l. 1. §. praeterea, num. 66. ff. de quaestio. cum Iudex inspicere debeat illud, quod uerisimile est, & non quod a uerisimili distat, cum sit quaedam falsitatis imago, prout dicit Bal. in l. 1. num. 16. C. de ser. fugit. sequitur Ias. in l. si extraneus, num. 8. & seq. ff. de cond. cau. dat. Deci. in consil. 596. num. 10. & Grammat. in cons. 42. nu. 14. in crim. & in uoto 14. numero 8. cum sequentibus.

Tertio caret fide dicta scriptura, & debet credi d. Marco Aurelio illam neganti, & non dicto Bortholotto, ex quo, ut mihi in facto proponitur, idem Bortholottus alias confecit consimiles falsas scripturas, seu literas, & fuit etiam condemnatus. Ita decidit in fortioribus terminis Specul. in tit. de instru. editio. §. restat uidere sub num. 10. ubi dicit, quod si attestationes publicantur, & plures testes dicant se non dixisse, quae scripta sunt, quod magis statur notario, si sit
5 † bonae famae propter eius officium, quam testibus, nisi aliter probent, ex quo singulares in suis dictis, cum singulariter fuerint examinati: sed secus dicit procedere, si tabellio sit suspecta persona, quae consueuit falsa scribere, prout in casu nostro, quia tūc dicit magis stari testibus, quā tabellioni: ad quod inhaeret illud, quod dicit Soc. in fallent. singul. in regul. 514. incipien. testis si di
6 c it. ubi dicit, quod si testis † negat illud, qđ scripsit notarius, ipsum dixisse, quod in ciuilibus magis statur notario, quam testi; secus dicit procedere in criminalibus; quia tunc dicit standum esse magis testi neganti. Et quod reddatur suspecta dicta scriptura de falso, ex quo consimilem falsitatem alias commisit d. Ludouicus Bortholottus, vt est dictum, uoluerunt in fortioribus terminis Bossi. in sua pract. crim. in tit. de fals. num. 7. & 8. Ruin. cons. 35. num. 10. uolum. 3. & latè Mascar. de probatio. conclusio. 740. numero 26.

Et quid pluta? ex uisione eiusdē scripturę indicatur prius fuisse eandem scripturam per d. Marcum Aurelium subscriptam, quā fuerit per dictum Bortholottum facta, cū in illius fine oculari inspectione appareat, & fuisse minoratas literas, & restrictas illius lineas, quod non esset, si fuisset ante facta, quam subscripta, cum sit in prima facie fo-
7 lij, quae quidem probatio † alijs probationibus praeualet, prout dicit Alex. in consil. 134. num. 14. volum. 2. Zasi. in cons. 2. nu. 10. uolum. 2. & Putpur. in l. admonendi nu. 131. ff. de iureiur. & nunquam talis probatio, quae per inspectionem oculorum fieri potest, censetur exclusa; prout dicit idem Alex. in cons. 116. num. 2. uolum. 1. non est dubium non obstante dicta subscriptione dictam scripturam de contentis in ea aliquam probationem non facere, & falsam reddi.

Et praedicta corroborantur ex eo, quod deponit examinatus cum iuramento in uisitatione generali eiusdem monasterij idem dominus Marcus Aurelius, cum deposuerit tantum de attētato delicto sodomiae per d. fratrem Iacobum Spinellum cum eo, & non de delicto consumato, cum regulariter
8 dicco iurato † & iudiciali stari debeat, & non extraiudiciali, & non iurato; prout dicit optimè Bal. in l. fi. num. 6. in uersic. item quando in diuersis, C. de re iud. ubi dicit, quod si per testem fuerit facta depositio cū iuramento, & solemnis vno modo, & postea perfunctoriè, & sine iuramento fuerit ab eodem teste dictum contrarium, quod tunc inspici debet depositio solemnis, non attenta depositione perfunctoria. et Aymo in cons. 6. num. 5. et ideo non est dubium non obstante dicta subscriptione dictam scripturam de contentis in ea aliquam probationem non facere; et falsam reddi ex supradictis; et per consequens fuisse male iudicatum per d. iudices circa huiusmodi praetensum delictum contra dictum Marcum Aurelium, cum illud non commiserit.

Deueniendo nunc ad dictum fratrem Iacobum Spinellum dico apertissimè constare, quam sit detestabile, et punibile hoc
9 nefandum crimen † sodomiae per l. cum uir. C. de adulter. et per Auth. ut non luxu. cont. natu. et Institu. de publi. iud. §. item lex Iulia el 1. et utrobique per Docto. cap. clerici. de excessi. praelat. c. flagitia. 22. q. 7. et c. vt cleticorum, de uita et honest. cleric. et latè Clar. in §. sodomia per totum. et Afflict. super constitu. regn. lib. 7. rub. 42. de adult. et lenoci. num. 11. tanquam atrocissimum punibi le est, non modo quando fuit consūmatū, et perfectū; uerumēt et quando consum-

consummatum non fuit, sed solum attenta-
tum, dummodo peruentum fuerit ad actum
propinquum, & ordinatum de præsenti ad
10 ipsum factum, cum tales attentantes † ex-
traordinarie puniantur; prout latè tenet Af
flict. in præcitata rub. 42. num. 12. & sequen
tib. vsque in finem, vbi dicit ita vidisse de-
terminatum per magnificos Dominos, licet
ibidem eum reprehendat Grammat. dicen
do ordinarie sic delinquentes debere puni-
ri, ac si actum consummassent: cum in atro-
cissimis delictis, & in nefandissimis acti bus
11 voluntas, † & non exitus spectetur. & cum
eo concordat Boer. decis. 316. num. 2. iūcto
num. 4. & plures ita tenentes retulit idem
Afflict. quos tamen secutus non fuit in de-
cis. 236. num. 1. & seq. sed tamen opinio-
nem Afflict. quam tenet in d. rub. 42. seruan
dam esse in practica, & illam seruare sena-
tum dicit Clar. in §. sodomia, num. 8. idem-
que tenet Soc. iun. in cons. 7. num. 1. & seq.
volum. 3. idemque tenet idem Afflict. latè
in d. decis. 236. num. 5. & seq. vbi dicit etiā
ita tenuisse omnes Dominos de consilio. Si
mon. Maio. in tracta. de irregulari, cap. 43.
num. 3. & ita tenet etiam Menoch. de arbit.
iud. sequendo Afflict. in d. rub. in casu 236.
num. 27. & 28. lib. 2. & in casu 360. num.
59. eo. lib. per tex. in l. 1. §. qui puero, ff. de
extraord. crimi. ubi etiam subdit num. 60.
pro intelligentia illius uerbi tex. attentari,
quod pueri pudicitia attētari dicatur, ut ex
pudico impudicus fiat, l. attentari, ff. de in-
iur. telata in c. si quis tam fœminam, de pœ-
nit. d. 1. & sic dicit aliquem actum extrinse-
12 cum † requiri, licet non omnino proximū,
vt quis in talibus puniri possit pęna extraor
dinaria, Barba, in cons. 64. num. 10. & con-
clusiuè num. 11. in uers. quinimo dico, uol.
1. & quod in huiusmodi atrocissimo deli-
cto attentando quis puniri possit, dummo-
do peruenerit ad actum propinquum, uide-
licet ad oscula, & basia, amplexus, & tactus
membrorum inhonestorum, per tex. in d. l.
1. in princip. & ibi glo. loquens de istis præ
cedentibus ad venerem. & dicto §. qui pue
ro, tenet Paris. in cons. 163. num. 2. volum.
4. & cohæret Bal. in c. tuæ num. 5. de pro-
13 cu. vbi dicit pudicitiam mulieris † uiolari lu
xurioso osculo, & manibus positis ad mamil
las causa adulterij committendi, quia talia
matrimonium diffamant, & lacerant, & gl.
in uer. lusferint, in c. 1. quib. mod. feud. amitt.

Cui conclusioni cum tales actus sint nō om
nino proximi, nec immediati ad istud nefan
dum delictum uidetur obstare in practica
prędicta decis. Afflict. in d. rub. 42. cum det
exemplum de extraordinaria pollutione, &
sic de actu propinquo & immediato, & il-
lius obseruantia, de qua attestatur Clar. d.
§. sodomia in fi. quod uidetur non posse di-
ci de osculis, & amplexibus, cum sint actus
minus proximi, & propinqui: quod videtur
corroborari per illud, quod dicit Gramma.
in loco desuper citato, colum. 2. vbi dicit ni
14 xum copulæ † dici, dum quis facit, quic-
quid potuit: itaque per eum non stetit pro-
ueniendo ad actum proximum, & immedia
tum, vt quia voluit claustra pudoris aperire,
& per eum non remansit.

Nunc dato sine veri præiudicio, quod di
ctā cōclusio habeat locum etiam in actibus
non omnino proximis, & immediatis per
desuper adducta. Et quod de dictis acti-
bus, & delicto præfato sodomiæ attentato
deponat d. Dominus Marcus Aurelius, &
Bartholomeus Fucile de consimili delicto
eundem Spinellum accusauerit; tamen de
dicto delicto non videtur mihi nedum ple-
ne, uerumetiam nec semiplene probatum;
cum non sit dubiumi d. Bartholomeum Fu-
cilem non probare; cum nemo possit esse ac
15 cusator † & testis, prout dicit Marsil. in cōs.
33. num. 3. & 4. quem secutus fuit Gram-
mat. in cons. 45. num. 2. in crimi. cum in cau
sa propria nemo possit testificari l. omnibus.
C. de testib. l. nullus. ff. eod. c. si testes. §. nul
lus 3. q. 4. & Marsi. in cons. 12. num. 3. in fi.
& seq. & Rim. iun. in cons. 42. numero 96.
volumine 1.

Prout nec facit indicium ad torturam
contra eundem fratrem Iacobum idē Mar-
cus Aurelius in visitatione examinatus; cū
16 socius criminis † etiam in criminibus exce
ptis non faciat indicium ad torturam con-
tra consocium per eum nominatum, nisi cō-
currente contra eundem nominatum ali-
quo alio indicio, seu suspicione, prout dicit
Clar. in sua prax. crim. q. 21. num. 7. vbi atte
* statur de communi, & practica. & dicit in
nostris terminis Paris. d. cons. 163. numero
8. volum. 4.

Et vt tollam omnem difficultatem, dico,
17 quod etsi fuissent ambo socij † eiusdem cri
minis, quod nihilominus plenè non probarent de attentato delicto, sed tantū facerent
indi-

indicium ad torturam ad dicta per Bossi. in tit. de indic. & consid. ante tortu. num. 150. qui dicit ita seruari per Boer. in decis. 319. sub nume. 5. ante fi. & seq. qui pariter dicit ita seruatum fuisse per curiam Burdegalensem. refert, & sequitur Cla. in d. pract. crim. q. 21. nume. 9. quam conclusionem dicunt etiam habere locũ, etsi dicti duo testes sint singulares.

Sed si sic est, non est dubium, quod sicut pro dicto delicto plenè probato tantum imponi solet pœna extraordinaria, ut supra firmatum est, quod si de eo semiplenè tantum probatum fuit, prout in casu nostro apparet, quod debebat per dictos iudices tãtum imponi pęna extraordinaria; & sic multo minor, quam, seu quas imposuerunt prę fati iudices; cum pro extraordinaria pœna Senatus Mediolani tantum iussit delinquẽtem fustigari; prout dicit Clar. in d. §. sodomia, in fi. Et sic sententiam contra d. fratrem Marcum Aurelium latam annullandam esse, et aliam reformandam, per supradicta.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Prouiso beneficij patronati an fieri possit vigore literarum Apostolicarum de prouidendo, si in eis aliquid tacitum sit.

SVMMARIVM.

1 *Promouens ius ad beneficium patronatum quæ requisita habere debeat ex Concil. Trident. quod is cutitur.*

2 *Clausula, vel alias quouis modo, quid operetur in literis de prouidendo.*

3 *Prouisio in beneficijs iuris patronatus gradatim ad Papam deuoluitur, & quomodo, ex statutis pro Concil. Lateran.*

4 *Collatio institutionis nulliter facta deuoluitur ipso iure ad Papam.*

CONSILIVM LXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN difficultate mihi proposita dico visis literis Apostolicis S.D.N. Papæ mihi exhibitis, R. presbyterum Franciscum Salatinũ debere prouideri per Reuerendum Vicarium Generalem Illustrissimi et Reuerẽdissimi D. Episcopi Cęnetensis ordinarij in uim earundem literarum, de Parochiali Ecclesia sub inuocatione Sanctæ Luciæ iuris patronatus Illustrissimorum DD. Comitum de Collalto eiusdem diœcesis, dummodo idoneus reperiatur idem Salatinus secundum formam Sacri Concilij Tridentini cap. 18. sess. 24. de reformatio. Et de dicto iure patronatus dictorum Comitum constet secundum tenorem dictarum literarum Apostolicarum, cum ipse expresserit in eisdem literis modum vacationis, prout patet in narratiua, de qua in principio earundem literarum; etsi non fecit mentionem in eisdem literis de sententia declaratoria priuationis per d. Illustrissimum et Reuerendissimum D. Episcopum ob inobseruantiam Concilij Tridentini prædicti latam; cum fuerit institutus idem Salatinus a Reuerenda D. Abbatissa Monasterij Angelorum de Muriano ius instituendi habente de dicto Beneficio, quando pro tempore vacat, et curam animarum in eo de facto exercuerit, non præcedente examine, nec ipso electo; vel approbato ab eodem Episcopo secundum formam prædicti cap. 18. Sacri Concilij Tri-
1 dentini, † prout patet in illis verbis videlicet, Peracto examine etc. et in illis alijs sub sequencibus verbis videlicet, cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda etc. et in illis alijs verbis. Alias prouisiones omnes siue institutiones præter dictam formam factæ subreptitiæ esse cẽseantur, cum nedum Papa mandauerit eundem Salatinum prouideri de eadem ecclesia Parochiali per d. Vicarium, si vacat modo, et causa prædict. in literis expresis; verumetiam etsi quouis alio modo vacaret; et sic etsi

etsi vacaret vigore dictæ sententię declara-
toriæ, de qua mentio facta non fuit, prout
non erat facienda in dictis literis: cum om-
nis alius modus uacationis præter expres-
sum in eisdē literis sub d. clausula, vel alias
3 quouis modo, † prout literæ cantant, dicē-
do, siue vt præfertur, siue alio quouis modo,
vel alterius cuiuscunque personæ &c. com
prehendatur: prout tenet Rota in decis. 1,
alias 28. num. 1. & 2. de rescript. in nou. &
in decis. 17. alias 143. eod. cum per talem
clausulam dicatur apparere de intentione
mandantis, siue Papæ, qui vult, siue modo
narrato vacet, siue alio quouis modo, quod
de dicta ecclesia prouideatur, per tex. in ca.
susceptum in illis uerbis, nisi de intentione
mandantis aliud apparet expresse, de re-
scrip. in 6. & latè firmat Rebuf. in Concor.
Franc. in forma mandati Apostolici super
versi. & aliam quancumque dispositionem
vers. fallit quando apposita esset illa clausu-
la, uel alias quouis modo vacet f. mihi, 709.

Et adeo intentionis Papæ fuit, & est, vt
prouideatur idem Salatinus de dicta eccle-
sia, quod mandat illum de ea prouideri,
etiamsi tanto tempore vacasset: quod eius
prouisio iuxta Statuta Lateranensis Conci
lij ad Sedem Apostolicam esset deuoluta;
prout patet in illis alijs verbis earundem li-
terarum, videlicet, etsi tanto tempore vaca-
uerit, quod eius collatio &c. Cum ad Papā
gradatum deuoluatur prouisio in beneficijs
5 iurispatronatus, † nam si patroni laici fue-
rint negligentes in præsentādo per quatuor
mēses, & ecclesiastici per sex mēses datos il
lis a iure ad præsentandum, prouisio benefi
cij iurispatronatus deuoluitur ad Episco-
pum; etsi de eo Episcopus non prouiderit
infra sex menses, deuoluitur talis prouisio
ad metropolitanum; etsi metropolitanus
fuerit etiam negligens per alios sex men-
ses, deuoluitur ad Papam: & sic infra sex-
decim menses in his partibus talis prouisio
ad Papam secundum statuta Lateranensis
Concilij deuoluitur modo prædicto, ad di
cta per Abb. in c. nulla ecclesiastica, num. 7.
de concess. præben. & in ca, 2. nu. 2. de sup-
plen. neglig. prælat.

Vnde probabiliter posset dici, cum ua-
cauerit dicta Parochialis ecclesia a die in-
stitutionis ipsius Salatini, sic nulliter factæ,
non seruata forma Concilij Tridentini vs-
que de anno 1595. die 24. mensis Februa-
rij, ipsius collationem esse deuolutam ipso
4 iure ad Papam, † qui mandat ipsum, etiamsi
sic deuoluta sit colatio, de eadē ecclesia pro
uideri, tanquam ad suam prouisionem spe-
ctante.

Et ista sufficiant pro difficultatis resolu-
tione; cum ex iam dictis tollatur omnis ob-
iectus subreptitionis: & latè ostensum sit d.
R. presbyterum Franciscum de dicta Paro
chiali Ecclesia seruato tenore literarum, vt
est, dictum, debere prouideri, sic Papa man
dante.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

RRGVMENTVM.

Processus per inquisitionem for
matus contra religiosum per Epi-
scopum in crimine sodomiæ, iuri-
dice impugnatur.

SVMMARIVM.

*1 Iudicis verbis in inquisitione prolatis quod non cre
datur.*
2 Fama succedit loco accusatoris.
3 Condemnari nemo debet sine accusatore.
*4 Inquisitio non potest formari per iudicem ad dictū
socij criminis.*
*5 Aetas annorum decem non est apta ad testimonium
ferendum.*
*6 Minor quatuordecim annis socius criminis, etiam
virgis cæsus, non facit contra socium, nisi ad in-
quirendum, declaratur, nu. 7.*
*8 Minor quatuordecim annis non admittitur ad iura-
mentum, nec cogitur iurare.*
*9 Testis non iurati testimonium non valet, etiamsi es-
set religiosus, & etiamsi esset Cardinalis, nu-
mero 10.*
*11 Testis patiens duos defectus omnino reijcitur in cri
minalibus.*
*12 Sodomiā passus vt indicium faciat ad torturam con
tra agentem, quid requiratur.*
*13 Impuberes licet non torqueantur propter eorum te
neram ætatem, tamen debent terreri, & virgis,
vel ferula cædi.*
14 Lex non curat de suspitione.
15 Actus osculandi puerum potest stare sine delicto.
*16 Actus quando potest se habere ad delictum, & non,
capitur præsumptio exclusiua delicti.*
*17 Testis de auditu auditus nihil probat in crimina-
libus.*
*18 Testibus, quorum auctores repelluntur, absurdum
est credere.*
*19 Index inspicere debet, quod verisimile est, non quod
distat a verisimili.*
20 Reus absoluitur actore non probante.

CONSI-

CONSILIVM LXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso processu ex officio, & ad instantiam procuratoris fiscalis, vt dicitur, formato per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Episcopum Cenetensem, contra & aduersus Reuerendum fratrem Ioannem Franciscum ordinis Sancti Hieronymi Fesulanum de, & super eo, quod subagitauerit quendam Petrum ætatis annorum decem uel circa filium, Ser Pauli Busanelli habitatoris Opitergij: & illo diligenter discusso, dico dictum processatum absoluendum fore & esse ex infra dicẽdis.

Et primo quia idem Episcopus ad formationem dicti processus deuenire non potuit contra eundem inquisitum, cum de aliqua præcedenti infamia, prout dicitur in dicta inquisitione, ex actis non constet, prout præcedere oportebat, & ex actis apparere; cum alias iudici ita asserenti non credatur cuiuscunque sit authoritatis, ita firmat expresse Fulgo. in cons. 106. super eo. num. 1.
1 & 2. & quod iudicis † verbis in inquisitione prolatis non credatur dicitur, dicit etiam Horat. Lutiu. inter crim. diuers. in cons. 168 num. 11. volum. 1. nec mirum, cum fama suc
2 cedat loco † accusatoris, & iudici in iudicio assistat, sicut accusator, sicut dicit Bal. in l. ea quidem, num. 55. C. de accusa. & Cardina. Alex. in c. speciali, num. 5. in fi. de appella. per ca. qualiter. el 2. de accusat. & ratio est,
3 quia nemo condemnari † debet sine accusatore, prout dicit Duena. in regu. 298. incipien. fama, seu infamia post princ. in uers. ratio huius regulæ per l. rescripto, §. si quis, ff. de munerib. & honori. c. de manifesta. 2. q. 1. & dicit Afflict. super constitut. regn. in rub. 51. num. 3. lib. 1. neque obstat si dicatur, quod dicta inquisitio fuit formata addictum dicti Petri, ut dicitur, subagitati per dictum inquisitum. Quia similiter ad hoc re
4 spondetur, quod † inquisitio formari non potest per iudicẽ ad dictum socij criminis, præsertim impuberis, prout est præfatus Petrus, cum sit ætatis annorũ decẽ in circa, ita in nostris terminis dixit Paris. in consil. 163. nu. 18. volum. 4. quod prius dixit Fulgos. in cons. 135. in causa criminationis, colum. penult. in uer. nouissimè uero. & Dec. in consilio 188. lætatus, num. 7. in princip. & numero 9.

Secundo, quia etsi dictus processus potuisset ex officio formari, prout non potuit ex supradictis, tamen aliquid per curiam & fiscum non fuit probatum contra dictum inquisitum. Et deueniendo ad præfatum Petrum assertum socium criminis, & ad illius depositionem, cum aliquid considerabile non sit in dicto processu, dico ipsum aliquid non probare, etsi dixerit fuisse subagitatum a dicto inquisito, cum sit impubes & ætatis annorum decem, prout ex ipsius & sui patris confessione in processu apparet; & sic eius testimonium nullum, & inualidũ, ac a iure reprobatum propter eius teneram
5 ætatem; cum talis ætas † non sit apta ad testimonium ferendum, prout in nostris terminis in puero ætatis decem annorum asserẽti se fuisse subagitatum, firmat Marsi. per rationes, quas adducit in cons. 28. num. 12. in uer. circa secundum, num. 13. & pluribus sequentibus, quem secutus fuit similiter in nostris terminis Grammat. in decis. 40. & seq. & Gramma. secutus fuit Carre. in sua prax. crimin. in uerbo, circa igitur quartum, num. 13. fol. mihi 178. & quod impuberis testimonium nullum sit; ex quo ipso iure testificari prohibetur, dicit Ang. per illum text. in Auth. de testib. §. 1. nu. 2.

Et quod impubes, seu minor quatuordecim annorum etiamsi examinatur, cum a iure reijciatur a testimonio, vt est dictum, & est tex. in c. testes in fi. & cap. si testes, §. lege Iulia 4. q. 3. non admittatur etiam uirgis cæ
6 sus, † nisi pro aliquo indicio habendo in criminalibus, videlicet ad inquirendum tantum, non autem ad puniendum, vel ad torquendum, dicit Marsi. in l. de minore sub num. 22. & 23. ff. de quæstio. & in sua pract. crimi. §. diligenter, num. 80. in princip. per glo. sing. quam ipse ad hoc allegat in versi. seruos in l. fi. & ibi Barto. num. 2. qui dicit dictam glo. esse notandam, C. de his, quib. vt indig. quam glo. secutus fuit etiam Roman. in l. 1. §. fuit quæsitum, numero 8. ff. ad Trebellia. & eam etiam sequitur Bald. & idem Roman. in l. 1. §. impubes, num. 2. ff. ad Syllani. vbi idem Bal. dicit cum dicta gl.

quod

qđ si impubes est tortus nõ facit indiciũ, q possit inducere ad decisionẽ, sed ad pparationẽ facti.& qđ minor quatordecim annorũ, seu impubes in testẽ nõ admittaẽ, ẽt fenu la cesus, put dicit d.gl. desuper allegata, nisi p aliquo indicio habẽdo, cum nec iurare possit, dixerũt Card. Alex.ni d.c.testes post mediũ, & Domi.de S.Gemi.n.2.& 4.q.3. & ante eos Spe.in tit.de teste.§.1.n.30.seq.

Et licet Marſ.in pcitata l.de minore, nu. 24.& d.§.diligẽtet, n.80.in uer. illud tñ di-
7 cat, q forte istud dictũ sit limitãdũ,† qñ aliter veritas haberi nõ possit, ut eo casu dictũ impuberis facere possit indiciũ ad torturã, motus pſertim p ea, q dicũt Io.And.& Io. de Ana.in locis p eũ allegatis, uidelicet, & mulierẽ & minorẽ viginti annorũ, q regulariter phibenẽ in causis criminalib.testificari posse, qñ aliter veritas haberi non possit. Quia ad hoc reſpõdeẽ, militare pmaximã rõnẽ diuersitatis ab adductis per eũ a casu, qđ admittaẽ in testẽ impubes sic a iure phibitus admitti, cũ in casu præfatorũ Doc. licet minor viginti annorũ & mulier patiatur exceptionẽ ẽtatis, & fragilitatis sexus respectiuẽ; tñ in minore quatuordecim annorũ militat alia ratio diuersitatis prohibitiua, ne impubes admittaẽ ad probationẽ delicti nec ad faciẽdũ indiciũ ad torturã, q̃ nõ animaduertit tãtus practicus, uidelicet p p de-
8 fectũ iuramẽti,† cũ ad iuramentũ nõ admittaẽ, nec sit cogẽdus, prout dicit Spe.de teste §.1.n.33.in fi.& seq. p Luideamus, ff.de in litẽ iuran.& c.pueri.22.q.5.& dicũt Card. Alex.et Domi.in d.c.testes 4.q.3.cũ testis
9 †nõ iurati testimoniũ nõ ualeat, etsi esset religiosus, per tex.apertũ in c.nuper de testib. et tradũt Spec.Card.Alex.et Domi. in pcitatis locis:qđ procedit ẽt, etsi Cardinalis es-
10 set testis, ut ei nõ credaẽ sine iuramẽto, put dicit Iaſ.in cõſ.104.n.2.in uer.accedat, uol. 1.et in conſ.72.n.14.co.uol.et latẽ Viuia.in Sylua opin.93 n.4.lib.3.et p pea Doct. desuper citati per iura per eos adducta dixerunt minorẽ quatuordecim annorũ nõ esse admittẽdũ ad decisionẽ negotij, neq; ad torturã, sed tñ ad faciendũ indiciũ sufficiẽs ad inquirendũ, cũ absq; iuramento testis in aliorũ præiudicium non admittaẽ, ut est dictũ, cũ tali casu talis testis nedũ patiaẽ unũ defectũ ætatis, cũ in criminalib. nõ admittatur nec pubes, et minor uiginti annorũ, nisi ad indiciũ, prout dicit Spec.d.loco nu. 34. verũ ẽt et duos defectus hẽns, ut in casu nostro, cũ absq; iuramẽto deponat. ad q facit
11 ẽt illa cõclusio, quod testis†patiens duos defectus oĩno in criminalibus reijciaẽ, prout dicit Gram.cũ per eũ adductis in conſ. 45. n.22.in fi.et seq.in cri.nec faciat ẽt indiciũ, prout dicit Marſ.in conſ. 109.num. 1.in fi.

Et fortius prædicta oĩa procedunt, cum impubes, de quo agitur, non solum est minor quatordecim annorũ, uerũ ẽt est ætatis tñ decẽ annorũ:et ideo non est dubitandũ ad aliquẽ effectũ in testẽ non admitti cõtra d.inquisitum, per auctoritates desuper adductas, Marſ. Gram.Ang.et Carre. in prin. huius secundi fundamenti, imò plus dico, q ẽt etsi fuisset tñ minor quatuordecim annorum, et nõ decem annorũ impubes, de quo agitur, prout est, et posset cogi ad iurandum prout fuit factum iurare, si non intelligat uires iuramenti; et esset uera opinio præfata Marſ.ut admitteret in testẽ in casu, qñ alias ueritas hři nõ possit ad faciendũ indiciũ ad torturam, quod intelligi debet, qñ est impubes, et non est socius criminis, secus quãdo est socius criminis, ut statim dicetur; prout non est uera per supradicta; tñ dico, quod ex quo nos sumus in asserto socio criminis in prætenso delicto sodomiæ; quod nihilominus contra d.inquisitum aliquod indiciũ sufficiens ad torturã non faceret; quia ad hoc, ut socius criminis, seu criminẽ sodomiæ
12 † passus faciat indicium contra agẽtem ad torturã requiritur, quod contra agentẽ concurrat aliquod aliud indicium, seu præsumptio de tali genere delicti, et tortura ipsius testis asserti soci) criminis, prout in terminis decidit et firmat Boſſi.in sua pract.crimi.in tit. de indic.et consider. ante torturam sub nu.160.quem secutus fuit Plot.in conſ.56. nu.23.cum et ipse infamiam incurrerit, prout dicit Marſi.in d.conſ.28.nu.18.Grammi. d.decis.40.nu.16, Bermond. de publi. concubi.in tit.de peccato sodomiæ, n.16. et antea Iacob.de Beluiſ.in Auth.ut non Luxu. contra natur.in fi.

Et licet tales impuberes non torqueantur propter eorum teneram ætatem, † tamẽ debent terreri, & virgis, vel ferula cędi
13 & ita obseruatur: prout dicit Ioan.de Ana. in c.1.nu.10.de delict.puero.sequitur Ant. Gomes, Delic.in c. 1.nu.67.qui similiter dicit de d.obseruantia.& quod ita debeat impubes torqueri, dicit Igne.in l.1.§.impubes nu.39.

nu.39.in fi.& seq.ff.ad Syllani.& ita seruari dicit ẽt Clar.in sua pract.crim.q.64.n.21

Cum igitur in casu nostro non solum idẽ
assertus socius criminis nõ fuerit uirgis, vel
ferula cęsus pro veritate habenda, prout re
quirebatur de iure, uerum etiã nec aliquod
indiciũ, seu præsumptio concurrat cõtra d.
inquisitum, imo & concurrat pro eius bona
qualitate, & fama, quæ præsumitur, cũ esset
Theologus Illustris. D. Episcopi, & iudicis,
merito oĩno venit absoluendus, & liberandus;
etsi talis pubes alias potuisset ad probationẽ,
seu ad indiciũ ad torturam eliciendã
examinari, prout nõ potuit per supradicta,
cum non adsit nec plena delicti probatio,
nec semiplena: & sic nec indicium ad torquendũ,
etsi remaneret pęnes iudicem aliqua
suspicio delicti, cum de tali suspicione
14 † lex non curet, prout dicit Bal.in l.fi.n.17.
C.de probat. quem late secutus fuit Anto.
Gomes.delicto.c.12.col.fi.in uer.aduertendum.
& quod si reus semiplenè conuictus
non est, de prætenso crimine debeat absolui,
tanquã deficiente probatione, dicit Cla.
in sua pract.crim.q.62.num.1.

Neq; aliquid obstat, etsi idem inquisitus
confessus fuerit dictum impuberem deosculatum
semel fuisse, & illũ dimisisse: quia ex
quo est religiosus & sacerdos, præsumit̃ nõ
venereo animo, sed charitate, & bono zelo
fecisse, prout in fortioribus terminis voluerũt
in religioso, qui amplexus, uel deosculatus
15 tus fuit mulierẽ, cũ iste actus † possit stare si
ne delicto Aymo in cõs.244.nu.4.in fi. &
seq. Federi. Schen. in suo Viridar. conclus.
35.& ante eos Ang. in tract. malefi. in uer.
che hai adulterato la mia donna, nu.9. per
totũ.& Spec.in tit.de præsump.§. species,
nu.1.in uer. unde vbi ẽt subdit quod temeraria
præsumptio inualida est, & a iure repellitur,
nec mouere debet animum iudicantis
per iura, quæ ipse allegat. & est ẽt regu-
16 lare, quod qñ actus † potest se habere ad delictum,
& non delictum, ꝙ illa præsumptio
capiatur, quæ delictum excludit, prout dicit
Bar.in l.non solũ.§.sed & probari, nu.3.ff.
de noui.ope.nun.latè Aymo in d.cons.144.
nu.4.ad fi.& seq. Gram.uoto 10.nu.31. latissimè
Ioan.a Royas. de hæreti.in 1. parte
nu.366. Alex.in cons.15.nu.7.vol.3. Rui.
in cons.122.num.8. in princip.uolum.4.&
Marf. in cons.104.numero 28.

Circa uerò d.Pauli Businelli patris dicti
Petri mihi aliquid non uidetur dicendum;
& quia ipsa refert uerba, & factum, dicta, &
dictum per Petrum eius filium; & per consequens
sit testis de auditu auditus, qui
17 † in criminalibus nihil probat, prout dicit
Alex.in cons.72.nu.8.in fi. uol.1. & in cõs.
1.nu.4.in fi.& seq.uol.3. Mars. in cons.76.
nu.25.Paris.in cons.164.nu.5.uol.4.& antea
uoluit Spec.in tit.de test.§.1.nu.53.in
fi.Ang.de Castr.inter crimin. diuers. cons.
94.nu.23.& seq.uol.1.Barthol. Vero. cõs.
1.nu.18.in crim.Gem.in cons.142.nu.5.&
Aymo in cons.281.nu.5.in uer.secundo.

Et quia, ex quo nõ creditur d.Petro eius
filio, cum a testimonio ferendo reijciatur
per iura desuper adducta, absurdum esset eidem
Paulo eius dicta referenti credere; cũ
18 absurdum esset testibus † in aliquo credere,
quorum auctores repelluntur, prout firmat
Dec.in cons.82.nu.1. Aymo in consil.
112.nu.13.& in cons.41.nu.2.& in cons.6
nu.66.in fi.& seq.Castr.in cons.299.nu.2.
post prin.& in cons.284.nu.2.uol.2.

Prout nec aliquid venit dicendum de
tertio teste, cum nihil deponat.

Nec omittere uolo dicere, quod eidem
Petro non uenit etiam credendum; ex quo
deponit penitus inuerisimile: nam quis sanę
mentis credere potuerit, quòd puer decem
annorum subagitari potuerit, prout ipse deponit,
ab homine ætatis triginta annorum,
quin per aliquam fractionem, seu alio modo
constaret de aliquo vestigio delicti, seu
illius corpore? certe nemo. Quod cum non
appareat, prout pater d. Petri deponit, non
est dubium, quod ẽt ex isto capite nõ uenit
in aliquo eidẽ credẽdũ per Illustris.& R.D.
19 iudicẽ: cũ iudex † inspicere dẽat illud, ꝙ verisimile
est, & nõ qđ a uerisimili distat, cũ sit
q̃dã falsitatis imago; ꝓut dicit Bal.in l.1.n.
16.C.de ser fug. sequit̃ Ias.in l. extraneus,
n.8.& seq.ff.de cõd.cã data. Dec.ĩ cõs.596
nu.10.& Gram.in cons.42.num.14. in crimi.&
in uot.14.num.8.cum sequentib.

Et ista sufficiat me dixisse ad demõstrandã
innocẽtiã d.inquisiti, & pro illius absolutione,
cũ nihil fuerit probatũ ꝓ parte curię
& fisci, & regulare sit tã in causis ciuilibus, q̃
20 criminalib. ꝙ actore nõ probãte reus † oĩno
absoluat̃, ꝓut dicit Cla.6.q.62.nu.1. in fi.
* vbi de communi. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Rem propriam ab alio possessam an,& quando quis recuperare, & subripere possit.

SVMMARIVM.

1 *Subripiens rem suam in praeiudicium tertij, tenetur illam in pristinum statum restituere.*
2 *Creditor pecuniae uel rei, quam non potest a debitore consequi, potest rem, vel quantitatem aequiualentem ei subripere.*
3 *Subripiens rem suam furtiue, vt nō dicatur peccare, quae requirantur.*
4 *Secretum reuellare praelato interroganti an quis teneatur.*
5 *Confessarius an possit aliquid sibi dictum in confessione, de licentia confitentis reuelare.*

CONSILIVM LXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluendo dubia mihi data breuiter dico, rem propriam ab alio indebite,seu iniustè possessam propria auctoritate quem subripere, seu recuperare posse absque peccato mortali,dummodo per viā iudicis, vel ob defectum probationum, uel alias,veluti propter maius damnum amicitiae,pacis, & similium illam recuperare non possit;& dummodo illam etiam recuperet sine scandalo praesenti uel futuro, non dico illius,qui rem occupauit, sed aliorū, & absque laesione propriae famae, uel alterius;& sciat ad illius rei restitutionem se nunquam teneri;& dummodo non subripiatur in praeiudicium tertij,ueluti vxoris,famuli, uel depositarij,quia illos teneretur releuare, & in pristinum statum rem restituere † prout di-
1 cunt Caiet. ad Sanctum Thom. in 2. 2. quaestio.66. art.5. super uet. ad tertium incipien. ad hoc dicitur, & ibi idem Thom. vsque in fin. fol. mihi 160. Couar. cum alijs allegatis per eum varia.resolutio. cap. secundo, numero decimoquarto, in uersi. quarto ex principali: quod antea placuit Card.Alex.in cap.ius gentium,num.7.dist. 1.& Alex.in cons.135.nu. 1. uolum. 1. vbi subdit saepissimè uidisse dari tale consilium a Theologis,& Thom.Acatij.in tractat.de ludo Scaco.7.q.principa. num. 52. in fi. & seq.& Fely.in c.quoniam,num.12.in uersi. adde,de Simoni. & Innoc. in capitu. olim, num.8.in ver.quidam tamen dicunt,de restitu.spoliat.

Et eodem iure licitum esse videtur ei, qui debitam sibi pecuniam, aut rem habet, quam non potest a debitore consequi aequiualentem rem, uel quantitatem ab eo subri-
2 pere, † prout tradunt Doctores,Couar. in praedicto loco,in uer.quarto eodem modo. Alex.in d.cons.135,num.1.in prin. volum. 1.& latè Syluestr.in uer.furtum,quaest.13. vbi adducit etiam sex requiri ad hoc,ut fur tur subripiens non peccet;quae sunt eaedem
3 conditiones,de quibus supra: † primo uidelicet,quod quis nō sit dubius, an debeat habere, uel non,sed suum creditum sit sibi liquidum. Secūdo,quod non possit suum habere in iudicio. Tertio quod non sit uerisimile sequi scandalum, aut grauamen alijs, cum nemo debeat cum alterius iactura locupletari. Quarto quod non immineat illi periculum famae; ex hoc quod res probabiliter ventura sit ad lucem. Quinto quod non immineat periculum propriae personae: quia hoc esset tentare Deum. Sexto, quod conscientia sit stabilita sic, quod nec aliquid fiat contra eam, nec putet quis se uenturum in tentationem peccati mortalis, paratus scilicet periurare, se interrogaretur: cuius verba inserere volui pro rei intelligentia, & casus dilucidatione, ne in materia tam graui circa conditiones attendendas erretur.

Ad aliud uerò dubium,an si Praelatus interroget aliquē, ut reuellet secretum crimē sub sententia excommunicationis, uel sub
4 quacunque alia poena,an teneatur † reuellare; & an non reuellando incidat in foro conscientiae in poenā excommunicationis: Et dicitur quod non,si modo constet crimē esse occultum,nec habere ius inquirēdi, cū non laboret infamia,nec indicijs: cum talis sentētia non obliget ad culpam,nec sit peccatum non obedire, dummodo nō adsit cōtēptus: & in euētum,quod inuentum fuerit non obedire,excluderetur a sacris,& a fidelium cōmunione,licet nō priuaretur propterea ex tali iniqua sentētia suffragijs,& ora-

 tionibus

tionibus ecclesiæ, cum non liget quo ad culpam, ut est dictum. Ita firmat Sotu. de ratione regen. & detegen. secre. in 3. memb. quæst. 1. in 4. conclus. per totum, fol. mihi 260. & seq. ubi hanc materiam accuratè & doctè disputat.

Ad quartum verò dubium, dico quod
5 confessarius de licentia confitentis † potest reuellare aliquid sibi dictum in confessione. Et ita tenent canonistæ; & est communis opinio; licet Theologi aliter videantur uoluisse, prout dicit Fely. in c. Mattheus num. 1. de simon.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

RRGVMENTVM.

Imputatus de propositionibus hæreticalibus defenditur cum exactissima discussione in materia testium, & doli requisiti in delictis ad infligendam pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Testi singulari & vnico non creditur.*
2 *Testis vt probet de verbis propositionis controuersæ quid requiratur.*
3 *Testibus de auditu ab alijs non creditur in criminalibus.*
4 *Testi danti contestem non creditur, si contestis negat.*
5 *Testis dicto iudiciali & iurato regulariter stari debet.*
6 *Testis omni exceptione maior deponens immediatè de delicto contra inculpatum indicium facit ad torturam.*
7 *Testis ad conuincendum quem de hæresi, quid deponere debeat.*
8 *Testis de viso quando faciat indicium ad torturam.*
9 *Hæreticus vt quis probetur, quid requiratur.*
10 *Conspiratores, seu coniuratores deponentes contra aliquem, dicuntur esse in euidentissima calumnia, & repulsione.*
11 *Inimicus præsumitur qui non salutat, quem prius salutare solebat.*
12 *Inimicitia capitalis ex quibus contrahatur.*
13 *Testi deponenti de facto suo, seu de eius conscientia creditur.*
14 *Amici & adhærentes inimico alicuius, dicuntur eius inimici.*
15 *Testes deponentes per eundem præmeditatum sermonem, repelluntur etiam in causa hæresis.*
16 *Testium in varietate qui præferantur.*
17 *Testes aliorum verba referentes, debent etiam in cortice concordare.*
18 *Aduocati partes non sunt hæreticum defendere.*
19 *Propositiones ambigua declarantur ex intentione loquentis & nu. 20.*
21 *Verba ad quid instituta sint.*
22 *Suspectus de fide citari debet, & ad quem effectum.*
23 *Mentis deliberatio in causa hæresis ad quid sufficiat.*
24 *Verba, scienter prastiterit, dolum significare videntur.*
25 *Dolus duplex, reipsa, & consilio.*
26 *Puniri quis non potest in criminalibus, nisi dolus interueniat.*
27 *Culpa lata non æquiparatur dolo in criminalibus.*
28 *Testis celans veritatem punitur, ac si falsum deponat.*
29 *Testibus inuerisimilia deponentibus credendum non est.*
30 *Animus & propositum distinguunt maleficia.*
31 *Testes deponentes negatiuam præferuntur deponentibus affirmatiuam in criminalibus fauore liberationis.*

CONSILIVM LXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa R. Patris, & Sacræ Theologiæ magistri Bartholomei Ordinis Seruorum ad præsens Regentis in monasterio eiusdem religionis ciuitatis Paduæ, visis ac maturè consideratis, & discussis denuntiationibus plurium propositionum tanquam hæreticalium contra eum datis coram Illustriss. & R. D. Cardinali Sanctæ Seuerinæ, supremo Inquisitore S. Officij Inquisitionis de vrbe, nec non minarum per eundem illatarum in personam Ambrosij eiusdem ordinis, contra, ipsum in causa huiusmodi examinati, una cum testium dictis seu depositionibus tā ad offensam, quā ad defensam examinatorū, seu receptorū: pro omnium clara intelligentia operæpretium esse duxi per distincta capita de eis indagare, ut illis cognitis facile appareat, quid circa illa iudicari possit.

Et primo an probatū sit de dictis prætensis propositionibus hæreticalibus infra nominandis.

Secundo dato, sine ueri pīudicio, q de illis sit probatū, an potuerit illas tanq̄ dubias decla-

declarat exprimendo q̃lo illas intellexerit, & intelligat; adeo q̃d eius declaratio, & interpretatio sonet in catholicum sensum, & non in hæreticum.

Tertio an si minatus fuerit d. fratri Ambrosi idem delatus, adeo iuste hoc facere potuerit, ut non cõprehendatur eius minæ sub dispositione constitutionis fęlic. recor. Pij Papæ V. contra offendẽtes statum, res, & personas officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis, incipien. si de protegẽdis, de anno 1569. edita K. Aprilis, Pontificatus eius anno quarto, uel potius a d. constitutione apprehensa illius pęnis idem delatus affici debeat.

Et primo deueniendo ad primam propositionem, quæ se habet, quod dictus delatus dixerit in circulo, dũ erat Baccalareus in d. monasterio de anno 1598. quod personę diuinę non distinguãtur realiter, sed rõne tñt & q̃d R. P. & Sacræ Theologiæ mag. Hieronymus ad Florentia tunc ibidem regens eum in dicto circulo, & extra sæpius reprehenderit, dicendo eidẽ, quod dicebat unã hæresim, & illi minando, cum persisteret in dicta praua opinione illam defendẽdo, q̃d volebat eum denuntiare S. Officio Inquisitionis: prout patet processu offens. char. 1. & dico de d. propositione circa locũ, & modũ illam dicendi, & defendendi, nõ uideri probatum: nam primus testis in ordine super eam examinatus, qui forsan est frater Seraphinus de Taruisio, qui illum denunciauit, licet deposuerit suo iuramento, prout continetur in dicta eius denuntia, vt supra relata, prout patet d. processu char. 2. nihilominus contestem non habet quoad verba propositionis præfatæ: cum sextus testis similiter in ordine examinatus, qui forsan est frater Ambrosius de Taruisio, licet d. processu char. 9. deponat, quod audiuit in publico circulo reprehẽdi d. magistrũ Bartholomeum, ac minari, ut eum poneret ad officium S. Inquisitionis per eum magistrũ Hieronymum tunc Regentem; tamen

1 non deponit de eisdem uerbis dictæ propositionis, imo interrogatus de uerbis propositionis, respondit, quòd de eis non recordatur. Vnde primus testis remanet vnicus, & singularis quoad verba dictæ propo

1 sitionis, cui † non creditur c. licet vniuersis, & ibi glos. fina. & cap. in omni in fin. & ibi similiter glos. de testibus, & l. ubi numerus, ff. eodem, & quod dicta regula habeat locum etiam in materia hæresis; & ut requirantur duo testes etiam omni exceptione maiores ad conuincendum quem dè hæresi, dicit Alber. in cap. 1. quæstio. 16. num. 25. de hæret. in 6. ubi num. 1. & seq. dicit etiam in quocunq; delicto hanc regu

* lam locum habere, & hanc esse communẽ opinionem firmat Simanc. in Enchi. iud. tit. 34. de probat. nu. 4. & 5. cum dubium non

2 sit ad hoc, ut testes † probent de uerbis propositionum, cum de illis sit quæstio, & ueniant attendenda, & ponderanda, de illis formaliter deponere oportere: prout optimè dicit Albert. de Agnosc. assertio. catho. in q. 34. nu. 47. cum allegatis per eum, & in q. 35. nu. 8. Roya. de hæret. in 2. par. assert. 6. num. 129. & seq. & Pegn. in Directo. Inquisit. in 3. par. in commẽt. 111. colum. 3. in fi. & licet secũdus testis dicto processu char. 3. & tertius testis d. char. 3. ter. deponant de eadem propositione de auditu auditus, seu de auditu ab alijs, nihilominus nihil ꝓbãt; cũ in causis huiusmodi, sicut in alijs causis

3 criminalibus tales testes † non admittantur, prout late firmat Simanch de catho. Instit. in tit. 64. de testib. nu. 39. & seq. ubi plures authoritates ad id adducit Alex. in cons. 72 nu. 8. in fi. uol. 1. & in cons. 1. n. 4. in fi. & seq. uol. 3. & Marsi. in cons. 76. nu. 25.

Et etiam dicti duo testes aliquid non probare uidentur ex hoc alio fundamento: nam quilibet eorum deponit dictum delatum in publico circulo pluries fuisse reprehensum a dicto mag. Hieronymo; & prout supra dictum est: & tamẽ idem mag. Hieronymus decimustertius testis in ordine examinatus hoc expresse negauit, dicendo tantum dicto processu char. 21. ter. & 22. quod dictus mag. Bartholomeus extra circulum transitoriè, & causa disputandi, semel eidem dixit, quod personæ diuinæ non distinguuntur realiter inter se: & quod cum ipse eidem dixerit, quod non diceret talem propositionem, quia nõn potuerat teneri, quòd ipse acquieuit. Et subdit dictus testis, quod non credit, quod ipse dixerit talem propositionem, quia ita crederet, sed transitoriè; & causa disputationis, ut est dictum, sicut solebat sæpè facere de propositionibus philosophiæ; cum non sit dubium, ex quo dederunt circa prædicta præfatum magi. Hieronymũ in contestem, q. examinatus id

4 negauit, † eisdē aliquid non esse credendū, ad dicta per Bal. in c. cum causā, n. 17. de testib. & in l. testiū, nu. 12. & ibi Sali. de testib. reg. 410. in fi. Gram. in cōs. 26. nu. 20. & in cons. 38. nu. 27. & seq. in crimina, Cepha. in cons. 233. nu. 24. vol. 2. & Magon. in decis. Lucens. nu. 8. & seq. & Bursa. in cons. 69. n. 36. & seq. vol. 1. & idē asseruit idē mag. Hieronymus, cū fuisset interogatus die 2. Maij anni proxime præteriti 1599. in monasterio S. Iacobi de Iudaica a mag. Archangelo de Venetijs Prouinciali, qui dixit, qđ postquam idē mag. Hieronymus talia dixerat, quod uolebat denuntiare officio Inquisitionis eundem mag. Bartholomeum, quod minime facere potuisse v̄r: ex quo idē mag. Hieronymus dixit, ꝙ talia verba, ꝙ personæ diuinæ non distinguantur realiter, dixit ꝑ modū disputationis, & transitorie, & non quod ita crederet per iura desuper adducta, & rationes; & ꝑ pea illinc idem mag. Hieronymus discessit ob hoc iratus: prout deponit mag. Iacobus d. processu ad defensam, sextus testis char. 11. ter. imo & quod frater Seraphinus, quod illi mag. Bartholomeum de tali propositione denuntiauit ad releuamē suæ conscientiæ, nō ꝑ ꝑ hoc denuntiauerit, sed ex mero odio patet; quia non ob stante quod per Inquisitorē Paduæ fuerint facta duo decreta, unū de anno 1598. & aliud d'anno 1599. quod sub pœna excommunicationis latæ sniæ, qui audierit aliqua uerba hæretica ab aliquo proferri infra duos dies deberet illi denuntiari, uel eidem Inquisitori, vel Vicario Episcopali Paduæ, cū dictus denuncians dixerit audiuisse talia verba dici a d. delato, dum erat Baccalaureus de anno 1599. de mense Nouembris, d. delatum tunc non denuntiauit, uel quia non timuit excommunicationē præfatam, vel quia sciebat d. mag. Bartholomeū bene declarasse talia verba sm sensum catholicū, sed denuntiauit multo postea, videlicet de mense Maij sub die octaua eiusdem anni, cum tunc idem delatus fuerit factus regens ad illum impediendum, ne exercere posset tale officiū, prout ex facto, & inimicitia, ac odio, quo eū prosequit, coniecturari posse videtur, Quibus accedat eundem mag. Hieronymum etiam per suas literas missas dicto prælato sub die 18. Iulij anni proximè præteriti, prout cōstat dicto processu char. 31. ter. attestatū fuisse, quod nunquā audiuit in circulo ab eodē delato dici, quod personæ diuinæ non distinguūtur realiter, hāc rōnem ēt reddendo, quia nunquam se præstitit occasio ueniēdi ad tale colloquiū, subdendo etiam, quod nec habebat memoriā talem rem extra circulum dictam fuisse, & attestato tam in examine, quam in literis, uidelicet, quod in circulo præfatus delatus non dixerit talem propositionem ꝑ præfatū mag. Hieronymum, corroborant ex depositionibus aliorū testium, videlicet octaui testis, qui forsan est Baccalaureus de Tuderto dicto processu char. 13. ter. decimus testis, qui forsan est frater Albertus de Florētia d. processu char. 16. ter. & undecimus testis, qui forsan est frater Iulius similiter de Florentia, char. 18. ter. qui deponunt nunquam audiuisse in circulo nec extra præfatum mag. Bartholomeū dixisse aliquā propositionem hæreticam, nec illam, de qua impugnar; nec ob id in circulo a præfato mag. Hieronymo fuisse reprehensum, licet scholares sint, & assidue in circulis adesse soleant; & credibile etiam sit propterea interfuisse in omnibus; etsi talem propositionem dixisset idem delatus in dicto circulo; quod illam audiuissent; stantibus præsertim circumstantijs altercationis, & reprehensionis factæ per dictum magistrum Hieronymum: & idem testimonium reddunt ijdem testes in quibusdam testimonialibus una cum alijs fratribus, videlicet Fratre Benedicto de Viterbio, fratre Luca de Luca, fratre Balthassare de Vignale, & fratre Ambrosio secundo teste, qui contrarium attestatus fuit in examine dicto ꝓcessu char. 31. in fi. & char. 32. & licet dicti testes necessario non videantur cōcludere talem negatiuam; tamen sufficiens, & probabile videtur eorum testimonium ad corroborandum, ut est dictum, ad dicta per Simanc. de Catho. Instit. tit. 9. nu. 48. & Albert. de Agnosc. assertio. catho. q. 5. nu. 14. in fi. & seq. & faciunt dicta per Cephal. in consilio 233. nu. 24. in fi. & seq. vol. 2.

Et licet dictus mag. Hieronymus deposuerit affirmatiuè in iudicio, ꝙ d. delatus semel eidem dixerit, quod personæ diuinæ non distinguantur realiter, licet non in literis, de quibus supra dictum est, & per hoc uidetur dictæ depositioni standum; cum
5 regulariter dicto iudiciali, † & iurato stari debeat, prout dicit Bal. in l. fi. nu. 6. in fi.

C.de

C. de re iud. & latè Aymo cum accumulatis per eum in conf. 6. nu. 14. in fi. & seq. & per consequens videatur contra eundem delatum circa dictam propositionem indicium facere, stante qualitate d. testis, cui nul
6 la exceptio obijci potest; cum testis † immediatè deponens de delicto contra inculpatum, si sit omni exceptione maior, indicium faciat ad torturam, prout dicit Simanc. in in enchi. iudic. tit. 52. de torment. nu. 13. Lo car. in iudiciale, inquisit. in uer. testis unus, post prin. vbi dicit ita communiter teneri;
* & hanc esse cōem opinionem prius dixit Rom. in conf. 451. nu. 4. quem secutus fuit Clar. in sua prax. crim. q. 21. nu. 2. in uersic. cæterum, cum per eum allegatis, ubi similiter refert hanc esse communem.

Tamen dictum indicium triplici capite euacuatur, & tollitur: primo quia dictus magister Hieronymus nō deponit simpliciter, quod dictus Delatus dixerit eidem talem propositionem, sed subiungit, quod idem Delatus illa dixit transitoriè, & per modū disputationis; & non quòd ita crederet; & quod ab eo reprehensus acquieuit, ut supra dictum est. Vnde cum referat mentem dicti Delati catholicam, & testis ad conuincendum quem de hæresi debeat non solum deponere de uerbis hæreticalibus; sed etiā & de credulitate ipsorum, & mente; cum in credulitate hæresis consistat, quod præsertim procedit in verbis prolatis in prædicationibus ad populum; cum sæpè prædicatores referant aliorum verba, & opiniones in disputationibus, aut lapsu linguæ; meritò non videtur in hæresim incidisse, † prout la
7 tè nos docet Alber. de Agnosc. asser. catho. in q. 34. nu. 52. cum allegatis per eum & nu. 51. in fi. secundo euacuatur dictum indiciū ex depositionibus plurium testium ad offensam examinatorum, stante præsertim præcedenti conclusione. Nam primus testis cōtra eundem Delatum, qui illum denunciauit: & forsan fuit frater Seraphinus, deponit d. processu offensiuo fol. 2. ter. quòd d. Delatus quoad res fidei habetur inter ipsos pro bono & catholico, ipsumq; credere dictam propositionē dixisse ob ignorantiā, nō aūt malitiam. secundus testis, qui forsan est frater Maurus deponit d. processu fol. 3. ipsum tenere, ꝙ d. Delatus in rebus fidei sit sanæ mētis, quia est bonus religiosus, & boni exempli; & illud, quod dixit, dixisse per ignorantiā. tertius autē testis, qui forsan est frater Iacobus d. processu fol. 4. deponit per eundē præmeditatum sermonem, dicendo, habere eundem delatū quo ad res fidei pro catholico, quia etiam in moribus est bonus religiosus; sed putat, ꝙ si dixit aliquem errorem, prout ei dem dictum fuit, ipsum dixisse ob ignorantiam, cum parū sit doctus. sextus autē testis d. processu fol. 10. qui est forsan frater Ambrosius, deponit, ꝙ ex quo d. Delatus defendebat eius propositionē, quod ipse putat, quod ita credebat esse prout affirmabat: & quod ista sua credulitas eueniret ob ignorantiam: quia inter ipsos tenetur homo probus, sed ignorans, & nihil eidē creditur in rebus literarijs. Et ꝙ sit ignarus, deponit etiam nonus testis, qui est forsan frater Ioannes Hieronymus d. processu fol. 16. decimus secundus testis, qui forsan est prouincialis d. processu fol. 21. deponit, quod tenet in rebus fidei d. Delatum pro homine probo. decimustertius testis, qui forsan est præfatus magister Hieronymus, similiter deponit char. 22. ter. ipsum habere præfatum Delatum pro catholico, & bono christiano. Et sic non est dubium ex isto capite etiam esse euacuatum dictum indiciū, & ad dicta per Albert. in loco proximè citato, & ad dicta per Locat. similiter in d. uers. testis vnus in vers. testis tamen, vbi dicit te
8 stem † de visu facere indicium ad torturam, quando est fide dignus, & omni exceptione maior; dummodo aliæ circunstantiæ nō resistant, prout resistunt in casu nostro, stantibus dictis præfatorum testium. Et quod licet vnus testis omni exceptione maior faciat semiplenam probationem, & per consequens indicium ad torturam, dummodo bona fama non sit pro reo, prout est in casu nostro; cum tunc ad torquendum non sufficiat talis testis, sed requirenda sint alia indicia, firmat Siman. in ench. iudic. d. tit. 52. de torment. num. 13.

Nec omissū esse volui ex depositionib. dictorū testiū ēt duas alias elici cōclusiones; prima videlicet, ꝙ nō de heresi, cū deponāt ꝑfatū delatū esse bonū & catholicū religiosū, ac bonorū morū, & bene sentire de fide: sed de ignorātia fuisse delatū: & ipsū velle cōuincere, vt eū excluderet a regētia tanꝙ ineptū, cū vellent aliū esse regentē propter eorū partialitates, prout per d. delatū deductū est in suis exceptionibus; & hoc probat

ex quo cum præfati testes deposuerint de ambigua, seu de hæretica propositione per dictum Delatum prolata, ipsi postea eum defendunt ab hæresi, cum dicant bene sentire de fide, & esse bonum catholicum; prout constat ex declarationibus eiusdem delati, prout infra dicetur; cum etsi dixerit propositiones hæreticas, vel legendo, vel disputando, nō dicunt propterea illas in sensu hæretico dixisse, ita ipsum credere, & alijs credenda nuntiasse; prout requiritur ad pro-
9 bandum quem hæreticum, † prout dicit Albert. in d. tract. de agnosc. assert. catholi. q. 7. num. 6. per decis. Rot. quæ hodie est prima incipien. accusatus de hæresi sub tit. de hæret. in antiq. cum de ratione hæresis sint, error in ratione, & pertinacia in uoluntate; prout expressè dicit Oldrad. in cons. 210. n. 1. quem secutus fuit Albert. in d. q. 7. nu. 6. in fi. & tradit̃ in c. dicit Apostolus 24. q. 3

Secunda, uidelicet quia ex depositionibus præfatorum testium, cum deposuerint per eundem præmeditatum sermonẽ circa ignorãtiam d. Delati, exceptis vltimis duobus, qui admodũ se suspectos reddiderunt, vt videri possint ad ita deponendũ cõspirasse, seu coniurasse contra d. Delatũ: quamobrem tam theologi, quam iurisperiti talem
10 † suspicionem dignam esse notatione docent & eos esse in euidentissima repulsione, prout dicit D. Chrisosto. homelia 1. in Math. col. 2. in fi. in ver. non sufficiebat, & col. 8 in prin. & conclusiuè in ver. si enim ex toto vol. 2. quem secutus fuit D. Thomas in 22. q. 70. art. 2. in ver. ad secundum in fi. Scimanch. in Enchi. iudi. tit. 35. de testib. num. 33. Dec. in cons. 627. num. 3. in prin. & Paris. in cons. 55. nu. 34. vol. 4. & habemus tex. in l. 3. ubi vnum eundemq; præmiditatum sermonem attulerunt, ff. de testib.

Quæ quidem conspiratio dilucidatur, & confirmatur ex eo, quòd probatur per plures testes ad defensam d. Delati examinatos, quod dictus frater Seraphinus Baccal. de Teruisio, qui forsan omnes denuntiationes in S. Tribunali diuersis tamen temporibus contra eundem magistrum Bartholomeum dedit, fecit, ut vulgo dicitur, il capo di parte, seducendo tanquam eius capitalis inimicus modo vnum, & modo alium contra eundem Delatum, cum eo amplius non colloquendo, & cum non salutando, prout deponit R. Pater mag. Iacobus de Padua sextus testis in ordine examinatus processu ad defensã fol. 12. ter. frater Felicianus Baccalarius de Tuberto 11. testis d. processu. f. 23. frater Augustinus de Vincentia decimus testis d. processu fol. 27. ter. & decimus quartus testis d. processu fol. 29. vnde non est dubitandũ d. fratrem Seraphinũ esse capitalẽ inimicũ d. Delati ad dicta per Pegna in Direct. Inquisit. in 3. par. ad q. 67. Eymeri. in comment. 116. col. 6. in fi. quod antea dixit Ioã. a Roya in sing. in fauor. fidei. 200. nu. 8. & quod præsumatur inimicus ille, qui
11 non salutat, † neq; loquitur amplius cum illo, cũ quo loqui solebat; nec eũ salutat, si solitus est salutare, dicit, prout optimè firmat Abb. in c. ad hæc el 1. nu. 3. de appella. & in c. cum cessante nu. 8. in uer. vide eo. & Guid. Pap. in tract. de præsump. nu. 56. Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 8. in prin. ff. de quæstio. & prius Fel. in c. cũ super, nu. 5. de offic. delega. Marc. Blanc. latè in repet. l. fi. num. 109. ff. de quæstio. & Roya. in d. singul. 199. num. 5.

Quod corroboratur in facto ex depositione Reuerendi P. magistri Iacobi sexti testis in ordine examinati, processu ad defensam fol. 12. vbi deponit eundem delatum quærelasse dictum fratrem Seraphinum, quod tenebat in eius camera vnum puerum ætatis annorum decem, vel vndecim contra reformationes S. D. nostri, & contra constitutionem eiusdem religionis; & etiam quia fuit examinatus, & testimonium prohibuit contra eundem fratrem Seraphinũ ex quo exiuerat cum quibusdam alijs de monasterio armatus, & sic in causa criminali; subdẽ do quod causis prædictis fuit bannitus. Et ꝙ fuerit contra eundem fratrem Seraphinũ examinatus circa prædicta, deponit Pater Prouincialis proces. defens. char. 31. vbi dicit, super prædictis delictis contra eundem, & alios processum formasse, & de præd. ordine R. Generalis banniuisse; & per consequens contra eundem testificasse dictum delatum, qui erat de familia illius monaste-
12 rij; cum ob prædicta inimicitia † capitalis contrahatur; prout dicit Pegn. in Directo. Inquisit. in d. comment. 116. in uers. quinto nascitur, quod ante eum dixit Barto. in l. 4. §. fina. num. 3. ff. de adim. legat. & Cardina. Florent. in c. cum oporteat, nu. 12. in princ. de accusa. & idem procedit, si quis testificet contra aliquẽ in causa criminali. Idẽ Pegna d. loco

dicto loco in uer.sexto oritur inimicitia, quod
prius uoluit Innoc.in c. cum P. Manconel-
la.nu.10.& ibi Anch.nu.2.Abb.nu.2. Ant.
de Butr.nu.7.Ioan.de Anan.nu. 2. & Soc.
nu.25.de accusat.

Et quid plura? quod dictus frater Sera-
phinus sit capitalis inimicus dicti delati, pa
tet ex propria ipsius confessione facta in
quodam suo examine in processu formato
per R.P.Prouincialem eiusdem ordinis cō
tra Fratrem Felicianum Baccalaureum de
Tuderto,& Fratrem Augustinū de Vicen-
tia de anno proxime præterito 1599. de
mense Octobris dicto processu folio 8. cui
13 planè de dicta inimicitia † esse credendum
ad effectum ipsum repellendi à testimonio
contra eūdem delatum, etiamsi nullam ex-
presserit causam inimicitiæ, cum deposuerit
de facto suo, seu propria conscientia, tenet
Abb.in c.Inquisitionis. §.tertiæ. num.7. de
accus.& Roya.d.sing.199.nu.11.

Et non solum censetur dicti delati esse
inimicum capitalē dictum Fratrem Seraphi
num per supradicta, sed etiam omnes eius
14 amici & adhęrentes esse censentur; † prout
dicit Alex.in cons.99.num.4. uol.1. Pegn.
d.commen.116.colum.6.in 15. causa.in fi.
optime Grammat. in cons.24. nu.6. & seq.
in ciuil.vbi dicit, satis dici inimicum meum
illum, qui contrahit amicitiam, seu cōfede-
ratus est cum inimico meo; cum præsuman-
tur eiusdem esse intentionis, prout sunt eius
amici & confęderati Baccalaureus Ambro
sius de Taruisio; Baccalaureus Benedictus
de Viterbo; & Magister Hieronymus de
Ferraria, Frater Camillus de Padua, Magi-
ster Onorius de Padua, & Magister Archā-
gelus de Venetijs, prout ex processu offen-
siuo comprehendi potest, per tex.in l. liber-
ti; & ibi Bald.& Salyc.C.de inoffic.testam.
& ibidem etiam latè Ias.qui idem firmat cū
allegatis per eum num. 2. & seq. Quæ ini-
micitia circa personam Fratris Ambrosij
corroboratur per depositionem 11.testium
processu ad defensam fol.23.

Qua inimicitia capitali stante nedum di-
cto Fratri Seraphino, sed etiam omnibus
prædictis, qui contra eundem delatum de-
posuerunt, præsertim stante quod per eun-
dem præmeditatum sermonem deposue-
rint, ut supra dictum est, credi non debet, cū
15 tales testes † etiam in sanctissimo tribunali
Inquisitionis nihil probēt, sed omnino reij-
ciantur, prout firmat Eymer. in Direct. In-
quisit.in quæst.67.in 3.par.& ibi Pegna.in
* d.comment.116.in princ. vbi dicit commu
niter teneri.& idem Pegn. in tit. de defens.
reor.in comment.28.col.3. ad fi. & seq. di-
cta 3.par.Zanchi.de hæret.in cap.13.nu.3.
& ibi latè addit, in uer. conspiratores, uel
inimici capitales, quod prius firmauit Ho-
stien.in summa in tit.de accusat. §. quis po-
suit, col.3. in ver.admittitur. & uoluit Ar-
chid.per Eymer.citat. in c.ut officium. col.
3.ante medium, in uer.debent etiam inqui-
rere.de hæret.in 6. Et redeundo modo, vn-
de digressi sumus, tertio dico dictum indi-
cium, quod videbatur oriri ex depositione
præfati Magistri Hieronymi tunc Regen-
tis, etiam fuisse euacuatum per declaratio-
nem eiusdem delati in iudicio uocati, & an-
tea facta, cum dixerit dictam propositionē
sic ipsum intellexisse, & intelligere, quod
personæ diuinæ non distinguantur realiter
essentialiter, prout patet eius constituto di-
cto processu ad offensam fol.30. & à tergo.
& ita audiuisse dicere, & tenere in una le-
ctione, quam legit idem delatus casuū con-
scientiæ, videlicet, quod personæ diuinę nō
distinguantur realiter essentialiter, sed rea-
liter personaliter. Frater Lucas eiusdem or-
dinis septimus testis in ordine in processu
ad defensam examinatus fol.13.tergo. De
qua quidem prima declaratione, ut supra in
iudicio facta, an fieri per eundem potuerit,
& admitti debeat, ut infra dicetur in secun-
do capite principali, de quo in principio di-
ctum est. Et hæc dicta sint de dicta prima
propositione; & ostensum non solum circa
illam de hæresi non esse conuictum eundē
delatum; verumetiam nec indiciatum per
supradicta.

Deueniendo modo ad secundam propo-
sitionem, de qua similiter idem Frater Bar-
tholomęus fuit denunciatus, de qua in pro-
cessu offens.fol.4.terg. quæ se habet, quod
dictus delatus dixerit legendo casus con-
scientiæ, quod nullus Sacerdos potest sal-
uari absque cognitione casuum cōscientiæ;
& quod Deus potest illos saluare de poten
tia absoluta, sed non de ordinaria. Quæ
quidem propositio non uidetur probata,
stantibus testibus etiam ad offensam exami
natis; nam quartus testis processu ad offen-
sam examinatus fol.5.ter. deponit per hæc
verba, videlicet. Quod cum delatus uellet
demon-

demonstrare, quod cognitio casuum conscientię erat necessaria confessoribus, dixit, quod adeo erat necessaria, quod absque illorum cognitione Sacerdotes non possunt saluari. Quintus autem testis dicto processu fol. 6. deponit audiuisse dictum delatum dixisse, quod Sacerdotes nō possunt saluari, qui non habent cognitionem casuū conscientiæ. Nonus autem testis processu ad defensam folio 20. aliter deponit, & dixit præfatum delatum dixisse, quod unus, qui exercebat curam animarum, & ignorabat casus conscientiæ, mortaliter peccabat: sed quod nescit in qua lectione hoc dixerit, ex quo murmurabatur, quod ipse dixisset de simplici Sacerdote. Decimusquartus testis dicto processu defens. fol. 28. deponit dictum delatum dixisse in prima lectione legendo casus conscientiæ, qđ Curatus, qui actu exercet curam, & confessiones audit, & casus conscientiæ ignorat, quod mortaliter peccat, & non potest saluari. Vndecimus uerò testis dicto processu fol. 23. ter. in fi. deponit, ipsum deposuisse in alio eius examine, quod est processu offens. fol. 14. ter. dictum delatum dixisse de Curato, & Sacerdote, qui actualiter audit cōfessiones, & non de quolibet Sacerdote. Decimus verò secundus testis dicto processu defens. fol. 24. ter. deponit dictum delatum dixisse de omni Sacerdote, qui actualiter audit cōfessiones, & ignorat casus conscientiæ, qđ mortaliter peccat. Cum quibus etiam cōcordat quartus testis dicto processu ad offens. examinatus fol. 5. dum deponit, quòd dixit dictus delatus, quod cognitio casuum conscientiæ est necessaria confessoribus.

Et ideo cùm tantum per duos testes, videlicet quintum, & denunciātem uideatur attestatum contra dictum delatum, quod ipse dixerit de Sacerdote simplici; & quinqз testes deposuerint, quod ipse dixerit de Sacerdote Curato; & qui actu audit cōfessiones, non est dubitandum dictos duos testes
16 non probare; cum in uarietate † testiū prę-ferantur cæteris paribus, plures paucioribus, affirmantes negantibus, testes reorum testibus accusatorum; & qui probabiliora & verisimiliora dixerint, prout firmat Simanc. de catho. Instit. tit. 64. de testib. in fi. cum accumulatis per eum. Locat. in iudic. Inquisito. in ver. testis, in uers. secundo. & Minsing. singul. obseruat. cent. 1. obseru. 93. num. 2. & seq. ubi dicit, quod si testes sint pares quoad fidem personarum, & testimoniorum, quod ad numerum recurrendum est pro causis diffiniendis. Nec uolo, quod forsan denuncians est Frater Seraphinus inimicus capitalis dicti delati, ut supra dictum est, cui nulla fides dari posse videtur. Et sic dictam propositionem, prout fuit in denūtia dictum, minime probatam esse, sed tantum, prout fuit per alios testes, de quibus supra attestatum est, prout & in suo cōstituto idem delatus fol. 37. se declarauit citādo pro defensione suæ declarationis Nauar. in 2. par. decreti, cap. 5. vbi tractat sub pœna culpæ mortalis, de quibus confessarius debeat pœnitētem interrogare, & scire. Et summa Armilla in ver. confessor. in ver. secundo scientia confessoris. fol. mihi 248. Et hæc dicta sint de dicta secunda propositione.

Nunc autem deueniendo ad tertiā propositionem, de qua in processu offens. fol. 7. tergo. de qua similiter idem Magister Bartholomæus fuit denunciatus, quæ se habet videlicet, Omne producens realiter distinguitur à re producta: et hoc naturaliter cognoscitur: sed duæ sunt operationes in diuinis, nempe intelligere, & velle: ergo in diuersis terminis harum operationum realiter distinguūtur ab eo, quod intelligit, & vult. Ergo naturaliter cognoscitur distinctionē realem, & pluralitatem personarum reperiri in diuinis: Et quod dictus delatus negauit maiorem; & cum redargueretur, cæpit uacillare circa dictam negatiuam; & glosauit quòd ualet huiusmodi propositio: Omne producens &c. in naturalibus, non autem in diuinis, quia sunt operationes perfectæ; & sic quòd reductiuè incidit in eius errorē cum prima opinione, quod personæ diuinæ non distinguantur realiter: Quam quidem propositionem probatam non videri secundum eius tenorem ex testiū dictis infra apparebit, cum ualde differant in attestando uerba prolata tam à denunciante, quam à dicto delato. Nam nonus testis dicto processu offens. fol. 15. deponit, quod in eorum circulo sustentabatur hæc conclusio, quod distinctio personarum in diuinis non potest cognosci naturaliter; & quòd argumētauit N. volens demōstrare, quod distinctio personarum naturaliter potest cognosci hoc argumento, videlicet, Omne producens realiter

liter distinguitur à re producta, sed in diuinis datur producens & product. ergo &c. Et quòd dictus delatus glosauit maiorem dicendo, quòd verificatur in humanis. Et idem deponit & quoad argumentum & responsionem delati decimus testis dicto processu fol. 17. tergo. Sextus autem testis dicto processu fol. 10. Septimus testis eodem processu fol. 19. Primus testis processu defensi. fol. 30. Et nonus testis eodem processu. defen. fol. 20. Vndecimus eod. processu fol. 6. Quintus testis eod. processu fol. 10. deponunt in effectu hoc argumentum factū fuisse, videlicet, Omnis operatio terminatur ad aliquod productum; at in diuinis dantur operationes, idest, uelle & intelligere ergo &c. Sed inter producens & productum per quamcunque operationem datur distinctio realis, ergo &c. Denunciās autem decimus testis, nonus, sextus, & septimus supradicti deponunt præfatum delatum respondisse huic propositioni, inter producens & productum datur distinctio realis, quod ualet in humanis, non autem in diuinis. Sed talis primus testis, vndecimus, nonus, & quintus supradicti dicunt, quod præfatus delatus respondit huic propositioni, quæ est maior syllogismi, quod omnis operatio terminatur ad aliquod productum, quod ualet in humanis, non autem in diuinis. Sed alij testes videlicet denunciās, nonus, decimus, sextus & septimus supradicti dicunt, quòd præfata responsio facta per dictum delatū, quod valeat in humanis, & non in diuinis applicata fuit huic propositioni, producens & productum sunt distincta realiter. Et ideo non est credendum dicto denuncianti, decimo testi, nono, sexto, & septimo; cum sint varij in proponendo argumentum.

Sunt etiam varij circa propositionē glosatam; nam denuncians sic proponit propositionem glosatam à dicto delato: Omne producēs distinguitur à re producta, & hoc naturaliter cognoscitur; sed alij testes, videlicet, Nonus, decimus, sextus, & septimus, de quibus supra, relinquendo hæc verba, & hoc naturaliter cognoscitur; in quibus videtur difficultatem cōsistere, dicunt & proponunt propositionem sub his verbis tantū videlicet: Omne producens distinguitur à re producta, non addendo, & hoc naturaliter cognoscitur. Cum igitur dicti testes proferant verba ab alijs prolata, & nō concordent circa illorum tenorem, non est dubium non probare; cum testes † quādo re-
17 citant aliorum verba, debeant etiam in cortice verborum concordare; & non per diuersa verba deponere, cū de eis sit quæstio, alias dicuntur cōtrarij; prout firmat Alber. de agnosc. assertio. cathol. quæst. 34. num. 47. Royas de hæreti. 2. par. assert. 6. num. 129. Anto. de Butr. in c. nihil. num. 2. & ibi etiam Abb. num. 2. de verb. signif. Catellia. Cotta in memorial. suis in uer. testes concordantes, vers. sed limitari. Ias. in l. fi. num. 18. C. de bonorum possess. secundum tab. Corn. in cons. 68. in princip. uol. 1. Ruin. in cons. 149. num. 31. uol. 5. & Nicol. Euerar. in topic. iuris. in loco, ab æquipollentibus. in uer. huc etiam est, Quibus accedat etiā dictam propositionem, ut supra glosatam, fuisse declaratā per dictum delatū, dicendo dictam glosam per eum adductam ad dictā propositionem, ut supra firmatam, esse Molinæ, prout patet dicto processu offens. fol. 37. & 38. & statim ad præsentiam infrascriptorum testium eandem glosam esse Molinæ demonstrauit ob altercationem habitā cum Magistro Ioan. Hieronymo de Ferraria, prout deponit processu ad defens. primus testis fol. 30. Nonus fol. 20. Vndecimus fol. 6. & quintus testis fol. 10. Et ideo uidetur dictæ eius declarationi standum, cū ex ea eius uoluntas intelligatur ex infra dicendis super secundo capite. Et ista sufficiāt quoad hanc tertiam propositionē, omissis alijs propositionibus, de quibus fuit delatus, cum se ipsum aperte circa illas declarauerit in suis constitutis, quomodo illas intellexerit, & intelligat, prout facit de supradictis, cum si illas bene declarauerit secundum sensum catholicum aduocati defensione non egeat, cum se ipsum defenderit; Si uero male sensisset, cum esset in confes-
18 sis, aduocati † partes non essent illum defendere, Simanc. de cathol. Instit. tit. 5. de aduocat. num. 2. & in tit. 52. de procura. nu. 3. Bernard. Comens. in Lucerna Inquisit. in uer. aduocat. num. 1. fol. 3. & in eod. uer. locat. in iudiciale Inquisit. stante præsertim quod dictarum propositionum declaratio ad Theologos spectet; prout de usu, & consuetudine seruari dicit Royas de hæret. in prima par. nu. 395. & conclusiuè nu. 401. Et hæc de primo capite.

Accedendo modo ad secundum caput prin-

principale, an dictus delatus potuerit declarare suas dubias, seu ambiguas, vel obscuras propositiones, ad fugiendum hęresis delictum; & uidetur dicendum illas declarare potuisse; cum in proposito casu recur-
19 rendum sit ad intentionem † loquentis. per l. in ambiguis orationibus. ff. de reg. iur. ubi habetur, quod in ambiguis orationibus maximè sententia spectanda eius est, qui eas protulisset, cum si exprimit sensum uerum, quem permittit ius uerborum, nullatenus est reprobandus, nisi conuinci possit, quod talis sensus uerus ab ipso datus alijs dictis eius esset contrarius; & quòd talibus uerbis generalibus, uel ambiguis usus sit ad aliquē decipiendum, uel errorem inducendum, cū tunc putandum esset, quod talem sensum uerum contra conscientiam exprimeret, vel supprimeret alium sensum falsum, & erroneum ad aliquam pœnam euitandam, seu ad aliquod commodum consequendū, prout latè firmat Albert. de agnosc. assert. cathol. quæst. 7. num. 8. & Sciman. de cathol. Instit. sub tit. 54. de proposit. qualit. nu. 21. & seq. & ideo dixit glo. in c. intelligentia, in ver. ex causis. de uerb. signif. quod non statim debemus intelligere, ut uerba prima fa-
20 cie sonare uidentur, † maximè vbi ambigua sunt; sed debemus recurrere ad intentionem loquentis. per cap. fi. de præben. & ideo dicit tex. in d. c. intelligentia; quod intelligentia verborum ex causis est assumenda dicentis: quia non sermoni res; sed rei est sermo subiectus, id est intentioni; prout ibi dicit glo. fi. quia non in folijs, sed in radice rationis, & in sensu consistit Euangelium, prout ibi subdit d. gl. & est tex. 1. q. 1. Marcion. ubi in fine habetur ista uerba, nec putamus in uerbis scripturæ esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medula, nō in sermonum folijs, sed in radi-
21 ce rationis; verba † enim instituta sunt, ut per ea quis in alterius notitiā cogitationes suas proferat. c. 15. autem. 22. q. 2. quia sicut animus præfertur corpori; ita sententia uerbis. c. 2. §. his etiam. 38. dist. ff. de legib. l. scire, & 22. q. 5. humanæ aures, ubi text. inter alia dicit, quod in explicanda alterius uoluntate, & intentione per aliquem, non debet uerba considerare, sed uoluntatem, & intentionem; quia nō debet intentio verbis deseruire, sed uerba intentioni; & ibi etiam gl. & maximè hoc locum habere debet, quando quis vult inducere hæresis suspicionem contra proferentem, cum tunc omnino intentio illius requirēda videatur. per tex. in c. cum contumacia de heret. in 6. ubi expresse dicit, quod si quis est de fide
22 suspectus † debet citari, ut de fide respondeat, quod ad alium effectum sancitum non uidetur, nisi ad sciendum illius mentem, an ambulet in lumine fidei, aut tenebris errorum, seu infidelitatis, arg. c. literas de præsumptio. ut si sit mens eius hæretica sibi noceat, sin autem fidelis, sibi prosit ad augendam, uel diminuendam, seu potius purgandam illam hæresis suspicionem; prout latè dicit Albert. d. q. 7. num. 5. ubi etiam subdit num. 6. prædicta non habere locum in formato hæretico & conuicto, quem constat dixisse hæreticalia uerba, & in sensu hæretico, quæ dicebat se credere, & alijs credenda nūtiare: & prout habetur in allegata desuper decis. Rotæ 1. sub tit. de hæret. in antiq. cum in casu illius decisionis cōstaret de errore, & pertinacia, quæ sunt de radice hæresis, prout ipse dicit in dicto loco, & prius dixit Oldrad. in cons. 210. col. 2. in princ. & Bal. in l. si quis non dicam rapere num. 4. C. de episc. & cler. ubi dicit, quod in causa hæ-
23 resis deliberatio † mentis sufficit ad perpetrationem delicti, vt etiam supra dictum est. & ad idem etiam latè idem Albert. in q. 34. nume. 48. cum sequentibus, vbi propterea num. 49. inter alia dicit, quòd sensus docentis requirendus est, qui haberi non potest; nisi per eius confessionem, cum sic secreta cordis manifestentur, prout antea uoluit et Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. num. 4. C. de episcop. & cler. ubi dicit ad perpetrationem delicti hæresis sufficere propriam mentem; & de ea liquere possit Inquisitori per confessionem hæretici; cum aliter non possit probari cogitatio mentis, quam solus Deus scrutatur. & nu. 50. idem Albert. subdit, quod hæreticus non est censendus ille, cuius mentem esse catholicam constat, & uerba patiantur sensum catholicum, ne in dubio delictum præsumatur: & quod secus esset, si constaret de mente hæretica, quia tales assertores damnandi essent. Cū igitur idem delatus, tam antequam denuntiaretur de dictis propositionibus, illas declarauerit, licet illas dixisse probatum non uideatur, prout testibus desuper relatis super utroq; capire patet; quam postea cū fuerit

uocatus

uocatus in iudicio, prout patet suis constitutis, processu ad offens. fol. 29. cum sequentibus. videtur concludendum dictum delatum potuisse declarare praefatas propositiones, de quibus fuit denuntiatus, cum de eius mente constet, & uerba propositionum suas declarationes patiantur per supradicta. Et haec de secundo.

Nunc autem deueniendo ad tertium, & vltimum caput ad effectum cognoscēdi, an praedicta constitutio in eo mentionata habeat locum contra dictum delatum: & quia in uerbis testium totum consistit; ideo necessarium esse duxi cum videantur in aliquibus necessarijs & substantialibus discordare, illorum verba, prout illa protulerunt, referre: quibus cognitis clare apparebit de illius resolutione.

Et ad illa deueniendo dico, quod denunciuns dicit dicto processu, fol. 8. quod dictus delatus dixit, § Ti voglio far pētire di quello hai deposto contra di me nel santo Officio. § Sextus autem testis dicto processu fol. 11. ter. deponit, & dicit; § si bene io doueua dire à voi, che meritauate, che vi mettesse al santo Officio; all'hora Maestro Bartolomeo soggiunse, vedi, che mi morsico questo dito, che ti uoglio ben'anco far pentire di quel, che tu hà detto là. § Septimus autem testis dicto processu folio 13, dicit, § Mi morsico il deto vedi, & ti farò pentire di quelle cose, che tu hai dette nel santo Officio. § Decimus testis deponit dicto processu fol. 17. terg. § che N. faceua un argomento contra, è fù ripreso dal P. Regente come peccante in forma, & con questa occasione si attaccorno insieme; & senti j il Padre Regente dire al detto mordendosi il dito ti farò pentire di quello, che tu hai detto, & si parlaua dell'Inquisitione. § Vndecimus testis dicto processu folio 28. ter. dicit, § che N. fosteneua una conclusione, & essendogli detto dal Padre Regente, che l'argomēto peccaua in forma s'attaccorno insieme, & in successo di parole di risentimento disse al Padre Regente non sò che di un Ebreo, aggiungendo, bisognaua, che io hauessi detto la verità del tutto al santo Officio. Et il Padre Regente mordendosi il dito, orsù non importa ve ne farò pentire. § In processu autem defens. Nonus testis fol. 20. deponit, § Che attaccandosi Maestro Bartolomeo & il Baccilliere Ambrosio cō occasione di essere stato ripreso d'un argomento, disse, anco vn'altra uolta sono stato trattato da ignorante, quādo fù la cosa dell'Ebreo, ma bisognaua, quando mi fui chiamato in Venetia dal santo Officio hauessi detto quello, che con verità poteuo dire; all'hora Maestro Bartolomeo mordendosi un dito disse, te ne uoglio far pentire. § Vndecimus verò testis dicto processu ad defens. fol. 24. dicit, § che con occasione di un argomento, che peccaua in forma, disse il Baccilliere Ambrosio facendo mētione di un'Ebreo, bisognaua, che quando io fui essaminato al santo Officio, io dicessi il uero; all'hora Maestro Bartolomeo disse, se tu nō hai detto il vero, io te lo voglio far dire mordendosi il deto. § Octauus autem testis dicto processu ad defens. fol. 28. § dice, che cō occasione d'un argomēto ripreso da Maestro Bartolomeo disse il Baccilliere Ambrosio, anco un'altra uolta mi hauete dato dell'ignorante per la testa, quando fù la cosa dell'Ebreo; ma bisognaua, che io dicessi la uerità, quādo fui essaminato contra di voi; all'hora Maestro Bartolomeo disse; morsicandosi il dito, perche non l'hauete detta, ve la uoglio far dire cō uero pentimento. § Ex quibus quidem depositionibus apparere uidetur contra dictum Frattem Ambrosium non sedato, sed deliberato animo, seu dolo talia uerba, ut supra, minatoria per dictum magistrum Bartholomaeum prolata; sed casualiter prouocatū, & non in cōtemptum, & odium sancti Tribunalis, sed in fauorem, ut infra dicetur. Vnde non uidetur propterea praefatum casum à dicta constitutione comprehendi, cum dubitatum sit, cum dicta constitutio comprehendat expresse ultra alios casus, illum, qui testem in causa fidei quomodocunque productum, uel euocatum occiderit, uerberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, ex quo vult sic delinquentes, ac etiam in alijs casibus ab eadem constitutione comprehensis ultra alias poenas, quas incurrunt, incidisse in crimen laesae maiestatis in primo capite, per illa uerba, uidelicet; Nihilominus sit anathemate praesentis canonis auctoritate ligatus: Idem quoq; laesę maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio temporali, & perpetuo, eo ipso priuatus secularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas poenas exigat, quae damnatis

natis primo capite dictæ legis per constitu-
tiones legitimas irrogantur, bonis, rebusq;
omnibus fisci iuribus applicatis, uti etiã est
de damnatis hęreticis per sanctiones cano-
nicas constitutum &c. intelligendum vide-
ri, quem in pœnas dictæ constitutionis inci-
dere, dummodo dolo aliquid prædictorum
delictorum commiserit, prout videtur ex-
pressum ex illis verbis vid. siue aliàs auxiliũ,
consilium, aut fauorem publicè, vel occultè
in quolibet prædictorum scienter præstite-
rit, licet nemo occisus, nemo verberatus,
nemo extractus, emissus, vel ereptus &c. Cũ
24 illa uerba, sciẽter præstiterit, † dolum signi-
ficare uideantur, ad dicta per D. Tho. 2. 2.
quæst. 55. art. 4. in respons. in fi. Et ad pri-
mum argumentum, vbi dicit dolũ esse astu-
tiæ executionem; & quòd dolus sit abscon-
dita mentis machinatio, dicit tex. in l. cense-
mus, in illis uerbis, iustum est enim propter
dolosam mentem; & ibi optimè Bald. nu. 3.
& seq. in princip. ubi dicit per dictam legẽ
sic dolum diffiniri. C. de litigio. Et quod do
25 lus † sit duplex, videlicet re ipsa tantum, &
concilio. dicit Castr. in consi. 440. num. 3.
in princip. uol. 1.
Et quod in pœnis criminalibus nunquã
26 possit quis puniri corporaliter, nisi † dolus
interueniat, dicit Bart. in l. 1. §. 1. num. 5. ff. si
* quis testamen. liber. esse. Et est communis
opinio, prout dicit Barthol. Veron. in cons.
33. nu. 5. in crimini. quod procedit siue lex,
siue statutum imponens pœnam faciat men
tionem de dolo, vel non; prout hanc esse cõ
* munem opinionem dicit Ias. in l. in actioni-
bus. num. 26. ff. de in litem iurando. & quod
vbicunq; lex pœnam pro crimine imponit,
dolum adesse debeat; & hoc communiter
tenere Docto. dicit etiam Alciat. in cons. 6.
num. 18. lib. 7. Clar. latè in sua pract. crimi.
quęst. 84. num. 1. vbi similiter de communi.
latissimè Bonacors. inter communes diuers.
in tit. 11. de dolo malo. num. 14. ubi etiam
de communi. uol. 1. neque sufficeret lata cul
27 pa; † cum in criminalibus lata culpa non
æquipararetur dolo; prout dicit hanc esse cõ-
* munem opinionẽ. idem Ias. in d. l. in actio-
nibus, num. 23.
Vnde cum ex depositionibus dictorum
testium uideatur omnis dolus exclusus, ne-
dum re & consilio, uerùm etiam & re ipsa,
cum non in odium sanctissimi Tribunalis
Inquisitionis, sed in illius fauorem protule-
rit talia verba idem delatus contra eundem
Fratrem Ambrosium; ex quo cum idem Fr.
Ambrosius reprehensus fuit à dicto Magi-
stro Bartholomęo circa argumentum per
eum factum, quod peccabat in forma, dixit
idem Frater Ambrosius, quod aliàs ab eo
fuit reprehensus de ignorantia, sed quod
oportebat, quod ipse dixisset verum in di-
cto officio Inquisitionis, inferendo dictum
delatum ab hæresi excusasse, & defendisse:
& sic de hæresi contra ipsum deponere po-
tuisse. Et ideo subiunxit idem delatus com
minando pro sui exoneratione, quod si illã
non dixit, vellet, quod ipsam diceret in eo-
dem sancto officio, cum falsum commisisse
attestatus fuerit; cum non solum testis pu-
28 niatur de falso, † qui dicit falsitatem, sed
etsi celat veritatem. Cast. in d. cons. 440. nu.
2. in fi. vol. 1. & Bal. in l. ea, quæ. num. 1. ff. de
contrahen. empt. quasi dicendo, non timeo
de hæresi posse contra me deponi, seu de il-
la conuinci: & ideo uolo, ut ueritatem depo
nas. Et sic caret omni dolo; cum nõ possit
dici, quod in odium Tribunalis talis com-
minatio facta fuerit, vel in contemptũ: cum
idem Frater Ambrosius dixerit ueritatem,
quam dicere poterat contra eundem, in di-
cto officio celasse, & eidem non nocuisse: &
per consequens ad fauorem eiusdem delati
deposuisse; & in eum minas inferre, ex quo
contra eum deposuerit, cum idem testis hoc
negauerit; prout aliqui præfatorum testium
29 inuerisimiliter deponunt, † quibus propte-
rea credendum non est, Natt. in cons. 633.
num. 14. uol. 3. Aymo in cons. 134. nu. 36.
Dec. in cons. 94. num. 2. in ver. 2. & Rimin.
iun. cons. 30. num. 46. & seq. vol. 1. Sed quia
veritatem non dixit; cum sic dicendo uide-
batur inferri ex eius uerbis contra eum de
hæresi deponere potuisse, ut supra dictum
est. Quibus accedat eisdem testibus non
esse etiam credendum, quia discordant in
formalitate uerborum; prout supra similiter
per plures auctoritates firmatum est.
Et quod non potuerit tales minas idem
delatus inferre contra præfatum testem de
mense Septembris proximè præteriti; ex
quo cõtra eum deposuisset in dicto officio,
patet expresse ex fide per dictum testem fa-
cta de mense Augusti proximè præteriti,
postquam fuerat examinatus, de qua supra
dictum est; & constat processu offens. f. 23.
& ter. cum illã faciendo idem testis dixerit
ista

ista formalia uerba eidem declato; prout deponit decimus secundus testis processu defens. fol. 24. videlicet, § Acciò vediate, che io non hò detto niente contra di voi, anzi mi sono essaminato in uostro fauore, faccio questa fede. § Et alius testis eodem processu defens. fol. 20. ter. deponit. § E' uero che quando il Baccelliere Ambrosio sottoscrisse la fede à Maestro Bartolomio, gli dissi, io la uoglio sottoscriuere, acciò uediate, che io vi hò fauorito à Venetia nel mio essame fatto al santo Officio. § Et sic dictæ minæ uidentur iustæ, ac in fauorem, & non in odium, nec in contemptum tribunalis Inquisitionis factæ: Et sic non comprehendi à dicta constitutione, cum non solum consideranda sit qualitas uerborum, sed qualitas animorum, cum qua mente aliquid dicitur animaduerti conuenit. l. pen. ff. ad exhiben. & qua mente aliquid fiat. l. uerum. ff. de fur. & tradit optimè Bal. in cōs. 144. super quæstio. nu. 4. uol. 2. cum actus mortales iudicētur ex fine intento iuxta illud, quod animus

30 † & propositum distinguunt maleficia. per tex. in l. qui iniuriæ. ff. de fur. l. si non conuicij. C. de iniurijs. & l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar. & ff. de iniur. l. eum, qui nocentem. §. si iniuria. & dicit Bald. in d. cons. 144. nu. 4. in uer. item præmitto. & Oldr. in allegato cōs. 210. nu. 3. in princ. Quibus duobus testibus videtur plene credendum ad exclusionem prætensi delicti, cum fauore liberationis in

31 criminalibus † testes deponentes negatiuā præferantur deponentibus affirmatiuā, contra regulam, quam ponit glo. in c. 1. in uer. memoria, de præscrip. in 6. prout dicit Aret. in l. 1. §. eadem. num. 3. ff. de uerb. oblig. Roma. in l. in illa. in fi. sub num. 49. ff. eod. quod prius uoluit Bal. in l. data opera num. 44. C. de his, qui accusar. non possunt. allegant peregri. glo. in c. clerici. 81. distinct. & dicit Ias. in rubr. sub num. 8. ff. de iureiur. Et hæc de tertio. Ex quibus omnibus uidetur posse concludi præfatum Magistrum Bartholomæum à præfatis imputationibus uideri absoluēdum ab eodem Illustrissimo & Reuerendissimo D. Cardinali & summo Inquisitore. Et fuit liberatus facta eidem extraiudiciali monitione, vt in posterum caute procedat in expositione scripturæ sacræ.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Spolij controuersia discutitur inter scholam, & Capitulum ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est probatio probata, & in eo scriptū dicitur de uoluntate partium.*

2 *Cadens a possessione facto suo, & ex proprio contractu, & sic ex iusta causa, non potest agere spolio.*

3 *Exceptio, seu defensio procedens ex eadem causa, a qua procedit petitio aduersarij semper opponi potest.*

4 *Concesso usus ecclesiæ non dicitur alienatio uera.*

CONSILIVM LXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa Bombardariorum, ipsi Bombardarii debent succumbere in præsenti iudicio super prætenso spolio per eos intentato contra Reuerendū Capitulum Ecclesiæ sanctæ Mariæ Formosæ: quia ex instrumento per eos producto constat ad prætensam possessionem, uel quasi, aliquam restitutionem petere non posse, cū ex reciproca conuentione, seu pacto inter partes init. ab ea ceciderint, cum lōgiorem vitam illa habere non posset, quam uellet præfatū Capitulum, uel dicta Schola, prout patet ex illis uerbis instrumenti præfati respicientibus dictum Reuerendum Capitulum, videlicet. § Volendo insuper qđ si occasione Sacerdotū prædicatorū Schola prædicta de dicta Ecclesia discederet, quod tūc Schola ipsa possit unum alium locum &c. Et ex illis alijs uerbis respicientibus eandem Scholā, videlicet, Et si per casum uersa uice occurreret, quod d. Schola uellet de dicta Ecclesia discedere &c. Ex quibus uerbis apparet expresse reliquisse dictas partes cōtrahentes sibi ipsis liberam facultatem & potestatē in instrumento præfato, & Capitulum posse Scholam de dicta Ecclesia licētiare seu dimittere, ipsa Schola inuita, & dictā Scholam posse de dicta Ecclesia inuitis Sacerdotibus præfatis discedere, cum instrumentum sit probatio probata,

1 bata, † & quod in eo scriptum est, dicatur de voluntate partium scriptum, prout dicit Decian. in consil. 72. num. 2. uol. 2. & pacta inter partes inita seruanda sint. l. iurisgen-
2 tium. §. ait Prætor. ff. de pact. Et ille † qui cadit à possessione facto suo & ex proprio contractu, & sic ex iusta causa, agere nõ possit spolio, prout dicit Soc. sen. in l. rem quæ nobis. num. 8. ff. de aquiren. possess. quem secutus fuit Verall. in decis. 172. nu. 6. par. 3. & Rota nouiss. in decis. 132. nu. 1. & decis. 131. num. 1. parte prima, fol. mihi 151. & sequen.

3 Et talis exceptio † seu defensio cum procedat ex eadem causa, & insit & procedat ex eodem fonte, se instrumẽto, à quo procedit petitio aduersariorum, semper opponi potest, prout firmat Alexan. in cons. 119. num. 2. in ver. tamen ipse concludit. uol. 1. & in cons. 95. num. 2. eodem uol. 1, & non dicuntur excludi per exceptionem capituli aduersarij, sed potius a se ipsis ipsos excludi, prout dicit Roman. in l. si uero. §. de uiro. in 32. fallent. num. 62. ff. solut. matrim. quem secutus fuit Alex. in dicto consil. 95. num. 2. uolum. 1.

Et talis conuentio seu pactũ inter præfatas partes init. congruit fundamentali, & principali obligationi usus Ecclesię eidem Scolæ concessi, prout patet dicto instrumento in illis uerbis, uidelicet, habeat pro usu suo &c. cũ partes noluerint illum esse perpetuum, & irreuocabilem, ut euitarent alienationem dictæ partis Ecclesiæ, quæ uera alienatio fuisset talis concessio, si repelli nõ
4 potuissent † ex dispositis per extrauag. ambitiosæ. de reb. eccles. nõ alienan. adiuncta. l. si. C. de rebus alien. non alien. Sed uoluerunt illum in dies perdurare, prout partibus ipsis uisum fuisset. Et ista sufficiant in præsenti, cum dubia in præsenti non sint resoluenda stante tenore dicti instrumenti per aduersarios producti, à quo deciditur iudicium intentat. prætensi spolij, non habere locum. Et cũ cessauerint litigare aliqua sententia lata non fuit.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Collatio canonicatuum cũ præbendis ad quem spectet in cathedrali ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Collatio canonicatuum cum præbendis in ecclesia cathedrali, quod pertineat tantum ad Episcopum, cum consensu capituli, ex Aegidio.*
2 *Consuetudo generalis est legitima iurium communium interpretatrix.*
3 *Collatio canonicatuum & præbendarum in cathedrali, quod salua consuetudine, & iure patronatus spectet ad Episcopũ & capitulum simul, ex Cassadoro.*
4 *Rotæ authoritas præualet communi opinioni.*
5 *Priuilegia præiudicant iuri communi.*
6 *Optandi facultati nullo tempore præscribitur.*

CONSILIVM LXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Difficultate mihi occurrente, dico quòd licet aliàs Rota tenuerit de iure communi collationem Canonicatuum cum præbendis in cathedrali pertinere tantum ad Episcopum
1 cum consensu sui Capituli, † prout dicit Aegid. decis. 69. quod prius dixit Compostell. in c. cum ecclesia Vulterana. num. 1. & 2. & ibi idem Aegid. num. 7. de electio. refert Cassad. decis. 22. in prin. sub tit. de præben. Aymo cons. 134. num. 14. & idem Aegid. in cons. 10. num. 57. & conclusiuè nu. 58. in uer. quod dicẽdum. ubi etiam subdit hanc conclusionem sequi generalem con-
2 suetudinem † omnium ecclesiarum, quæ est legitima iurium cõmunium interpretatrix, per c. cum dilectus. circa medium. de consuetud. & ibi etiam ait sub num. 59. quod iam à longissimis temporibus hoc obtinuit, & ob id minime mutanda: tamen ab hac opinione eadem Rota postea recessit teste Cassad. dicta decis. 22. num. 2. de præbend.
3 & firmauit talem collationem † canonicatuum, & præbendarum in cathedrali, salua cõsuetudine & iure patronatus, spectare ad Episcopum & Capitulum simul: & hanc
** opinionem dicit esse veriorem, quia communior.

munior; & idem firmat Veral.decis. 87.nu mero quinto, par.2. A qua opinione non puto recedendum in practica propter Ro-
4 tæ † auctoritatem, etsi communis esset in contrarium, prout nõ est, prout dicit Imol. in cap.olim sub numero 13.ante fin. in uer. & propter auctoritatem, ut lite non contesta. & addit. ad Dec. in l. iura sanguinis. in uers.contraria. numero septimo, post medium, in uers. & ubi est decisio Rotæ. ff.de regul.iur.

Sed quia mihi in facto præsupponitur vigore priuilegiorum summorum Pontificum talem collationem spectare tantum ad Capitulum; ideo dico Episcopum in talibus collationibus ius conferendi præfatos Canonicatus cum præbendis non habere, sed tantum Capitulum; cum talia priuile-
5 gia † iuri communi præiudicent quoad ius Episcopi ex eo proueniens, & illud cessat, cum priuilegia eidem sint contraria, prout præsupponitur in casu nostro. Abb. in cap. Abbate, numero 6.& septimo, de verbor. signific. & Martin. Lauden. in tractat. de priuileg.quæstio.41.nec quouis modo priuilegia uiolari debent, idem Abb. in c.4. nu. 1.de priuileg.

Et quia Capitulum prætendit etiam habere ius,& facultatem optãdi meliores præbendas, cum vacant, in vim statutorum eiusdem cathedralis Ecclesiæ etiam à summis Pontificibus,& Episcopo pro tempore existent. confirmatorum, & tali iure vsus non fuerit cũ canonicis temporibus transactis optare uolentibus,non visum fuerit eis expedire.

1 Vnde dubitatur, an eorum iuri fuerit præiudicatum per præscriptionem decursam; & dico quod non, & quòd quandocunque optare possunt, attento quod ista facultas optãdi est posita formaliter in expressa & libera facultate Canonicorum pro tempore optare uolentium, & nullo
6 tempore præscribitur, † ita in decisiuis terminis firmat Balb. de præscript. in quarta parte quin. part. princip. quæstio. quarta, numero quarto, vbi expresse dicit, quod Canonici non utendo facultate optandi meliores præbendas, cum uacant, data eis facultate ex consuetudine, vel statuto, non perdunt ipsam facultatem optandi ullo temporis spatio: quod ante eum firmarunt Ioan.Andr.in cap.fina.in princip.& Domi. de sancto Gemi. numero tertio,de consuetud.in 6.Anton.de Butr. in cap. ut priuilegia,numero 16.de priuileg.& Fely. in cap. cum accessissent. numero 26. in vers. limita secundo. de constitut. moti per glosam penult. quam dicunt auream & singularem ante finem,in dicto cap.ut priuilegia.de priuileg. Et ista sufficiant pro thematis resolutione.

Quò verò ad alia beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, cum nedum Capitulum prædictum uigore priuilegiorum illa conferre possit; sed in possessione, uel quasi etiam reperiatur conferendi, nihil dicendũ esse duxi,cum non egeat.

Franc.Monaldus V.I.D.de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Religiosus erectus à Monasterio an dignitates ecclesiasticas obtinere possit.

SVMMARIVM.

1 *Monachus potest absque aliqua dispensatione eligi ad dignitatem Episcopalem secularis ecclesiæ, & ad prælaturam secularis ecclesiæ collegiatæ.*
2 *Religiosus licet non possit prouideri de dignitate ecclesiastica ordinarie, tamen secus ex dispensatione, nu.3.*
4 *Religioso potest conferri ecclesia parochialis absque Episcopi dispensatione.*
5 *Monachus cum licentia, siue consensu Abbatis potest præfici per Episcopum Ecclesiæ parochiali, etiam seculari.*
6 *Clericus secularis in sacris constitutus astringitur ad castitatem seruanda, ex constitutione ecclesiæ, Religiosus uero ad illam tenetur ex uoto expresso.*
7 *Monachi & religiosi propter uota dispensantur ad beneficia.*
8 *Dispensatio cessat,sublata causa dispensationis.*
9 *Causa,siue ratione legis prohibentis cessante, cessat ipsa lex.*
10 *Episcopus ordinare uolens clericum ad sacros ordines ad quid teneatur.*
11 *Necessitas non subiacet legi.*
12 *Causa iusta & necessaria omni iure semper excepta uidetur.*

X CON-

CONSILIVM LXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Euerendus Ioannes Antonius Vergius debet declarari habilis ad omnia beneficia ecclesiastica, nedũ ad Episcopatum,& dignitates Collegiatarum ecclesiarum secularium.

1 Primo, quia etiam monachus † absque aliqua dispensatione potest eligi ad dignitatem Episcopalem secularis ecclesię,ac ad prælaturam similiter secularis ecclesiæ Collegiatæ, cum illa non possit esse sine cura Collegij,Imol. in Clem, 1. nu.46. de elect, & latè Abb.in c.quod Dei timorem, nu. 5.
* in uer.sed ut habeas, ubi dicit ita omnes tenere, de statu monach.

Secundo,quia licet Religiosus nõ possit
2 fieri Canonicus in ecclesia† Collegiata Canonicorũ,nec de personatu prouideri,neq; de aliquo alio beneficio simplici ecclesiastico,prout dicit Abb, in d. c. quod Dei timorem,sub nu.5,in uer.secundo casu.& ibi Hostien.nu.9. in uer. sed nunquid. de statu Monach.& Imol.in d.Clem. 1. num.47.de elect.prout nec potest prouideri de ecclesia parochiali curata,& nõ collegiata absq; dispensatione,& est ratio, ne dissoluatur uotũ paupertatis,& obedientiæ, & ne extra claustrum uagetur, quæ omnia monacho repugnant,prout dicit idem Imol.in d.Clemen, 1.num.46.

Tamen sciendum est, ꝗ Religiosus ex
3 dispensatione potest esse Canonicus;†prout expresse firmat Gambar. in tract. de auctor.legati de lat.in lib, 8.in rub. de potestate leg.in reg.& exemp, sub nu.29, ubi dicit ita per omnes concludi in d.cap.quod Dei
* timorem.fol.mihi 216,trac.tom.13.par.2. prout ex dispensatione põt ẽt eligi ad ecclesiã curatã,& nõ collegiatã, prout dicit idem Imol.in d.Clem. & nu,46. & hãc opinionẽ tenet ẽt idem Gambar.in d.loco; à nu. 12. usq; ad nu. 28, ubi ẽt dicit eandẽ tenuisse Rot.licet dicat postea sub nu. 21. ꝗ magis
** cõis & uera sit opinio, quod etiam possit
4 eidem conferri talis ecclesia † Parochialis absq; Episcopi dispẽsatione fol.216.quod prius dixit ultra alios per eum allegatos Io. à Friburgo in summa Confes.in tit. de transit.cler,q.2.in uer. Hostien,tamen.fol. mihi 139. & hanc partem tenet etiam Feder. de Senis in cõs. 129. nu.3. & idem dicit Abb. in d.c.quod Dei timorem.nu.7.ubi attesta-
* tur de cõi,& refert de dicta Rotę opinione.
5 Et qđ monachus † cũ licentia,siue cõsensu Abbatis possit præfici per Episcopum in ecclesia Parochiali etiam seculari, tenuit prius Host.in d.c.quod Dei timorem,nu. 8. de statu monach.

Quibus stantibus, cum R. Vergius per sententiã in eius causa latã fuerit a sua Religione liberatus, & per consequens à uoto paupertatis, cum monasteriũ eum non alat, & à uoto obedientiæ, & tñ adstrictus remanserit ad uotũ castitatis,prout dicit Sot. de iust.& iur.lib.7.q.2.sub rubr.de uoti uigore,ac uirtu. col. 21.in fi. & seq. fol. mihi 661.quem secutus fuit Graffi.in suis decis. in rub.de uot.Relig.& castit.c.24.num.19. fol.mihi 129.& per hoc redactus sit ad in-
6 star clerici secularis, † cum & ipse in sacris ordinibus constitutus adstringatur ad castitatem obseruãdam ex cõstitutione ecclesiæ,licet Religiosus ex uoto expresso ad illam teneatur;prout dicit Dec. in c.at si clerici.num,233,de iudic.appareat expresse, ut declaretur secundum formã rescripti Apostolici per Dñm Iudicem habilis ad obtinẽdum ẽt dignitates ecclesiarum seculariũ tam cathedralium, quàm collegiatarum,cũ ad illas etiã Monachus admittatur sine dispẽsatione,ut est dictum; quàm ad alias dignitates,ad Canonicatus in collegiatis Ecclesijs Canonicorũ secularium, ac ad alia beneficia ecclesiastica tam cũ cura, quàm sine cura quæcunq;,prout de iure uenit habilis declarandus,ex quo ad illas,& illa obtinendum dispensatione nõ indigeat; cum sit liberatus a uoto paupertatis & obedientiæ per sententiam, ut est dictum, propter
7 quæ uota monachi † & religiosi solent dispensari ad obtinendũ talia beneficia; prout dicit Imol.in d. Clem.1.nu.46.& Gamb. ubi supra, cum sublata causa dispensatio-
8 nis cesset & dispensatio, † Archid. & Domin.in cap. priscis, numero 1. distinct. 55. ubi etiam Dominicus dicit, quod Monachi ad officia clericorum secularium de iure promoueri non possunt, sed potius ex iuris dispẽsatione,quæ cum causa concedenda est,etiam per Papam.cap.ult. in fi, & ibi glo.

glo.in ver.cessantibus, 77. distinct. & tradit latè Tiraq. in regul. causa cessante. num. 91. fol. mihi 125. & cessante causa, siue ratione
9 legis prohibentis, cessat & ipsa lex, † seu eius dispositio, Tiraquell. in dicto loco latissime, ubi quamplura iura & auctoritates allegat more suo, num. 130. & num. 138. & Alex. in cons. 77. num. 11. in princip. uol. 2. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.

Et quod debeat ad tales dignitates, ac ad Canonicatus, & alia beneficia cum cura & sine cura, vt supra, habilis declarari dictus Reuerendus Vergius; vltra supradicta, demonstro alia inconuincibili ratione, quæ venit attēdenda etiam in casu, quod à iure, vel à glo. vel à Doctor. auctoritate non suffragaretur, prout suffragatur intentio agentis, cum pro iure allegari possit, Card. Imol. & Barbat. in dicta Clemen. prima, in princ. de electio. nam clarum est in iure, quod Epi
10 scopus † aliquem clericum ordinare non potest ad sacros ordines, nisi titulum beneficij ei assignet, vnde viuere possit. per cap. 2. de præben. & si sine tali titulo ordinauerit, tenetur, donec de titulo beneficij ei prouideat, de suo prouidere, si patrimoniū non habeat, vnde viuere possit; & sic ad titulū beneficij, vel patrimonij nō fuerit ordinatus. per c. Episcopus, eod. quod & comprobatur à sacro Concilio Tridentino, cap. 2. per totum, sess. 22. de reform.

Sed si sic est, cum Reuerendus Vergius sit Sacerdos, & vnde viuere possit non habeat, prout audiō probatum fuisse pro uerificatione sui rescripti Apostolici, ne cogatur mendicare in dedecus dignitatis Sacerdotalis, uel aliquod inhonestum exercitiū dictæ dignitati non conueniens facere; ratio; & ius, quod prohibet à principio, ne quis ordinetur ad sacros ordines, nisi titulus beneficij eidem assignetur, vnde viuere possit, per Episcopum, alias de suo teneatur Episcopus sustentare, nisi patrimonium habeat, unde uiuere ualeat, ut est dictum: ex eadem ratione, & eodem iure postquam hodie reperitur ordinatus idem Reuerendus Vergerius, & Episcopus ei in aliquo non teneatur, cum fuerit ordinatus stante sua professione in Religione facta ad titulum suæ Religionis, quæ nunc ipsum non sustentat; & ad instar clerici secularis redactus est, prout supra firmatum est, suadet, & vult, ut hodie ordinatus ad dignitates, & alia beneficia, ut supra, declaretur ad illas, & ad illa obtinēdum habilis, ut ualeat ex aliquo illorum sustentari, si prouideri contigerit. Vltra quod etiam ex quadam necessitate hoc debeat illi concedi, etsi haberet regulas iuris cōis resistentes, prout non habet, considerata dicta sentētia, ut supra demonstratum est; ex quo non habeat, unde uiuere possit, cū Sacerdos sit, & monasteriū eū non alat, nec Episcopus eidem prouidere
11 teneatur, cum necessitas † legi non subiaceat, prout dicit Bernard. in cap. quod non est licitum, extra de regul. iur. Ioan. Andr. in c. significasti, el secundo, num. 13. de homicid. Angel. in l. nulli. numero 7. in fine. ff. quod cuiusque uniuer. quem sequitur Barbat. in dicta Clemen. 1. ad fin. de elect. glo. in cap. quoniam, in uersic. necessitatem. 48. distinct. omninò uiden. & Hostien. in cap. primo, num. 2. ut eccles. benefic. ubi dicit,
12 omni iure semper iustam causam, † & necessariam intelligi debere exceptam. Et hæc sufficiat me dixisse, ut Reuerendus Vergius obtinere ualeat intentum secundum formam rescripti Apostolici. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Clericus querelatus de stupro, & alijs, defenditur cum testium reiectione, & bonæ eius vocis, & famæ probatione.

SVMMARIVM.

1 *Testis nullus esse potest in causa propria.*
2 *Infamia debet habere ortum ab honestis, et fide dignis personis.*
3 *Iniuria facta uni de familia censetur omnibus facta.*
4 *Testis debet reddere causam scientiæ, etiam non interrogatus. & nu 5.*
6 *Infamia in criminalibus quid operetur.*
7 *Fama non sufficit nisi ad capturam, donec ueritas inuestigetur.*
8 *Fama etiam iuncta cum alijs adminiculis, uel semiplena probatione, in criminalibus nō probat delictum.*
9 *Testibus uerisimiliora deponentibus credendum est in concursu.*
10 *Testes deponentes in cōsonantiam iuris communis dicuntur uerisimiliora deponere.*
11 *Famæ duæ si concurrant, quæ sit præferenda.*
12 *Testes duo tantum de fama probant.*

13 Lex non sic præsumit contra clericum, sicut contra laicum de rebus venereis, data etiam paritate præludiorum ad venerem.

14 Testis unicus plene probat contra inducentem.

15 Testi deponenti de facto proprio plene credendū est.

16 Metus, qui salutis periculum, seu corporis crutiatum infert, quid operetur.

17 Confessio extraiudicialis coram iudice in iudicio reuocata nihil operatur.

18 Confessio extraiudicialis qualis, & quomodo probetur.

19 Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminalibus.

20 Baptismus qualiter probetur de iure canonico.

21 Laicus quādo admittatur ad accusandum clericum, & nu. 22.

23 Probatio bonæ vocis & famæ tollit quoduis indicium.

24 Laici & mulieres non admittuntur ad testificandū contra clericum in criminalibus, Secus ad eius defensionem.

25 Querelans succumbens in criminalibus debet condemnari in expensis.

CONSILIVM LXX.

Christi nomine inuocato, eiusq; gloriosissimæ Virginis matris Mariæ.

IN Causa Zambina criminali nihil probatum extitit pro parte Iacobi q. Ioannis Mariæ de Fachinis querelantis contra R. Presbyterum Alexium Curatum terræ Pesatiarum Brixien. diœces. super eo, quòd stuprauerit quandam Catherinam eius sororem, & illam prægnantem reddiderit, ac de eo parturierit quendam puerum, prout constat regesto fol. 1.

Et similiter de eo, quod in alia querela contra eundem querelanter deduxit, videlicet, quod dictus presbyter detulerit per territorium præfati loci Pesatiarum archibusium ad rotam: quod in Campanili dictę suæ Ecclesiæ parochialis carnaliter cognouerit quandam Sanctinam q. Iacobi: et quòd semel tempore carnispriuij cum quibusdam alijs laruatus in diuersis locis iuerit, prout constat eodem regesto fol. 41. Et propterea idem querelatus absoluendus, & liberādus venit ab omnibus, & quibuscunque contentis in dictis querelis cum expensarum condemnatione partis aduersæ, vt infra patebit.

Et primo vt magis elucescat veritas, per ordinem dicam quas probationes prætendat querelās cum Fisco fecisse contra eundem Curatum circa prætensas querelas; vt illis sublatis manifestè appareat de innocentia ipsius querelati, & vindicet sibi locum dispositio. l. qui accusare. C. de eden. quod actore non probante reus absoluatur.

Et primo inducunt dictum, & attestationes eiusdem Catherinæ prætensæ stupratę ab eodem querelato.

Secundo, prætensam publicam vocem, & famam de eodemmet prætenso stupro contra eundem Curatum extare.

Tertio, quòd quędam apocha fuerit cōfecta inter dictum querelatum & fratrē dictæ Catherinæ, per quam eidem Catherinæ dabat dictus querelatus ducatos quinquaginta, quasi ipsam propterea dotando.

Quarto, quandam eius confessionem de isto prætenso stupro extraiudicialiter cuidā Gratiadeo de Albertis factam.

Quinto, quòd idem Curatus nō voluerit baptizare puerum, quem peperit d. Catherina, & hæc de prima querela, quibus sublatis, ad secundam querelam deueniam.

Et quoad primum fundamentum dico aliquid nō probare dictam Catherinam de prætenso stupro in eius personam illato per dictum querelatum; ex quo deponit ad sui commoditatem, & ut ab eodem dotaretur,
1 cum nullus in causa propria testis † esse possit. l. omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eo. c. si testes. §. nullus, 4. q. 3. & dicit Marsil. in consi. 12. nu. 3. in fi. & seq. & Rimi. iun. in consi. 42. nu. 96. vol. 1.

Quò uero ad secundum, primo dicitur de aliqua infamia cōtra eundem Curatum non constare, nedum quia non deponunt dicti testes super tali infamia, prout de iure deponere debent; verumetiam & quia omnes testes de ea deponētes sunt inimici, maleuoli, suspecti, inhonesti, & non fide digni.

Secundo, dato, nō tamen cōcesso, quod essent homines non suspecti, non inimici, non inhonesti; sed probi, & fide digni, tamē dico aliquā probationem non facere per talem depositionem infamiæ, nec indiciū contra dictum querelatum; sed tantummodo confirmare probationes factas, si quæ sint, & viam iudici parat ad inquirendum.

Tertio, dico, qđ etsi de infamia prędicta legitimè cōstaret cōtra eundē Curatū, ꝓut nō cōstat, & aliqđ genus probationis facere-

ret; prout facere nõ credo in præsenti casu; quod nihilominus ex quo per testes pro parte sua examinatos probatum fuit de prætenso stupro eum solum non esse diffamatũ, sed esse diffamatum etiam de eodem stupro quendam Franciscum Chiodarolum, & dici ipsum Franciscum prægnãtem reddidisse dictam Catherinam eius amasiam; & per hoc concurrente etiam hac verisimilitudine, quod erat suus amasius, cum dicta infamia, vltra quod etiam in eodem loco dormierit, in quo dormijt ipsa Catherina, vt infra dicetur; prout constat reg. fol. 101. ter go. & sequen. & fol. 102. & fol. 141. ter. pa ter infamiam prædictam de dicto stupro, & partu non militare contra dictum R. Curatum, sed contra dictũ Franciscum Chiodarolũm, cum tales testes magis uerisimilia deponant iuris præsumptione, vt infra demonstrabitur.

Et quoad primũ aperte patet d. infamiã ortum habuisse à d. Catherina, & eius consanguineis, ac ab illis, quib⁹ talia ipsa dixit: & propterea de ea non probare, cum à iure improbetur, & non finit eam nasci, cum debeat ortum habere ab honestis, & fide di-
2 gnis personis † per c. qualiter & quando, el 2. de accus. latè Gandi. in tractat. malefic. in rub. quomodo de malefi. cogno. per inquis. nu. 6. & seq. fol. mihi 278. & in rubr. a quo, vel à quib. poss. fam. inciper. in princ. f. 281. in terminis Aymo in cons. 41. omnino uiden. nu. 1. Anchar. cons. 253. nu. 2. Dec. in cons. 575. nu. 8. & seq. Rolan. à Valle in cõsi. 8. nu. 53. uol. 1. Bar. in l. de minore. §. plurimum. nu. 23. ff. de quæst. & Card. Alex. in c. de accusatione. sub nu. 41. 2. q. 8. qui dicit
* hanc conclusionem communiter sequi Canonistas; & ꝙ consanguinei ipsius Catherinæ non sint fide digni, patet, cum iniuria
3 † prætensa facta d. Catherinæ omnibus de eadem familia facta censeatur; prout & sui consanguinei dicuntur; ita tenet Ant. de But. in c. cum oporteat. nu. 17. in fi. in uer. fallit, & num. 6. & ibi Felyn. nu. 3. in ver. fallit tertio, de accusat. Soc. sen. in cons. 17. nu. 9. in ver. item ex alio capite. uol. 1. Ias. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, num. 53. ff. de verbor. obliga. Bart. in l. Cornelia, num. 1. ff. de iniur. Dec. in cons. 133. nu. 4. post princ. in ver. tertio, & not. Bal. in l. 1. nu. 5. & ibi prius voluit Cyn. in fi. C. de rap. virg. & facit Salicet. in l. parentes, nu. 2. C. de testib.

Quia dicti testes non deponunt, etiamsi essent honesti, & non suspecti, sed fide digni, prout nõ sunt; super infamia, prout deponere debent, ad effectum, vt probent, vt est dictum, cum nullus præfatorum testium deponat in causa scientiæ, quam reddere
4 debet † testis etiam nõ interrogatus; prout dicit Ioan. de Amic. in cons. 131. num. 2. & Gramma. cons. 26. nu. 12. & seq. in crim. videlicet audiuisse ab omnibus de populo vel vicinia, seu maiore parte populi, uel viciniæ, ita firmat Aret. in cõs. 122. nu. 3. quod prius noluit Bart. in l. de minore, §. plurimum. sub nu. 19. & ibi Hippol. de Mars. sub nu. 41. ff. de quæstio. sequitur Aymo in d. consil. 41. nu. 5. omnino uiden. Ioan. de Amic. in cons. 60. nu. 11. & in d. cons. 131. nu. 2. pariter uiden. vnà cum Grammat. in d. cons. 26. sub nu. 12. & seq. in crim. & Robert. Marant. in cons. 69. nu. 3.

5 Quod procedit, etsi testes deponant † ita publice dici audiuisse dictũ R. Curatum de prætensis delictis esse diffamatũ, cũ per hoc nõ reddant testes bonam causam scientiæ, prout reddere debent, vt est dictum, cum ab uno, uel à paucis dici publicè potuerint audire; ita firmat idem Aret. in dicto cons. 122. nu. 3. & prius dixit Bar. in d. l. de minore. §. plurimum sub num. 22. ff. de quæstio.
* Aymo in d. cons. 41. nume. 5. ubi refert de communi omnino uiden. & etiam quamplures auctoritates, & doctorum dicta allegat Io. de Amic. in d. cons. 131. nu. 2. Gram. in d. cons. 26. nu. 13. ubi de communi in crim.
* & hanc esse communem opinionem prius dixit Imol. in l. hæredes palam. num. 1. in fi. & seq. ff. de testam. vbi expresse dicit, testes deponentes de fama, & assignantes rationem, quia sic publicè dicitur, non probare; quæ opinio cum sit communis, & ab ea in cõsulendo, & iudicando recedendum non sit, cũ simus in criminalibus, licet aliter sim solitus tenere in ciuilibus, p rout dicit Cassad. super regul. Cancella. decis. 12. num. 7. Decius in consilio 36. colum. penult. in uer. ex quibus. Passet. in consil. 99. nu. 5. & Surzàn. inter communes diuers. sub tit. de contrahend. stipulat. numero 145. uolumine 2. fol. mihi 367. non insisto ulterius in allegando.

Quo vero ad secundum dico, quod etsi de tali infamia esset probatum, prout nõ est,
6 ꝙ nihilominus † in criminalib. nõ ꝓbat, cũ tan-

tantum confirmet probationes super ueritate facti receptas, & indicium non facit; prout dicit Anchar. in consi. 253. num. 1. in fi. Oldrad. in consi. 192. in uer. testes. & Bal. in l. qui non probasse. num. 5. C. de calum. Cyn. in l. de tormentis. nu. 3. C. de quæstio. Paris. in consi. 153. num. 21. uolum. 4. ubi
* dicit ita tenere Modernos. Dec. in consilio 429. nu. 9. latè Cason. in tracta. de indic. & tortu. in uers. de fama, seu dicto gentium. c. 2. per totum. inter tract. crimin. diuer. folio mihi 406. & Marquard. Freher. in tract. de fama publ. c. 12. lib. 1. fol. mihi 64. & de cōmuni dicit Maran. in d. consi. 69. num. 6. Et
7 quòd fama † non sufficiat, nisi ad capturam, donec ueritas inuestigetur; & sic circa præparatoria, & introductoria iudicij, & non circa decisoria, cum per se non sit species probationis, firmat idem Bal. in cons. 447. ad euidentiam præmittendum, sub nu. 12. omnino uiden. uolum. 5: & in consilio 364. quia quæstio. num. 6. uol. 3. & in l. 2. num. 1. in fi. ff. de excusa. tut. Et quod prædicta infamia tantum sufficiat ad carcerandum etiā in delictis grauibus, non autem faciat indicium, dixit prius Cyn. in l. nullus. num. 5. C. de custod. reor. quos secutus fuit Aymo in
* d. consi. 41. referendo hāc esse communem.
* sub nume. 6. & communem esse prius dixit Ias. per eum relat. in repet. l. admonēdi. sub num. 251. vbi dicit idem procedere etsi de delicto ciuiliter agatur. ff. de iureiur. quibus addo Blanc. in repet. l. fin. sub num. 311. &
8 seq. ff. de quæstio. cum † fama etiamsi esset iuncta cum alijs adminiculis, vel semiplena probatione in criminalibus delictum non probet; ita dicit glo. in cap. veniens, el primo in ver. illorum, de testib. quam pro singulari secutus fuit Imola in l. interesse. in fi. in ver. tamen. ff. de acquiren. possess. & illam
* communiter approbari dicit Berō. in cap. qualiter. el 2. nu. 78. de accus. & vult Alex. in cons. 143. nu. 4. uol. 2. & Oldrad. d. consi. 192. num. 2. & Paris. in consi. 153. num. 22. uol. 4. Et hæc de secundo.

Quo vero ad tertium, dico quod quando testes deponunt de aliquo delicto, uel aliqua alia re diuerso modo, prout in casu nostro testes deponunt, cum aliqui dicant tantum esse infamatum de prætenso stupro d. R. Curatum; aliqui vero deponant, & dictū R. Curatum, & dictum Franciscum Chiodarolum esse diffamatos de dicto stupro:
9 Dico quod illis testibus † credendum est,
* qui uerisimiliora deponunt secundum oēs, prout dicit Fely. in c. in nostra, sub nu. 3. de testib. & Paris. in consi. 67. nu. 112. & in cōs. 88. num. 22. vol. 3. & Gozzad. in consi. 79. nu. 13. Et verisimiliora dicuntur illi testes
10 † deponere, qui deponunt in consonātiam iuris communis; prout latè firmat ibidem Felyn. & prius voluit Innoc. in cap. auditis nume. 4. circa medium. de præscript. Gozzad. dicto consi. 79. num. 11. & voluit Petr. de Anchara. in consi. 283. iure statutorum. num. 4. omnino uiden. quia multum facit ad casum nostrum, vltra conclusionem Gabriell. in tit. de testib. conclus. 4. num. 29. & idem Petr. de Anchar. in cap. 1. num. 5. de
* præscript. in 6. & de communi dicit Paris. in consilio 6. num. 112. & sequen. volum. 3. & in cons. 88. num. 33. eodem vol. Et quod
11 si concurrunt duæ famæ † diuersæ, illa sit præferenda, quæ fundatur meliori inditio, & originem habuerit ab honestioribus; tenet Felyn. in cap. cum oporteat, col. 9. post princip. in ver. sed si eodem tempore, de accusat. Cum igitur diuersæ famæ sint, dato
12 quod essent probatæ, cum duo testes † tantum de fama probent, prout dicit Dec. in
* cons. 371. num. 14. & est communis opinio, prout dicit Ficchar. inter commun. diuers. sub tit. de probatio. numero 241. volum. 1. fol. 504. quod procedit etiamsi testes sint singulares. Alex. consi. 51. num. 5. uolum. 1. Rimin. iun. inter consi. crimin. diuers. consil.
** 85. num. 16. uol. 2. & est magis communis opinio; prout dicit Bellacomb. inter communes, ut supra dicto tit. sub num. 244. fol. mihi 504. uol. 1. dummodo deponant secundum iuris formam, ut supradictum est; & tradit consulendo Marant. in d. consi. 69. à num. 1. usq; ad num. 6. & Blanc. in d. repet. l. fi. nu. 311. & seq. ff. de quæstio. fol. mihi 32. Et nō est dubium magis uerisimiliora secundum iuris dispositionem deponere illos testes, qui dicunt dictam Catherinam fuisse stupratam, & redditam prægnantem à dicto Francisco Chiodarolo, quam à d.
13 Curato; quia lex † non sic præsumit contra clericum, sicut cōtra laicum de rebus venereis, etiam data paritate præludiorū ad venerē; prout nos docet Ang. in tract. malefi. in uersic. che hai adulterato la mia donna. sub n. 9. fol. mihi 119. & optimè facit Prob. ad Io. Monach. in c. 1. nu. 14. & seq. de cler.

non

nõ reſiden. in 6. ubi dicit, canonicũ prẹſumi mulierem benedicere, ſi cum ea ſolus inueniatur, dummodo non ſit nuda.

Quibus accedat ad comprobationem dicti fundamenti, quòd iſte Chiodarolus erat amaſius d. Catherinæ, & ꝙ dormiuit in eodem loco cũ dicta Catherina & alijs; prout deponit Bona uxor dicti Nicolai regeſto fol. 141. dicens, § che quando l'anno innanzi per la Madonna d'Agoſto andorno à Breſcia con Catherina predetta, che nel tornare alloggiò con loro ſul fenile Franceſco Chiodarolo innamorato de detta
14 Catherina: § Quæ quidem teſtis † licet ſit unica; tamen ex quò eſt teſtis inducta à parte plenè probat contra producẽtem, ita firmat Rimin. iun. in conſ. 152. num. 1. & in conſ. 183. num. 11. & in conſ. 210. nu. 31. vol. 2. Cepha. in conſ. 141. nu. 16. uol. 1. qđ & prius uoluit Soc. iun. in conſ. 69. nu. 11. vol. 1. & Bero. in conſ. 96. nu. 2. uol. 3. Et per hoc uideat dominus Iudex, ſi uериſimiliora deponunt dicti teſtes, qui dicunt d. Franciſcum ſtupraſſe & prægnantem reddidiſſe d. Catherinam; quam illi qui dicunt talia perpetraſſe d. Curatum; cum de eorum mala fama obiecta in perſonam dicti Curati nullam reddant bonam cauſam ſcientiæ per tales cauſas, & coniecturas, ex quibus populus potuit induci ad ita credendum, vel dicendum, prout tenentur, alias dicitur uana vox populi, & nõ fama; prout dicit Marãt. in d. conſ. 69. nu. 4. l. decurionũ. C. de pœn. & Angel. in l. ea quidem. in fi. in ver. & prędicta. C. de accuſ. prout apparet de infamia prædicta obiecta in perſonam dicti Chiodaroli; nedum quia eſt laicus, uerum et quia erat ſuus amaſius, & in eodem loco cũ ea dormiuit, nullo interueniẽte impedimento, quin ad eam inueniendam in illa nocte accedere potuerit, ita cupidine inſtigante. Cui fundamẽto veriſimilitudinis etiam accedat, ꝙ reſpondet tempus partus, cum fuerit ſub die Sancti Marci de anno ſequenti ad tempus præfatum, quo potuit illam prẹgnantem reddere.

Et dicto fundamento etiam accedat, quod Maria de Maionibus dixit d. Curato, prout ipſe deponit, ꝙ d. Catherina erat grauida, & quod talem errorem commiſit per viam Brixiæ. Et cum d. Curatus pro ſui defenſione uellet facere examinare dictam Mariam, vt talia deponeret in iudicio, prout eidem dixit, illa magis uoluit excõmunicari, quam examinari, prout fuit excõmunicata, & conſtat d. reg. fol. 122. ter.

Et quid plura? ad demonſtrãdum innocentiam d. Curati accedunt quatuor teſtes, duo fere in omnibus conteſtes, & alij duo ſingulares, qui deponunt rem habuiſſe cum d. Catherina vſq; de anno præfato 1588. cum dimidio dicto reg. fol. 69. & ſeq. & ſic de facto ꝓprio; ex qua depoſitione uideat dominus Iudex, ſi eſt credendum dictũ Curatum dictam Catherinã ſtupraſſe, & prægnantem reddidiſſe, cum illa parturierit in fine menſis Aprilis anni ſequentis 1589. ſtante ꝙ dicti duo teſtes deponant tanto tẽpore ante rem habuiſſe cũ ipſa, quibus quidem teſtibus planè credendum eſſe, non eſt dubitandum, cum nedum de facto proprio, ſed contra ſe ipſos deponant; & clarum ſit
15 in iure, teſti † de facto proprio deponenti plenè credendum eſſe: prout dicit Salic. in l. ſi quis decurio. ſub nu. 4. in princip. C. ad leg. Cornel. de fal. Marſil. in ſua prax. crim. in §. diligenter. nu. 130. in fi. & ſeq. Soc. iun. in conſ. 61. nume. 8. in uer. præterea. uol. 1. Afflict. deciſ. 369. nu. 7. Barthol. Veron. in conſ. 16. nu. 14. uol. 2. in ciuil. & ualde corroborat hanc concluſionem Iaſ. licet cõtra eam teneat. in l. admonendi. num. 94. ff. de iureiuran. Aluar. Valaſ. in ſuis conſulta. rer. iudic. in Regno Luſita. conſult. 73. in prin. ad quæ facit optimè Anchar. cum tractetur de defenſione rei, in d. conſ. 283. num. 4. tamen hæc concluſio indubitata eſt, ſi cum dicto unius teſtis, qui de facto proprio deponit; concurrunt aliquæ coniecturæ, prout in caſu noſtro concurrunt, ut ſupra dictum eſt. ultra quod nedum unus teſtis, ſed quatuor rem habuiſſe cum ea deponunt; prout dicit ibi Iaſ. nu. 96. in fi. & uidetur uelle Caſtren. in l. quicunque. ad fin. C. de ſerui. fugit. & firmauit dictus Aluar. Valaſ. in præcitato loco num. 4. in uer. aut uero, & ſequen. fol. mihi 139. ubi dicit teſti de facto proprio deponenti ſibi plenè credi, ſi cum eius dicto concurrunt bonæ coniecturæ; ex quibus confirmatur ueritas ipſius, & neminem ab hoc diſcrepare, & dicit Socin. in fallent. regul. iur. regul. 507. in uer. teſti uni, in ſecunda limitatione, quæ eſt in fine, folio mihi 319. ubi dicit, credendum eſſe uni teſti de facto proprio deponenti concurrentibus alijs indicijs.

Quo vero ad tertium fundamentum de apocha facta per dictum Curatum de dando ducatos quinquaginta dictæ Catherinę occasione prætensi stupri, dicitur in aliquo non probare, quia fuit facta per eum metu suæ uitæ; cum uellent eum nonnulli hac de causa interficere, prout deponunt duo testes eidem dixisse dicto regesto fol. 103. & à tergo. Quo casu cum fuerit facta per metutum, dubium non est aliquam fidem dedicto prætenso stupro nō facere; cum metus,
16 † qui salutis periculum, prout in casu nostro, seu corporis cruciatum infert, cum auferat liberam uoluntatē & consensum, operetur, ut omnia, quę cum consensu terminata sunt, prout est præfata apocha, rescindantur. text. est in l. interpositas, & ibi Bal. num. 2. C. de transact. quem secutus fuit Angel. in l. metum. in princ. ff. de eo, quod met. cau. & dicit Petr. de Anchar. in cons. 205. nu. 4. in princ. & cons. 282. num. 11. ubi etiam dicit per coniecturas probari metum, & cons. 66. num. 5. in prin. quod & procedere dicit idem Bal. in præcitata l. interpositas. sub nu. 8. etiam quando quis timeret in rebus proprijs graue damnum inferri. dicendo etiam plus Aret. in cons. 14. nu. 18. in ver. & paria; quod paria sint per metum aliquid fieri, uel per probabilem causam metus. sicq; cum ex processu ipso appare t ex confessione aduersariorum, & testium pro eorum parte inductorum, quod multi congregati fuerunt insimul aduersus ipsum Curatum, & quod postea quam insimul allocuti fuerunt, ipsum uocarunt, & illi dixerunt, quòd nolebant amplius ipsum in Curatum, auferendo claues Ecclesiæ, ipsum de sua parochiali Ecclesia de facto spoliando. & aliqui deponant etiam ꝙ ipse timebat de eius vitâ, & vnus ex consanguineis dictæ Catherinæ, quod ipsum minatus fuit, & alij vt supra eidem dixerint, quod aliqui erant in dicto loco Pesatiarum, qui volebant ipsum interficere; videatur si metu suæ vitę, ac salutis ꝓpriæ, & amissionis bonorum dedit licentiā, vt nomine suo fieret talis apocha; & propterea in aliquo non debet considerari, etsi se nocentem per eam fecit de prætenso stupro, per supradicta.

Quibus accedat, quod etsi talis apocha non fuisset facta per metum, prout fuit; q̄d
17 nihilominus ex quo dicta † extraiudicialis confessio in d. apocha facta fuit, coram iudice in iudicio reuocata, ꝙ nihil operatur, & aliquod indiciū non facit: ita firmat Thomas de Ferra. in cautel. 27. per totū, Arnō. cautel. 19. fol. mihi 192. & Roland. à Valle
* qui de cōi attestatur in cons. 31. nu. 17. circa med. vol. 3. subdens etiam idem procedere, etsi confessio fuisset facta coram incompetenti iudice.

Et pariter non releuat quartū fundamentum partis aduersæ, dum dicit probari per vnū testem videlicet, Gratiadeū de Albertis, quod d. Curatus eidem confessus fuerit dictū stuprum commisisse; quia ultra q̄d sit inimicus d. Curati; prout patet depositione testiū pro parte d. R. Curati examinatorū; tamen talis asserta confessio in aliquo non debet attendi, cū extraiudicialis confessio
18 † alicuius facti, seu delicti, cū sit remota à facto, seu delicto, non probatur per unum testem; sed oportet, quod sint duo testes cōtestes de loco & tempore: ita latè firmauit Bursat. in cons. 116. nu. 20. vol. 2. & in cons. 69. nu. 28. & seq. vol. 1. Marsil. in l. unius facinoris. §. testes. nu. 1. & seq. omnino uiden. ff. de quæst. ubi etiam dicit testes non coniungi; & ita dicit Paris. in cons. 153. nu. 27.
* & seq. vol. 4. & hanc opinionem esse cōem, & testes coniungi non posse dicit Alciat. in cons. 2. num. 5. lib. 1. Pedemont. decis. 79. Alex. in cons. 1. nu. 4. in fi. & seq. vol. 3. & in cons. 13. num. 18. vol. 1. Bonacoss. inter cōes. diuers. sub tit. de confess. num. 219. vol. 2. Blanc in repet. d. l. fi. sub nu. 46. ff. de quæst. & latè Anto. Gomes. in cap. 13. delicto. sub nu. 18. & 19. ubi etiam dicit tales testes debere esse omni exceptione maiores; nec mirum, cum in criminalibus requirantur pro-
19 bationes †, luce meridiana clariores, per tex. in l. fi. C. de probat. & facit Cardi. in c. cum in contemplatione, num. 2. ante fin. & nu. 7. de reg. iur.

Neque aliquod releuat etiam quintum fundamentum partis aduersæ; cum dicant dictum R. Curatum noluisse baptizare puerum, quem peperit d. Catherina, cum tam ex dicto dicti Curati, quam ex dicto Ioannis Antonij de Bouegno, qui tali baptismo interfuit, quem uocar in testem dictus Curatus, idem Curatus illum baptizauerit; & idem Ioannes Antonius attestatur d. regesto fol. 97. & à tergo, dicendo etiam nomen, quod puero posuerunt, concordando cum d. Curato, & narrādo seriem facti; adeo q̄d

potest

potest dici dictum curatum de bono opere fuisse lapidatum; & clare constat dictum puerum per dictum curatum fuisse baptizzatum, & uocatum Franciscum, de quo ba-
20 ptismo † plene probat dictus testis absque dicto plebani de iure canonico; prout dicit Viui.decis.172.num.3. & prius dixit Hierony.Zanett.in tract.de different.iur.ciuil. & canon.sub nu.276.

Et sic patet ex supradictis aliquam prætensam probationem ex quouis capite non extare contra dictum presbyterum Alexiũ sed omnia fundamenta partis aduersæ corruere.

Et quod testis de facto proprio, prout est iste, qui tenuit dictum puerum ad baptismum, quæstione uertente inter alios, quod probet de tali facto, tenet expresse Domin. in c.1.sub nu.9. de testib. in 6. cum factum sit occultum; prout ipse dicit.

Venio nunc ad secundam querelam porrectam per dictum Iacobum de Fachinis, & dico quòd etsi eidem licuit dictum Curatum de prætenso stupro querelare, cum querelauerit de prætensa iniuria illata in personam dictæ Catherinæ suæ sororis; tamen eidem non licuit eũdem presbyterum querelare de contentis in secunda querela, cũ de aliqua iniuria ibi non tractetur in personam suam, nec suorum illatam; & clarum sit
21 de iure canonum neminem laicum † ad accusandum clericum admitti, nisi pro sua, & suorum iniuria accuset, & tunc tantum ciuiliter; quia ad criminaliter accusandum omnino repelluntur, ad firmata per Arch. Bellam. & Domini.in summa 2.q.7. & Ioan. a Turrecrem.in c.non est, num.3, eadem 2.q.7.uel de criminibus exceptis, uidelicet, crimine læsæ maiestatis, hæresis, simoniç, secũ cundum quosdam sacrilegij, & dilapidationis bonorum ecclesiarum: & tunc cum distinctione, videlicet, si laici bono zelo accusent, & non ex odio, & sint bonæ opinionis accusando clericos, non infamati, nec suspecti de eodem delicto excepto: & quatenus sint malæ opinionis, non admittuntur ad accusandum clericos, nisi sint malæ famæ: & quoad primum tex.est in c. de cætero de testib. & ibi glo. & omnes Doctores; & quoad utrunque dicit Abb. in c. cum P. Manconella, num.5.& 6.& ibi glo.in uersi. laicus. Ant. de Butr.num.8. vbi numerat expresse, quinam sint casus excepti. Hostien. num.1.& seq.Ioan. Andr.num.3.& Innoc. num.4.de accusat.glo.in d. summa in uersi.
** quod vero, ubi de communiori 2.quęst.7. Boic h.in d.c.de cætero, num.8.& Imol.nu.1.& seq.de testib.& latè Foller.in prax.crimin.canon.sub ca.4. de accusatione porrecta.nu.43.& seq.fol.mihi.41.

Cum igitur dictus querelans nec de sua, nec suorum iniuria, nec de criminibus exceptis, ut supradictum est, querelauerit, dubium non est, eius querelam a iure improbari, & corruere, stantibus supradictis: ultra quod sit inimicus dicti querelati, nedum occasione prætensæ iniuriæ, sed quia etiam contra eundem dedit primam querelam, in ribus vulgaribus.

Et propterea cum nec testes potuerint super dicta querela contra dictum R.Cura
22 tum examinari, † prout examinati fuerunt licet nihil releuanter prebent; tamen dico aliquam fidem, nec indicium contra eundũ non facere ad firmata per Clar. in sua prax. crim.q.24.in fi.& Fely.in d.cap.de cætero, num.5.de testib.& Anch. in cons.246.nu.3. & quod laici neque mulieres non faciãt indicium contra clericos in delictis criminaliter intentatis, si fuerint examinati, cum a iure examinari prohibeantur, duplici ratione, nedum ut suspecti, & quasi inimici; verumetiam & ob reuerentiam, dixit Aret.
* in d.c. de cætero esse communem, omnino viden. num.12.& seq. de testib. & ibidem addit.ad Abb. in uersi. optimeque similiter hanc conclusionem amplectitur, & sequitur Castren.in cons.284.num.2.& 4.volum.2. qui expresse hoc dicit: & prius uoluit Bart. in l.1.§.Diuus Antonis ff.de quæstio.& magis clare in l. maritus in princip. ff. eod. & latè Anto. Gomes. in capitu. 12. delicto. sub numero 20.

Quę exceptio competit etiam ultra alias exceptiones datas contra testes super prima querela examinatos, cum criminaliter fuerit querelatus dictus Curatus per dictũ querelantem.

Et pro defensione d.R.Curati, & ad demonstrandum innocentiam suam accedat, per quam plures testes sacerdotes, & alios, ad eius defensam examinatos constare de eius bona uita, & quã pluribus locis, in quibus ipse inseruiuit facta, ac bonæ uocis, & famæ, prout bono sacerdoti conuenit; ex qua probatione bonæ uocis, & famæ tollitur

23 tur quoduis indicium, † si contra eundem extaret, prout non extat, & annihilatur, etiamsi esset sufficiens ad torturam, ad dicta per Marſ. in conſ. 74. nu. 24. in fi. & ſeq. & in conſ. 109. num. 27. in fi. & ſeq. ubi quamplures allegat id tenentes, & in conſ. 129. num. 32. Roland. a Valle in conſ. 16. num. 23. in fi. & ſeq. uol. 1. & prius uoluit Alex. in conſ. 89. num. 11. volum. 3. optimè Iaſ. in l. 1. nu. 11. omnino uidend. C. commu. de leg. Bal. in l. fi. num. 16. in fi. C. de probatio. Aymo in conſ. 99. nu. 11. Thobi. Noni. in conſ. 101. nu. 20. & Soc. ſen. in conſ. 61. nu. 40. volum. 2.

Neque aliquid obſtat, ſi diceretur, quòd ex quo laici, & mulieres non admittuntur ad teſtificandum contra clericos in delictis criminaliter intẽtatis; & per hoc quòd nec debeant admitti ad eorum fauorem & innocentiam probandam: quia etſi contra eos
24 teſtificari † non poſſunt; tamen ad eorum defenſionem a iure admittuntur; ita dicit Fely. in d. c. de cætero, num. 8. de teſtib. Petr. de Anch. in c. cũ P. Manconella in fi. de accuſatio. & Aret. in l. 1. §. fi. nu. 2. in fi. ff. de uerbo. obligatio.

Et cum dictus querelans ex ſupradictis pluſquam manifeſte appareat ſuccumbere debere, & dictum R. querelatum fore & eſſe abſoluendum & liberandum a prætenſis delictis, merito debet dictus querelans in omnibus expenſis † in hac cauſa factis, ul-
25 tra damna & intereſſe dicti querelati, con-
* demnari; prout voluit Marſ. de communi referen. & ita iudicando, et conſulendo eſſe tenendum in conſ. 36. num. 1. et 2. et de
* communi etiam atteſtatur Bar. in l. 1. num. 13. ff. ad ſenat. Conſult. Turpillia. ſequitur Soc. iun. in conſ. 36. num. 14. volum. 2. Couar. pract. q. c. 27. num. 2. Aret. in c. accedẽs num. 13. de accuſat. Ant. de Padill. in l. tranſigere, num. 4. C. de tranſactio. Alba conſil. 5. in primis uerbis, idem Marſ. in conſ. 6. nu. 6. Bertaz. in conſ. 81. num. 19. omnino viden. in crim. volum. 1. Angel. in tract. de maleſi. in uer. ad querelam, nu. 23. idem Marſi. in ſua prax. crim. in §. ſupereſt num. 1. et ſeq.
* Gramma. deciſ. 39. num. 8. et de communi canon. refert Abb. in c. finem litibus, num. 24. in princip. et ante fi. de dolo et contum.
* & etiam de communi dicit Diaza. in ſua prax. crim. canon. ca. 144. et nouiſſime Rot. Senenſ. deciſ. crim. 1. num. 13. et ſeq. et ante omnes Collecta. in cap. accedens, nume. 13. de accuſatio. Et ita fuit iudicatum ad fauorem querelati, non tamen condemnato que relante in exſpenſis.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulſinio

ARGVMENTVM.

Abolitionis criminis materia tractatur. Et de facultate iudicis procedendi ſuper diffamatione.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio querelę ſpecialis concedi debet querelanti per iudicem ordinarium, coram quo propoſita fuit.*
2 *Abolitio antequam concedatur quæ ſint conſideranda, remiſſiue.*
3 *Abolitio ſpecialis quid operetur. & quid ſit, numero 4.*
5 *Accuſare de adulterio hodie qui poſſint.*
6 *Iudex quod non poſſit ex ſe inquirere de adulterio. & quid ſit in iudice eccleſiaſtico contra clericum confiſſum, vel conuictum de eo, nu. 7.*
8 *Lex nunquam ceſſat, niſi ceſſante eius ratione finali.*
9 *Doctori aliquid pro ſua opinione non allegandi non eſt credendum.*
10 *Gloſſæ non allegantis legem non eſt credendum.*
11 *Procedi non poteſt contra aliquem, niſi prius conſtet de corpore delicti.*
12 *Accuſatore deſiſtente quo, caſu poſſit iudex procedere.*
13 *Iudex quod non poſſit ex ſuo officio contra aliquem procedere.*
14 *Condemnari nemo debet de iure ſine accuſatore.*
15 *Infamia ſuccedit loco accuſatoris.*

CONSILIVM LXXI.

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN cauſa Tarabotta criminali non fuit, nec eſt locus ulteriori proceſſui cõtra Reuerendum Dominum Nicolaum Tarabottã querelatum; cum querelans pro ſua, et ſuorum iniuria eandem querelam per iudicem ordinarium, coram quo querelauit, petierit caſſari, et aboleri, cum

1 cum indistincte tali casu talis specialis † abo
litio concedi dẽat per tex. in l. q̃uis la 2. C.
de adul. & in l. 2. §. fi. C. de abo. ꝙ procedit
etsi pecunia accepta petierit idẽ accusator
abolitionem per glos. fi. in d. l. 2. §. fi. C. de
abolitio. & optime Decia. in tract. crim. ca.
35. num. 38. ubi inter cætera dicit commu-
* niter scribentes sequi dictam gl. lib. 3. tom.
1. omnino videndus, & si in alijs casibus
multa sint consideranda, antequam conce-
2 datur abolitio, † de quibus per Decian. d.
loco, num. 28. & seq. & dicit Iodoc. in sua
pract. crim. sub rub. de abolitio. c. 146. num.
6. & seq. Carrer. in sua prax. crim. in ver. vi-
gesimonono, num. 23. fol. mihi 193. & pra-
ctic. Corradi. in tit. de accusat. num. 21. &
Cyril. in sua summa crimi. §. 3. in uer. fiscus
colum. 3. in fi. & seq. fol. mihi 9.

Neque obstat si diceretur, quod licet ta-
lis abolitio specialis operetur, quod accusa-
tor amplius non audiatur, nec possit repete
3 re accusatum, † prout dicit Decia. d. loco
num. 39. & Salyc. in d. rub. C. de abolitio.
in fi. cum quibus concordat Carre. in dicto
4 loco in principio, vbi dicit abolitionem spe
cialem † nihil aliud esse, quam nomen rei
aboleri inter reos, & eum absoluere ab in-
stantia iudicij, petente & requirente accu-
satore, prout & idem dicit idem Carre. in
d. loco in prin. quod tamen nõ per hoc ope
retur extinctionem delicti, prout dicit Sali.
in d. rub. in fi. & Carre. d. loco, & num. 23.
in fi. & per consequens quod dicta abolitio
ne non obstante videatur per alios posse ac
cusari p gl. in uer. ꝓximis in d. l. q̃uis C. de
adulter. & l. 2. in fi. ff. eod. ac per iudicẽ pos-
se procedi, per ea, quæ dicit Clar. in sua
prax. crim. in simili in quæst. 51. nu. 11. & q.
3. nu. 6. & seq.

Primo quia obiectum non procedit in
casu nostro, cum pro sua & suorum iniuria
fuerit accusatus, ex quo tractatur de stupro
& raptu honestę & nobilis puellæ, cum tali
casu iudici præclusa sit uia ex officio proce
dendi, ne deturpetur status dictæ puellæ, &
5 eius domus, stantę dicta abolitione † per
patrem petita, per dictam l. quãuis, la. 2. C.
de adulter. ubi disponitur, quod licet adul-
terij crimen publicum sit, quod nihilomi-
nus hodie de eo non possint accusare, nisi
certæ personæ proximæ, necessarieque con
iunctæ, ne fędentur connubia, cum qua cõ-
cordat l. constante, ff. eod. & dicit late Ant.
de Padilla in l. transigere sub nu. 92. C. de
transact. ubi postquam dixit hodie tantum
6 licere accusare mulierem † de adulterio ma
rito, patri, fratri, patruo, uel auunculo, & nõ
alijs, iuxta formam præfatæ l. quamuis, sub
dit postea iudicem neque inquirentem, ne
que prouinciam suam purgantem contra
maritatam posse procedere, nisi accusante
marito, & per consequens nec esse procedẽ
dum in casu nostro, cum militet eadem ra-
tio, licet non sit nupta, alias prouisio l. inser-
uiret de uento, & eius ratio.

Neque dictæ conclusioni aliquid aduer
satur illud, quod dicit Diaz in sua prax. ca-
no. crim. c. 85. num. 6. vbi dicit iudicem ec-
7 clesiasticum † posse punire clericum cõfes-
sum, uel conuictum, de adulterio, etiam ma-
rito non accusante, non obstãte lege regia
Castellæ, & legionis, qua cauetur, quod ma
rito non accusante mulierem de adulterio,
nullus alius accusare possit, & quia in casu
nostro idem presbyter non fuit prætensa
delicta confessus, nec de illis conuictus, un
de iudici aperiatur uia procedendi tanquã
super notorio crimine, in quo casu loquitur
idem Diaz. & pro eo est Aran: qui cum eo
concordat in c. 2. num. 2. in princip. de col-
lusio. & concordat Angel. in l. 1. num. 4. C.
de genera. abolit. & quia nos sumus in casu
dispositionis legis communis optimam ra-
tionẽ afferentis, ne connubia fędentur, pro-
ut cauetur ex dispositione dictæ l. quam-
uis la 2. C. de adulterijs, quæ ratio prohibi-
tiua non cessat, etsi per iudicem ex suo offi-
cio procedatur pro inueniendis talibus de
lictis, & per consequens non cessat nec lex
8 prohibens procedi; cum lex † nunquam ces
set, nisi cessante eius ratione finali iuribus
vulgaribus. & quidem idem Diaz nihil al-
legat pro sua opinione, sed suo capite ita ei
uisum fuit dicere parũ perpendẽdo dictã
rationem prohibitiuam, quam lex adducit,
cum absurdissimum esset personas, & do-
mos, seu familias honestarum personarum
deturpere, & pauperem puellam innubilem
reddere ipsis inuitis, quos prætenditur mis
ria occulte tñ passos fuisse, ut forsan et le-
uiter coerceatur clericus, unde temerarium
esset recedere a determinatione legis. cum
& illi indubitanter parere teneantur iuri-
bus vulgaribus.

Et quod Doctori, aliquid pro sua opi-
nione non allleganti, lege, uel ratione vr-
gente

9 gente de iure non sit credendum, † dicit Roch. de Curt. in tract. de iure patr. in uer. competens, num. 67. ante fi. in uer. ad auctoritatem, quod prius dixit Bal. in l. respublica ante fi. C. ex quibus cauſ. maior. Et quod auctoritas Doctoris, etiam ſi ſit maxima, ſine lege non debeat attendi, nec credē-
10 dum ſit gloſæ, quando legem non allegat; † dicit Franc. Niconic. in allegat. 2. nu. 74. par. 1. ubi etiam ſubdit num. ſeq. nec etiam eſſe ſtandum auctoritatibus Rotæ, nec opinioni Hoſt. uel Ionnoc. ſi nihil allegent, cū magis iuribus, quam auctoritatibus credere debeamus, omnino uidendus, qui optime ad caſum loquitur, & quod etiam communi opinioni Doctorum, et gloſarū, quādo iure, uel ratione non fundantur, non ſit ſtandum, dicit ex d. Abb. & Ant. de Butrio idem Roch. de Curt. in præcitato loco numero 67. in fi.

Secundo idem obiectum non procedit, cum idem Reuerendus querelatus fuerit de ſtupro, ſeu defloratione puellæ, & ſic de delicto facti permanentis, quo caſu ſuper tali delicto nō poteſt procedi per iudicem ad formationem proceſſus contra aliquem niſi eidem prius conſtet de corpore delicti,
11 † & ſic puellam fuiſſe defloratam ſeu ſtupratam per relationem obſtetricum, quæ illam ad finem præfatum inſpexerint, prout dicit late Cla. & ita quotidie ſeruari in dicta ſua prax. crim. q. 4. num. 4. per totum, præſertim ante fi. in ver. & hæc, quæ dicta ſūt, & quod ita ſe habeat communis practica, dicit Blāc. in ſua pract. crim. num. 5. & concluſiue nu. 6. fol. 2. & ſeq. & quod ita ſeruet conſuetudo, dicit Nouell. ſimiliter in ſua prax. crimi. fol. 79. num. 1. & 2. & quod iſta ſit practica totius mundi, dicit Ioan. de Amic. in conſil. 131. num. 7.

Tertio non obſtat præfatum obiectum, quia idem Clar. in d. q. 51. num. 11. in fi. licet, dicat, quod ex quacunque cauſa deſiſtat accuſator a ſua accuſa; quod nihilominus iudex poterit ipſe proſequi proceſſum,
12 & finire: † ſubdit tamen hoc eſſe intelligēdum, ut procedat in illis caſibus, in quibus iudex potuiſſet ab initio ex officio procedere, alias dicit non habere locum, & q hoc cōiter teneant Docto. dicit Ioan. de Ana. in d. c. 2. num. 2. præſertim in uer. ſecundus de colluſio. & idem tenet Ang. in effectu in l. prima, numero quarto, Cod. de gener. abolitio. ubi concordat opiniones.

Cum igitur in caſu noſtro ante dictam querelam ſuper contentis in ea ſtupro, & raptu non poſſet procedi, cum aliqua uia iudici non eſſet aperta procedendi, ueluti diffamatio, renuntiatio, uel huiuſmodi, cum alias iudex contra aliquem ex ſuo officio
13 procedere non poſſit, † licet ſi ſibi conſtaret aliquod delictum fuiſſe commiſſum, generaliter ſuper eo inquirere poſſit, prout dicit late idem Clar. in d. ſua prax. crim. q. 5. num. 3. 4. & 5. per totum: merito ſuper contentis in dicta querela contra eundem querelatum ulterius non eſt procedendum.

Nec de hoc dubitandum eſt, cum de iure
14 ſine accuſatore nemo cōdēnari dēat, † p l. ſcripto. §. ſi quis accuſatorem, & ibi glo. in uer. non debet, ff. de mune. et honor. Bar. in l. congruit, num. 3. in princip. ff. de offic. præſid. Imol. in c. 1. num. 3. ut eccleſi. benefi. ſine diminut. conferant: et Gandi. in tracta. malefi. in rub. quid ſit accuſat. num. 2. ubi dicit ſine accuſatione non procedere criminis cognitionem, uel pœnæ impoſitionem, allegando inter alia illud dictum Saluatoris erga mulierem coram eo pro adulterio adductam prolatum, cum dixerit, mulier ubi ſunt, qui te accuſant? et ipſa reſpondiſſet, nemo Domine, et tunc Dominum dixiſſe, nec ego te condemnabo.

Et propterea idem Clar. in præcitato loco fecit mentionem de diffamatione, quod ſaltem præcedat ad hoc, ut iudex cōtra aliquem procedere poſſit, quia infamia
15 † ſuccedit loco accuſatoris, et iudici in iudicio aſſiſtere debet, ſicut accuſator, cum illa accuſet, prout optime dicit Bald. in l. ea quidem, num. 55. C. de accuſat. Et iſta ſufficiant ad demōſtrandum ulteriori proceſſui locum non eſſe, et dictum Reuerendum querelatum ulterius circa contenta in eadem, ſic petita aboleri, querela non eſſe moleſtandum, ſed illam aboleri debere, et ipſum abſoluendum, et liberandum, per ſupradicta; Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulſinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ius patronatus an transeat ad heredem extraneum, & an vltimus ex uocatis a testatore instituēte possit de illo disponere.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris semper exquirenda est.*
2 *Mater dicitur heres extranea filij, cum sub sua potestate non sit.*
3 *Verbum, heres, positum in testamento in ordinatione fideicommissaria comprehendit descendentes, & non extraneos.*
4 *Verbum, heredes, non comprehendit patrem.*
5 *Subiecta talia sunt, qualia sunt predicata.*
6 *Domus appellatio in testamentis intelligitur de agnatione.*
7 *Verbum, heredes, positum in dispositione transmissibili ad omnes heredes refertur in infinitum.*
8 *Ius patronatus transit cum hereditate, cum hereditas in se sit quid vniuersum.*
9 *Consulendo & iudicando recedendum non est a communi opinione.*
10 *Vltimus vocatorum ad fideicommissum potest de eo testari, seu aliter disponere, illud alienando ad suum libitum, cum ampliat. nu. 11.*

CONSILIVM LXXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

PResupposito mihi in facto, quod alias q. Ser Bartholomeus, q. Ser Ioannis a la stis de Pedroicha condidit vltimum suum testamē tum, in quo inter caetera disposuit, & ordinauit, quod futuris temporibus, & in perpetuum Petrus & Vincilaus eius germani cōsanguinei, una cū Castaldionibus Scholae Sanctae Mariae de Battutis de Pedroicha, qui pro tempore erunt post mortem ipsius testatoris, teneantur, & debeant continue eligere vnum Sacerdotem, qui Sacerdos sic per praedictos electus teneatur, & debeat continue celebrare in ecclesia Sancti Petri de Pedroicha ad Altare Sancti Ioannis pro anima ipsius testatoris ac suorum mortuorum, & quandovnus Sacerdos moriatur, quod unus alius debeat eligi cōtinue per praedictos Petrū, & Vincilaū, vel corū haeredes, & corū Dominum vna cum dictis Castaldionibus dictae Scholae, qui pro tempore fuerint in spatium unius mensis, cui presbytero sic electo, uel continue sic eligendo per supradictos reliquit &c.

Et quod post mortem testatoris praefati, per praefatos Petrum & Vincilaum ac eorum haeredes fuit deuentum ad plures electiones d. Sacerdotis, ut celebraret in dicto Altari, & ultimo loco fuit electus per matrē filij q. Antonij praefatorum haeredum descendentis, ita tamen consentiente q. Petro a lastis ultimo uocatorum ad talem electionem, seu ius patronatus, qui cum condidorit eius vltimum testamentum, reliquit eius uniuersalem haeredem magnificam D. Andrianam de Borsis eius uxorem, substituendo eidem post eius mortem filios magnifici D. Iacobi de Borsis nobilis Teruisini.

Et praefato facto sic stante de tribus dubitari contingit.

Primo, an istud ius eligendi, seu Patronatus, ut supra relictum transiuerit in personam matris filij d. Antonij a lastis, ex quo dictus eius filius fuit dicti Antonij haeres, & ipsius mater, cum obierit dictus eius filius ab intestato, ei successerit, stante quod hodie nemo adsit de uocatis per dictum testatorem ad dictum ius eligendi, seu ius patronatus,

Secundo, si dictum ius eligendi non reperitur translatum in personam dictae matris filij d. Antonij, an dictus Petrus a Lastis ultimus heres, & uocatus ad dictam electionem, cum reliquerit uniuersalem haeredem dictam eius vxorem, censeatur dictū ius eligendi seu patronatus reliquisse dictae eius vxori, ex quo de eo nullam specialem mentionem fecit in testamento.

Tertio, dato quod reliquerit dictum ius eligendi, an illud relinquere potuerit dictae eius vxeri, & filijs praedictis stante tenorē dicti testamenti.

Et dico dictum ius eligendi, seu iuspatronatus spectare ad dictam D. Andreanā, & illa deficiente ad filios d. magnifici D. Iacobi Borsij, exclusa matre filij dicti Antonij, ex infra dicendis.

Et quod ad primum dubium illud resoluendo, dico euidenter apparere dictam matrem filij Antonij praedicti ex verbis eiusdem

ideirte stamenti, ut ex uoluntate testatoris,
1 quæ semper exquirenda est l. in conditio-
nibus, in princi. ff. de conditio. & demōstra.
l. ex facto, la 2. post medium, ibi, & facit qui
dem totum uoluntas defuncti, nam quid sen
serit, spectandum est, ff. de hæred. instit. l. si
mihi, & tibi §. fi. ff. de legat. 1. & ante omnia
illa attendi debet l. quoniam indignum, C.
de testamentis; quod procedit etiam si ver-
ba aliter sonarent, quod non est in casu no-
stro, dummodo de mente constet l. 3. C. de
de liberi. præteri. & dicit Soc. iun. in consil.
1. num. 8. & seq. volum. 3. & Pari. in consil.
41. nu. 15. & seq. volum. 2. a tali iure eligen
di, seu iurepatronatus esse exclusam, cum te
stator disposuerit per prædictos Petrum, &
Vincilaum eius germanos consanguineos,
exprimendo hanc qualitatem sanguinis, ac
eorum hæredes, uel domum in perpetuum
debere pro tēpore fieri talem electionem,
cum utendo talibus uerbis omnino exclusi
fuerint a tali iure eligendi omnes eorum he
redes extranei, & sic dicta mater filij Antō
nij, quę hęres extranea est eiusdem sui filij,
2 † cum sub sua potestate non esset iuxta tex.
in Institu. §. cæteri, de hære. qualita. & dif-
3 fer. cum uerbum hæredes † positum in te-
stamento in fideicommissaria ordinatione
comprehendat descendentes, & non extra-
neos ad dicta per Aegid. in cons. 25. nu. 3.
in uer. præterea, & num. 4. Castren. in singu
14. diuers. vol. 2. & Guid. Papæ in q. 591.
per totam, ubi inter cætera dicit ex dicto
Specul. quod nomen hæredis positum in ul
tima uoluntate in substitutione non signifi-
cat alios quam descendentes, licet in con-
tractibus significet directo succedentes in
uniuersū regulariter, & ex dicto Bal. quod
4 verbum hæredes † non comprehendit pa-
trem, & in quæst. 457. num. 3. & ita dicit in
curia fuisse determinatum. huicque con-
clusioni inhæret Simon. de Pret. in tracta.
ultimar. uoluntat. in solut. 11. num. 38. lib. 3
fol. mihi 91. Alciat. in l. lege obuenire a nu.
5. usque ad 7. ff. de uerbo. significatio. & Pa
* ris. in cons. 31. nu. 45. & seq. ubi de commu
ni. volum. 2.

Quæ conclusio fortius habet locum in
casu nostro, cum testator nominādo dictos
Petrum, & Vincilaum, addidit consangui-
neos, ex quo uerbo uidetur motus affectio
ne sanguinis, & sic ut seruetur dictum ius in
hæredibus descendentibus præfatorum, &
non in hæredibus extraneis ipsorum, ut ta-
lia sint subiecta, qualia sunt prædicata, pro-
5 ut in simili considerat Guid. Papæ in d. q.
457. nu. 3. in fi.

Et quod testator intellexerit de hæredi-
bus descendentibus ex eorum corpore, &
non de alijs extraneis, manifestissime indi-
cat illud aliud uerbum, uel eorum Domum,
vocando illos de eorum Domo ad dictam
electionem, cum hic in casu nostro Domus
6 † accipiatur pro agnatione, prout optime
dicit Dec. in cons. 495. num. 13. post princ.
quod prius ante eum, & post Iacob. de Are
na uoluit Bar. in l. 1. circa medi. ff. ad Sill. in.
& sic indubitati iuris est, stantibus uerbis
prædicti testamenti, prædictam matrem fi-
lij Antonij esse a tali iure eligendi exclu-
sam, & illud translatum fuisse in totum in
Petrum de Lastis ultimum hæredem de di
7 cta familia, cum uerbum hæredes † positum
in dispositione transmissibili, prout est ista,
ad omnes hæredes refertur in infinitum,
prout dicit Pet. de Anch. cum allegatis per
eum in cons. 393. num. 3. & sic dicta mulier
tale ius non inuenit in hæreditate filij sui,
cum ad Petrum ultimum hæredem migra-
uerit ex testatoris dispositione, & ista suffi-
ciant pro resolutione primi dubij.

Quo vero ad secundum dico illius reso-
* lutionem facilem esse, cum communis opi-
8 nio Doctorum sit iuspatronatus † transire
cum hæreditate, cū hæreditas in se sit quid
vniuersum, prout dicit Abb. communiter te
neri in c. ex literis, nu. 17. & ibi etiam Car-
din. colum. penul. post princip. de iurepatro
* natus. & hanc opinionem etiam commu-
nem esse dicit Lambertin. de iurepatron. in
2. lib. prin. 2. par. fol. mihi. 21 & 26. lib. 1. fol.
mihi 129. & fol. 130. ideo alios addere
9 non curaui, cum a communi † opinione in
consulendo, & iudicando recedendum non
sit, prout dicit Soci. sen. in cons. 187. nu. 9.
volum. 2. Iaso. in cons. 76. num. 3. volum. 3.
Deci. in cons. 174. num. 1. in fi. & in cons.
146. num. 7. & Cassad. super regul. Cancel.
decis. 12. num. 7. & ista sit resolutio secun-
di dubij.

Circa uero tertiū dico similiter illud re-
soluēdo dictum D. Petrum, cum fuerit ulti
mus de dictis hæredibus, seu de dicta Do-
mo de Lastis, & de uocatis, potuisse dictum
iuspatronatus, seu eligendi ad dictum Al-
tare dictæ eius vxori relinquere; cum ulti-
mus

10 mus uocatorum † ad aliquod fideicommissum possit de eo testari, seu aliter de eo disponere illud alienando ad sui libitum, cum nemo supersit, qui talem alienationem seu relictum reuocare possit, pro ut dicit Gabriel.in cons.132.in 7.q.num.61. in uer.unde fit,volum.1.Ludoui. Bologn.in cons.14.num.5.in uer.nono præsuppono, ubi dicit quod ubi fit prohibitio alienationis rei extra familiam, si non superest nisi vnus de familia,quod potest per illum alienari, cum nemo supersit, qui alienationem reuocare possit: quod prius firmauit Paul. de Castr.in cons.453. incipiente de eo, q primo loco num. 2. volum. 1. Iacobi. de S. Georg.in l.si mulier. §. ex asse.in fi. in uersi. sed si nullus alias agnatus, ff. de iure dotiu. Dec.in cons.511.num.6.in uer,postremo, & in con.584.sub num.13.repetit. in cons. 637.num.16.& in cons.635.num. 18. sequendo semper Paul.de Castro in allegato cons. Tirraq.late de retract. Lignaier. in §. 26. glo. 1. sub num. 10. & nouissime Peregrin.in tract.de fideicommis.art. 4. nu. 49. & optime in art.52.num. 2. Et ista sufficiant pro prædictorum dubiorum resolutione,& ad demonstrandum dictum ius eligendi d. Sacerdotem, tantum residere in persona prædictæ magnificæ Dominæ Andrianne Borsiæ de Lastis hæredis uniuersalis dicti Petri de Lastis eius mariti, ultimi uocatorum ad talem electionem per prædictum testatorem.

Quod habet etiam locum contra quoscunque alios hæredes extraneos, etiam si 11 prætendant dictum ius † habere vigore alicuius testamenti olim facti per aliquem uocatorum per d.testatorem, cum nemo alius ex uocatis potuerit disponere de dicto iure eligendi, neque illud relinquere in sua hereditate, excepto prædicto Petro vltimo ex uocatis, per rationes, & iura desuper adducta.

Franc. Monaldus I. V.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Ius præsentandi ad capellaniam ex ordinatione testatoris in concursu duorum a diuersis præsentatorum discutitur, Decreti irritantis vis quanta sit.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum reuocari non potest, quando iudici constat,quod de nouo esset concedendum.*

2 *Decretum irritans inducit formam, quæ aliquo modo ante institutionem omitti non potest.*

3 *Decretum irritans afficit,& inficit titulum & possessionem,& omnia irritat,*

4 *Decretum irritans habet implicitam inhibitionem, & inhibitio implicitum decretum, cum sufficiat legislatorem aliquid inhibuisse,vel irritum decreuisse.*

5 *Fructus habere non potest,qui non possidet,cum sint accessorij possessionis,& illi inhæreant.*

6 *Decreti irritantis vis quanta sit.*

7 *Ius in beneficijs non potest principaliter fundari ex confessione aduersarij,licet talis confessio valeat adminiculatiue.*

8 *Consuetudo specialis,cum sit quid facti, debet constare in actis.*

9 *Decretum irritans tollit nedum consuetudinem introductam, si quæ adesset in contrarium, verum etiam & introducendam.*

10 *Præsentatis duobus contendentibus,non est necessaria vocatio prætendentium ius in præsentando.*

11 *Heredum nomine in substitutione fideicommissaria conditionaliter,siue dispositiue facta,veniunt descendentes,& non extranei hæredes.*

CONSILIVM LXXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa mansionariæ S. Canciani R. Fortunatus Bernardo aduersarius R. Ioannis Baptistæ Eugerij mei principalis non uenit audiendus, attento q vsque modo cum sit appellans, processum factum coram iudice a quo, nō produxerit, prout iuxta formam Sacri Concilij Tridentini tam in causis ciuilibus quam criminalibus ap-

bus appellans producere debet coram iu-
dice ad quem c. 20. causæ omnes, §. præte-
rea, sess. 24. de reform. & c. 3. sess. 13. simili-
ter de refor. & casu quo dictus aduersarius
dictum processum nunc produceret, prout
tenetur; dicitur nihilominus ad aliquam re
uocationem sequestri facti super fructibus
capellaniæ, de qua agitur, non posse deueni
ri; imo illud debere per iudicem ad quem
1 confirmari, cum † de nouo esset faciendum
ad dicta latè per Vanti. cum accumulatis
per eum in tracta. de nullit. in vers. qualiter
senten. & proces. qui dicun. nulli. defen. seu
repara. possint sub num. 130. & sequen. fol.
mihi 292.

Et quod prædictum sequestrum reuoca
ri non debeat, imo debeat confirmari, ex-
presè patet: nam prædictus aduersarius cũ
fuisset præsentatus ad capellaniam, de qua
agitur, per clarissimam D. Lucretiã de Pon
te, ut ipse asserit, nullis factis publicis edi-
ctis, seu citationibus ad valuas ecclesiæ S.
Cantiani, in qua d. capellania sub vocabulo
S. Lucæ posita est; prout ex dispositione c.
fi. decreto irritant. munit. de elect. in 6. fieri
oportebat, cum sit de iurepatronatus laico-
2 rum; cum dictum decretum † irritans indu
cat formam, quæ aliquo modo ante institu-
tionem omitti non potest; prout latè tra-
dit Bal. in l. 1. nu. 2. ff. de lib. & posth. quem
secutus fuit Fel. in c. cum dilecta. colum. 9.
in uer. quintum signum, de rescrip. & Ludo
uic. Gomes. in c. 1. nu. 53. in 6.

Quæ quidem forma cum omittitur, pro-
3 ut in casu nostro omissa fuit, † dictum de-
cretum irritans afficit, & inficit titulum &
possessionem, & omnia irritat, ad firmata
per Beltrand. in cons. 142. nu. 4. volum. 2.
1. par. & ad dicta late per Rebuf. in concor
da. Franc. in rub. de firma. & irreuoca. con-
cord. stabil. in uer. ultimo notanda est, om-
nino viden. fol. mihi 758. Fely. in c. cum ac
cessissent, num. 7. de constitu. Prob. in c. tibi
num. 9. in uer. quod clausula, de rescrip. in
6. sequitur Gabriel in suis conclus. sub tit.
de clauso. conclus. 3. num. 36. lib. 6. & facit
Oldrad. in cons. 319. num. 4. in uer. imo si
prælatus.

4 Nec est mirum, cum decretum † irritans
habeat implicitam inhibitionem, & inhibi-
tio implicitum decretũ, cum sufficiat legis-
latorem aliquid inhibuisse, vel irritum de-
creuisse, ad firmata late per Cassad. decis. 2.
num. 6. sub tit. de restit. spoliat. quapropter
in nostris terminis decisiuis habent locum
dicta per Archi. in ca. quia res, in colum. 3.
ante fi. in ver. ex quibus 11. q. 1. vbi dicit
per multa iura ibi allegata, quod si duo cõtẽ
dunt de beneficio, quorum nullus fuit pos-
sessor pacificus, fructus poterunt sequestra-
ri, saltem quousque concertatio sopiatur,
maximè vbi possessor vitiose intrauit pos-
sessionem, scilicet contra inhibitionem su-
perioris, vel alias, qui quidem non debet
gaudere beneficio possessionis: quod for-
tius procedit in casu nostro, cum dictum de
cretum afficiat, & inficiat titulum, & posses-
sionem beneficij, vt est dictum, cum non
5 possidendo fructus † hr̃e quis, nõ possit cũ
sint accessorij possessionis, & illi inhęreant;
& accessorium naturã principalis sequatur,
vulgata regula in c. accessorium, de reg. iu-
ris in 6.

Neque aliquid obstat modo etsi dicatur
quod ex quo fuit data fideiussio de restituẽ
do prædictos fructus per dictum Reueren
dum Fortunatum in casu succumbẽtiæ, nõ
reclamante dicto R. Eugerio; quod propte
rea dictum sequestrum postea factum non
fuerit validum, nec confirmari per Domi-
num meum possit; quia ad hoc respondetur
quod uis prædicti decreti irritantis tãta est
6 † quando est appositum in constitutione,
seu lege, quod per partes illi non possit re-
nunciari, etiamsi fauorem partium respi-
ciat: licet secus sit, quando est positum in re
scripto: prout dicit Aret. in l. nemo potest,
colum. 4. in medio in uer. cuius dictis, & co
lum. 6. ante medium uer. & ideo; quem ibi
sequitur Claud. de Seyssel. num. 23. & se-
quen. ff. de lega. 1. optimè Felyn. in d. cap.
cum accessissent, num. 7. de constit. ubi dicit
ideo illos, in cuius fauorem appositum est
decretum irritans, illi nõ posse renuntiare,
quia per dictam clausulam videtur supe-
rior habere pro illicito, quod fuerit in con-
trarium fact. quod & prius firmauit Abb.
in capitu. dilecto, numero 14. de præbend.
* & hanc esse communem opinionem, a qua
in iudicando recedendum non est, dicit Io.
de Selua. in tract. de benefi. quæst. 9. sub
num. 13. par. 3. tracta. tom. 15. par. prima,
fol. 62. ad quod optimè facit illud, quod di
cit Gemin. in cons. 38. numero 3. vbi dicit,
quod principaliter ius in beneficijs non po
7 test † fundari ex confessione aduersarij; li-
cet

cet talis confessio valeat adminiculatiuè.

Neque aliquid obstat, etsi pars aduersa prætendat de consuetudine speciali non seruari in hac ciuitate Venetiarum, quod dictæ citationes generales, seu edicta ad valuas ecclesiæ apponantur: primo, quia adhuc in actis de aliqua consuetudine speciali non constat; prout constare debet,
8 † cum sit quid facti, capit. primo, de constit. in 6. & facta non præsumantur; prout dicit Corne. in cons. 181. nu. 4. uol. 2. sed sint pro banda. Cephal. cons. 53. nu. 34. cons. 130. nu. 7. & cons. 77. nu. 16. volum. 1. & iudex non possit iudicare, nisi secundum acta & probata, vulgata l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid.

Secundo, quia decretum irritans tollit
9 nedum consuetudinem introductam, † si quæ adesset in contrarium, uerumetiam & introducendam; prout suo loco demonstrabitur, quatenus de speciali consuetudine probetur, quod non creditur, cum non sit in iure allegandum super facto non probato.

Et vt satisfaciam D. iudici, ex quo de iure partium patet, cum processus super meritis causæ sit fabricatus; Accedo ad docendum de bono iure dicti Ioannis Baptistæ præsentati ad dictam capellaniam per clarissimos DD. de Victuris iuspatronatus & præsentandi ad illam habentes; & de non iure dicti Fortunati Bernardo præsentati ad eandem Capellaniam per clarissimam D. Lucretiam de Ponte similiter dictum ius patronatus prætendentem, & de ea indebitè, & nulliter instituti, ut est dictum.

Et primo sciendum est dictam Capellaniam, sub uocabulo S. Lucæ in Collegiata & parochiali ecclesia S. Canciani Venetiarum fuisse erectam, & fundatam per q. R. D. Lucam Leonum usque de anno 1479. illam dotando de certis bonis stabilibus: prout constat eius testamento in actis producto cum reseruatione iurispatronatus, per hæc uerba, uidelicet. Item iussit, uoluit, & legauit fieri unam Capellam in ecclesia Sancti Canciani prædicti, cui Capellæ legauit pro dote infrascriptas petias terræ &c. Subdens postea, instituens in ipsa Capella iuspatronatus perpetuis temporibus duraturum; & Dominos, ac patronos reliquit D. Matheum Leonum eius fratrem, & D. Iacobum eius nepotem filium dicti D. Mathei, & casu quo ipsi decederet sine hæredibus ex ipsis legitimè descendẽtibus; tum instituit, & esse uoluit dominos & patronos d. Capellæ D. D. Philippum & Victorem fratres, & filios D. Natalis Maripetro, & eorum hæredes.

Secundo sciendum est, quod Matheus & Iacobus supradicti obierunt absque legitimis hæredibus ex ipsis descendentibus, et quod dictum iuspatronatus, et præsentãdi peruenit ad supradictos DD. Philippũ et Victorem, filios Natalis Maripetro secũdo loco institutos a d. R. D. Luca Leono, et cum Victor non haberet hæredem, nisi Philippum eius fratrem, cum obierit absq; hæredibus, et Philippus non haberet hæredes nisi filios Dariæ eius sororis, uidelicet Laurentium, et Ioãnem, vxoris D. Danielis Victuri; prout similiter constat ex testamento in actis producto, ex quo Laurentio filio d. D. Dariæ, et D. Danielis Victuri decẽderunt supradicti de Victuris, qui præsentarũt d. Ioannem Baptistam Eugerium, prout constat publicis documentis.

Et ideo cum dictus Eugerius probauerit intẽtionem suam: ac Fortunatus Bernardo aduersarius præsentatus per clarissimã D. Lucretiam de Ponte, uti cessionariam, prout ipse dixit in eius scriptura ultimo loco producta, nedum nõ probauit ipsam habere dictum iuspatronatus, et præsentãdi; uerumetiam nec ipsam esse; prout asseruit, in possessione uel quasi præsentandi ad eandem Capellam, dum uacat: et ideo non est dubitandum dictum Eugerium debere obtinere; etsi dicta D. Lucretia in præ-
10 senti iudicio non fuerit uocata, † cum præsentati ex utraque parte egerint in iudicio absque interuentu præsentantium, ad firmata per Lamberti. in tractat. de iure patrona. in 7. artic. 3. quæstio. principa. sub num. 8. usque in fi. et sequenti articulo per totum in 1. par. 2. lib. fol. mihi 20. omnino viden.

Neq; aliquid obstat, si diceretur pro parte dicti R. aduersarij, quod dicta clarissima D. Lucretia de Ponte, quæ eum præsentauit, haberet dictum iuspatronatus: et quod in possessione, uel quasi præsentandi ad dictã Capellam reperiebatur ex eo, quia per eũ prætenditur, quod d. D. Philippus frater

supradicti Victoris, & filius Natalis Maripetro, qui habuit hæredes, ut est dictum, ex d. D. Daria vxore d. D. Danielis Victuri, Laurentium & Ioãnem: & quod per ipsius testamentum licet in residuo hæreditatis reliquerit eos pro dimidia hæredes, quod nihilominus reliquit iuspatronatus tãtum D. Ioãni excluso d. Laurentio; & quod d. Ioãnes habuit infrascriptos filios, & hæredes, videlicet Christophorum, Philippum, et Luchesiam; prout constat ex arbore cõsanguinitatis in actis producto; et quod cum obierit Christophorus, et Philippus præfati absque filijs et hæredibus, quod dictum iuspatronatus, et præsentandi peruenit ad Luchesiam eorum sororem, et filiam d. D. Ioannis, cui d. Philippus reliquit dictũ ius præsentandi: et ꝙ d. D. Luchesia vltimo loco præsentauerit R. D. Franciscum de Lazaris vsq; de anno 1559. de quo idem aduersarius in dicta eius scriptura facit mentionem; et quod d. Luchesia cum instituerit hæredem q. D. Andream eius virum, quod transiuerit dictum iuspatronatus cum uniuersitate bonorum; et quod post mortem Luchesiæ d. D. Andreas habuerit in uxorem d. D. Lucretiam de Ponte ipsum præsentãtem cessionariam d. D. Andreæ: quia vltra quod de ꝑmissis nihil cõstet in actis, et per hoc aliquod fundamentum non possit fieri, cum iudex iudicet secundum allegata et probata, per l. illicitas, §. ueritas, ff. de offic. præsid.

Tamen dico, quod etsi de præmissis omnibus constaret, prout non constat, quod in aliquo nõ releuaret aduersarium, quin succumberet; et d. Eugenius obtineat, stante testamento d. D. Lucæ Leonis fundatoris, nã in dicto testamento, ut est dictum, instituti fuerunt primo in dicto. iurepatronatus Matheus Leonus, et Iacobus d. Mathei filius, frater, et nepos respectiue dicti testatoris, et casu quo decederent ipsi, prout obierũt, absque hæredibus legitimè descendentibus, tunc instituit, et esse voluit patronos d. Capellæ DD. Philippum et Victorem supradictos, ac eorum hæredes. Vnde cum ex d. Ioanne vltima hæres ex descendentibus fuerit dicta Luchesia, et ex d. Laurentio eius fratre, et filio dictę D. Dariæ super sint d. DD. de Victuris hæredes descendẽtes, non est dubium, quod dictum iuspatronatus peruenit ad supradictos de Victuris et quod illud cum hæreditate Luchesiæ nõ transiuit, nec potuit trãsire in extraneos hęredes; et si illud expresse reliquisset, et per consequens in d. D. Andream maritum d. D. Luchesiæ, nec in clarissimam D. Lucretiam præfatam, præsentantem d. D. aduersarium; cum dictum iuspatronatus fuerit relictum sub fideicommisso perpetuis temporibus duraturum in d. hæredibus descendẽtibus secundum mentem testatoris: nam uerbum, hæredes, nominati in fideicommissaria substitutione conditionaliter, ut si decesserit sine hæredibus; siue dispositiue, vt substituit. N. et suos hęredes, ueniunt quidẽ
11 descendentes, † et non extranei hæredes; ita firmat Simo. de Pett. in tractat. ultim. uo lunta. in solutio. 11. nu. 38. lib. 3. fol. mihi 91. quod ante eum uoluerunt Aegid. in cons. 25. num. 4. Alcia. in l. lege obuenire, a nu. 5. usq; ad 7. ff. de uerb. sig. Castr. in sing. 14. fol. mihi 129. uol. 2. et hanc esse com-
* munem opinionem, et ab ea in iudicando et consulendo non esse recedendum firmat Paris. in cons. 31. nu. 45. cum seq. uol. 2. hoc idemq; firmat Guido Papæ in q. 457. nu. 3. et seq. ubi dicit in parlamento ita uidisse determinari, et q. 591. per totum, et simili-
* ter hãc esse communem dicit latè Gabriel in suis conclusio. ubi quamplurimos id firmantes accumulat in tit. de uerb. significa, conclus. 2. nu. 17. et 18. lib. 6. Et ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Expensæ litis pendentis, tam factæ quam faciendæ, an super præcedẽtia litiganti monacho per monasterium præstandæ sint.

SVMMARIVM.

1 *Monacho causam propriam prosequenti, siue possessorio, siue petitorio agat, expensæ litis a monasterio subministrari non debent. etiam in causa electionis de se facta, num. 2. Quid in hoc iura considerent, nu. 3.*

CONSI-

CONSILIVM LXXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



PEnd ente lite, & causa inter R.D. Filippum Benzonū canonicum Regularē Cōgregationis S. Spiritus do & super precedentia se defendentem ex una, ac R. D. Valerium Iordanum agentem parte ex altera cum idem R.D. Philippus porrexerit supplicationem R. P. Generali ac RR. PP. Diffinitoribus eiusdem congregationis, supplicando eidem dari tam expensas præteritas in lite factas, quam faciēdas, dubitatur quid de iure sit faciendum: & mihi videtur dicendum non deberi; cum mona-
1 cho, † qui causam propriam prosequitur, siue possessorio, siue petitorio agat, a proprio monasterio expensæ litis subministrari non debent, prout firmat Innoc. in ca. ex parte, in fi. quem ibi secuti fuerunt Ant. de Butr. nu. 5. Card. nu. 2. Io. And. nu. 4. in uer. sed si prosequatur. Ioan. de Anan. nu. 2. & Boich. nu. 12. in prin. de accusat.

Et quod monacho prosequenti causam propriam, etiam electionis de se factæ, ex-
2 pensæ litis † subministrari non debeant, tenet in d.c. Abb. nu. 9. & Petr. de Anch. nu. 7. quod intelligo, si non fuit electus a suo monasterio, sed ab alio, quia tunc ab alio deberent, prout declarat idem Boich. in præcitato loco in uer. & credo, quod melius. & Card. similiter in loco desuper citato, nu. 2. in uer. pone exemplum. Quod & placuit etiam in d.c. ex parte Fely. num. 4. de accusat.

Quod corroboratur, quia iura iubentia dari expensas litis per monasterium Monacho † considerant fauorem monasterij, seu
3 ecclesiæ; quod cessat in casu nostro; prout habemus in d.c. ex parte, in ver. licet alios, & ibi glo. & cap. penult. in princ. de accusa. Glos. fi. in c. cupientes in fi. de electio. in 6. & Hostien. in summa, in §. quid iuris in vers. aut agit, extra eo. & ista sufficiant per prædicti dubij resolutione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio

ARGVMENTVM.

Accusatio laici contra clericum ob adulterium, & sententia super deductis emanata, inualida proponitur, cum consideratione testium contra clericum in criminalibus requisitorum, & famæ discussione.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens ut puniri possit, quid requiratur.*
2 *Testis etiam unicus probat contra producentem, licet de credulitate, vel auditu deponeret, ex quo cēsetur a parte approbatus.*
3 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.*
4 *Diffamatio penes bonos & graues debet præcedere formationem processus.*
5 *Negatiua probari solet per inspectionem actorum.*
6 *Laicus accusare potest clericum pro sua suorumque iniuria, & de alijs criminibus exceptis, cum declaratione, ut nu. 7.*
8 *Laici, nec mulieres admittuntur ad testificandum cōtra clericum in delictis criminaliter intentatis ad alicuius querelam, seu accusationem. Quid si veritas aliter haberi non possit, nu. 9. & quid si de facto fuerint examinati. nu. 10.*
11 *Processus si fiat quando a iure denegatur audientia est nullus ipso iure.*
12 *Criminaliter agi quando dicatur.*
13 *Pœna exilij nedum dicitur criminalis, sed etiam capitalis.*
14 *Bannitus ad tempus dici potest relegato, non deportato equiparari.*
15 *Probatio debet esse concludens, & non dubia.*
16 *Cōfessio extraiudicialis alicuius facti seu delicti quomodo probetur.*
17 *Testes singulares coniungi non possun in criminalibus.*
18 *Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminalibus.*
19 *Mulier non est idonea testis in causa criminali de iure canonico.*
20 *Minores 20. annis in causa criminali non faciunt fidem.*
21 *Testes de auditu alieno deponentes non probant in criminalibus.*
22 *Testes in criminalibus debent reddere bonam causam scientiæ, etiam non interrogati.*
23 *Testes deponentes de fama, & assignantes rationem, quia sic publice dicitur, non probant.*

24 *Rota decisio loquens in ciuilibus non debet extendi ad causas criminales.*

25 *Probationes, quæ sufficiunt ad condemnationem in ciuilibus, non sufficiunt in criminalibus.*

26 *Opinio communis est magis attendenda, quam opinio Rotæ.*

27 *Fama, seu infamia in criminalibus, cum non habuerit ortum ab aliqua præsumptione, per se ad probationem, nihil valet, cum tantam confirmet probationes super veritate facti receptas, & indiciū non facit. & quid operetur, nu. 28. & 29.*

30 *Clericis non est prohibitum loqui cum mulieribus pro habendis seruitijs ab eis ad effectum, vt inciderent in pœnam, cap. 2. de cohabitatio. cler. & muli.*

CONSILIVM LXXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum,

Iso processu in causa presbyteri Ioannis facto, dico quod sententia iudicis a quo venit infirmanda; & dictus presbyter condēnatus in pœnam exilij absoluendus & liberandus ex infra dicendis.

Et pro intelligentia causæ huiusmodi sciendum est, tria fuisse delicta per curiam & fiscum prætensa per dictum condemnatum commissa. Primum, quòd abduxerit Iurinam a Nicolao eius marito. Secundum, q͞ illam adulterauerit. Tertium, quod cum ea, posteaquam fuit processatus, etiam inhonestam practicam habuerit, quorum aliquod minime probatum fuit.

Et quoad primum, quòd d. presbyter nō abduxerit dictā Iurinam a d. Nicolao eius marito, apparet tam ex depositione eiusdē Nicolai, quam aliorum testium superinde examinatorum; cū omnes testes deponāt, quod d. Iurina sponte iuerit cum sorore d. presbyteri, quę nō permanet cū suo marito propter mala portamenta, & minas, quæ & quas faciebat, & inferebat eidem Iurinę dictus eius maritus, prout deponunt 2.3.4.5.6.7.8. & 10. test. Et sic non est dibium a tali prætenso delicto dictum presbyterū Ioānem fuisse & esse absoluendum, cum nemo
1 possit de delicto puniri, † nisi prius constet per indubitates probationes ipsum deliquisse, l. fi. & ibi omnes Doct. C. de proba. cum probationes debeant esse necessario concludentes l. neq; natales, & l. matrem tuam, C. de probat. c. quoniam contra eod.

Non obstaret si diceretur, quod ex quo de quolibet dicto dictæ Iurinæ non probatur, nisi per unū testem, & q͞ propterea eius dicta non probant: Primo, quia quod iuerit cum sorore dicti presbyteri, omnes testes desuper citati deponunt. Secundo, quia ēt
2 vnicus testis † a fisco uel a parte inductus plenè probat contra fiscum, uel partem, ētsi de credulitate vel auditu deponeret; ex quo censetur a parte approbatus; prout in terminis decisiuis firmat Barba. in teste inducto a fisco cum allegatis per eum in cōs. 71. num. 15. uolum. 1. in crimi. Soci. iun. in cons. 69. nu. 11. & seq. vol. 1. Rom. in cons. 104. ad fi. Aymo in cons. 201. nu. 7. & Cepha. in cons. 65. nu. 55. vol. 1.

Ex quibus etiam dico, quod contra dictum Reuerendum inquisitum non potuit per Vicarium ordinarij Parentini deueniri ad aliquam formationem processus, quod dicta Iurina fuerit abducta a dicto eius uiro per dictum presbyterum Ioannem, cum contra eū de hoc nulla adesset infamia, prout non adest, sed tantum quod iuerat cum dicta eius sorore, quæ est nupta, & eius patruo: & sic contra eos per iudicem secularē erat procedendum, cum non debeat alteri
3 per alterum iniqua conditio † inferri. l. non debet, ff. de reg. iur. & indubitata conclusio
4 iuris sit ad formationem processus † ex officio super quouis prætenso delicto contra aliquem deueniri non posse, nisi de eo delicto fuerit diffamatus penes bonos & graues per vulgatum c. qualiter el 2. & ibi omnes Doctores de accusat. prout nec potuit ex officio formare processum contra eundem presbyterum super prætenso adulterio per eum commisso cum dicta Iurina, prout formauit, prout cōstat ex tenore inquisitionis dicto processu A. 1. fol. 1. cum similiter de hoc aliquo modo nō esset diffamatus; prout ex lectura præfatorum testium super hoc examinatorum euidenter apparet, cum per illorum inspectionem talis negatiua probari soleat, vt ad dicta per Alb. in consilio 92. numero tertio, volumine primo, Purpura. in consilio 524. numero decimo, volumine secundo. Cepha. in consilio 250. volumine secundo. Menoch. in cons. 199. num. 3. vol. 2. & Hercul. in tracta. de negat. proban. sub num. 176. & seq. & intantum

supradicta

supradicta conclusio est vera, quod etsi de delicto aliquo per aliquem fuisse commissum per testes probatum fuerit, contra quē fuerit processum per viā inquisitionis, nulla infamia a veridicis & fide dignis personis præcedente; quod nihilominus de tali delicto puniri non possit, prout dicit Specul. in §. tertio, numero 23. ante fi. sub titu. de inquisitio. & est text. in cap. inquisitionis, §. tertiæ dubitationis, de accusat. sequitur Marsi. in consilio. 107. num. 7. Ioan. de Arnon. in Soliloq. 65. Paul. Merend. in cons. 92. num. 3. in cons. crimi. diverso. volum. 2. Gramma. in cons. 38. in crim. Petr. Duen. in Regul. 298. in 1. ampliati. fol. mihi 285. & latissimè Cla. in sua prax. crim. q. 5. nu. 4. in prin. vbi dat rationē, & attestatur ita fuisse obseruatum per Senatum.

Quo verò ad secūdum caput, dico quod licet dictus Nicolaus potuerit de prætenso adulterio in personam d. Iurinæ eius vxoris commisso per dictum presbyterum Ioannē ipsū querelare, prout querelauit: ex quo lai
6 cus † pro sua & suorum iniuria clericum querelare, seu accusare potest per capit. de cætero, de testib. & tradunt Archi. Bellām. & Domi. in summa 2. q. 7. & Ioan. a Turrecrem. in c. non est, num. 3. ead. 2. q. 7. & de criminibus exceptis, videlicet crimine læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, secundum quosdam sacrilegij, & dilapidationis bonorum ecclesiarum; & tunc cum distinctio-
7 ne, videlicet, si laici † bono zelo accusent, & non ex odio, & sint bonæ opinionis, accusando clericos non infamatos, nec suspectos de eodē delicto excepto: & quatenus sint malæ opinionis non admittū tur ad accusandum clericos, nisi sint malæ famæ; prout dicit Abb. in c. cum P. Manconella, nu. 5. & 6. & ibi gl. in uer. laicus. Ant. de Butr. nu. 8. ubi enumerat expressè, quænam sint crimina excepta. Hostien. nu. 1. & seq. Ioan. Andr. nu. 3. & Innoc. nu. 4. de accusat. Glos. in d. summa in uer. quod verò,
* vbi de communi 2. q. 7. Boich. in d. c. de cætero, nu. 8. & Imol. nu. 1. & seq. de testib. & latè Foller. In practic. crim. Cano. sub cap. 4. de accusat. Porecta, num. 43. & sequen. fol. mihi 41.

Tamen indubitati iuris est contra clericos in delictis criminaliter intentatis, prout in casu nostro, ad alicuius querelam, seu ac-
8 cusationem laicos, † nec mulieres ad testificandum non admitti; prout est text. apertus in d. cap. de cætero, in fi. & ibi omnes Doctores, præsertim Boich. num. 3. in uer. si quæris, de testib. tex. in capitu. ipsi Apostoli, & in cap. seq. 2. q. 7. & hanc esse
* communem opinionem dicit Oldr. in cōs. 145. nu. 3. Couaru. pract. quæstio. c. 18. nu. 2. in uer. secundo illud, ubi similiter de communi; quos secutus fuit Clar. in sua prax. crimi. quæstio. 24. num. 10. in uer. præterea
9 quod procedit, etsi aliter ueritas † haberi non possit, ueluti si delictum esset in illa commissum, ubi copia clericorum haberi non potest: ita firmat Fely. in d. c. de cætero, nu. 4. & 5. de testib. reprobando Abb. ibi aliter tenentem sub nu. 3. quando delictum esset commissum in uilla, quo casu uoluit idem Abb. quod laici saltem admitterē tur ad indicium facien. contra clericos, dicens idem Fel. quod adeo resistit lex canonica, ne laici testificentur contra clericos in delictis criminaliter intentatis, quod non uidetur iste casus posse induci de nouo ex sola auctoritate domini Abb. & de commu
* ni pro opinione Fely. & contra Abb. dicit Aret. in d. c. de cætero sub num. 10. in fi. & seq. cum simus in casu, quem amplectuntur omnes canonis. & communis, pro dicta conclusione iudicandum esse dubitandum non est, ad dicta per Zas. in cons. 2. nu. 60. uol. 2. Cassad. super regu. canc. decis. 12. nu. 7. Dec. in cons. 36. col. penul. in uersi. ex quibus. Turzan. inter cōmunes diuers. sub tit. de contrah. stipulatione, nu. 145. uol. 2. Pasett. cons. 99. num. 5. & quod testes lai
10 ci † & mulieres de facto examinati, prout in casu nostro, cum non potuerint examinari ex supradictis, aliquam fidem non faciant, nec indicium contra dictum presbyterum Ioannem, firmat Clar. in sua prax. crimi. quæstio. 24. in fi. & Fely. in dicto capitu. de cætero, num. 5. de testib. & Anchara. in cons. 246. num. 3. & quod laici, neque mulieres faciant indicium contra clericos in delictis criminaliter intentatis, si fuerint examinati; ex quo a iure examinari prohibentur tanquam suspecti, & quasi inimici, & ob reuerentiam, dicit Areti. in præcitato cap. de cætero num. 12. et seq. de test. et ibidem Add. ad Abb. in versic. optimeq; similiter hanc conclusionem amplectitur, et sequitur Cast. in cons. 284. nu. 2. et 4. uolum. 2. qui expressè hoc dicit, et prius

voluit Barto. in l. 1. §. Diuus Antoninus, & in l. 2. §. Antoninus, ff. de quæstio. & magis clare in l. maritus, in princip. ff. eod. & late Anto. Gomes. in capitu. 12. delicto, sub num. 20.

Ad quæ faciunt dicta per Bertazzo. in cons. 71. nu. 1. uol. 1. in crim. ybi dicit, quod
11 quãdo a iure denegatur audientia, † quod si fiat processus, est ipso iure nullus; quod & prius firmauit Ias. in cons. 168. n. 21. & seq. vol. 2. Vant. in tract. de nullit. ex defect. inhabi. seu mand. compar. nu. 52. & Tiraq. in repe. l. si unquam in uer. reuertatur, sub nu. 112. & seq. C. de reuoc. dona. & quod in casum nostro actum fuerit criminaliter contra dictum presbyterum Ioannem patet; nam tunc criminaliter dicitur agi, quando pęna venit applicanda fisco, & non parti; & sic quãdo non ad commodum priuatũ, sed ad vindictam publicam agitur; uel quando agi
12 tur, ut quis pęna corporali puniatur, † ita dicit Bar. omnes tenere, in l. 4. ff. de sepulch. viol. sequitur Soc. iun. in cons. 99. num. 26. vol. 2. late Duen. in reg. 305. in uer. secundo amplia. Ant. de Padil. in l. transigere, n.
* 106. C. de transact. & de communi etiam dicit Dec. in rub. de iud. sub nu. 69. in uer. sed dicendum, & seq. & nouissimè Clar. cũ multis per eum relatis in sua prax. crim. q. 1. nu. 1. & 2. in uer. quarta igitur fuit opinio. & quod tunc dicatur criminaliter agi, habemus apostillam ad gl. in ver. centum aureorum in d. l. 3. ff. de sepulc. viola.

Cum igitur in casu nostro fuerit condemnatus dictus R. presbyter Ioannes pœna exilij ad tempus a ciuitate, & diœcesi Parentina, clarum est criminaliter fuisse
13 actum, ex supradictis, cum pœna † exilij nedum dicatur criminalis, uerum etiam & capitalis, late Cla. in d. prax. crim. quæst. 67. circa princip. in ver. Doctores colligere videntur. & num. 8. in ver. alij dicunt, & sequn. & Marsil. in sua prax. crim. in §. opportune, num. 39. & quo exilium sit pœna capitalis & corporalis, cum veniat ad instar deportationis, de qua in l. capitalium, ff. de pœni. & Alexand. consilio 116. num. 1. volum. 2. dicit Boss. in tit. de carcerat. fideiuss. num. 7. & licet ipse presbyter Ioannes
14 fuerit bannitus ad tempus; † & per hoc dici possit relegato, & non deportato æquiparari secundum Roma. in l. quia poterat, §. si quis alio, sub num. 19. ff. ad Senat. Consult. Trebellia. tamen non potest negari, quin criminaliter in personã, & aduindictam publicam fuerit punitus, & per hoc criminaliter actum. ex quibus remanet firma conclusio desuper firmata, quod præfati testes laici, & mulieres contra eum non potuerint testificari, iure canonum resistente.

Quibus accedat, quod etsi non sit necesse aliud demonstrare pro defensione d. R. presbyteri, stantibus suprascriptis; nihilominus etsi dicti testes admitterentur a iure (prout non admittuntur) minimè probent per d. querelatum aliquod adulteriũ fuisse commissum.

Et consideratis dictis omnium testium, ad quatuor videntur reduci, vid. ad assertã confessionem extraiudicialem Iurinæ; de qua probatur per primum testem; ad dictũ cuiusdam puellæ, quæ est tertia secundum ordinem testium examinatorum; ad testes de auditu; & ad quandam assertam publicã uocem, & famam. Qui quidem testes tam disiunctim, quam coniunctim considerati nihil probant.

Et primo aliquid non probat depositio dicti primi testis in ea parte, in qua dicit Iurinam eidem confessam fuisse, quod dictus presbyter habebat eius practicam, quia ultra quod deponat de confessione Iurinæ tantum, & non dicti presbyteri, & admodum dubiè, cum dicat confessam fuisse, quod ibat ad ipsam, & specifice non dicat ad quid faciendum; prout necesse erat de-
15 ponere; cum probatio † debeat esse concludens, vt est dictum, & non dubia per d. l. neque natales, C. de probat. & cap. in præsentia eo. & quia dato quod rectè deponeret:
16 extraiudicialis cõfessio † alicuius facti, seu delicti, cum sit remota a facto seu delicto, non probatur per unicũ testẽ et integrum, nedum mulierem: sed oportet quod sint duo testes contestes de loco & tempore, prout latè firmat Bursat. in consilio 166. num. 20. volum. 1. & in cons. 69. num. 28. & seq. vol. 1. Marf. in l. vnius facinoris, §. testes, nu. 1. & seq. omnino viden. ff. de quæst. vbi etiam dicit testes non coniungi. Et ita dicit Paris. in consilio 153. num. 27. &
* seq. uol. 4. & hanc opinionem esse commu
17 nem, & testes † coniungi non posse, dicit Alcic. in consil. 2. num. 5. lib. 1. Pedemont. decisio. 79. num. 29. Alex. in cons. 1. num. 4. in fi.

in fi.& sequen.volum.3. & in cons. 13.nu. 18.vol.1.Bonacos.inter communes diuers. sub tit.de confes.nu.219. volum.2. Blanc. in repet.l.fina. sub num.46. ff. de quæstio. & late Anto.Gomes.in capitu.14. delicto. sub num.18.& 19. ubi etiam dicit tales testes debere esse omni exceptione maiores, nec mirum, cum in criminalibus requiran-
18 tur probationes † luce meridiana clariores per tex.in l.fi.C.de probatio.& facit Card. in c.cum in contemplatione,nu.2.ante fi.& nu.7.de reg.iur.

Similiter aliquid non probat dicta testis, quæ per uiolenta indicia videtur velle probare de adulterio cōmisso per dictum presbyterū,cum dicta Iurina, nedum quia mu-
19 lier † de iure canonico in eiusmodi causa criminali non est idonea testis, prout dicit Alexand.in consilio 19.num. 1. volum. 1. & Viui. in sua Sylua, opi.980.num.2.vol. 3.sed etiam quia est puella & impubes,quę non admittitur,nec ad iurandum, nec ad testificandum,prout dicit Specu.in tit. de teste,§.1.num. 33.in fi. & sequen.& etiam ibidem subdit, quod factus maior repellitur in criminali, nisi compleuerit vigesimū annum,& non admitti minorem viginti annorum, nisi ad indicium, sentiens expressè minorem quatuordecim annorum, seu impuberem ad aliquid non admitti. Et quod
20 minores † viginti annorum in causa criminali fidem non faciant, tenet expressè Oldrad.in cons.192.num.2. ante fi. Gramm. in cons.45.nu.19.in crim.& Mars. in cons. 28.num.14.& seq.vbi etiam dicit, minoris depositionem esse ipso iure nullam; & idē Gramma. latè in decis.40.num.17.cum similibus.

Prout aliquid similiter non probat secundus & quartus testis de auditu deponentes,quod dictus presbyter Ioannes dormiuerit in illa nocte, de qua deponit dicta puella, cum dicta Iurina; quia clarum est in iure, in causis criminalibus testes de
21 † auditu alieno deponentes aliquid non probare, prout dicit Alexand. in consilio 72.num.8.in fi.uolum.1.& in cons.1.num. 4.in fi.& seq.volum.3. Mars. in consil. 76. num.25.Paris.in cons.164.num.5. volum. 4.Specul.in tit.de test.§.1. num. 53. in fin. Bartho. Veron.in cons.1.num.18.in crimi. Domin.de Sancto Gemi.in cons. 142. nu. 5.Aymo in cons.281.nu.5.in ver.secundo, & Ang.de Castr.in cons.crim.94.nu.23.& seq.vol.1.diuers.

Quo vero ad publicam vocem & famā, videlicet contra dictum presbyterum militare,quod dictam Iuriam adulterauerit. Primò dico illam non probari; ex quo testes contra eum examinati nedum non sunt fide digni; verumetiam nec reddunt bonam causam scientiæ,quam reddere debent etiā
22 non interrogati; † prout dicit Ioan.de Amic.in consil. 131. numero secundo. & in cons.7. numero 5. & Grammat. cons.26. nu.12.& seq.in crim. videlicet id audiuisse dici ab omnibus de populo,vel uicinia; seu a maiori parte populi,vel viciniæ,ita firmat Aret.in cons. 122.nu. 3. quod prius voluit Bar.in l.de minore,§.plurimum sub nu.19. & ibi Hippol. de Marsi.nu.41.ff.de quæst. sequitur Aymo in cōs.41.nu.5.omnino viden.idem Ioā.de Amic.in cons.60. nu.11. & in d.cons. 131. nu. 2. pariter viden. vna cū Gram.in d.cons.26.nu.12. & seq. in cri. & Robert. Marant.in cons.69.nu.3.

Quod procedit etsi aliquis testium deposuerit ita publicè dici audiuisse dictum R. presbyterum Ioannem de prætenso adulterio esse diffamatum; cum per hoc non reddant testes bonam causam scientiæ, prout reddere debent,ut est dictum, cum ab vno, uel a paucis dici publicè audire potuerit, ita firmat idem Aret.in d.cons.122.num.3 & prius dixit Barto. in l.de minori §.plurimum,sub num.22.ff. de quæstio. Aymo in
* d. cons. 41. num.5.ubi refert de communi, omnino uiden.& etiam quamplures auctoritates, & Doctorū dicta allegat. Ioan. de Amic.in d.cons.131. num. 2. Gramma. in d.consilio 26.num.13.vbi similiter dicit de
* communi in crim.& hanc esse communem
* opinionem prius dixit Imol. in l. hæredes palam num.1.in fi. & seq. ff. de testam. ubi
23 dicit testes deponentes de fama, † & assignantes rationem, quia sic publicè dicitur,non probare. Quæ opinio cum sit communis ab ea in consulendo & iudicando recedendum non est, prout dicit Cassad. super regul. Cancell.decis.12.num.7. Dec.in cons.36.col.penult.in uer.ex quibus.Pafet. in cons.99.num.5.& Turzan.inter communes diuers.sub tit.de contrahen.stipula.nu. 145.volumine secundo,fol.mihi 367.ideo vlterius super huiusmodi conclusione non insisto.

Neq; obstat si allas Rota tenuerit tales
testes super publica uoce & fama ita depo
nentes, videlicet, publicè dici audiuisse, pro
bare; prout dicit Cassad. decisio. 3. num. 7.
sub tit. de probat. & Votal. decis. 289. num.
1. lib. 3. quia opinio Rotæ, cum id tenuerit
24 in causis ciuilibus; † non debet extendi ad
causas criminales; prout nos sumus; præser
tim contra dictam communem opinionem,
cum in causis criminalibus maiores & cla-
riores probationes requirantur (cum in il-
lis tractetur de vita & fama hominis) quàm
requirantur in causis ciuilibus, in quibus
de tanto præiudicio non tractatur, pro-
ut habemus per l. fina. C. de probatio. Et
25 clarum sit, probationes, † quæ in causis
ciuilibus sufficiant ad condemnationem,
in causis criminalibus non sufficere: pro-
ut tradunt Docto: præsertim Aretin. in ca-
pitu. veniens de testib. & Angel. in l. ea qui
dem, nmnero 57. C. de accusatio. & quod
non sit recedendum a communi in causis
criminalibus, cum in illis supradictam
opinionem non amplectatur Rota, facit
in fortioribus terminis Barba. in capitu.
olim, numero 32. de litis contesta. vbi re-
iecta opinione Imol. tenet quod magis at-
26 tendenda sit cõmunis, † quã Rotæ opinio.

Secundo, quia etsi de tali infamia esset
probatum, prout nõ est, quod nihilominus
nihil operatur in casu nostro, cum fama,
27 † seu infamia in criminalibus non habue-
rit ortum ab aliqua præsumptione, per se
ad probationem nihil valeat, cum tantum
confirmet probationes super veritate facti
receptas, & indicium non facit, prout di-
cit Anch. in cõs. 253. nu. 1 in fi. Oldr. in cõs.
192. nu. 2. in ver. testes. & Bal. in l. qui nõ ꝓ
basse, n. 5. C. de quęst. Pat. in cõs. 153. n. 21.
vol. 4 vbi dicit ita tenere modernos. Dec. in
in cõs. 429. n. 9. latè Cason. in trac. de indic.
& tott. in ver. de fama, seu dicto gentiũ. c. 2.
per totũ inter tract. cri. diuer. fol. mihi 406.
Marquard. Irchor. in tract. de fama publica
* c. 12. lib. 1. f. mihi 64. & de cõi dicit Marãt.
28 in cons. 69. n. 6. & q; talis fama † nõ sufficiat
nisi ad capturã, donec veritas inuestigetur;
& sic ꝑparatoria & introductoria iudicij,
& nõ circa decisoria, cũ per se nõ sit species
probationis, firmat idẽ Bal. in cons. 447. ad
euidentiã præmittendũ, sub n. 12. oĩno vi-
den. vol. 5. & in cons. 364. quia q. n. 6. vol. 3
& in l. 2. nu. 1. ante fi. ff. de excusa. tutor.

Et q; præfata infamia & in delictis graui
29 bus tñ sufficiat † ad carcerandũ, non aũt fa
ciat indiciũ, dixit prius Cy. in l. nullus, nu. 3
C. de cust. reor. quos secutus fuit Aymo in
* d. cons. 41. referendo hanc esse communẽ,
sub nu. 6. & cõem prius dixit esse Ias. cũ per
eũ relatis in repe. l. admonendi. sub nu. 251
ff. de iureiu. nec mirũ, cum potius dicatur va
na vox populi, quã famã, cũ non fuerit pro
bata aliqua præsumptio, ex qua fama origi
nẽ traxerit, ut est dictũ, ad firmata per Bart.
in d. l. de minore, §. plurimũ, sub n. 30. ff. de
quęst. quẽ secutus fuit Abb. in c. vestra, nu.
12, de cohabit. clerico. & mulier. ultra alias
oppositiones testium. Et sit resolutio secun
di fundamenti.

Quo vero ad testium fundamentum di-
co, quod ex quo locutus fuit idem presby-
ter Ioannes in via cum dicta Iurina, ex quo
illa eidem fecit aliqua seruitia, non eundo
tunc in domo dicti presbyteri quod propte
rea in aliquã pęnã nõ incidit: cũ aliquam o
nitio eidem non fuerit facta per R. D. Epi
scopũ Parentinũ, ne cum eadem loqueere-
tur, vt talia seruitia non faceret; prout face-
30 re tenebatur; cũ talia † per se regulariter nõ
sint prohibita clericis ad effectũ, vt incide-
rent in pęnã c. 2. de cohabit. cleri. & mulier.
quibus accedat circa præmissa forma Sacri
Concilij Tridentini, de qua in c. 14. quam
turpe sess. 25. de refor. & ita iuris esse cen-
seo. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sponsaliorum de pręsenti in cau
sa appellationis validitas discuti-
tur, & defenditur.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de præsenti non sunt aliud, quam matrimo nium non consummatum.*
2 *Pater potest adhibere consensũ sponsalibus amplexando sponsum, pro filia absente, sufficit enim quod ipsa post etiam ex interuallo consentiat, etiam si pater non habuerit speciale mandatum ad hoc, nu. 3.*
4 *Sponsalia etiam non iurata arctant ad matrimoniũ contrahendum.*
5 *Sponsalia contrahentes si non seruant promissa, peccant mortaliter.*

Doctores

6 Doctores intelliguntur per iura per eos allegata.
7 Contrahens sponsalia cogitur ad matrimonium contrahendum per censuram ecclesiasticam ex decreto congregationis interpretum Concilij Tridentini.

CONSILIVM LXXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Falconetta Sponsaliorum debet obtinere D. Toscana lana, ac ad eius fauorem sententiari bene iudicatum per iudicem à quo, & male appellatum per Ambrosium Falconettum aduersarium.

Primo quia videtur inter ipsos fuisse cõtracta sponsalia de præsenti, † quæ aliud non sunt, quàm matrimonium nõ cõsummatum per tex.in c.si inter uirum. & ibi Io. Andr. Abb. Ant.de Butr. Card. Alex. Petr. de Anchar. & Alex. de Neuo. de sponsal. & Goffred. in summa. num. 6. eo. ex quo præcedente promissione de cõtrahendo, ac ad interrogationem proprij Parochi facta dicto Ambrosio in præsentia patris Toscanæ prædictæ, & testium examinatorum, si uolebat accipere in vxorem secundum quòd iubet sancta mater Ecclesia eãdem Toscanam; ipse respondiderit, quòd sic, ad tradita in terminis per Couar. de sponsal. in 2. par. cap. 4. §. 1. numero 14. in versic. sic ex diametro.

Neq; aliquid refert, etsi dicta Toscana non fuit præsens ad præstandum mutuum consensum; quia satis est fuisse patrem præsentem, & illum amplexantem, † ex quo potuerit eadem præstare postmodum consensum in dictum matrimonium, cum & ex interuallo præstari possit, primo consensu per dictum Ambrosium præstito non reuocato, prout firmat Couar. in dicta 2. par. c. 5. num. 6. in princip. & seq. vbi asseritur, hanc esse communem opinionem, & uoluit Nauar. in 2. par. decret. in c. 22. num. 8. & hanc opinionem esse etiam ueriorem dicit Matt. Alfons. de Viual. in suo Candel. aureo. in uer. de matrimonio, num. 42. incipien. quæritur cum mutuus, fol. mihi 410. in fi. & seq.

3 Cum promissio patris † dictæ Toscanæ resoluatur, etiamsi nõ habuerit speciale mandatum in facturum & curaturum, ut ipsam; consentiat in præfatum matrimoniũ; prout postea consensit, ita expresse firmat Card. Alex. in c. ex literis. num. 4. ante medium, in ver. alio modo, de sponsalib. quod prius uoluit Card. Zabarella per eum alleg. in d. c. ex literis. num. 3. in ver. glo. 1. & Bal. in l. fin. num. 16. C. eod. ubi etiam dicit ita tenere Doct. iuris Canonici tã in matrimonijs, quam in sponsalibus. Et sic remanet resolutum inter præfatos Ambrosium & Toscanam contractum fuisse matrimonium.

Nunc dato sine veri præiudicio, quòd inter ipsos non fuerint contracta sponsalia de præsenti, seu matrimonium; prout fuit, sed sponsalia de futuro, dico nihilominus; q sententia venit confirmanda; ex quo dictus Ambrosius fuit cõdemnatus, ut teneatur ad cõtrahendum matrimonium solemniter cum dicta Toscana; cum dubium non

4 sit etiam dictum Ambrosium uigore † sponsaliorum etiam non iuratorum teneri cum ea ad contrahendum matrimonium; prout dixit Abb. in c. ex literis. el secundo nu. 3. & seq. & in c. requisiuit, in fi. ex allegatos, & male intellectos, cum dicat illud idem, qđ dicit in c. ex literis, videlicet, quòd non ita studiosè, nec de facili Ecclesia compellit non iurantem, sicut iurãtem; sed tamen qđ quilibet ipsorum cogitur ad contrahendũ: cum deest. non faciat differentiam inter iurantem, & non iurantem; cum quilibet ipsorum si non seruet promissa, peccet morta-

5 liter, † prout ipse dicit, & firmat Card. Alexan. in d. c. requisiuit, num. 2. in fi. de spons. & voluit Rimin. iun. in cons. 538. num. 25.

& seq. & hanc esse communem opinionem dicit Alex. de Neuo in d. c. requisiuit. num. 10. in uer. vlt. eod. & Euerard. in cons. 178. num. 7. & seq. ubi similiter de communi attestatur, à qua in consulendo & iudicando recedendum non est; prout dicit Soc. sen. in cons. 187. num. 9. vol. 2. Ias. in cons. 76. num. 3. uol. 3. Dec. in cons. 174. num. 1. in fi. & in cons. 146. nu. 7. & Cassad. super regul. Cancell. decis. 12. nu. 7.

Nec obstant ex allegata, quia Abb. in d. c. requisiuit, dicit, quòd non ita de facili ecclesia compellit non iurantem, sicut iurantem; sed non dicit propterea, quòd non cõpellat, prout ad hunc finem per aduocatum ex. fuit allegat. sed quòd non ita de facili, prout etiam dixit in d. cap. ex literis. Prout

nec

nec obstant dicta Felyn. in cap. 1. num. 2. in uer. licet ex pacto, ut lite non contest. quia intelligitur, prout dicit Abb. cum simplici-
6 ter cum eo transeat; & Doctor.† intelligantur secundum iura & auctoritates per eos allegata & allegatas. Prout nec obstat illud, quod dicit Cyn. similiter ex. allegatus in l. 1. C. de sponsalib. quia illud procedit de iure ciuili; nõ autem de iure Canonico, prout dicit Card. Alex. illum citando in d. c. requisiuit, num. 2. ad fi. de sponsali. Nec etiam dicta per Henric. Boic. quia communis est contra ipsum.

Et præmijs omnibus accedat, quod Congregatio Illustris. & RR. DD. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit per censuram ecclesiasticam etiam esse cogendum ad contrahendum matri-
7 monium, qui sponsalia contraxit, †nulla facta mentione de iuramento; prout patet in causa Aliprandæ; Et ita consulo, & ita iudicari obtinui.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Resignans quod per resignationem, quæ nõ habuit effectum, non videatur a se abdicare titulum, nec possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Resignans, non effectuata resignatione, non amittit titulum nec possessionem, nec a tertio impetrari potest beneficium.*
2 *Conditionis natura est, ut nihil ponat inesse, nisi impleatur.*
3 *Constitutio Greg. XIII. in materia resignationis declaratur.*
4 *Lex superueniens quando generaliter loquitur, potius distinguitur per ueterem, quam distinctio legis antiquæ per nouam indistincte loquentem penitus abrogetur.*
5 *Constitutio Pij Quinti de public. resign. perpẽditur.*

CONSILIVM LXXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN difficultate mihi occurrente, dico, quòd ex quo R. D. Presbyter Simeon de Angelis resignauit Canonicatum cum præbenda, de quibus agitur, in manibus Papæ ad fauorem certæ personę, & non aliàs, aliter, nec alio modo, & sic conditionaliter, quatenus resignatarius habuerit cum effectu possessionem Canonicatus, & præbendæ resignat. quam cum non habuerit, & ceciderit ab omni iure, si quod habebat ob non factam publicationem uigore constitutionis 87. Gregorij XIII. non uideri ti-
1 tulum† abdicatum à dicto Resignante, nec possessionem; cum & illum coloratum dicatur habere unà cum possessione; nec à tertio, in cuius fauorem non fuit facta resignatio, impetrari potuit, etsi facto Resignatarij resignatio locum non habuit; cum & Papa sub eadem conditione resignationem primam admisisse uideatur; & ita fuisse resolutum in Rota; firmat Puteu. decis. 185. per totum omnino uiden. lib. 3. quem secutus fuit Paris. in tract. de resignat. benefic. q. 3. num. 62. & seq. in uer. ita, & alijs, & quæst. 7. num. 9. & seq. & in quæst. 4. in fi. lib. 1. & ita pluries etiam fuisse tentum in Rota dicit Moedan. in decis. 2. in uer. fuit dubitatum, & in uer. & licet in resignatione beneficij sub tit. de locat. & conduct. Caputaq. decis. 84. præsertim num. 5. & seq. par. 3. & conferunt dicta per Archid. de Graff. in decis. 3. alias 403. super reg. de ualore &c. præsertim num. 1. & 7. & per Rot. nouiss. Paleoti decis. 402. lib. 3. & Cassad. decis. 3. num. 1. sub tit. de renunc.
2 Nec mirum, cum natura conditionis † ea sit, vt aliquid nõ ponat inesse, nisi adimpleatur, prout dicit latè & optimè Paris. in cons. 19. num. 45. & seq. omnino uiden. vol. 2. & Flamin. Paris. in dicto tract. quæst. 2. num. 79. in princ. lib. 6. cum per eum allegatis; ac illius effectus sit, ut illa pendente, faciat omnem obligationem cessare. c. fi. de sponsal. in 6. & Gozzad. cons. 1. nu. 40.

Neq; huic conclusioni uidetur cõtrariari dicta constitutio Gregorij XIII. desuper allegata propter eius generalitatem, per quam inter cætera disponitur, quod si resignatarius non publicauerit resignationem infra sex menses, censeatur beneficium eo ipso in Curia vacare, & solum de illo posse
3 Papam disponere, quia talis dispositio † nõ videtur habere locum in resignatione in fauorem certæ personæ factæ, prout in casu nostro, & sic sub conditione, cum sub eadẽ cõditione censeatur Papam admisisse præfatam

fatam resignationem, prout dicunt Moedan.& Paleot.in decis. desuper allegat. sed in simplici resignatione ad dicta ꝑ Cassad. dicta decis. 3. num. 1. sub tit. de renuncia. & de huiusmodi differentia resignationis tradit late Flam. Paris. dicta quæst. 7. num. 1. & num. 9. & seq. lib. 1. Et sic præfata constitutio Gregorij videtur habere locũ, quando beneficium fuit ad fauorem certæ personæ, & sic sub conditione resignat. si resignatarius illius habuerit possessionem, & postea illud amiserit ob non factam publicationem, & non si illud amisit ob non factam publicationem nulla habita possessione; & si obtinuerit de eo prouideri, cum tũc non possit dici fuisse adimpletam conditionem, sub qua resignans resignauit; cũ aliàs contra naturam resignationis & Papæ admissionem à se abdicaretur titulus, & possessio, quod permitti nõ uidetur. Et propterea mihi uidetur dicendum resignantem nõ remanere suo titulo & possessione priuatũ, si resignauit in fauorem certæ personæ; nisi resignatarius habuerit beneficij resignati possessionem, & sic adimpleta fuerit conditio, sub qua fuit facta resignatio; & postea ob non factam publicationem de eo remanserit priuatus eo ipso, tum per supradicta, tũ ad dicta Ruin. in cons. 28. num. 7. in uer. tertio, vol. 3. vbi dicit, quod quando lex † su-
4 peruueniens generaliter loquitur, potius distinguitur per ueterem, quam distinctio legis antiquæ per nouam indistinctè loquentem penitus abrogetur: & sic in nostro casu videtur habere locũ magis constitutio 182. Pij Papæ V. de publican. resignat. † ex qua
4 non abdicatur titulus, nec possessio à resignante ob non factam publicationem per resignatarium, sed dicitur resignationẽ esse nullam, de qua latè per Flam. Paris. d. tract. quæst. 7. nu. 20. & seq. lib. 11. & non Constitutio Gregorij desuper allegata, de qua per Flam. d. quæst. 7. num. 34. Cum eius generalitas non videatur se extendere ad resignationem in fauorem certæ personæ factam, nisi modo prædicto, sed illam distingui. Et per dictam Constitutionem Pij Papæ V. & per alia iura de effectu conditionis disponentia, cum satis uideatur ob non publicatam resignationem, ante tamen adeptam possessionem, resignatarium vigore dictæ Constitutionis Gregorij priuari absque eo, quod priuetur resignans non adimpleta conditione, sub qua resignauit; cum tunc nõ videatur resignasse ante euentum conditionis in effectu, sed retinere titulum coloratum, & possessionem per supradicta.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Resignationis, iurispatronatus, & permutationis materia tractatur, ad inualidandam sententiam primam.

SVMMARIVM.

1 *Ponens dicitur fateri contenta in positione.*
2 *Testis de auditu uel credulitate deponens probat contra producentem.*
3 *Positionem negans non potest ius suum super illa fundare.*
4 *Beneficia ecclesiastica eo ipso uacant, cum quis contrariam clericatus professionem assumit.*
5 *Titulum docere quis non tenetur.*
6 *Fides ex libro parochi sumpta plene probat matrimonium.*
7 *Libro electi a publico plene creditur.*
8 *Dies datæ literarum apostolicarum attenditur.*
9 *Beneficium clerici in minoribus cõtrahentis matrimonium uacat, & si matrimonium esset nullum, numero 10.*
11 *Executor datus ad beneficia potest assumere partes iudicis.*
12 *Principis intentio non est, ut quis sua possessione priuetur absque causæ cognitione, quamuis simpliciter scribatur.*
13 *Iudex iudicare debet de eo, de quo cognouit.*
14 *Spoliatus, si passus est processũ formari super proprietate, non restituitur nisi causa cognita super proprietate.*
15 *Restitutio impeditur ex notorio defectu tituli.*
16 *Agens possessorio recuperandæ in beneficialibus quid facere debeat.*
17 *Titulus infectus etiam probatus non ualet, nec prodest habenti.*
18 *Testes in eorum dictis singulares singularitate diuersificatiua non probant.*
19 *Testes magis informati, et uerisimiliora deponentes præferuntur alijs.*
20 *Facta per visitatores firma manent omni iure.*
21 *Probatio per testes est ualidior, quam per instrumenta.*
22 *Beneficia patronata licet uacent in curia, non censentur reseruata.*
23 *Beneficia iurispatro. laicorum non possunt renuntiari, nec permutari sine consensu patronorum.*
24 *Actoris de non iure quando constat, reus non est amouendus a possessione beneficij, quod habet, posito*

posito quod ius non habeat in eo.
25 *Alienatio bonorum ecclesiæ sine solemnitate ualet, si in utilitatem ecclesiæ tendit.*

CONSILIVM LXXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa de Faris & si parui momenti sit, multa tamē ueniunt pro illius ueritate cognoscenda, difficillima inuestiganda, quibus cognitis facillime apparebit debere iudicari ad fauorem Reuerendi Archipresbyteri mei principalis, & contra partem aduersam, videlicet bene appellatum, & male iudicatū,

Et primo quia Idem Reuerendus aduersarius confessus fuit medio eius iuramenti in tertia positione, quòd per resignationem obtinuit Capellaniam, de qua agitur ab inuocatione sanctorū Pauli & Bartholomæi, sitam in ecclesia sancti Andreæ de Asula, plebs nuncupata, & quòd eam ultimo loco tenuit, & possedit D. Bartholomæus de Colonis de Asula, tanquam verus Rector, & possessor; & quod eidem per substitutum celebrari fecit, atq; fructus, & affictus exegit, & percepit, vsq; quo etiam in fauorem Reuerendi Presbyteri Bernardini ponentis in manibus sanctissimi D.N. Papæ renunciauit; prout patet processu fol. 6. & seq. Vnde
1 contenta in dicta positione † non est dubiū ipsum fateri; prout voluit Alex. in cons. 71. num. 4. vol. 3, Bal. in l. postquam liti. in finalibus uerbis. C. de pact. optimè Spec. in tit. de positio. §. 10. num. 2. & 3. & 8. Marant. in suis Specul. in 6. par. in uer. de positione, seu articulorum productione. nu. 6. in vers. differunt, & num. 7. & seq. fol. mihi 276. & Surd. in cons. 105, num. 17. uolum. 1. ultra etiam quòd suæ literæ ita cantare debent.

Quod etiam probatur per secundum testem per dictum aduersarium inductum super tertio articulo de auditu deponentem, dicēs, § Signor sì, che hò sentito a dire, che detto signor Bartolameo Coloni hà renonciato detta Capellania nelle mani di sua Santità à fauore del Reuerendo Bernardino Fari Canonico di Asola; § Cum licet
2 testis † de auditu, vel credulitate deponens non probet ad fauorem illum producentis, tamen benè probat contra eum ad fauorē illius, contra quem fuit inductus; prout dicit Cephal. in cons. 65. num. 55. uolum. 1. Bertaz. in cons. 71. num. 15. vol. 1. in crimi. quod prius firmauit Ias. in rubr. ff. de iureiur. sub num. 9. & 10. ubi dicit in omnibus illis casibus, in quibus testes de auditu admittuntur, admitti etiam, & testes de credulitate deponentes, ita talia dicta parificando, per auctoritates per eum adductas.

Ex quo fundamento depositionis dicti testis sic de auditu deponentis super dicta resignatione firma remaneat dicta conclusio tam in facto, quam in iure, ut per dictam resignationem ad eius fauorem factam per dictum D. Bartholomæum dicatur habuisse præfatum Reuerendum Bernardinum dictam prætensam Capellaniam, etiamsi dictus Archipresbyter negasset talem positionem esse ueram; & per hoc super illam fundare non posset ius suū, prout dicit Bar. in l. post legatum, num. 11. & seq. in uer. quę aduersarius, ff. de his, quib. vt indign. ubi di
3 cit, quod ille, qui negat † positionem, non potest super illam ius suum fundare. Bal. in l. cum precum, C. de liber. cau. num. 1. ubi dicit, quòd confessio facta in libello, seu positione nocet libellanti, seu ponenti, quatenus aduersarius libellum, seu positionē non negauerit, secus si negauerit, quia tūc ei nō nocet, etiam rationem assignando, & eos sequitur Lanfranc. de Orian. c. quoniam cōtra. de probat. in primnum. 18. fol. mihi 21, quod ante eos hoc expresse firmauit Spec. in tit. de positio. §. octauo. num. 1. in uer. sed secundum.

Vltra quod etiam dicta prætensa Capellania vacasset, si illam habuisset dictus resignans, prout non habuit iam quinque annis retro, cum exercuerit, prout de præsenti facit exercitium militare, & sit Capitaneus Equitum, prout constat testimonialibus in actis productis, cum beneficia ecclesiastica
4 † eo ipso vacent, cum quis contrariam clericatui professionem assumit; prout dicit Gambar. in tract. de auct. lega. de late. libro 6. numero 743. & seq. tracta. tomo 13. par. 2. folio 200.

Et tamen idem aduersarius resignatarius non probauit, prout probare tenebatur, ut obtinere posset prætensam Capellaniam resignatam, quod idem D. Bartholomæus resignans tempore præfatæ resignationis tene-

teneretur, & reputaretur pro vero Rectore, & possessore eiusdem Capellaniæ resignatæ, licet de titulo † ipsius resignationis docere non teneretur; prout firmat Boer. in decis. 42. num. 30. quod prius uoluit Rot. per eum allegat. in decis. 4. sub tit. de rerum permut. in noui. & Maschar. de probatio. in conclus. 175. nu. 1. & 2. & in conclus. 538. nu. 18. & seq. vol. 1.

5

Quod tantum abest, quod probauerit, seu probare potuisset idem resignatarius, quod dictus D. Bartholomæus resignans tempore resignationis haberetur & reputaretur pro uero Rectore & possessore prætensæ Capellaniæ, de qua agitur; quod & probatum fuit per dictum R. Archipresbyterum eundem D. Bartholomæum de Colonis resignantem vsque de anno 1593. 7. Nouembris D. Catherinam Bascudam in vxorē duxisse per uerba de præsenti, prout constat ex fide publica de libro, in quo matrimonia describuntur extracta cum testiū annotatione secundum formam sacri Concilij Tridentini cap. 1. de reform. matrimo. ante fi. in S. habeat Paroch. sess. 24. Quæ fi-

6 des, † quod plenè probet ambigendum nō est, ita dictāte, & approbante Concilio prædicto, prout dicit Mascard. de probat. conclus. 673. nu. 18. & seq. vol. 1. ubi etiam pro hac sententia adducit vrgentem rationem,

7 quæ est, quod libro † electi à publico plenè

* creditur; & est communis opinio, prout ipse dicit conclus. 672. num. 9. & sic quòd credi debet sine aliquo dubio libro etiam Plebani, seu Rectoris Ecclesiæ, cum & à publico ad id & ipse eligatur. Et tamen talis resignatio fuit facta de anno 1594. idibus Aprilis; prout constat ex monitorio facto ad instantiam dicti aduersarij per Reuerendum Vicarium Episcopi Brixien. & contra Archipresbyterum, in quo fit mentio de data assertarum literarum Apostolicarū, quarum vigore agitur, prout constat processu

8 fol. 1. cum dies † datæ literarum Apostolicarum quoad illarum ualiditatem, uel inualiditatem attendatur, prout dicunt in c. postulasti, Innoc. in fi. Hostien. num. 9. Ioan. Andr. num. 5. Ant. de Butr. num. 7. Aegid. Bellamer. nu. 1. de rescript. & Petr. de Anchar. in cap. si motu proprio. col. 2. in princ. de præben. in 6. & sic fuit facta talis resignatio tempore quo dictus Bartholomæus de Colonis erat uxoratus, & per hoc dictam Capellaniam minime possidere poterat, etsi nunquam in antea illam possedisset, q̄d negatur, prout infra dicetur, cum cōtrahendo matrimonium clericus in minoribus or-

9 dinibus constitutus, beneficium, † quod habet, ipso iure vacet, Paris. cons. 40. num. 30. vol. 4. Euerar. in cons. 11. num. 1. c. 1. & ibi glo. Collect. nu. 2. vbi plenè. & Abb. nu. 4. & alij, de cleric. coniug. Verall. decis. 215. num. 1. & 2. par. 1. Capella Tholos. decis.

* 149. & est communis opinio, prout dicit Nauar. in cons. 1. num. 1. in tit. de renuncia. qui tangit etiam casum nostrum, fol. mihi 81. uol. 1. quos refert, & late prosequitur Flam. Paris. in tract. de resignat. benefi. q. 1. num. 9. & seq. vbi similiter de communi. Et ibi etiam addit idem habere locum, etsi ma-

10 trimonium † esset nullum. num. 12. & seq. vbi pariter de cōmuni; & addit etiam alios casus, in quibus ipso iure censetur vacare beneficium, quod obtinetur, prout nu. 16. nu. 22. & nu. 23. lib. 1.

Neq; aliquid obstat illud, quod dicitur pro parte dicti Reuerēdi aduersarij, in quo videtur omnem spem litis posuisse, cum parum confidat de bono iure suo, videlicet, quod coram D. meo in præsenti non sit videndum, neq; discutiendum super ualiditate, uel inualiditate tituli eiusdem Capellaniæ, cum ipse iam per Reuerendum Vicariū Illustrissimi D. Episcopi Brixien. fuerit vti executor datus in literis Apostolicis de eadem Capellania prouisus.

Primo quia executor datus ad beneficia

11 potest assumere partes iudicis, † prout assumpsit idem Vicarius in casu nostro, ad tradita per Felyn. & alios in cap. dudum, de præsumpt. cum fuerit articulatum hincinde, & deuentum ad probationes partiū tam super tit. dictæ Capellaniæ, quā super prætensa possessione, & permutatione petię terræ, de qua agitur, ac super existentia dictæ Capellaniæ, uel nō existentia in eadem ecclesia sancti Andreę, prout patet ex processu in actis producto: nec aliter dictus executor facere poterat in casu nostro, cum tractetur de auferenda possessione eiusdem petiæ terræ; cum non sit intentio Principis, vt

12 † quis sua possessione priuetur, quantumcunque simpliciter scribatur, absque causæ cognitione; prout tradit idem Felyn. in d. cap. dudum. num. 24. in ver. fallit secundo. de præsumpt.

Secundo

. Secundo, quia ex quo factus fuit processus modo præfato, non est dubium, quod iu-
13 dex, † de quo cognouit, quod & de eo iudicare debet, per text. apertum in l. de qua re. ff. de iudic. Marian. Soc. in c. fraternitatis, de testib. nu. 90. fol. mihi 883. & tradit Rebuf. in repet. l. quod iussit, in 2. nota. nume. 149. in ver. item postquam. ff. de re iud. Vl-
14 tra quòd nec spoliatus † restituitur, nisi causa cognita super proprietate, si super proprietate passus fuit processum formari. per text. in c. 1. de restit. spoliat.

Quibus accedat, quòd per dictum processum apparet de notorio non iure dicti Reuerendi aduersarij, cum ex deductis in processu constet, & dictum resignantem nõ fuisse tempore resignationis possessorẽ Capellaniæ, de qua agitur; & quia erat uxoratus: & quia exercitium cõtrarium clericatui assumpsit, ut est, multo ante prætensam resignationem: & quia dicta Capellania in dicta ecclesia sancti Andreæ non extitit, neq; extat, prout patet tam ex testium depositionibus, vt infra dicetur, quàm ex nota visitæ factæ de eadem ecclesia per olim Illustrissimum DD. Cardinalem Borromeũ, de qua in processu, de qua similiter infra dicetur:
15 ex quo notorio defectu tituli † non est dubium impediri quamcunq; prætensam restitutionem, ad tradita per Paris. in consi. 12. nu. 5. cum allegatis per eum. vol. 4.

Tertio quia (& hoc tãtum sufficit) quod quando quis agit administratorio nomine, vt in præfato, possessorio recuperãdæ, prout facit aduersarius in casu nostro, nisi docuerit de legitima institutione, non poterit obtinere, si ei opponitur, prout oppositum fuit dicto agenti, quod nõ fuit legitimè institutus, cum in beneficialibus agẽs posses-
16 sorio † recuperãdæ non solùm debeat docere de antiquiori & priori possessione; sed ipsum etiam oportet iustificare titulum suũ: cum talis exceptio agenti adeo obstet, vt non docto de legitima institutione, & titulo, deneganda veniat restitutio: & ita firmat in terminis Alex. ubi attestatur de commu-
* ni in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 25. in vers. octauo fallit, omnino viden. quia ponit falcem ad radicem obiecti. ff. de acquir. possess. quem latè secutus fuit, & similiter
* de communi refert Paris. in d. conf. 12. nu. 2. uol. 4. & de communi etiam dicit Aufre. ad decis. 15. Capellæ Tholos. in vers. com-

munior est: ideo alios addere non curaui; cum in iudicando à communi recedendum non sit.

Nec agenti sufficit quemcunq; titulum probare, sed debet esse Canonicus & legi-
17 timus, cum titulus † infectus, etiam probatus non ualeat, nec prodest ei, prout dicit Paris. in d. cons. 12. nu. 4. volum. 4. & uoluit Aegid. decis. 281. vbi dicit, quòd allegans titulum infectum peius facit, quam si nihil pro titulo allegaret. Et sic remanet resolutum dictum R. aduersarium, & præfatam Capellaniam non habere neq; aliquod ius, & actionem ad agendum super prætensa recuperatione petiæ terræ, de qua agitur, & repellendus venit.

Deueniendo modo ad docẽdum, quod dicta prætensa Capellania non reperiatur in dicta ecclesia sancti Andreæ, & per hoc etiam minime de ea potuerit prouideri, cũ conferri non possit Capellania, quæ in rerũ natura non existit.

Primo dico id constare ex depositionibus testium tam pro parte eiusdem aduersarij, quàm mei principalis examinatorum.

Secundo dico etiam id constare ex scripturis tam pro parte dicti Reuerendi aduersarij productis, quàm eiusdem mei principalis. Et quod testibus eiusdem aduersarij probetur dictam Capellaniam non extare in dicta ecclesia sancti Andreæ patet; nam prior testis partis aduersæ deponit, quòd in ecclesia sancti Andreæ de Asula extat una Capella, quæ est intitulata sancti Bartholomæi & quod est verum, quòd in dicto altari adest effigies sancti Pauli, sed q̃d ignorat, si ullo vnquam tempore fuit intitulata sancti Pauli. Secundus vero testis super primo articulo deponit, quòd in ecclesia sancti Andreæ præfata Faris habebat vnum altare intitulatum sub nomine sancti Bartholomæi & Pauli, quod similiter vocatur altare disciplinatorum eiusdem terræ, quod in illo semper celebrari facit. Tertius vero testis tantum deponit, quod ipse non scit, q̃d vnquã aliquis fuerit institutus de dicta Capellania per Episcopum Brixien. Quartus vero testis & ultimus similiter super primo capitulo deponit, quod dici audiuit, quod in dicta ecclesia sancti Andreæ adest dicta Capellania, sed quod ignorat in quo loco dictæ ecclesiæ sit situata. Et sic dicti quatuor testes nihil probant; cum omnes sint in

corum

18 eorum dictis singulares † singularitate diuersificatiua, prout ex relatione suarum depositionum desuper facta, ac eorum lectura videri potest; qui quidem, ut est dictum, minime probant. Aymo in cons. 267. num. 3. cum allegatis per eum.

Et vice uersa per quam plures testes Sacerdotes, & Canonicos eiusdem ecclesiæ, ac alios probatum fuit pro parte eiusdem Archipresbyteri dictam Capellaniam non extare, nec fuisse in dicta ecclesia sub inuocatione præfata sanctorum Bartholomæi & Pauli; prout ex eorum depositionibus apparet, qui quidem testes indubitanter intentionem dicti R. Archipresbyteri probant; etiamsi testes pro parte aduersarij intentionem suam probassent; prout non probarũt; cum sint singulares, vt est dictum: ex quo testes R. Archipresbyteri sunt plures numero & idoniores, cum sint Canonici, & beneficiati eiusdem ecclesiæ, & propterea ma
19 gis informati, & † uerisimiliora deponant: & ideo præferendi essent in probatione, prout in concursu testium considerandum esse tradit Mising. sing. obseruat. obseruat. 38. per totum cent. 4. fol. mihi 488.

Et quod dictum altare non reperiatur in dicta ecclesia, manifestè apparet etiam ex receptionibus pro parte dicti aduersarij productis, adiuncta fide visitationis olim Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Borromei; nam inter alia legitur infrascripta, uidelicet. § Adi 10. Febr. 1580. Riceuei mi Prete Fràcesco Folchetto à nome del Reuerendo Capitolo di Asola lire quattro da M. Bartolameo Collonio, contadi per M. Giacomo Filippo Piacentino per conto della elemosina del celebrar le Messe, che fanno essi Reuerendi all'altare delli Disciplinãti in nome di esso Colloni § regesto fol. 14.

Ex quibus apparet, ꝙ dicta Missa celebratur ad altare Disciplinatorum, & non ipsius pretensi resignantis, quibus verbis ac depositionibus testium pro parte Reuerẽdi Archipresbyteri receptorum cohæret visitatio Illustrissimi olim Cardinalis Borromei Archiepiscopi Mediolani, ac uisitatoris Apostolici cum facultate legati de latere, (prout mihi præsupponitur) quæ ponit falcem ad radicem, cum ex ea appareat altare Disciplinatorũ, quod iussit destrui infra biduum, & in alio loco ecclesiæ reædificari per dictam societatem; & eius sumptibus etiam paramenta necessaria emi; & qđ erat sub inuocatione tantum sanctorũ Hieronymi & Firmi, & non Bartholomæi; prout deponit secundus testis partis aduersæ; cui visitationi standum est, siue ipsum consideremus, ut Archiepiscopum, qui iure ordinario visitaret, siue tanquam visitatorem Apostolicũ, aliàs nihil proficeret visitatio, quod minime dicendum est; cum nedum de iure communi, verumetiam & conciliari
20 firma maneãt facta per visitatores; † prout benè scit Dominus meus. Vltra quod etiã de iure sit eandem rem diuerso iure censeri non debere. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. & dicit Menoch. de præsumpt. præsumpt. 91. num. 53. lib. 3. vol. 1.

Neque aliquid obstant literæ Episcopi Delphini in actis præsentatæ per dictũ aduersarium: Ex quibus videtur apparere in dicta ecclesia sancti Andreæ de Asula extitisse Capellaniam patronalem sub inuocatione sanctorum Pauli & Bartholomæi vsque de anno 1526. Et quia de contrario cõstat per visitationem factam per dictum Illustrissimum D. Cardinalem Borromeum de dicta ecclesia, & illi stari debet, ut est dictum. Et quia non ad narrationem aliorum asseruit, prout in dictis literis cõtinetur, sed proprijs oculis vidit, & visitauit; & quia posterior; & quia testes deponunt talem Capellaniam in dicta ecclesia non extare, quibus magis standum est, quam dictis literis:
21 cum ualidior sit probatio, † quæ fit per testes, quam illa, quæ fit per instrumenta, prout dicunt Abb. & alij in rubr. de testib. præsertim Dec. qui ibi dicit hanc esse communem opinionem; & esse magis communẽ dicit Viuius inter commu. diuers. sub tit. de tabellio. & fide instrumen. num. 8. uol. 1. ubi dicit testium probationem esse naturalem, congruereq; iuri diuino, quod dici non potest de instrumentis. ad dicta per Innoc. in c. cum P. Tabellio. de fide instrumen. Vltra quod tales literæ in totum faciant cõtra intentionem agentis; cum de tali beneficio prouisus non debeat censeri, cum clarum sit in iure, quod, licet beneficium iuris patronatus laicorum vacet in Curia per resignationem, uel per obitum, nihilominus in eo Papa non apponit manum, nec apponere præsumitur, cum in dubio eorum iuri non præ-
22 iudicet; cum talia beneficia, † licet in Curia vacent,

vacent, non censentur reseruata, ne ipsi laici
retrahantur à fundatione ecclesiarum: ita
firmat optimè Lap. in allegat. 96. præsertim
num. 3. & 4. quem latissimè secutus fuit Fe-
lyn. in tract. quando lit. Apostol. nocea. pa-
tro. in princ. per totam col. & uoluit Staphi.
in quinta forma expectati, sub nu. 3. in fi. &
num. 4. fol. mihi 27. ubi dicit ex dicto glo.
in c. 2. de preben. in 6. in uer. collatio. Quod
sæpius reperitur receptum in Curia, Papã
non conferre beneficia uacantia etiã apud
Sedem, quando illa pertinent ad præsenta-
tionem laicorum; & hoc ne illi retrahantur
à fundatione & dotatione beneficiorum,
ut dicit alia glo. in fi. in uer. quempiam. in c.
cum dilectus, de iurepatro. & idem Staphi.
de modo, & forma impetrandi in rubr. de
iurispatro. prærogati. num. 8. fol. mihi 102.
* & hanc esse communem opinionem firmat
latè Roch. de Curt. in tract. de iurepatro. in
uer. competens. num. 56. fol. mihi 23. Hinc
23 est, quod talia beneficia † iurispatronatus
laicorum non possunt renunciari, nec per-
mutari sine consensu patronorum; prout di
cit Gig. de pensio. quæst. 23. num. 4. & seq.
& propterea dicit Lap. in dicta allegat. 96.
num. 4. quod talium permutationum literæ
non ualent, & subreptitiæ cẽsentur, si in eis
nõ est facta mẽtio de iure patronatus laico-
rum, quod habent super beneficijs permu-
tatis. Et sic dico etiam ex isto capite nul-
lam ius posse habere in dicta prætensa Ca-
pellania dictum aduersarium, etsi illa exi-
steret, prout non extat, cum nõ sit dubium,
quod si de dicto iurepatronatus mentionẽ
fecisset in suis literis, quòd de prætensa Ca-
pellania à Papa prouideri non obtinuisset
per desuper firmata, etsi non fecit mentio-
nem, quod literæ sint nullæ, & inualidæ, cũ
sint subreptitiæ, & nullam executionẽ me-
reantur, prout supra similiter dictum est per
auctoritates adductas per Lap. nec aliqua
prætensa restitutio peti nec prætẽdi potest,
stantibus suprascriptis: cum quando cõstat
24 de non iure actoris, reus † non sit amouen-
dus à possessione beneficij, quod habet, po-
sito quod reus ius non habeat in eo, prout
tenet Rotam decis. 6. sub tit. de re iudic. in
antiq. quod ualde facit ad casum nostrum
secundum prætẽsionem dicti aduersarij ad
ipsum excludendum, præsertim cum per-
mutatio petiæ terræ laicalis, de qua agitur,
cum non constet fuisse ecclesiæ, seu assertæ
Capellaniæ, fuerit facta ad fauorem eccle-
siæ Archipresbyteralis, & de hoc certi su-
mus; & per hoc minime super illa molestã-
dus sit Dominus meus principalis ad dicta
per Mising. singul. obseru. obseruat. 36. nu.
25 3. cent. 2. ubi dicit, quod si bona † ecclesiæ
alienata sunt absq; solemnitate, ualet alie-
natio, si in utilitatem ecclesiæ tendit; & sic
ualet dicta permutatio, cum fuerit facta in
ecclesiæ utilitatem, prout testes partis ad-
uersæ deponunt. Et ista sufficiant pro hu-
iusmodi causæ resolutione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Titulum coloratum quod saltem quis habere debeat, ut agere possit.

SVMMARIVM.

1 *Rectori agenti recuperandæ sufficit titulus coloratus.*
2 *Executori dato ad conferendum beneficium resignatum quid conueniat.*
3 *Possessio beneficij incolorata quæ dicatur.*
4 *Literæ productæ ab aliquo in iudicio plene probant contra producentem.*
5 *Beneficium licet resignetur in manibus Papæ, non ob id dicitur uacare in curia.*
6 *Literæ beneficiales nullæ & inualidæ non tribuũt titulum coloratum, nec tuentur possessores a regula de triennali.*
7 *Decisio Rotæ. 9. de cau. pos. & prop. in antiq. declaratur.*
8 *Possessor beneficij potest agere eius nomine pro pertinentibus ad beneficiũ si de iure illius possessionis sit dubium.*
9 *Executor si processit uigore literarum, quæ erant subreptitiæ, processus est nullus.*
10 *Tituli pro colore quid sufficiat, & quomodo dicatur dari possessio beneficij.*
11 *Titulum suæ possessionis allegans, quem probare non tenetur, sibi non præiudicat, si illum non probat.*
12 *Agens pro ecclesia debet probare se esse Rectorem illius ecclesiæ, quia, si non est uerus rector, sententia lata pro eo non afferet sibi fructum aduersus uerum Rectorem.*

CON-

CONSILIVM LXXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Licet Rector beneficij agẽs pro recuperãdis bonis Ecclesiæ non teneatur docere de titulo beneficij, si ei opponatur de non Canonico titulo, dummodo ha-
1 beat titulum coloratum † secundum Dominic. de sancto Geminia. in cap. ordinarij. §. primo, numero 7. in uers. aut non agit super titulo: & ibi Franch. num. 5. in ver. aliquando, & secundo, de offic. ordin. in 6. quos secutus fuit Mascar. de proba. conclus. 1378. numero 16.

Tamen Reuerendus aduersarius succũbere debet; quia propter duo dicitur non habere titulum coloratum: & quia executor datus in suis assertis literis non poterat conferre, seu inuestire aduersarium de prefata asserta Capellania, non probato per dictum resignatarium coram dicto execu-
2 tore, quòd † resignans præfatam Capellaniam tempore resignationis esset in possessione Capellaniæ resignatæ, ac tentus, & habitus pro illius uero Rectore, prout uoluit Rota in decis. 4. de rerũ permut. in nouquam sequitur Boer. etiam aliàs, decis. allegando in decisio. 42. numero 30. num tunc executor non dicatur habere facultatem conferendi nisi uerificatis supradictis, alias iuris dispositio inseruiret de vento, quod dicendum non est; & sic cum de facto contulerit, non dicitur dictum Reuerendum aduersarium habere titulum coloratum, Abb. in cap. cum in nostris, numero 23. de concess. præben. vbi dicit in uer. secunda re-
3 gula, quòd ubicunque conferens † non habeat potestatem conferendi, uel si habebat, priuatio est inducta ab ipso homine, vel à iure, quod talis possessio dicitur incolorata, & idem firmat Lap. in allegat. 103. num. 3. in uers. si igitur. vbi dicit, quod si is, qui contulit, non habebat potestatem conferendi, uel quia excommunicatus, uel quia ligatæ erant manus suę per inhibitionem, vel decretum, uel aliàs, quòd talis possessio non dicatur colorata, & ita dicit idem tenere Innocen. Hostien. & omnes Moder. & tenet Rota nouis. decis. 1138. num. 2. parte 3. fol. mihi 253.

Secundo dicitur titulum coloratum non habere dictum aduersarium ex tali prætensa collatione; ex quo literæ sunt subreptitiæ, cum in eis non fecerit mẽtionem, quod dicta Capellania sit iurispatronatus laicorum, prout ipse per literas patentes Reuerendissimi Domini Episcopi Brixien. quas in actis produxit, probauit. Lap. allegat. 96. numero quarto, quas impugnare non po-
4 test. † & sic plenè probant. Bartol. in l. cum quidam. numero primo, & ibi Bald. numero quarto, C. de fide instrumen. & facit Roma. in consilio 346. numero 2. 3. & 4. ubi dicit, quod scriptura priuata concernens plura capita contra producentem plene probet, contra autem non producentem quod non probet, nisi ab eo approbetur in totum scriptura producta, cum propterea etsi resigne-
5 tur Beneficium † in manibus Papæ, non dicatur uacare in Curia. Lap. dicta allegat. 96. numero tertio, cum alijs per me adductis in alijs allegationibus: & propterea præfatæ literæ subreptitię ipso iure sint nullæ. Felyn. latè in cap. ad audientiam. el se-
* cundo, numero 22. ubi de communi, de rescript. Verall. decis. 7. numero secundo, & decis. 135. numero quarto, parte prima, cũ
6 literæ beneficiales † sic nullæ & inualidæ titulum coloratum nõ tribuant; & ideo nec tuentur possessores talium beneficiorum à regula de triennali, prout latè firmat Rebuf. in consil. 185. columna ultima, in uer. decimotertio, & uideatur antea in uers. tertio, in uers. quarto, in quibus locis ad casum facit quoad alias considerationes contentas in alijs allegationibus. quod ante Rebuf. firmauit Felyn. in cap. nostra. numero 32. de rescript. Abb. in præcitato loco, & Lap. dicta allegat. 103. numero tertio, & firmat Flamin. Paris. de resignat. benefic. quæstione 15. numero 22. ubi dicit ita tenere Rot. libro primo, ideo alios addere non curaui.

Non obstant modo motiua ex aduerso Dominum meo data: & primo non obstat decis. 9. Rotæ, de causa possess. & pro-
7 priet. in antiq. ubi apparet † possessorem beneficij etiam non plenè probato de titulo posse agere nomine sui beneficij pro pensione iamdiu soluta decessoribus, quia facib

contra aduersarium, dum dicit, non plenè probato de titulo. Ex quibus uerbis apparet, quod de titulo, antequam agere possit, probare teneatur, licet non plene, quod minimè probauit aduersarius in casu nostro, imò constat aliquem titulum non habere; & sic non titulo ipsius, cum suæ assertæ literæ sint subreptitiæ, ipsoque iure nullæ & inualidæ per supradicta. Ac quia dictus aduersarius non probauit resignantem esse tentum & habitum pro uero Rectore Capellaniæ resignatæ, ut est dictum in primis allegationibus, & infra dicetur,

Secundo non obstat alia Rotæ decisio,
18. numero secundo, de restitut. spoliato. in
antiq. ubi dicitur, quod is, qui est in posses-
8 sione beneficij † potest agere eius nomine
pro iuribus, & rebus pertinentibus ad be-
neficium, etiamsi de iure illius possessionis
sit dubium, quia dicta decisio facit contra
dictum aduersarium; cum in casu nostro nõ
ignoretur, neque sit dubium, an bene, uel
male possideat; imò constet omnino asser-
tam suam possessionem esse nullam & inua-
lidam; tum quia non probauit, quæ erant
pro parte sua probanda, antequam posset
fieri collatio, prout in primis allegationi-
bus deductum est; & quia assertæ literæ A-
postolicæ sunt subreptitiæ, & nullæ, vigo-
re quarum data fuit talis possessio, cum da-
ri non posset; & sic constat aliquam non es-
se, & locum non esse dictæ decis. per supra-
dicta. Quibus addo Felyn. in cap. fina. nu-
mero 39. de præsumptio. ubi dicit, quòd si
9 executor † processit uigore literarum, quæ
erant subreptitiæ, processus est nullus, &
nu. 40. quod executoris sic nulliter proce-
dentis gesta non tenent.

Prout nec dicitur per talem possessionem
captam sic in uim inualidæ & nullæ colla-
tionis aliquo modo esse coloratam; & con-
tra aduersarium similiter dicitur facere di-
cta per Mascard. in conclus. mihi 1380. nu-
10 mero tertio, ubi dicitur † pro colore tituli
satis esse, si spoliatus probet inductum fuis-
se in possessionem per suum executorẽ per
traditionem clauium beneficij. per decis. 5.
Rotæ, de causa possess. & propriet. in antiq.
asserens, prout & ipsa decis. dicit possessio-
nem beneficij dari per anulum Ecclesiæ
clausæ, dummodo anulus sit traditus per
illum, qui dicebatur potestatem conferen-
di habere; & sic ut literæ essent ualidæ, &

non subreptitiæ & nullæ, prout in casu nostro, quo casu nullam facultatem tribuunt asserto executori conferendi, neque aliquẽ colorem dare possunt possessioni, neque titulo per auctoritates desuper adductas Rebuffi & aliorum: cui accedat, quod nec talem collationem facere poterat dictus assertus executor, cum non probatum fuerit assertum resignantem tempore resignationis possidere beneficium resignat. pro illius uero Rectore haberi, prout tenebatur, ut similiter in primis allegationibus demonstratum fuit.

Ex quibus etiam non obstant dicta per
Mascar. in conclus. mihi 1329. numero 18.
similiter allegat. ubi dicit, quòd si quis al-
11 legat † titulum suæ possessionis, quem pro-
bare non tenetur, quod nihilominus sibi
non præiudicat, si illum non probat, Primo
quia in casu nostro deuentum fuit non so-
lum ad allegationem tituli, sed ad illius pro
bationem: ex qua probatione, & proces-
su apparet de non titulo & sic secundum
processum iudex iudicare debet, per iura &
auctoritates in primis allegationibus de-
ductas.

Secundo, quia dicitur uerum non esse,
quod in casu nostro non teneatur docere
aduersarium de dicto titulo saltem colora-
to, prout in secundo fundamento in præsen
ti allegatione deductum fuit, per auctori-
tates allegatas; & uolunt etiam decisiones
in motiuis allegatæ per supradicta. quibus
accedant dicta Castren. in consilio 368. nu-
mero tertio, volum. 1. ubi dicit, quòd agens
12 † pro ecclesia debet probare se esse Recto-
rem illius Ecclesiæ, & ratio est, quia si non
est uerus Rector, sententia lata pro eo non
afferet sibi fructum aduersus uerum Recto-
rem, per iura per eum allegata. Ideo ma-
gis apparet personam agentem inspici, quã
ecclesiam, pro qua agitur, propter dictam
rationem & Castren. sequitur Mascard. in
conclus. 581. in princip. incipien. agens pro
ecclesia. Et sic manifestè apparet dictum
aduersarium debere docere saltem de titu-
lo colorato, & debere succumbere, cum de
eo docere non possit per supradicta. Et ista
sufficiant.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGV.

ARGVMENTVM.

Aetatis probatio ad iustificationem gratiae pro beneficio obtinedo proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Aetas probatur per librum baptismi, licet non custoditum in plebania, sed existentem penes haeredes viceplebani, nu. 2.*
3 *Scripturae producta de domo officialis, qui alias archiuio praefuit, creditur.*
4 *Libro censuali ecclesiae reperto & conseruato in loco non suspecto, creditur.*
5 *Liber ecclesiae non amittit fidem ob negligentiam plebani.*

CONSILIVM LXXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Canonicatus Bellunen. Gratia Francisci Gasotti hodie uidetur iustificata, quia de aetate Sertorij probatum fuit per partitam libri baptismi parochialis Ecclesiae sancti Andreae de Serrauallo in actis per modernum Plebanum producti legitimè transumptatam; cum dubium non sit de aetate † dicti Sertorij per dictum librum baptismi probari: prout alias decidit in causa huiusmodi Rot. & tenet Mandos. in regul. Cancel. 18. 9. 10. per totum, ubi etiam dat rationem, & & allegat similia, quod prius uoluit Ioan. Mauriti. in tract. de in integ. restit. cap. 321. quos refert & sequitur Mascar. de probat. conclus. 673. nu. 1. & 2. & seq. & nu. 17. in uer. quae tamen, & seq.

Neque aliquid obstat, etsi dictus liber 2 non custoditur in plebania, † sed penes haeredes Viceplebani, qui illum confecit; & quia à moderno Plebano, tanquam liber legitimus ad plebaniam spectans fuit in iudicio productus, & recognitus. ad quod facit Rot. nouiss. decis. 189. numero 5. in prin cip. prima par. & quia idem Plebanus attestatur etiam illum usu approbari, & sic ex consuetudine, cum dicat pro rebus contingētibus de illo partitas in dies extrahi. Decius in rubr. de consuet. nu. 17.

3 Et quia non solum creditur † scripturae ex authentico publico productae, sed etiam productae de domo officialis, qui aliàs archiuio praefuit, prout uoluit Felyn. licet per uerbum forte, in cap. ad audientiam. num. 13. de rescript. quem secutus fuit Boer. in decis. 105. num. 12. & Boer. secutus fuit Ioseph Ludouic. in conclus. unic. de lib. mercat. in ampliat. 13. folio mihi 105. & facit Abb. in dicto cap. ad audientiam. num. 4. de 4 praescript. ubi dicit credi libro † censuali ecclesiae, dummodo reperiatur, & conseruetur in loco non suspecto, prout omni suspicione uidetur carere in casu nostro, stante bona qualitate dictorum haeredum, prout Plebanus deponit.

Quibus accedat & fides Episcopi ordinarij, ex qua apparet dictum librum omni vitio carere: & quòd nimis inconueniens esset, si ob tolerantiam, & negligentiam, seu 5 imprudentiam dicti moderni † Plebani, qui passus fuit, & patitur dictum librum custodiri penes dictos haeredes, & non in sua ecclesia curata, & librum fidem amittere, & illo uti uolentibus praeiudicium afferri, argumen. l. si per imperitiam. ff. de euictio. l. exceptione. ff. de fideiuss. & l. non debet. ff. de regul. iur. Et ex his demonstratum fit, probatum fuisse de aetate dicti Sertorij, & sublatum esse circa eam obiectum Rotae.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Probationis sponsalium per testium discussionem materia tractatur, & an promittens per sponsalia de futuro cogi possit ad matrimonium contrahendum.

SVMMARIVM.

1 *Litera a scribente recognita plene probant contra eum.*
2 *Probatio nulla maior, quam partis confessio.*
3 *Notorium aliquid esse per sententiam, partis confessionem, rei euidentiam, aequipollet.*
4 *Scriptura dubia perficitur, consideratur, seu à iudice arbitratur ex antecedentibus & subsequentibus.*
5 *Sponsalia de praesenti idem sunt quod matrimonium.*

6 *Sponsalia de praesenti ex quibus dicantur nulla.*
7 *Sponsalia de praesenti contracta ab impubere quid imporent. & nu. 16.*
8 *Confessio extraiudicialis in foro ecclesiastico semiplenam probationem inducit licet facta sit parte absente. nu. 10. 11.*
9 *Confessio extraiudicialis per duos testes probatur.*
12 *Domestici & familiares non probant regulariter. fallit nu. 13.*
14 *Testes duo regulariter in quolibet actu sufficiunt.*
15 *Impuberes circa decimum annum contrahere possunt sponsalia de futuro.*
17 *Ancilla olim, non tempore examinis, potest testificari, ratio assignatur nu. 18.*
19 *Familiaris sine salario admittitur ad testimonium pro domino.*
20 *Pauper non repellitur a testimonio, licet ei minus credatur.*
21 *Facta secrete in domo probari possunt per domesticos & seruientes, & assignatur ratio.*
22 *Testes adinuicem contrarij non probant.*
23 *Testes licet contrarij in circumstantijs, si concordant in facto principali, de quo agitur, probant. & nu. 34. 36.*
24 *Testes duo de fama probant. & quomodo. numero 25. 26.*
27 *Rotae obseruantia habet uim legis, & ubique seruari debet.*
28 *Fama cum uno teste in ciuilibus plene probat.*
29 *Sponsalia de futuro probantur per traditionem anuli.*
30 *Verisimile per iudicē inspici debet, & non quod à ueritate distat.*
31 *Confessio extraiudicialis cum fama plene probat sponsalia.*
32 *Testes singulares quo casu non probent. & numero 33.*
35 *Testes quare non probauerint in casu Susannae.*
37 *Confessio extraiudicialis geminata uim habet & effectum unicae confessionis iudicialis.*
38 *Confessus delictum bis extraiudicialiter puniri potest, ac si in iudicio fuisset confessus.*
39 *Confessio facta in iudicio habet uim sententiae, & confessus habetur pro condemnato.*
40 *Testis unicus probat contra producentem ipsum.*
41 *Faciens quod ius permittit, non meretur poenam.*
42 *Contrahens sponsalia, cum iuramento uel sine, si nō seruat datam fidem, peccat mortaliter.*
43 *Scandalo pro uitando non debet quis committere, uel ommittere ea, per quae incidit in peccatū mortale.*
44 *Vxorem accipere contra uoluntatem patris, non est de causis, ex quibus filius exhaeredari possit.*
45 *Contrahens sponsalia de futuro cogi potest per censuras ecclesiasticas ad matrimonium contrahendum.*

CONSILIVM LXXXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa Dominae Laurę Bertonae contra D. Ioannem Andream Gropper viso diligenter ac inspecto toto processu, nec non dictis & attestationibus testium pro utraque parte examinatorum, dico ex pluribus probatam esse intentionē dictae Dominae Laurae circa sponsalia de futuro contracta inter ipsam & praefatum Dominum Ioannem Andream; & propterea cogendum fore & esse eundem Dom. Ioannem Andream per censuras ecclesiasticas ad seruandum datam fidem, & ad cō trahendum matrimonium cum eadem domina Laura, secundum formam sacrosancti Concilij Tridentini, prout ex infra dicendis patebit.

Et primo probatur de dictis sponsalibus inter praefatos DD. Lauram & Ioan. Andream contractis in loco Glemonae in domo Domini Ioannis Spicae, tam per confessionem dictae Dominae Laurae in eius cō stituto factam, de qua in processu causę huiusmodi, fol. 1. quàm ex pluribus literis manu eiusdem D. Ioan. Andreae scriptis & missis tam dictae D. Laurae, quàm eius dominę Amitae, de quibus in processu eodem fol. 2. tergo, & sequen. In quibus in effectu dixit, & confessus fuit pluries dictam Dominam Lauram eidem promisisse, & fidem dedisse uelle ducere ipsum in eius maritum; & ipse promisit, & fidem dedit vice uersa eidē D. Laurae uelle ducere ipsam in eius uxorem: prout constat, vltra alias literas, de quibus infra dicetur, ex secunda epistola scripta D. Amitae dictae D. Laurae, in qua leguntur infrascripta verba videlicet à capite. § Carissima Sig. Ameda mia osseruandiss. § Intus vero. § Io hò riceuuto la grata di V.S. il quale hò aldito, che V.S. vuol maritar la Sig. Laura mia consorte; V.S. non la deue maritare, per quāto hà cara la vita, perche la signora Laura mi hà data la sua fede; & cosi hò fatto il simile mi à lei: § & inf. in subscriptionē. § Di V.S. vostro affett. figliuolo Gio. Andr. Gropper. § & in 4. epist. videlicet. § Carissa. Sig. Cap. Sig. Ameda, Per conto che V.S. scriue,

scriue, ch'io hauerò una moglie delicatissima, & amātissima; Io lo credo à V.S. certamēte, che lei in uita mia m'hà piaciuto, & se lei nō mi hauesse piacfuto, io non l'hauerei tolta per mia consorte, § & infra. § & sopra il tutto, che non interuenga niente alla mia consorte Signora Laura, § & in subscriptione, § Di V. Sig. vostro obedientissimo nipote & seruitor Gio. Andrea Gropper, §

Quas quidem literas suo iuramento recognouit ab eodem fuisse scriptas & missas eodem suo constituto: & ideo illis standum
1 est; & contra eum plenè probant, † prout dicit Bart. in l. nuda. ff. de donat. l. Publia. in fi. & ibi glos. & ibidem Bart. numero 3. ff. de deposit. Et per hoc nihil refert, etsi dictus dominus Ioannes Andreas negauit in dicto eius constituto, quod non promisit dictæ dom. Lauræ ipsam uelle in uxorem ducere ante dictas literas, sed in eisdem literis, quia per easdem literas de contrario apparet, eum designent actum gestum de prætertito, & perseuerantiam in eo de præsenti, uidelicet inantea inter ipsos sponsalia cōtracta fuisse, quæ etiam per dictas literas confirmauit scribēdo se in calce earundem literarum pro marito dictæ D. Lauræ, & ipsam uocando eius uxorem: cum nulla maior
2 sit probatio, † quam propriæ partis confessio, ad dicta per Grat. in consil. 50. num. 4. volum. 2. Rom. in consi. 391. num. 8. Marsil. in singul. 257. Thom. de Ferrar. cautel. 57. num. 1. & seq. Aegid. decis. 690. num. 1. & Veral. in decis. 185. in 3. par. cum æqui-
3 polleat aliquid esse notorium † per sententiam, per partis confessionem, vel rei euidentiam; prout dicit Feder. de Sen. in cons. 236. num. 2. & propterea in confessis nullæ sint partes iudicis, nisi in condemnando, prout dicit Rot. in decis. 19. alias 421. circa medium, sub tit. de testit. spol. in nou.

Et de dictis sponsalibus ut supra inter eos contractis in domo dicti Dom. Ioannis Spicæ, quando ibant ad scholam, apparet etiam ex alijs literis: nam quid importent in prima epistola scripta dictæ D. Lauræ illa uerba videlicet, § Io hò riceuuto la grata di V. S. ilquale hò inteso, che V. Signora Ameda ui uoleua maritare, quando hò saputo tal noua, mi pareua una ferita al euore, nō cade à dir più di maridar, perche noi hauemo fatto le cose tanto strette, che esse non si possono più disfar, V. S. sà quando andauimo alla scuola insiemè, hauemo dōnata la fede uno all'altro di non uoler più tor marito, e mi consorte, § adiunctis uerbis subscriptionis eiusdem epistolæ, uidelicet, § Di V. S. vostro marito Gio. Andrea Gropper. § nisi inter ipsos sponsalia fuisse contracta, cum dicat, quod eum alio dicta D. Laura non poterat contrahere matrimonium: & quod insimul sunt ligati; & deinde in subscriptione se subscripserit maritum eiusdem D. Lauræ: & ita etiam se subscripsit in tertia epistola missa dictæ D. Lauræ; & in capite eandem D. Lauram eius consortem uocando, cum cōsideratis omnibus, videlicet, tam contentis in præfatis locis, quam in antescriptionibus & subscriptionibus, quòd de dictis sponsalibus apertè constabit, cum non possit aliter uocare consortem dictam D. Lauram, licet impropriè, cum sit tantum sponsa, & se ipsum maritū, cum uere sit spōsus, ut statim dicetur, prout ex antecedentibus & subsequentibus scri-
4 ptura † dubia perficitur, & cōsideratur, seu à iudice arbitratur. l. cum pater, §. eum imperfecta, ff. de leg. 2. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. primo, l. uolūtatis. C. de fideicom. & tradit Bar. in l. Gallus. §. idem credendū, num. 3. in uer. quædam sunt instrumenta, ff. de lib. & posthum.

Neque obstat modo si dicatur, quòd ex quo dictus dominus Ioan. Andreas uocat ipsam dominam Lauram eius consortem, & se eius maritum, quod indicatur contraxisse eum eadem domina Laura sponsalia de futuro, prout contraxit, sed de præsenti,
5 cum spōsalia † de præsenti idem sint, quod matrimonium, per text. in cap. si inter virum, & ibi Ioan. Andr. Abb. Anto. de Butr. Cardin. Alexan. Petr. de Anchar. & Alex. de Neuo. de sponsal. & Goffred. in summ. sub num. 6. eodem. Et per hoc quod talia sponsalia de præsenti sint nulla, seu matri-
6 monium; † & quia non interuenit proprius parochus iuxta formam sacri Concilij Tridentini, de reforma. matrimo. cap. 1. sess. 24. & tradit Nauar. in cons. 3. num. 2. sub tit. de clandest. desponsat. Et quia etsi interuenissent talia sponsalia de præsenti, seu matrimonium contrahere nō potuissent; ex quo erant impuberes; eum requiratur saltem esse masculum quatuordecim annorum, & fœminam duodecim, ut contrahere matrimonium possint, per cap. 2. & ibi glo. in ver.

Canonibus; & Abb. num. 5. & alij, de desponſ. impub.

Quia ad hoc reſpondetur, quod talia verba non debent trahi ad tale ſignificatum, ſed ad ſponſalia de futuro; attento quòd & ſi impuberes dummodo ſint maiores ſe-
7 prennio contrahant ſponſalia † de præſenti; quod talia ſponſalia non valent, ſed ex iuris præſumptione interpretantur ſponſalia de futuro, per text. apertum in cap. 1. §. idem quoque, de deſponſat. impube. in 6. Corne. etiam expreſſe in conſi. 116. num. 4. in princip. in uer. nec præfatis obſtat. vol. 3. & Bertran. in conſ. 154. num. 6. in fine, & ſeq. vol. 8. & ante eos Bald. in l. 1. num. 3. C. de ſponſal.

Vltra quod etiam ex alijs literis pateat contraxiſſe ſimiliter ſponſalia de futuro, & non de præſenti, cum eadem D. Laura dictum dominum Ioan. Andream videlicet; ex tertia epiſtola in ordine dicto proceſſu fol. 3. ubi inter cætera dicit ſcribendo dictæ Dom. Lauræ uocando eam in principio conſortem, videlicet, § Io hò inteſo, che V. S. ſtà forte malenconica per amor mio; io prego & ſupplico V. Sig. à ſtar di buona voglia, e non habbia paura di niente, perche quello, che io hò impromeſſo à V. Sig. io l'attenderò, coſi anco V. Sig. di me, & che V. S. laſci dir pure, che coſa che ſi vuole, e non ſi dubiti niente, e quel che io dico una uolta, io ſon giouane di mantenirlo. § Et in ſubſcriptione, § Di V. S. voſtro obedientiſſimo ſeruitore & marito, Gio. Andrea Gropper. § Et idem dicit in quinta epiſtola in illis verbis videlicet, § Acciò io non manco alla promeſſa fatta à V. S. & io non mancherò mai in vita mia; e mai niſſuno non mi farà diſdire, perche io non voglio andar là dal Demonio. § Et in ſubſcriptione videlicet. § Di V. S. amoreuole conſorte Gio. Andrea Gropper; § ac etiam in ſexta epiſtola Dom. Amitę ſcripta in illis verbis videlicet. § Per queſto prego V. S. à non hauer dubio, che io gli manchi. § Et in ſubſcriptione, § Di V. S. voſtro amoreuole nepote come figliuolo Gio. Andrea Gropper. § Et hæc ad corroborationem prædictorum oſtenſa ſint. Quibus accedat etiam ad illorum corroborationem depoſitio Floreani 20. teſtis in ordine examinati, deponentis ſuper ſecũdo articulo proceſſu fol. 52. tergo. de confeſſione extraiudiciali de dictis ſponſalibus contractis in domo dicti Spicæ per d. dominum Ioannem Andream cum d. D. Laura, per eundem D. Io. Andream eidem facta, quæ ſemiplenã probationem inducit, cum ſimus in foro eccle-
8 ſiaſtico, † vt infra dicetur, prout dicit Alciat. in conſilio 6. numero 26. in princip. libro primo, cum in ciuilibus confeſſio extraiudicialis probet, prout dicit Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſi. 28. numero 17. in fine,
9 parte prima. & confeſſio † extraiudicialis per duos teſtes probet, Afflict. deciſio. 364. numero quarto, Burſat. conſilio 166. numero 20. volum. 2. & in conſilio 69. numero 28. & ſequen. volum. primo, & Alcia.
* in conſi. 2. nu. 5. vbi de communi, lib. 1.

Neque aliquid obſtat, etſi diceretur, dicta cõfeſſio fuit facta parte abſente; quia nihilominus ualet ſecundum iuris Pontifi-
* cij diſpoſitionem, & eſt communis opinio,
10 † prout dicit Portius Imolen. in conſilio 176. numero 35. Felyn. in cap. ſi cautio numero 27. de fide inſtrumen. Alciat. in conſ. 6. numero 26. lib. primo, & in rubr. ff. de verborum obligat. numero 15. Villalob. etiam de communi refert in tit. de confeſſ. ſub numero 234. in fi. inter communes diuerſorũ libro 2. folio mihi 398. & hanc opinionem etiam eſſe communem dicit Curt. iun. in cõſilio 168. numero 12. volum. 2. Et ſic in caſu noſtro non eſt dubium habere locum, cum ſimus in materia eccleſiaſtica, & corã eccleſiaſtico iudice. Et quòd in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritualibus ualeat confeſſio
11 † abſente aduerſario, dicit Felyn. in præfato cap. ſi cautio. num. 27. poſt princip. de fide inſtrumen. quod prius uoluit Bal. in cap. innotuit, num. 5. in ver. & tamen confeſſio, de electio.

Neq; obſtat, quod opponitur dicto Floreano, videlicet, quòd ſit domeſticus, & familiaris dicti Capitanei Oſopi patrui dictę D. Lauræ; prout plures teſtes aduerſarij ſuper quinto articulo deponunt; & per hoc quod non probet, prout regulariter dome-
12 ſtici † & familiares non probant, ad dicta per Marſil. cum iuribus per eum allegatis in ſingul. 5. in princip. & in l. 1. §. ad quæſtionem num. 8. in princip. ff. de quæſtio. & Roman. in conſ. 420. nume. 5. quia ultra quod poſſet reſponderi, quòd pro eo non teſtificetur, ſed pro dicta domina Laura, & pro hoc non habeat locum obiectum, tñ dicitur

quod

quod etsi domesticus esset dictæ Dominæ Lauræ, ex quo aliqua affinitate, uel consanguinitate eidem non est coniunctus; quod propterea rectè potuit testificari, licet esset suus familiaris, & domesticus, cum aliàs ho
13 nestæ vitæ sit, cum sit miles, † & de aliqua ipsius inhonestate nemo præfatorum testiũ testificetur, prout dicit Bal. in cap. in literis. num. 5. & ibi Anto. de Butr. num. 7. & seq. de testib. Roman. in consi. 420. num. 4. & 5. Marsil. in singul. 5. per totum, & in l. 1. §. ad quæstionem numero 8. ff. de quæstio. Grat. in consilio 41. nume. 13. volum. 2. Florian. de sancto Petr. in l. testes. numero 2. ff. de testib. & Gabriel cum accumulatis per eum in suis conclusionibus, sub tit. de testib. conclus. 10. nu. 19.

Et non solum constat de sponsalibus de futuro contractis inter præfatos D.D. Lauram & Ioan. Andream ex supradictis, uerũ etiam & ex depositione eiusdem Floreani, qui deponit super 7. 8. 9. & 10. articulis pro cessu fol. 54. qualiter ipsi iterum contraxerunt sponsalia præfata in domo dicti Domini Capitanei Osopi in quadam camera; & quod idem D. Ioan. Andreas dedit anulum dictæ Dom. Lauræ in signum promissionis eidem factæ de eam ducendo in eius vxorem, prout & ipsa promisit ipsum in eius maritum accipere; prout & ipsa in eius con stituto confitetur dicto processu fol. primo. Et idem dominus Ioan. Andreas confiteatur etiam eidem dedisse anulum, licet neget promissionem, processu fol. 2. & idem deponunt audiuisse & vidisse per portam dictæ cameræ Columba prima testis super nono & decimo articulis deponens processu fol. 27. tergo, & sequen. Et Valentina secunda testis similiter super decimo, & duodecimo articulis, dicto processu, fo. 29. & sequen. etiam referendo uerba per præfatum Florianum, qui cum eis erat in dicta camera, & præfatos contrahentes prolata in dicto actu circa sponsalia prædicta, de quibus planè probat; cum nedum sint duo testes de eis deponentes, qui regulariter ad probandum quemlibet actum suffi-
14 ciunt, † l. ubi numerus. ff. de testib. & ad dicta per Marti. de Garati. in consilio 17. sub numero primo, inter matrim. diuers. uolum. primo; uerumetiam & tres, unde dubitandum non est de illis fuisse probatum. Et licet opponeretur præfato fundamento, qd magis ex depositionibus dictorum testium appareat sponsalia de præsenti, quam de futuro præfatos cõtraxisse; tamen dicitur hoc in aliquo non releuare, cum essent impube-
15 res † quilibet ipsorum circa decimum annum habens, quod sponsalia de futuro bene contrahere possunt. per glo. in cap. 2. in uers. Canonibus. in fine, de desponsa. impube. cap. literas, cap. accessit, & cap. duo, eodem, & l. in sponsalibus. la secunda, ff. de sponsal. quia, ut supra dixi, ex iuris interpre-
16 tatione, si impuberes † contrahant sponsalia de præsenti, dicuntur sponsalia de futuro contraxisse, per cap. primo, §. idemque iuris, de desponsa. impub. in sexto. de super cum alijs citat. quos hic propterea repetere nolui.

Neq; aliquid refert etiãsi opponeretur ad infringẽdum testimonium præfatarum mulierum, quòd aliàs dicta Valentina fuit ancilla dicti Capitanei Osopi, & dicta Columba quod aliquando in domo eiusdem D. Capitanei fecit aliqua seruitia, & quod est pauper: & per hoc uidetur familiaris, & repellenda à testimonio; quia etsi fuit ancilla dicta Valentina; nihilominus cum tẽ-
17 pore examinis talis non esset, † testificari potuit, præsertim in hac causa dictæ dom. Lauræ, prout dixit Alexan. in consilio 5. nu mero 9. uolum. 1. Crott. in consi. 131. num. 57. uolum. 1. & latè Zas. cum allegatis per eum in cons. 3. nu. 83. uolum. 2. cum in depositionibus testium quoad illorum ualiditatem uel inualiditatem inspiciatur tempus
18 iuramenti † præstiti super testimonio ferendo, prout dicit Angel. in consi. 1. nu. 4. Alexan. in cons. 150. nu. 6. uolum. 5. & Viui. in sua Syl. opin. opin. 992. nu. 2. ubi de com-
* muni libro 3. & quod etiam familiaris, qui non habet salarium ab illo, cui famulatur,
19 admittatur in testem pro eo: † et sic à fortiori dicta Columba, firmat Roma. in dicto cons. 420. nu. 4. imò & quòd famulus non habens salarium, licet dicatur domesticus, & actu deseruiat, pro domino possit testificari, firmat Marsil. in d. l. 1. §. ad quæstionẽ num. 2. ff. de quæst. & in sing. 5. in prima limitatione.

Et quod pauper, cum aliàs sit honestæ uitæ, non arceatur à testimonio ferendo, sed admittatur tam in causis ciuilibus, etiam arduis, quam in criminalibus, cum
20 paupertas † non sit de genere malorum,

licet minus credatur, uoluit Ruin. in conſil. 158.num.27.volum.5. & prius uoluit Bar. in l.ex libero.ad fin.& ibi Marſil. num.7. ff. de quæſtio. Floria. de ſancto Petro in l. teſtium.numero 3.in uerſ.ſed in illis. ff.de teſtib. Bal.latè in cap.ſi qui teſtium, ſub num. 5.ubi dicit, quòd ſi teſtis pauper nullius ſit famæ bonæ, uel malæ, minus ei creditur, & ibi Abb.num.8.in verſ.puto. & Aret. num. 7.& ſeq.& Felyn. num.8. de teſtib. & Aufrer.in tract. de teſtib. ſub num.78. in uerſ. aliqui, fol.mihi 174.Et hęc dicta ſint etiam ad tuendos alios teſtes, ſi qui ſint talem exceptionem paupertatis patientes.

Quibus addo ad comprobationem dictorum teſtium, quod ea, quæ ſecreto fiunt in domo, per domeſticos domus, & ſeruien-
21 tes probari poſſint; † cum difficile alij teſtes poſſint haberi, prout uoluit gloſ. in l.3. in ver.prohibet. C. ad leg. Iuliam de adult. per text.in l.conſenſui, §. ſeruis etiam, ſeu ancillis. C.de repud. Crot.in conſi. 131.nu. 26.vol.1.& tradit latè Damhouder. in ſuo tractat.de teſtib. ſub num. 10. circa fin. fol. mihi 510. & latiſſime Maſchar. de probat. in concluſ.90.num.5.& ſeq.uolum.1.quam tamen concluſionem in matrimonio non approbarem, cum prohibeatur clam fieri, prout non approbat Maſcard. in præfato loco, licet approbem in caſu noſtro, cum de natura actus occurrere poſſit, quod ſponſalia clàm contrahantur, prout fuerunt cõtracta, & non videatur hoc prohibitum à iure.

Neq; obſtat etiam etſi opponatur dictis Columbæ & Valentinæ, quòd circa loca portæ dictæ Cameræ, per quæ dicunt vidiſſe, & audiſſe contrahi dicta ſponſalia, videantur ſibi ipſis contrariæ, & ſic non pro-
22 bare; cum teſtes † adinuicem contrarij nõ probent, prout dicit Socin.iun. in conſ.86. num.23.vol.2.Burſat.in conſ. 69. num.27. vol.1.Marſ.in conſ.20.num.13.& hanc eſ-
* ſe communem opinionem dicit Gramma. cum allegatis per eum in conſ.26.num.20. in fi.& ſeq.in crim. & uoluit Alex. in conſi. 34.num.6.& ſeq.uol.3.Quia ad hoc reſpõdetur, quòd licet teſtes ſint contrarij in circunſtantijs, vel in illis falſum depoſuerint, quod nihiloſminus probant, ſi concordant in facto principali, ſuper quo fuerunt indu-
23 cti, † ut in caſu noſtro, prout tenet Rota teſte Veral.in deciſ.270.num.2.lib.3.vbi dicit, quod quando teſtes ſuper facto principali deponunt verum, licet ſint contrarij in circunſtantijs, vel in illis falſum depoſuerint, quod dictum eorum uerum impugnari non poteſt, quod prius uoluit Alex. in conſi.24.num.42.vol.2.& in conſ.47.nu.5.& ſeq.eod. Dec.in conſ.100.nume.5. Gram. in conſ.50.num.28.& ſeq. in ciuil. Aymo in conſ.267.num.5.& Maſcard.de probat. concluſ.379.nu.14.

Et etiam accedat de dictis ſponſalibus etiam probari per publicam uocem & famam, quæ extitit, & extat in loco Glemonæ, prout teſtes deponũt ſuper 16.articulo, videlicet inter alios decimusquartus teſtis nob. Glemonæ dicto proceſſ.fol.45.ubi dicit publicè dici in dicto loco Glemonæ. R. presbyter Antonius de Glemona 15. teſtis dicto proceſſu folio 46. ubi dicit de dictis ſponſalibus publicè dici, & dictum fuiſſe tam in loco Glemonę, quam in Oſopo. Reuerendus presbyter Nicolaus Curatus Oſopi fol.47.tergo, qui ſimiliter deponit publicè dici, & dictum fuiſſe de dictis ſponſalibus. D. Propertius 18. teſtis, qui deponit iam duobus vel tribus annis audiuiſſe publicè dici de dictis ſponſalibus inter præfatos contractis dicto proceſſu fol. 50. D. Antonius Fantonus 19. teſtis dicto proceſſu fol. 51.qui ſimiliter depoſuit in loco Glemonæ ſemper fuiſſe publicam vocem, & famam de dicta promiſſione, & ſic publicè dici audiuiſſe. Floreanus 20. teſtis dicto proceſſu fol.56.ter.in fi. & ſeq. qui ſimiliter deponit in loco Glemonæ ſemper fuiſſe de dictis ſponſalibus publicam vocem, & famam, & ita publicè ab omnibus dici audiuiſſe. Nobilis D. Camillus 24. teſtis dicto proceſſu fol.59.& à ter.ſimiliter deponit, quòd ſemper in Glemona publicè dictum fuit de talibus ſponſalibus; & quod etiam hoc audiuit dici à D.Valerio, qui tempore promiſſionis permanebat cũ dicto Groper. Nob. D.Sigiſmundus 26.teſtis ſimiliter deponit dicto proceſſ. fol. 62. quòd de dictis ſponſalibus ſemper publicè dictum fuit ab omnibus in Glemona. Domina Antea 27.teſtis pariter deponit de dictis ſponſalibus in loco Glemonæ ſemper fuiſſe à tribus, uel quatuor annis citra publicam uocem, & famam; & ſic publice dici audiuiſſe dicto proceſſu fol. 63. Idemq; deponit D. Valerius 31.teſtis, fol.68.& tergo.

Quos quidem teſtes de dicta fama circa

dicta

dicta sponsalia contracta inter præfatos
DD. Lauram & Io. Andream probare; cũ
sint quam plures, & ita publicè dictum fuis-
se, & dici in loco Glemonæ dubitandum
24 non est; cum duo tantum testes † de fama
probent, prout dicit Dec. in cons. 371. nu.
* 14. & est communis opinio, prout dicit Fi-
char. inter communes diuersorum in tit. de
probatio. sub num. 241. volum. 1. fol. 504.
quod procedit, etiamsi testes sint singula-
res. Alex. in cons. 15. num. 5. volum. 1. Ri-
min. iun. inter crimi. diuerso. cons. 85. num.
** 16. volum. 2. & est magis communis opi-
nio, prout dicit Bellacomb. inter easdem
communes diuerso. in supradicto tit. de pro
batio. sub num. 244. eod. volum. 1. fol. mi-
hi 504. & quod testes probent de fama de-
ponentes de aliqua re esse publicam vocē
& famam, & in reddendo causam scientiæ
respondeant, quod ita publice dicitur, dicit
25 † expresse Bal. reprobata opinione Barto.
in l. testiũ ad fi. in ver. quæro, quod est sub
nu. 42. ubi dicit, ita etiam consuluisse Dyn.
C. de testib. & in l. hæredes palam sub nu.
2. & seq. ff. de testam. & in c. præterea, num.
10. de testib. & uidetur sentire Hippol. de
Marsi. in l. de minore, §. plurimum sub num.
42. in ver. sed contrarium, ff. de quæstio. &
idem Bal. in c. literas, num. 2. de præsumpt.
Et licet contrarium teneant quamplures
Doctores; ex quo in causa scientiæ testes,
ut supra deponentes, non uideantur redde-
re bonam causam scientiæ, quam redde-
re debent, et nõ interrogati; prout dicit Io.
de Amic. in cons. 131. num. 2. & Grammat.
in cons. 26. num. 12. & seq. in crim. videli-
cet ita dici audiuisse ab omnibus de popu-
lo, vel tota vicinia, seu a maiore parte popu
li, vel viciniæ, prout uoluit Bar. in d. l. de mi-
nore, §. plurimum, sub num. 19. quem refert
ibidem idem Marsil. cum alijs per eum al-
legatis sub num. 41. ff. de quæstio. & Barto.
secutus fuit Aret. in cons. 122. num. 3. Ay-
mo in cons. 41. num. 5. Ioan. de Amic. cons.
60. num. 11. & in cons. 151. num. 2. Gram.
d. cons. 26. sub num. 12. & seq. in crimi. &
Robert. Marant. in cons. 69. num. 3. cum
alijs allegatis per Franc. Viui. in decis. 76.
* nu. 3. & hanc esse communem opinionem
dicit Imol. in d. l. hæredes palam sub num.
1. in fi. & seq. ff. de testam. tamen prima opi-
** nio est uerior, & magis communis, cum il-
lam sequatur Rota Rom. prout dicit Cas-
sad. in decis. 3. num. 7. in tit. de probat. Ve-
ral. decis. 289. num. 1. lib. 3. vbi dicit, quòd
26 si testes † deponant super fama dicentes
ita publice dici, & non dicant a quibus au-
diuerint, nec alia requisita, de quibus per
Barto. in prædicto loco, quod probant, &
quòd ita seruat Rota. sequitur Portiu. in
cons. 89. num. 21. & conclusiuè num. 23. &
** quod sit magis communis opinio propter
auctoritatem Rotæ, firmat Viui. dicens ita
iudicatum in uarijs causis in audientia Ba-
rensi de anno 1589. in d. decis. 76. num. 3.
27 in fi. A qua obseruantia Rotæ, † cum ha-
beat vim legis, aliquo modo non debet re-
cedi in iudicando, cum ubique locorum ser
uari debeat, prout inquit Mart. in tract. de
Tribunal Vrbi. in c. 5. num. 8. & seq. Me-
noch. in cons. 51. nu. 36. volum. 1. & in cons.
52. num. 51. eod. volum. Dec. in c. auaritia,
num. 14. de præben. & quòd opinio DD.
de Rota sit seruanda in practica; etsi com-
munis opinio esset in contrarium, propter
illorum auctoritatem, tenet Imol. in c. olim
sub num. 13. ante fi. in uers. & propter aucto
ritatem, vt lite non conte. & addit. ad Dec.
in l. iura sanguinis in uer. contraria sub nu.
7. post medium, in uer. & ubi est decisio Ro
tæ. ff. de reg. iur. & quòd cum sit magis com
** munis opinio propter auctoritatem Rotæ
prædictę, prout dicit Viuia. in prædicto lo-
* co, debeat preferri communi opinioni per
Imol. attest. in d. l. hęredes palam, uoluit
Granut. in Theorem. 4. nu. 5.

Ex qua quidem probatione famę, cum
simus in causa ciuili, adiuncta nedum cum
depositione prędictarum mulierum, sed cũ
dicto tantum dicti Floreani, cum faciat se-
miplenam probationem, non est dubium
ex isto capite plene probatum esse de dictis
sponsalibus inter prędictos DD. Lauram,
& Io. Andream contractis, ad firmata per
Ange. in l. ea quidem num. 57. in uer. & pro
tanto, C. de accusa. vbi dicit, quòd fama cũ
28 † uno teste in ciuilibus plenè probat: & q;
ita se habet communis practica, & uoluit
etiam Areti. in cons. 65. colum. 3. post prin.
in uer. secundo; ideo alios addere non cura
ui, cum a practica recedi non debeat; prout
dicit Dec. in cons. 11. num. 9. circa fi. & in
c. 1. in 1. lect. num. 83. & seq. de constitutio.
latè Mart. Doberc. in suo repertorio iuris;
in uers. practica fol. 398. ubi etiam subdit
ueram interpretationem a practica sumi, ac
ad

ad iuris & iustitię regimen necessariam esset
& quòd practica sit optima interpres legũ,
tradit etiam latè Mascar. in conclus. 1165.
num. 8. & seq.

Quibus accedat etiam ad probationem
prędictorum sponsaliorum, dictum D. Ioã-
nem Andream confessum fuisse in dicto
eius constituto dedisse anulum eidem D.
Laurę sibi dato a D. Floreano, negando ta-
men eidem D. Laurę promisisse ipsam in
uxorem ducere uelle, cum per traditionem
29 anuli probentur sponsalia † de futuro secũ
dum Ang. de Vbal. in cons. 45. num. 10. in-
ter matrimoni. diuers. volum. 1. & uerisimi-
le non sit anulum prędictum eidem D. Lau
rę dedisse nisi in signum dictę promissionis;
prout prędicti testes, uidelicet 1. 2. & 20. de
ponunt; cum nulla alia causa subest dandi
anulum prędictum d. D. Laurę, pręsertim
stante quòd dictus D. Io. Andreas dicat, q
requisitus de tali promissione ipse recusaue
rit illam facere, quę non potuisset esse causa
in animo d. D. Laurę nisi indignationis, &
recusationis accipiendi dictum anulum, stã
tibus præsertim alijs sponsalibus antea con
tractis per eos, & hęc ualde super dicta eius
confessione consideranda sunt, tanquam vę
risimilia; & non quod dederit dictum anu-
lum absque aliqua causa; cum quòd verisi-
mile est, per iudicem inspici debeat, & non
30 quòd a ueritate distat, † cum sit quędam
falsitatis imago; prout dicit Bald. in l. 1. nu.
16. C. de serui. fugit. quem secutus fuit Ias.
in l. si extraneus, num. 8. & seq. ff. de condit.
cau. dat. Gram. cons. 42. nu. 14. in crim. & in
uoto 14. nu. 8. & seq.

Et quid plura? non solum ex supradictis
testibus, fama publica, & traditione anuli
constat de sponsalibus de futuro cõtractis
inter prędictos, ut est ostensum; uerum etiã
& ex pluribus cõfessionibus diuersis locis,
& temporibus, ac personis factis per d. D.
Ioannem Andream; quibus confessus fuit
promisisse d. D. Laurę ducere eã in uxorẽ,
prout deponit Anna filia Modesti 6. testis
super 15. artic. processu fol. 35. cum qua cõ
cordat Lucia 7. testis super eodem 15. arti.
fol. 36. nec non Ant. q. Colai super eodem
artic. 23. testis proc. fol. 58. ter. qui quidem
testes cum sint contestes de loco, & tempo
re non est dubium plenè probare de tali cõ
fessione eidem facta statim, quando redijt
d. D. Ioannes Andreas de Alemania: & ista
31 confessio † tantum vna cum dicta fama ple
nè probat de dictis sponsalibus, prout in
terminis uoluit Aret. in d. cons. 65. colum.
3. post princip. in vers. secundo, vbi dicit ple
nam probationem oriri in ciuilibus per fa-
mam, & duos testes de confessione extraiu
diciali deponentes. Prout & de dicta extra
iudiciali confessione de dictis sponsalibus
cum iuramento contractis cum d. D. Laura
per d. D. Ioannem Andream facta in Salz-
purg in Alemania iam duobus uel tribus
annis retro, ac de literis missis d. D. Laurę
per eundem D. Ioannem Andream, & per
d. D. Lauram eidem sępè sępius facta, & rei
terata Simeoni q. Floreani, & Leonardo,
depònunt idem Simeon 32. testis super eo.
art. 14. uocando in cõtestẽ prędictum Leo
nardum; & super 13. art. d. proces. fol. 68.
ter. & 69. & idem Leonardus 33. testis vo-
catus in contestem, & in suum contestem
uocãdo d. Simeonem. Idem deponit super
13. & 14. art. fol. 70. & a ter. ubi etiam de-
ponit, quòd d. D. Ioannes Andreas eidem
dixit, quòd eius pater nolebat quòd d. D.
Lauram duceret in uxorem; sed quòd nihi
lominus ipse ipsam uolebat ducere in eius
uxorem, omnino videndi, quia melius & cõ
cludentius deponere non potuerunt super
huiusmodi reiterata confessione & facto.
Prout de consimili confessione eidem fa-
cta per dictum D. Io. Andream deponit D.
Antonia soror d. D. Ioannis Andreæ pro-
ces. fol. 42. & ter. per hęc uerba, quę insere
re uolui, cum sit soror § non credo che fos-
se stato otto giorni prima, che mio fratello
fosse partito per Alemagna, che venne vn
giorno a casa, che diceua esser stato tutto
quel giorno ad Osopo, & mi disse, Sorella,
io son stato ad Osopo, & hò fatto, come hai
fatto tu, io hò promesso alla Signora Lau-
ra, ancor tu ti maritasti da tua posta, perche
io haueua pigliato il marito senza licenza
di mio Sig. padre: & dimandandogli io co
me haueua fatto; mi disse che uno, che si
chiamaua Floriano quì di Glemona, gli
disse, Sig. Gio. Andrea, non ui piase quì la
Signora Laura pigliarla per uostra moglie;
& io gli risposi, che dubitaua, che sua Si-
gnora Ameda, cioe la Signora Capitanea
non hauesse uoluto, ma gridato: & che Flo
reano gli disse, che non dubitasse, & che sa-
rebbe ben contenta; & che allhora lui gli
promise; & Floriano gli diede vn anello,

quid

qual esso mio fratello donò alla Signora
Laura, & non mi disse d'hauersi promesso
con giuramento; che io non lo interrogai
più che tanto, altro non mi disse, se non che
io non dicessi niente ad alcuno. §

Ex qua quidem depositione fortificatur
etiam dictum Floreani circa prædicta spon
salia ex cōfessione eiusdem D. Io. Andreę,
prout etiam ex alia depositione similiter fa
cta de huiusmodi extraiudiciali confessio-
ne prædictorum sponsaliorum, Valerij q.
Georgij 31. testis super 7. articulo, corro-
boratur depositio d. Floreani, qui deponit,
quòd cùm associasset d. D. Ioānem Andreā
in Alemania, idem D. Ioannes Andreas ei-
dem confessus fuit promisisse cum iuramē-
to ducere in uxorem d. D. Laurā; & ipsam
uice versa eidem promisisse uelle ipsum du
cere in eius maritum, eidem etiam dicendo
quod contraxit prædicta sponsalia ad præ-
sentiam prædicti Floreani tantum. in d. ca-
mera d. proces. fol. 67. in fi. & seq. & simili-
ter de alia extraiudiciali cōfessione pluries
reiteratā eidem facta de dictis sponsalibus
per d. D. Ioannē Andream in Norimberg.
deponit Valentinus 22. testis d. proces. fol.
58. Et licet isti tres testes, videlicet Nob. D.
Antonia soror d. D. Ioannis Andreæ, Vale
rius, & Valentinus cum non sint contestes
de loco, & tempore, videantur non probare
de dicta extraiudiciali cōfessione etiam rei
terata eidem facta, nec coniungi posse, cum
quælibet eorum probatio sit imperfecta:
quo casu testes singulares minimè probant,
32 † prout dicit Anto. de Butr. in cap. licet ex
quadam, num. 8. ad fi. de testib. & in c. fina.
colum. antepenul. in fi. de consuetud. Alex.
in cons. 180. num. 6. uolum. 6. Paris. in cons.
60. num. 45. volum. 4. & in cons. 153. num.
27. eod. volum. Franc. Curt. in tract. de testi
bus conclus. 47. adstipulatur Ias. in repet. l.
admonendi sub num. 255. & seq. ff. de iure-
iur. idem Alex. in cons. 68. num. 8. volum. 3
Maschar. de probat. in conclus. 379. num.
6. & latè Aymo in cons. 267. in princ. cum
alijs multis per eum allegatis.

Tamen ueritas est prędictos testes de d.
extraiudiciali confessione etiam reiterata
prædictorum sponsalium eisdem facta be-
ne probare, etsi sint singulares de loco & tē
pore, cum quilibet ipsorum de tali extraiu-
diciali confessione eisdem facta deponat,
contestem non habens, cum debeant con-
iungi: attento quod contestes sunt in facto
principali; & non fuerint principaliter in-
ducti ad probandum confessiones per eum
factas, sed sponsalia prædicta per confessio
33 nes, † prout voluit singulariter Paul. de Ca
str. in simili in cons. 380. incipien. iudex est
minister sub num. 2. in uers. item posito, vo-
lum. 1. quem secutus fuit Soc. iunior in cōs.
99. num. 15. & seq. volum. 2. & in cons. 90.
num. 9. & 13. eo. volum. Aymo similiter in
d. cons. 267. sub num. 4. in uer. tertia & ulti-
ma, & conclusiue num. 5. ubi tractat de sin-
gularitate obstatiua, diuersificatiua; & cu-
mulatiua, put cumulatiua est nostra. Alex.
in cōs. 53. nu. 4. in uer. ergo, vol. 1. vbi dicit
cōfessionē esse actū reiterabilē, & tali casu
nō posse dici testes singulares, Cur. iu. i cōs.
64. num. 7. volum. 1. Calca. in cons. 9. num.
3. & Castr. secutus fuit Dec. in cons. 650.
num. 10. Camera. Beneuent. in suo consil.
matrim. post cons. Zabarel. posit. sub num.
19. fol. mihi 200. & ita concordan. opinio-
nes firmat etiam Maschard. in tract. de pro
batio. conclus. 379. num. 11. & seq. hancq;
conclusionem nouissimè secutus fuit Pe-
droch. in cons. 2. num. 141. & seq. & num.
* 147. & hanc esse communem opinionem
dicit Ioseph. Ludoui. in decis. Perusi. 9. nu.
14. & conclusiuè num. 15. par. 1. A qua in
consulendo, & iudicando recedi non de-
bet, prout dicit Soc. sen. in cons. 178. num.
9. volum. 2. Iaso. cons. 76. num. 3. volum. 3.
Dec. in cons. 174. num. 1. in fi. & in consilio
146. num. 7. & Cassad. super regul. Cancel.
decis. 12. num. 7. & quod etiam coniungan
34 tur testes † singulares, quando tendunt ad
eundem effectum etiam per diuersa media
ad plenè probandum, dicit Abb. in cap. fin.
num. 6. de success. ab intest. Alex. in consil.
76. num. 4. & 5. volum. 6. quem secutus fuit
Ripa in l. admonendi sub num. 206. ff. de
iureiur. Ancha. in cons. 276. num. 4. ante fi.
in uersicu. & ideo, & Corne. consilio 13.
volum. 1.

Et quod testes non singularitate obstati
35 ua, prout erant in casu Susannæ, † cum di-
ctum unius testis alteri contrarietur, atten-
to quod de eodem facto deponentes, quod
reiterationem non recipiebat, diuersimodè
deposuerint: sed adminiculatiua, prout est
in casu nostro, cum depositio unius testis al
teri adminiculetur, cum de tali confessione
reiterata sponsaliorum de futuro deponāt,
probent,

probent, & coniungi debeant, tradit Bald. ita singulariter distinguendo in usib. feud. in rub. de controuer. inuestitu. sub num. 2. quem secutus fuit Barba. in cons. 40. num. 29. in prin. vol. 3. & idem Bal. in c. licet causam nu. 11. de probat.

Præterea prout dicit ipse Aymo in d. cō silio, colum. ult. in uer. præterea non videtur diuersitatis ratio, quare magis credatur duobus testibus deponentibus de una confessione coram eisdem facta eodem loco, & tempore, quam si deponant de diuersis confessionibus diuersis loco & tempore factis, dũmodò ex tali diuersitate nulla resultet contrarietas aut diuersitas facti; & esse absurdũ, q in talibus cōfessionib. reiteratis sola idẽtitas tẽporis, aut loci augeat fidem testium, cum non tractetur de probando actum momentaneum, & nos habemus te-

36 stes † sufficere esse concordes in facto principali, prout dicit idem Aymo in prædicto loco cum allegatis per eum num. 6. & sic resolutum sit etiam prædictos tres testes de dicta extraiudiciali confessione eisdem facta probare, absque eo quòd consideretur d. D. Antoniam esse nobilem, & sororem d. D. Ioannis Andreæ.

Et supradictis etiam accedat probari de alia consimili confessione prædictorũ sponsaliorum per d. D. Io. Andream facta, per duos alios testes de loco, & tempore contestes, videlicet Floreanum 20. testem super 14. capitulo deponen. d. proces. fol. 56. ter. & Laurentium 21. testem similiter deponen. super eodem articulo fol. 57. ter.

Quibus confessionibus extraiudicialibus de dictis sponsalibus de futuro contractis per d. D. Io. Andream cum prędicta D. Laura stantibus, dico ipsum D. Io. Andreã perinde haberi, ac si in iudicio cõfessus fuis-

37 set, cum confessio † extraiudicialis geminata uim habeat & effectum unicæ iudicialis confessionis, prout dicit Roma. in l. si vero, §. de viro, sub num. 56. in fi. ff. solut. matrimo. vbi tradit hoc pro regula, quam secutus fuit Afflict. in decisio. 164. num. 3. ubi dicit, quòd confessio extraiudicialis ex interuallo reiterata habet vim iudicialis confessionis, quod fortius uoluit Fely. in c. de hoc, num. 3. de Simon. ubi dicit, quod si cõfessio fuit geminata, veluti si quis confessus

38 bis fuisset delictum, † quod posset puniri, ac si in iudicio confessus esset; quod prius voluit Barto. in l. cum scimus, num. 6. C. de Agric. & censit. lib. 11. & quòd tantum operetur confessio extraiudicialis geminata, quantum facta in iudicio; etiam firmat idẽ Roma. in l. nuda ratio, num. 3. in uer. secundo, ff. de donat. & quòd confessio extraiudicialis reiterata inducat obligationem, & faciat probationem, etiamsi fuit facta parte absente, tenet Paul. de Cast. in l. Publia. §. fi. nu. 5. ff. de deposit. & ita etiam per multa exempla firmat Felyn. in capitu. si cautio, numero 39. in vltima fallentia de fide instrumento.

Et quod confessio facta in iudicio ha-

39 beat vim sententiæ, & confessus † pro cõdemnato habeatur, habemus tex. in l. 1. & ibi Docto. C. de confess. Abb. in c. quærenti, num. 5. de offic. delega. vbi dicit, confessum per condemnato haberi in ciuilibus, secus in criminalibus. & idem dicit idem Felyn. in d. cap. si cautio, num. 24. in fi. de fid. instrumento. & Anto. de Docto. in cons. 68 nu. 19. inter matrim. diuers. volum. 1. adeo vlterius non insisto ad docendum d. D. Ioãnem Andream debere condemnari, & cogi per censuras ecclesiasticas ad contrahendum matrimonium cum d. D. Laura secundum formam Sacri Concilij Tridentini, per iura in fine alleganda, stantibus sponsalibus de futuro cum eadem D. Laura contractis, ac probatis, nedum ex uno capite, verum etiam ex quatuor capitibus, quorũ alterum per se ipsum sufficit, nedum omnia simul iuncta, prout supra firmatum est. Et congregatio Sacr. Conc. Tridentini censuit in quadam causa Aliprandæ nuncupata coram Illustrissimo D. Nuntio Apostolico Venetiarum, prout cõstat ex literis eiusdem Sacræ congregationis.

Veniendo nunc ad fundamenta partis aduersæ, & præcipue ad duo, uidelicet ad depositionem testium pro eius parte examinatorum super 17. & 18. articulis, cum alij articuli, & si probati sint, nihil releuent: & dico, quod illud quod deponunt testes super d. 17. art. videlicet, quòd d. D. Ioannes Andreas odio prosequitur d. D. Lauram; & quòd pateretur omne malũ potius, quã illam in vxorem ducere; & quòd si illam in vxorem duceret, venturum esset notabile scandalum. Et super 18. deponant, quòd si d. D. Ioãnes Andreas prædictam D. Lauram acciperet in uxorem, quòd eius pater illum

illum exhæredaret. Quia quoad primum
de odio, quo illam prosequitur, dicitur non
esse considerabile, attento quòd eam odio
prosequatur, ex quo ipsa egit in iudicio ut
cogeretur per censuras ecclesiasticas ad il-
lam accipien. in uxorem iuxta formam Sa-
cri Concilij Tridentini, stantibus sponsali-
bus de futuro etiam cum iuramento inter
eos contractis, iuxta formam c. ex literis, el.
2. & ibi glo. in uer. compellat, de sponsali-
bus, ut de nolente fiat volens, prout dicit ea
dem glos. post princip. Prout quòd odio
prosequatur dicto de causa dictam Domi-
nam Lauram, deponit D. Franc. Midana
3. testis a parte inductus d. proc. fol. 98. qui
quidem testis de hoc plenè probat, etsi sit
40 unicus testis, † contra dictum producentẽ,
prout dicit Soc. iun. in cons. 69. num. 3. vol.
3. Cephal. in cons. 141. num. 16. uolum. 1.
Bero. in cons. 96. num. 2. volum. 3. & Rimi-
nal. iun. in cons. 152. num. 1. & in cons. 183.
num. 11. & in cons. 210. num. 31. volum. 2.
41 cum quis pœnam † non mereatur in faciẽ
do, quod ius permittit per l. Grachus, C. de
adulterdate Dec. in cons. 230. nu. 2. in uer.
sed prædictis, & seq. prout eadem D. Lau-
ra pateretur; si ex quo conuenit d. D. Ioan.
Andream in iudicio, ut seruet datam fidem,
unde odium uenit, ius suum consequi non
posit, imo illud amitteret, quod absurdum
esset dicere a canone decipi; & quod in fa-
uorem ipsius inductum est, in eius odium re
torqueri, iuribus vulgaribus: & ad dicta latè
per Dec. in d. loco proxime citato.

Prout nec alia similiter desuper dicta cõ
sideranda sunt ad retardandam, seu tollen-
dam dictam coactionem; ex quo contrahẽs
42 † sponsalia cum iuramento, uel sine, si non
seruet datam fidem, peccet mortaliter, &
* est communis opinio; prout dicit Alex. de
Neuo in c. requisiuit, nu. 10. in uers. ultimo
de sponsalib. & ideo ecclesia ipsum per cen
suras ecclesiasticas nititur cogere ad obser-
uandam datam fidem; prout dicit d. glosa,
in uer. compellit. & in iure clarum sit pro
43 euitando scandalo † aliquem non debere
committere, vel omittere ea, per quæ inci-
dit in peccatum mortale, prout dicit Abb.
in cap. ex iniuncto, num. 7. in princ. de nou.
oper. nuntia. nec pro euitando damno ali-
quod malum committere, prout dicit idem
Abb. in c. Sacris, num. 1. & 7. de his, quæ ui
metusve cau. fiũt. Vltra quòd accipere uxo
44 rem † contra voluntatem patris non sit de
causis, ex quibus filius exhæredari pos-
sit per tex. in Auth. vt cum de appellat. co-
gnosci. §. ait quoq;, in uer. causas, ubi causę
exhæredandi enumerantur. Et in specie ita
firmat Dec. quamplura iura & auctoritates
allegando in d. cons. 230. num. 1. in uer. sed
quæritur, & num. seq. omnino viden. Et du-
bitandum non est d. D. Io. Andream de be-
re per censuras ecclesiasticas cogi ad con
trahendum matrimonium cum d. D. Lauræ
45 stantibus prædictis sponsalibus † inter eos
contractis; prout dicit Abb. in d. c. ex literis
el 2. num. 3. & seq. & in c. requisiuit in fine,
& ibi Card. Alex. num. 2. in fi. & ibidem
* hanc esse cõmunem opinionem dicit Alex.
de Neuo num. 10. in uer. ult. sequitur Rim.
iun. in cons. 538. num. 25. volum. 5. & Eue-
rar. in cons. 178. num. 7. & seq. ubi similiter
de communi attestatur. Et ex his ostensum
sit de bono iure d. D. Lauræ, et d. D. Ioan-
nem Andream debere cogi ad matrimoniũ
cum ea contrahendum secundum datam
fidem.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Episcopus quas ecclesias visitare
possit & non, tam iure ordina-
rio, quam in vim Concilij Triden-
tini.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nõ potest eximere a se, suoque Episcopatu & successoribus facultatem procurandi & visitandi ecclesias diœcesis.*
2 *Confirmatio Papæ ex certa scientia operatur illud, quod operari non potest generalis concessio & abdicatio.*
3 *Monasterium susceptum sub tuitione Sedis Apostolicæ est exemptum ab ordinario.*
4 *Concilij Triden. c. 11. ses. 25. de regular. declaratur.*
5 *Episcopus, & Vicarius monasterij exempti, si eodẽ instanti concurrerent in visitatione, Episcopus vti superior deberet præferri.*
6 *Clausula derogatoria quid operetur.*
7 *Concilij Triden. declaratio ad quos pertineat.*

CONSILIVM LXXXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Respondendo dubijs mihi propositis pro parte Reuerendarum Monialium monasterij S. Theonisti alias S. Mariæ de Molianis de Taruisio, uidetur primo dicendum Illustrissimum & Reuerendissimũ Dominum Episcopum Taruisinum iure ordinario potuisse, & posse uisitare Ecclesias tam curatas, quàm non curatas eisdem monasterio, & Monialibus subiectis, in quibus facultatem habent instituendi, & destituendi, non obstante, quod generalibus uerbis alias in eleemosynam cum dictis ecclesijs d. monasterium per Reuerendissimum D. Ronzon. olim Episcopum Taruisinum collatum fuerit, cum non censeatur per hoc a se, suoque Episcopatu, & successoribus exemisse facultatem inter cætera procurandi, & uisitandi præfatas ecclesias, cum nec hoc facere potuerit, nec aliquis Episcopus possit,
1 † prout dicunt in c. cũ venerabilis Ant. de Butr. num. 12. & Abb. num. 2. & glo. in uer. causa de censib. & Imol. in c. pastoralis præsertim in fi. de donat.

Et aliquid non uidetur referre, & si talis concessio fuerit confirmata per summos Pontifices, videlicet Alexandrum, Clementem, & alios, attento quod talis cõfirmatio, & approbatio fuerit facta ad postulationẽ dictarum monialium, & non ex certa scientia Papæ; prout fieri oportebat ad effectũ, quod per dictam concessionem censeretur translatum in d. monasterium, & Moniales ius uisitandi dictas ecclesias, cum confirma
2 tio† Papæ ex certa scientia operetur illud, quod operari non potest generalis concessio, & abdicatio, ita voluerunt in d. cap. cum venerabilis idem Ant. de Butr. sub n. 10. & seq. & Abb. nu. 4. de censib.

Quibus tamen non obstantibus fortiter uidetur obstare, quod d. Illustrissimus & Reuerendissimus D. Episcopus non possit visitare dictas ecclesias iure ordinario; sed tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, cum in dictis priuilegijs d. monasterium fuerit, & sit susceptum sub tuitione, & protectione Beati Petri, & Romani Pontificis, & pro-
3 pterea exemptum † ab ordinario per cap. si Papa de priuil. in 6. cum monasteria exempta iure ordinario, & alias ecclesias eisdem vnitas ex dispositione Sacri Conc. Trid. per ordinarios uisitari non debeant, sed per eos tanquam Apostolicæ Sedis delegatos c. 8. sess. 21. de reform. & c. 8. sess. 7. similiter de reformat.

Neq; præmissis aliquid obstat c. 11. sess.
4 25. de regularib. & monialib. † quia illud non loquitur de monasterijs exemptis uigore priuilegiorum; prout nos sumus, sed de exemptis ratione regularis obseruantiæ, prout ex eius lectura manifeste apparet.

Et cum dictus Episcopus uideatur debere uisitare non uti ordinarius, sed uti Apostolicæ Sedis delegatus, non videtur posse impedire, ne d. Moniales per suum Vicarium visitent dictas ecclesias, quod uidetur procedere etiamsi d. Episcopus iure ordinario posset visitare, uerum est tamen, quod si simul concurrerent eodem instanti Episcopus & earum Vicarius, quod uti superior
5 deberet præferri Episcopus, † ad firmata per Ant. de Butr. in c. de Monachis, col. 4. in medio. in uer. de potestate de præbend. & in d. c. cum venerabilis, col. ult. ante med. in uer. unde singulos de censib.

Neque præmissis uidetur obstare, etsi pro parte d. Illustrissimi D. Episcopi dicatur, quod in temporibus retro decursis uisitauit dictas ecclesias, uti ordinarius, et per hoc quod præiudicatum fuerit dictis Monialibus, etsi uti Sedis Apostolicæ delegatus debebat uisitare secũdum formam d. Sacri Concilij Tridẽtini, ex quo in quasi possessione uisitandi iure ordinario reperiatur: quia dicitur quod dicta Cap. prædictæ Cõci. cẽsentur habere clausulam derogatoriã,
6 et per hoc quouis modo præiudicari non possint ad dicta per Roch. de Curt. in enarrat. in c. cum tanto, sectio. 7. sub nu. 25. d. cõ suetu. fol. mihi 650.

Tamen quia tractatur de intelligentia d. Sac. Conc. Trid. cuius declaratio, et inter-
7 pretatio † pertinet Sacræ congregationi Illustrissimorum et Reuerendissimorũ DD. Cardinalium eiusdem Concilij interpretum, existimo pro ueritate haben. consulendam esse dictam Congregationem, et eidem data Copia primæ concessionis fact.

per

per prædictum Episcopum Ronzon, et privilegiorum præfatorum ab eadem resolutionem expectare, cui me remitto.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Fructuum beneficij pars an possit per Episcopum cum capitulo, vel sine, applicari Seminario, in quo consideratur constitutio Con. Trident.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta recipiunt interpretationem secundum subiectam materiam.*

2 *Episcopus ex causa, cum consensu capituli potest constituere de retinendis fructibus dignitatis, vel præbendæ vacantis, & alia facere, nu. 3*

4 *Episcopus potest subtrahere aliquid de fructibus beneficij conferendi ad aliquem vsum pium expendendum, antequam beneficium conferat.*

5 *Episcopus, & capitulum simul possunt aliquid statuere ex causa, & ad tempus super beneficio vacante, & illud statutum electus seruare tenetur.*

6 *Causa limitata limitatum producit effectum.*

7 *Statutum pro necessitate contra regulas iuris habet locum, quantum durat necessitas.*

8 *Error in procedendo quando valeat.*

9 *Actus ad validitatem duo concurrere debent, voluntas, & potentia.*

10 *Actus agentium regulantur secundum potentiam agentis, & aptitudinem recipientis.*

11 *Actus si non valet vt agitur, valet, vt valere potest.*

12 *Res transeunt de vno ad alium cum suo onere.*

CONSILIVM LXXXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Seminarij Tarquinij venit sententiandũ bene iudicatum ad fauorem eiusdem Seminarij; et male appellatum pro parte Reuerendi presbyteri Rochi Pasetti aduersarij, quia licet Sacra Congregatio Illustrissimorum et Reuerendissimorum DD. Cardinalium, qui Concilium Tridentinum interpretantur, terminauerit applicationem ad tempus factam fructuum præbendę de Maserio tunc vacantis, de quibus agitur, primo magistro clericorum eius Cathedralis, et deinde Seminario eiusdem ciuitatis per Illustrissimũ et Reuerendissimum D. Episcopum Tarquinium de consensu sui R. capituli, demptis de illis ducatis quindecim, vltra distributiones quotidianas presbytero prouidẽdo de eadem mansionaria, dandis, de qua in processu apparet esse nullam, tamen talis applicatio de iure communi sustinetur, cui per Concilium præfatum non derogatur. Et ad casum sunt dicta Bal. in l. si queramus, num. 4. in uer. et ideo si statutum, ff. de testamen. cum et † rescripta recipiant interpretationem secũdum subiectam materiam. Bal. in rub. de rescript. num. 10. cum fuerit facta ad tempus, et ad pios vsus, et ex causa iusta, et necessaria de fructibus præbendæ uacãtis per cap. 1. §. si uero, et ibi glos. in uersic. constituat, et Innoc. latè num. 6. in princip. vt ecclesia. benefi. sine diminutio. cõferant. ubi expressè dicit, quod Episcopus ex causa, † ueluti si ecclesia debitis grauetur, non per hoc restringendo dictum, cum quamplura alia exempla adducat Hosti. in sum. eod. infra allegan. cum consensu capituli sui potest constituere de retinendis fructibus dignitatis, uel præbendæ uacantis, imo et quòd Episcopus non vacante ecclesia potest ex causa iusta res ecclesiæ alienare, cũ ecclesia cum dotibus suis ad Episcopos pertineat, et num. 7. ubi similiter dicit, quòd cum auctoritate capituli sui potest † constituere, quòd ad tempus, et etiam in perpetuum possit fructus alicuius dignitatis tenere, et ecclesiam, et in proprios usus conuertere, et Inno. late secutus fuit ibidem Abb. sub num. 10. per totum, ubi etiam dicit, delata potestate episcoporum circa beneficia subiecta hic pertractasse Innoc. et eos secutus fuit Rodoan. in tract. de simon. mental. in 2. par. cap. 21. num. 26. et seq. tracta. tom. 15. fol. 71. ter. par. 2. et ante Abb. et Rodoan. firmauit optimè Hostien. in summa eod. tit. §. est autem regula ante fi. in uersic. quamuis autem beneficia, omnino uidend. quia pulchra sunt eius dicta; et a fortiori ad casum facientia vltra dictum nostræ conclusionis, ubi etiam adducit plura exempla, ut dixi, ad demonstrandum, quæ possit esse causa iusta, et necessaria, ut possit cum capitulo

pitulo suo Episcopus retinere fructus beneficij vacantis, cum regulariter sine diminutione, prout & ipse dicit, conferri debeant.
4 & q Episcopus † possit subtrahere aliquid de fructibus beneficij cōferendi ad aliquē usum piū expendendū, antequā beneficiū conferat, tenet S. Tho. in 2. 2. q. 100. §. ad 4. in fi. vbi dicit circa collationē beneficiorum sciendum esse, q si Episcopus antequā alicui beneficium conferat, ob aliquam iustam cām ordinauerit aliquid subtrahendū de fructibus beneficij conferēdi, & in pios vsus expendendum, non esse illicitum; si uero ab eo, cui beneficium confert, requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idē esse ac si aliquod munus ab eo exigeret, & q non caret vitio simoniæ; quem refert, & sequitur idē Rodoa. in præcitato loco, nu. 28. & seq. & ante eum secutus fuit Hiero. Zanet. in tract. de foro conscietiæ, & cōtentio. sub n. 8. vbi refert eadē verba S. Th. tract. to. 3. par. 2. f. mihi 406. &
5 q Episcopus † & capitulū simul possint aliquid statuere ex cā & ad tēpus super beneficio vacante; & illud statutum teneatur seruare electus, allegando dictum §. fin. & ibi Innoc. in d. c. 1. vt ecclesia. benefic. sine diminut. conferant. tenet idem Hostien. in cap. significasti, nu. 8. de electio. & sic cum causa, & necessitas applicationis fructuum adhuc perduret in casu nostro, cum adhuc redditus, & introitus præfatū Seminariū sufficientes non hēat, ex quibus sustētari valeat, prout ex processu apparet, manifeste edocetur, & applicationem præfatam sic de iure factā perdurare debere, donec causa eiusdē necessitatis cesset per tex. apertum in ca. 2. & ibi Card. Flor. in 3. nota. Pet. de Anch. in 5. nota. & Ant. de Butr. in 1. nota. de custodi. eucharist. ubi dicit propterea, quòd li-
6 mitata causa limitatum producit effectū; c. quoniam, & ibi glo. in ver. necessitatem 48. d. tex. in c. quòd pro remedio, & ibi optimè Card. Alex. nu. 11. q. 7. tex. in c. ordinationes, §. quamuis autem. 9. q. 1. vbi Papa similiter dicit, quod illud, quod pro necessitate factum est, non vult Sacris canonibus præiudiciū afferre, sed quod obtineat propriū robur; & cessante necessitate illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est. Bar. in terminis etiam casus nostri in l. 1. §. nunciatio nu. 28. in uer. quandoque fit iuris nostri, ff. de ope. nou. nun. vbi dicit, quod quā-

7 do aliquid statuitur † pro necessitate cōtra regulas iuris communis, intelligitur habere locū, quantū durat necessitas per l. senatus, ff. de offi. præsid. & in l. 1. in fi. ff. de ferijs. refert, & late prosequitur Tiraq. in Fallent. regul. in regula causa cessante sub nu. 184. fol. mihi 135. licet Hostien. per ver. forsan. in d. cap. 1. num. 29. in ver. de capituli consilio, ut Ecclesia. benef. &c. dicat talem applicationem debere fieri per triennium, vel quinquennium. & cum eo transit ibidem Boich. num. 8. & seq. & prius Card. nu. 3. in ver. septimo, cum necessitas regulet quoad tempus perdurandi concessionem; & non concessio necessitatem, & ideo tempus certum non potest constitui, per iura & auctoritates desuper adducta.

Neq; obstat si dicatur, q d. Illustrissimus Episcopus cū capitulo fecit talem fructuū applicationem vigore Conc. Triden. & nō iuris cōis, & per hoc cū ex dispositione eiusdē Concilij nō sustineatur, imo nulla remaneat, prout d. Illust. & Reuer. D. Cardinales interpretes d. Conciliū interpretati fuere, q propterea vigore iuris cōis talis applicatio, vt supra, ad tempus, & ex causa facta non sustineatur; quia ad hoc respōdetur tollendo obiectū, quod ex quo apparet d. Illustrissimū D. Episcopū talem applicationem voluisse facere cum suo capitulo, & vt supra fecisse, & de iure cōi potuerit illam facere per auctoritates desuper adductas; cum & Conciliū præfatū in c. 18. §. quod si cathedralium, ses. 23. de refor. vbi de erectione, & cōseruatione Seminarij loquit, talē erectionē, & cōseruationē piū opus appellat; q licet deceperit se, putando talem facultatē applicandi dictos fructus esse sibi concessam à iure Concilij, cum fuerit cōcessā a iure cōi; quod nihilominus dicto errore iuris non obstante dicta applicatio tenet, & sustinetur, ad dicta in terminis per Innoc. in c. cū ex officijs num. 3. de præscript. ubi dicit, quod si quis putabat habere duas auctoritates, & nō haberet nisi unam ordinariam, & se declarasset, & protestatus esset, quod tantum auctoritate Papæ volebat procede-
8 re, quòd nihilominus processus † cum tali errore valet, cum certum esset voluisse procedere, & error iuris non impediat verum processum, per iura per eū allegata, & hec est ratio, quia ad actum faciendum non deficit voluntas faciendi, neq; ius, seu iurisdi-

licet

ctio, cum haberet ordinariam iurisdictionē, licet illa usus nō esset, prout in casu nostro, cum ad actus validitatem duo substantialia
9 concurrere debeant † voluntas scilicet, & potestas, prout optimè firmat Ant. de Butr. in c. cum super nu. 7. in 4. nota. de offi. delegat. ubi dicit, quod repugnāte potestate vo luntati, & voluntate potestati, actus, qui geritur, est nullus; quia quando geritur, geritur per modum iurisdictionis: & sic ad validitatem actus, quod oportet duo, scilicet voluntatem & potestatem concurrere, quod omnino facit ad decisionem præfati obiecti, ad quæ faciunt etiam dicta Bal. in l. vsufructu, num. 3. ff. solut. matri. ubi dicit, actus
10 † agentium regulari secundum duplicem personam, scilicet potentiam agentis, & secundum aptitudinem recipientis.

Nec minus cohærent dicta Bar. in l. 1. §. si quis ita, n. 5. ff. de verb. obli. vbi dicit, ꝙ si
11 ego, aliq d ago, † & nō valet, ut ago, ꝙ ualet ut valere pōt in infrascriptis casibus scilicet.

. Primo si constat me, ut potest ualere uoluisse, prout constat de uoluntate prædicti Episcopi, cum mandauerit per dictionem omnimodo &c. exequi dictam applicationem fructuum, prout constat in calce eiusdē applicationis.

. Secundo, si non appareret de tali uoluntate, & inter id, ꝙ agitur, & agi pōt, & est solum differentia in commodo, & non in con stituendi modo, aut est differentia in cōstituendi modo: & primo casu dicit, ꝙ valet, vt ualere potest, quod ego. Secūdo uero casu, ꝙ non ualet nisi in parte, si ex mea uolun tate in totū non dependet, ꝙ facio, vnde in quolibet casu cohærent dicta uerba, cū talis applicatio in totū penderet a uolūtate Episcopi cum consensu capituli sui, & illam uo luerit omni modo sortiri effectū, ut est dictū

Nec d. R. Pasettus habet aliquam iustā causam conquerendi de dicta fructuum applicatione, ut supra facta, cum dicta præbenda postquam ad manus duorum aliorū presbyterorum de ea prouisorum sic diminuta fructibus, de ea ipse fuit prouisus per uiam resignationis; & de tali fructuum applicatione bene informatus; & quia regulariter plus iuris in alium quis non transfert, quā ipse haberet; & talis debebat esse intētio dicti resignatarij; & quia uolenti non
12 fit iniuria; & quia res † transeunt de uno ad aliū cū suo onere, prout videmus quotidie obseruari in beneficijs pensione grauatis, & in bonis fideicommisso subiectis, iurib. vulgaribus. Et ista sufficiat me dixisse & ad docendum de bono iure Seminarij, & pro huiusmodi causæ expeditione.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Testium materia discutitur in causa Sanctæ Inquisitionis. De inimicicia ex quibus contrahatur. Et de vi bonæ famę.

SVMMARIVM.

1 *Testes Susannæ quare fuerint reprobati.*
2 *Inimicitia capitalis oritur ex iniuria verbali.*
3 *Verba iniuriosa in genere prolata denotant delictū, licet commissum non sit.*
4 *Inimicitia capitalis vnde oriatur.*
5 *Inimicus capitalis alicuius quis dicatur.*
6 *Testibus inimicis non creditur, etiam in crimine heresis, nu. 14.*
7 *Iudex non debet credere deponenti inuerisimilia.*
8 *Testi de auditu auditus non est credendum.*
9 *Testes licet discordent in tempore & loco, dummodo concordent in facto in specie, probant.*
10 *Probationum materia in litibus ab arbitrio iudicis pendet.*
11 *Periuri an, & quando admittantur in testimonium fauore fidei, & nu. 12.*
13 *Testibus conspiratoribus detrahitur de fide, etiam in offic. S. Inquisitonis.*
15 *Testibus deponentibus de facto suo, & de pertinentibus ad eorum officium standum est.*
16 *Fama bona probata tollit præsumptionem contrariam.*

CONSILIVM LXXXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Illustrissimi & Reuerendissimi DD. Ad tria restringitur causa R. D. Ioannis Antonij, videlicet quod in die Sabbati carnes comederit, quod missam nō consecrando celebrauerit, & quod bis tempore Paschatis Resurrectionis Sacerdoti peccata sua non confiteater, nec Sanctissimum eucharistiæ Sacramentum assumat.

Et quoad primum, qđ carnes comederit in die Sabbati per tres testes cōtra eum re-

ceptos uidetur probari, uidelicet per duos de visu deponentes, & unũ de auditu audi tus, quorum aliquis tamen nihil probat. Et quia d. duo testes, qui de uisu attestãtur, sũt singulares singularitate obstatiua, in uerisimilia deponunt, & quia alias exceptiones forsan patiunt vltra prędicta, ut infra dicet.

Et quod sint singulares singularitate obstatiua, euidenter apparet ex eorũ lectura; nam quintus testis in ordine ad offensam examinatus deponit, quod dictus Ioannes Antonius delatus comedit qualeas in die Sabbati tempore Aduetus, & quod illas se cum portauit in domum N. Octauus uero testis, qui similiter de uisu deponit, dicit, q d. Ioannes Antonius comedit qualeas in die Sabbati tempore Aduetus in domo N, & quod fuerunt missæ per q. N. ad d. Ioannem Antonium, ac portatæ per quendam cestarolum ad dictam domum; et sic sunt testes singulares singularitate obstatiua, cũ vnus dicat, quod dictus delatus dictas qualeas secum portauit: alter uerò, quod fuerũt portatæ per quendam cestarolum ab N. et d. delato Missæ; cum indubitati iuris sit, te-
1 stes singulares † singularitate obstatiua, prout fuit illa Susannæ, cum unus eneruet dictum alterius super unico actu deponentes nihil probare, prout firmat Ioan. a Roya. in sing. in fauorem fidei, 103. num. 6, in uersi, quando cum cõtrarietate: et in tract. de hæretic. assertio. 6. num. 122. par. 2. et Simanc. de cathol. institutio, in tit. 64. de testib. nu. 62. quod prius dixit Bal. in rub. de controuer. inuestitu, sub num. 2. ad fi. quem secutus fuit Barbar. in cons. 40. nu. 29. in princ. volum. 3. et Caccialup. in reperi. l. admonẽdi, sub nu. 91. in uer. tertia, ff. de iureiur. et idem Bal. in cap. licet causam, num. 11. de probatio. et Aymo late cons. 267. sub nu. 3 et seq. et facit Sali. in l. testiũ, nu. 15. in uer. semiplenè, C. de testib.

Et quatenus unus de dictis duobus testibus esset Andreas Sthini, eidem in aliquo etiam non uenit credendum, quia est inimicus capitalis d. Vergij delati; prout deponunt eccel. D. Gaspar de Horatijs primus testis; D. Nicolaus Manolesso secundus testis. excellens D. Secundus Cremona sextus testis, magnificus D. Octauianus Zeco septimus testis, & D. Octauianus Peruccius octauus testis, omnes ad defensam d. delati examinati, qui et de causa inimicitiæ deponunt, prout tenentur, Gram. decis. 35. num. 25. et seq. cum allegatis per eum, uidelicet eo quia ipse Andreas prætendit a seruitio, quod pręstabat mag. D. Ludouico Ritio in suis negotijs gerendis fuisse expulsum de sua domo, in qua permanebat, et a tali seruitio industria, et opera dicti R. Vergij, et quod etiam propterea mouit litem idẽ D. Ludouicus contra eundem Sthini pro ducatis quatuor mille, quos ab eodem ratione administrationis seu negotiationis prædictæ prætendit, de omnibus imputando idẽ Andreas dictum Delatum: ac etiam deponunt de uerbis iniuriosis, quæ pluries protulit idem Andreas Sthini contra eundem
„ delatum, videlicet § Che il detto Vergio
„ era un ladro, un furfante, un mariol, & che
„ saccua stare hor questo, hor quello § & simi
„ lia. Cum dubium non sit ob iniurias ver-
2 bales inimicitias † capitales inter iniuriatũ & iniuriantem oriri; prout firmat expresè Bal. in c. ueniens, nu. 5. de iureiur. quem secuti fuerunt Ias. in l. procuratoribus, nu. 5. C. de procura. Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 23. circa medium, in uer. item oritur capitalis inimicitia, vbi etiam dicit, cum occurisset sibi in facto in causa satis vrgenti, ita iudicatum fuisse, ff. de quæstio. & in cons. 3. num. 12. Roland. a Vall. in cons. 84. num. 38. vol. 1. & latè Gram. in voto 6. nu. 4. & 5. quos refert & sequitur Franc. Pegn. in Directo. Inquisito. in quęst. 67. commet. 116. col. 3. in fi. in uer. octauo oritur f. mihi 658.

Et quod dicta uerba sic in genere prolata sint uerba iniuriosa, cum denotent deli-
3 ctum, † licet commissum non sit, not. Bar. & Bal. in l. 3. nu. 2. & ibi etiam Ias. nu. 5: & Castren. nu. 4. ff. de liber. & posthu. Ang. in §. 1. nu. 2. & Ioan. de Plat. in §. 2. nu. 8. Instit. de
& iniuri. & ita communiter teneri dicit idem, Pegn. in præcitato comment. columna 4. post princip.

Prout etiam considerari potest eundem Sthini esse inimicum capitalem eiusdem delati, ex quo ipse prætendit, & conquestus fuit ad instigationem eiusdẽ Vergij, & sua causa fuisse eidem motam litem per dictum D. Ritium super dicta magna quãtitate pecuniæ ducatorũ quatuormille, prout testes deponunt, ita firmat Bar. in l. 3. nu. 2. ff. de testib. quem sequitur Pegn. in d. comment. 116. in uer. idem sentiendum, ac etiam quia prætendit eundem Sthini fuisse priuatum

opera

opera dicti Delati, prout est dictum, & testes deponant de dicta negotiatione, & sic de magna re, considerata qualitate eius personæ, & importantia negotiationis prædictæ; cum ex priuatione, seu spoliatione magnæ rei, dubium non sit, † inimicitiam capitalem etiam oriri; prout dixit Ioan. de Anan. in c. cum oporteat, nu. 6. in uer. adde tamen, de accusat. per ca. item cum quis, de restit. spoliat. & sequitur Pegn. in præcitato loco sub 11. caus. ad fin. in uersicu. idem etiam.

4

Prout etiam aliquid non est credendum ex hoc alio fundamento, si dictus octauus testis, qui deponit contra dictum Delatum, quod comederit qualeas in die Sabbati, esset quædam Marina, quæ est concubina d. Andreæ Sthini, & cum ea commoratur in domo sua, cum propterea censeatur etiam inimica capitalis dicti R. Vergij Delati stante inimicitia prædicta dicti Sthini, prout deponet testes super 4. articulo, secundus, &

5 septimus testis; cum inimicus † meus capitalis præsumatur, qui cum inimicis meis capitalibus commoratur; prout dicit Cardin. Alexandri. in cap. accusatoribus, num. 2. & ibi Dominic. de Sancto Geminia. num. 1. & Ioan. a Turrecrema. 3. quæstio. 5. & voluit Hostien. in summa in titu. de accusat. in §. quis possit, colum. 2. post medium in uersicu. ergo inimici, & idem Pegn. in præcitato commet. 116. colum. 6. post medium in 15. cau. & etiam indubitati iuris sit propter inimicitiam capitalem, quæ est inter dictum Delatum & testes prædictos,

6 talibus testibus, † si contra eum deponant, nihil prorsus credi, etiam in hoc Sanctissimo Tribunali Inquisitionis, sed omninò eorum testimonia reijci; prout firmat Eymer. in Directo. Inquisito. in d. quæstio. 67. 3. par. & ibi Pegn. in dicto commet. 116. in

* princip. ubi dicit, ita communiter teneri, & idem Pegn. in tit. de defens. reor. in commet. 28. colum. 3. ad fin. & sequen. dicta 3. parte, fol. mihi 481. Zanchi. de hæretic. cap. 13. num. 3. & ibi latè Addit. in uer. conspiratores, vel inimici capitales, quod prius firmauit Hostiens. in summa in titu. de accusatio. §. quis possit, colum. 3. in uersic. admittitur, & uoluit Archi. per Eymeri. citat. in cap. vt officium, colum. 3. ante medium in uersicu. debent etiam inquirere de hæretic. in 6.

Prout nec videtur eisdem testibus sic de „ uisu deponentibus credendum, licet huiusmodi fundamento parum egeat dictus Delatus, stantibus dictis exceptionibus singularitatis obstatiuæ, & capitalis inimicitiæ obiectis & probatis; ex quo videtur apertæ inuerisimilia deponere, prout in principio dictum est; cum tempore Aduentus tales qualeæ minimè inueniri soleant; prout nos experientia docet; sed tantum de mense Iulij, Augusti, Septembris, & forsan Octobris, ad finem autem Nouembris, & de mense Decembris, prout testes videntur deponere, non inueniri dubium non uidetur: & ideo etiam ex isto capite omni fide carere debent; prout dicit Natt. in consilio 633. numero decimoquarto, volumine tertio. Aymo in consilio 134. numero 36. & sequen. Deci. in cons. 94. numero secundo, in ver. secundo.

Et quòd iudex inuerisimilia deponenti

7 non debeat credere, † dicit Gram. in cons. 45. num. 8. in crim. & quòd sit contra testes inuerisimilia deponentes præsumptio falsitatis: & ideo non esse credendum, dicit Abb. in c. quia verisimile, num. 3. de præsumpt. & quod illud, quod est verisimile inspici debeat, & nō quod a uerisimili distat, „ cum sit quædam falsitatis imago, dicit Bal. „ in l. 1. num. 16. C. de seru. fugiti. quem late „ secutus fuit Ias. in l. si extraneus, num. 8. & seq. ff. de condict. cau. dat. & idem Gram. in cons. 42. num. 14. in crim. & in voto 14. nu. 8. & latè Mascha. in conclus. 1370. nu. 1. & seq. vol. 2.

Prout etiam non uenit credēdum dicto tertio testi de auditu auditus deponenti, 9

8 † carnes comederit d. Delatus in die Sabbati & Veneris, & comedere fecerit omnibus de domo N. quia talibus testibus etiam in huiusmodi causis, prout alijs causis criminalibus, non creditur, ad firmata latè per Simanch. de catholi. institutio. in tit. 64. de testib. sub num. 39. & seq. Alex. in cons. 72. nu. 8. in fi. uol. 1. & in cons. 1. num. 4. in fi. & sequen. volum. 3. & Marsil. in consilio 76. numero 25.

Et quatenus d. testis esset Clarissimus D. Petrus Basadonna, eidem etiam in aliquo non uenit credendum, quia est inimicus capitalis dicti Vergij propter verba iniuriosa „ contra eum prolata, uidelicet § Questo „ sfratato, fursante hà fatto star questo

„ e quello, hà rubbato la Religione, tristo, ma
riolo. § Et similia, ac verba minatoria, vide-
licet § Che lo voleua rouinare § prout de-
ponunt 2. testis, & 6. testis, qui etiam depo-
nũt de cã Primus testis licet nõ deponat de
inimicitia, & de verbis iniuriosis prolatis
contra d. Delatum per d. Clarissimum D.
Petrum, deponit etiam 8. testis, omnes ad
defensam eiusdem Vergij examinati; &
propterea dubium non sit etiam ex isto ca-
pite aliquid eisdem non esse credendum
per ea, quæ superius dicta sunt; & iura alle-
gata in personam Andreæ Sthini, quorum
hic propterea eorũ repetitionem omissam
esse volui, ad illa me referendo.

Prout etiam aliquid non venit creden-
dum Dominico Innocenti, quatenus que-
relasset eundem Vergium, vel alias contra
ipsum deposuisset.; ex quo similiter est ini-
micus capitalis d. Delati eadẽ cã litis motę
per d. D. Ritiũ contra eundem Innocenti
ad persuasionem d. Vergij, & eius causa;
prout ipse prætendit: & quia protulit eadẽ
verba iniuriosa contra eundem Vergium,
& similia, prout protulit Andreas Sthini, ac
ẽt verba minatoria contra eius vitam, & ho
„ norẽ dicendo, ut vulgo dicitur § Che dicto
„ Vergio è vn mariolo, vn tristo, vn ladro, &
„ che lo voleua far morire in vna prigione, &
„ che lo vuol perseguitar finò sarà viuo § Et
similia verba iniuriosa, & minatoria; prout
deponunt similiter testes ad eius defensam
examinati, videlicet primus testis, tertius,
sextus, & octauus: & propterea dubitandũ
etiam non sit, stante dicta inimicitia capita-
li, quam habet d. Dominicus cũ d. Delato,
eidẽ omnino eius dictis de fide detrahi per
dicta & iura allegata in isto capite ad ex-
clusionem d. Andreæ Sthini.

Neq; aliquid refert, etsi dicti testes ad
defensam examinati sunt singulares de lo-
co & tempore, cum vnusquisq; ab alio se-
paratus audiuerit proferri dicta verba iniu
riosa per præfatos Andream Sthini, & Do
minicum Innocenti contra d. Delatum. Et
quia de eisdemmet verbis in specie ab ipsis
pluries prolatis deponunt; vnde tempus &
9 locus † de substantia probationis non uide
tur, cum cõcordent in eisdemmet uerbis in
specie, ad dicta per Simanc. de Cath. instit.
in tit. de testib. nu. 75. Albert. de Agnosc.
Cathol. assert. quæstio. 34. num. 12. quod
prius voluit Salyc. in l. testium, nu. 16. & 18.
in uer. secus dicerẽ, C. de testib. & Corrad.
Brun. de heretic. lib. 4. c. 9. nu. 21. & quia ad
eundem finem tendunt, & plures sunt, & fi-
de digni, ac eorũ testimonia uerisimilia con
tinent, quod apparet ex causis eorum inimi
citiarum, de quibus d. testes deponunt, &
indicant præcepta a clarissimis DD. Aduo
catoribus communis ab uno contra alterũ
obtenta, videlicet sub die 12. Ianuarij anni
1595. per præceptum obtentum per d. De
latum, & D. Ludouicum Ritium contra d.
Dominicum Innocenti, ut non deberet ali
quo modo prædictos in facto neq; uerbis
molestare sub pena ducatorum 500. &c. Et
per alterum obtentum sub die 15. eiusdem
mensis & anni per eundem Dominicũ con
tra eosdẽ, ut non deberent similiter ipsum
aliquo modo in facto, uel uerbis molestare
sub pena ducatorũ 1000. &c. Ac per aliud
preceptum factum similiter a clarissimo D.
Aduocatore cõis ad instantiã d. D. Ludo-
uici cõtra Andreã Sthini, ut deberet porta
re omnes scripturas, quas d. Andreas abstu
lit de domo dicti D. Ludouici infra tres
dies in officio Aduocariæ communis;
alias &c. sub die 26. Octobris anni 1590.
cum istis concurrentibus iudex possit etiã
testibus singularibus, quib. regulariter ple-
nè nõ creditur, fidem plenariam adhibere,
prout voluit Simanch. in præcitato tit. 64.
nu. 77. quod prius voluerunt Socin. sen. in
cons. 262. nu. 12. vol. 2. Caccialup. in repe-
tit. l. admonendi, nu. 91. paulo ante fi. de iu-
reiu. Syluan. in cons. 36. num. 9. in uersi. ad
id autem, & num. 10. Curt. iun. in consilio
106. num. 4. vol. 2. Barth. Veronen. in cons.
3. num. 11. in ciuil. Aymo in cons. 78. num.
septimo, latè Marsil. in singul. 114. & in l.
1. §. ad quæstionem, nu. 11. ff. de quæst. An-
dre. Tiraq. de poen. temper. cau. 51. nu. 106
ad dicta per Castrens. in l. admonendi, ff.
de iureiu. quem ipsi allegant; & in l. Lucius
num. 4. ff. de his, qui not. infam. vbi dicit in
arbitrio iudicis esse sequi, vel non sequi di-
10 cta testium; cum materia † probationum in
litibus ab arbitrio iudicis dependeat per l.
3. ibi dum dicit,, tu magis scire potes, ff. de
testib. prout etiam hoc communiter teneri
dicit idem Curt. iun. in dicto consilio 106.
numero 3.

Et quatenus septimus testis contra eun-
dem Delatum esset quidam Sanctus Anti-
quarius, similiter ei in aliquo non uenit
creden-

credendum per iura desuper allegata, cum sit etiã inimicus capitalis dicti Delati, prout deponunt Octauianus Zeco septimus testis; & Nicolaus Manolesso secundus testis ad eius defensam examinati, vltra quod conuincatur de contrarietate, & periurio circa eius depositionem, prout constat ex testimonialibus eiusdem testis in forma publici instrumenti confectis pro exoneranda eius conscientia manu Domini Hieronymi Grandimboni notarij publici Veneti usque sub die prima mensis Februarij anni 1587. & in hoc Sanctissimo Tribunali productis, ubi inter alia medio eius iuramento, & coram eodem notario, & testibus confessus fuit contra personam dicti Vergij nihil scire; cum fuisset pluries requisitus a quon. Reuerendo Domino Alexandro Carthusiensi, Procuratore monasterij Sancti Andreæ de litore huius Ciuitatis Venetiarum, vt deberet aliquid inuestigare contra personam dicti Delati, quia RR. Patres dicti Monasterij deliberauerant ipsum Vergium extirpare, ac alijs testimonialibus etiam in consimili forma, & cum iuramento factis per manus eisdem notarij vsque sub die tertio Februarij eiusdem anni per Dominum Dominicum Tartarum in contestem per eundem Sanctum in suis testimonialibus nominatum, qui similiter coram testibus, & eius iuramento attestatus fuit, cum requireretur dictus Sanctus a dicto Procuratore Carthusien. vt aliquid inueniret contra personam dicti Delati, quod ipse testis respondit, § Che pur altre uolte gli haueua
„ detto, & hora gli tornaua à replicare, che
„ non poteua con uerità ritrouar cosa alcuna
„ contra di lui; perche da quelli pochi da-
„ nari in poi, che pretende da sua Paternità
„ douer hauere, non sà, che poter dire, ne
„ poter ritrouare, hauendolo sempre hauu-
„ to per huomo da bene, e buon religioso,
„ & sempre conosciuto per tale. § Hæc ipse: & tamen idem Sanctus contrarium in huiusmodi Tribunali deposuit illius, quod tunc coram testibus, & cum iuramento dixit. Vnde ex isto capite etiam uenit omnino eidem de fide detrahendum ratione prædicti periutij; quia licet in hoc Tribu-
11 nali periuri † admittantur fauore fidei, & in criminis detestationem; prout alij inhabiles ad testificandum, prout dicit Ioan. a Roya, in singul. in fauor. fidei, 194. in princip. quod prius voluit Franc. Squilacen. per eundem Roya. citat. de fid. catholi. in capitu. 34. ubi dicit, quod in causa hæresis inhabiles, & excommunicati, infames, socij, & participes criminis in testes admittuntur; tamen hoc procedit dum modo ex indicijs, & alijs adminiculis con-
12 stet, † quod dictum periuri verisimiliter non corruptionem, sed ueritatem cõtineat; & dummodo non sit inimicus, aut conspirator; prout dicit Gundisal. de Villadieg. de hæresi, quæstio. 13. num. 12. & sequen. Felyn. in cap. testimonium, num. 22. de testib. & hoc communiter teneri dicit Abb. in ca. per tuas, num. 4. de simon. quos idem Roya refert, & sequitur in præcitato loco. Cum igitur in casu nostro non solum non concurrant indicia, & adminicula procorroboratione attestatorum, & dictorum per dictum testem in hoc Tribunali; sed cõcurrunt ad demonstrandum uera non esse per eum attestata, stantibus dictis, & attestatis per dictum Dominicum Tartarum, de quibus supradictum est, ac testimonialibus Serenissimi Principis, & eius bona uoce, & fama, de qua probatum fuit per quam plures Illustrissimos testes, ac inimicitia capitali eiusdem testis; de qua supra similiter dictum est; non est dubium in aliquo eidem non esse credendum, per iura desuper allegata.

Nec omittendum esse duxi, quod tã ex depositionibus testium ad offensam, quam ad defensam dicti Delati examinatorum, apparet de quadam conspiratione contra eum facta, cum querelans, qui forsan fuit Dominicus Innocens in calce q̃relæ nominauerit quamplures testes. Secundus uerò testis, qui forsan fuit dictus Clarissimus Basadonna in fine sui examinis deposuit,
„ videlicet, § Del contenuto della querela
„ nõ sò altro, potendo V V. SS. più cõmoda
„ mente informarsi da . . . . § Et quintus testis, qui forsã fuit Andreas Sthini circa medium sui examinis, deposuit videli-
„ cet, § Di questo mangiar la carne di Sab-
„ bato puo esser più informato vn . . . . §

Ex quibus datur intelligi quandam cõspirationem inter eos factã fuisse contra d. Delatum, cum unus alium nominet ad finem, ut examinetur, quod confirmatur ex depositione secundi testis ad defensam

„ examinati, qui deposuit § Io hò veduto più uolte hora il Sthini, hora l'Innocenti a ragionar col Clarissimo Sig. Pietro Basadõna, e passandole appresso io quando ragionauano insieme, hò sentito, che trattauano sopra la persona del Vergi, perche io lo sentiuo a nominare. § Et Octauianus Zeco septimus testis deponit, uidelicet.

„ § Quanto al Sig. Vettor Durante non sò altro, se non che per publica uoce & fama esso con quelli altri sono persecutori di esso Vergi. § Et supradictis adminiculatur depositio sexti testis, D. Secundi Cremonæ, qui deponit § Et dicti Basadonna, Sthini, & Innocenti vi sono capitalissimi inimici. § Qua conspiratione stante non est dubium etiam ex isto capite omnino prædictis testibus etiam de fide detrahi, prout dicit Zanchi. de heretic. in præcitato capitu.
13
13. num. 3. & ibi latè Addit. in uer. conspiratores. quem secutus fuit Pegn. in Director. Inquisito. in tit. de defensio. reor. commet. 28. columna sexta, circa medium in uersicu. sententia uero in fi. fol. mihi 482. par. 3.

Et forsan etiam eisdem testibus omnino detrahitur de fide, quia antea deposuerunt in causa criminali etiam capitali sponte coram Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuntio intentata, seu eius Reuerendo Auditore Generali, cum ibidem etiam fuerit querelatus idem Delatus, prout idem D. Auditor de huiusmodi querela, & examinibus fidem facere potest, cum adhuc processus non fuerit publicatus, cum dubium non sit inter accusatorem & accusatum, seu querelantem & querelatum de hu-
14 iusmodi causis criminalibus, ac testes † cõtra eum examinatos oriri inimicitiam capitalem, & in alia causa deponentes prædictos accusatorem & testes omnino repelli, prout dicit Pegn. in d. Commet. 116. colu. 3. in uer. sexto oritur in 3. par. Directo. Inquisit. fol. mihi 658. quod prius uoluerunt Innoc. in cap. cum P. Manconella, numero decimo, & ibi Ancha. num. secundo, Abb. in fi. Anto. de Butr. num. 7. Ioan. de Anan. num. secundo, Socin. num. 35. et alij, de accusatio.

Quo uero ad secundum caput, quod celebrauerit missam, & non consecrauerit, cum nihil probetur, nihil est dicendum, cum sint ijdem testes, de quibus supra, videlicet, 5. 6. & 8. testis, & de auditu auditus deponunt, quibus nulla fides datur per desuper in principio allegata. vltra quod si dictus sextus testis esset D. Victor Durante, appareat etiam ipsum esse inimicum dicti Delati; prout deponunt primus testis, & septimus testis ad defensam examinati.

Prout etiam & tertium caput imputationis exclusum est per depositionem penultimi & ultimi testis, similiter ad defensam examinatorum, qui deponũt tàm tempore Paschatis maioris, quam in alijs temporibus prædictum Delatum confiteri peccata sua sacerdoti, ac Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere: quibus standum est, cum de facto suo, & de pertinenti-
15 bus ad eorum officium deponant, † ad dicta per Gramma. in cons. 24. num. 8. in ciuil. quem secutus fuit Rot. nouiss. in decisi. 750. nu. 10. par. 1.

Quibus omnibus accedat etiam per plures testes probatum esse de bona uoce, & fama dicti R. Delati, & quòd fuit, & est bonus religiosus; et prout latius deponunt Clarissimus D. Antonius Miani quartus testis, Clarissimus d. Hieronymus Suriano quintus testis, et Illustrissimus D. Federicus Contareno nonus testis ad defensam examinati; vltra memoriale, seu testimonialibus Serenissimi Principis, et Illustrissimi collegij huius Ciuitatis Venetiarum de eius bona fama etiam attestantibus; ex qui-
16 bus tolleretur quælibet contraria † fama, seu præsũpta calumnia, si adesset; put non adest; put dicit Reper. Inquisitĩ uer. fama f. mihi 336. et Locat. in Iudicial. Inquisi. similiter in uersi. fama in fi. et propterea remanet resolutum ex supradictis per calumniam, et indebite fuisse Delatum.

Et ita iuris esse censeo ego Franciscus Monaldus V. I. D. salua semper correctione huius Sanctissimi Tribunalis; et ita protestor. Et ita fuit ad eius fauorem sententiatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Raptus materia exactissime tractatur, & de poena raptoris, & ad quid teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Raptor dicitur etiam qui consentientem puellam virginem rapit. & nu. 2.*

3 *Poena. l. raptores. C. de episc. & cler. quando habeat locum.*

4 *Raptor an sit poena ordinaria puniendus, & non, & quando.*

5 *Lex ex quibus moueatur ad imponendam poenam raptus.*

6 *Rapiens puellam consentientem quòd sit extraordinarie puniendus.*

7 *Acta coram iudice temporali an probent coram spirituali inter eosdem.*

8 *Raptor an, quando, & quomodo teneatur dotare raptam, & nu. 11.*

9 *Argumentum valet ab ordine literæ, & debet attendi.*

10 *Intensio disponentis arguitur ex ordine literæ.*

12 *Matrimonium an possit contrahi cum virgine sub alterius cura existente, curatore nolente.*

13 *Filia quando non possit contrahere matrimonium sine consensu patris.*

14 *Iura ciuilia disponentia super substantia, & essentia matrimonij contraria iuri canonico sunt abrogata.*

15 *Lex noua generaliter loquens distinguitur potius per veterem; quam distinctio legis antiqua per nouam indistincte loquentem penitus abrogetur.*

16 *Innouatum & attentatum, lite pendente, venit declarandum nullum, etiam nullo iuris ordine seruato, & ex mero iudicis officio.*

17 *Attentatum, lite pendente super articulo matrimonij, est nullum, & reuocandum.*

18 *Attentata lite pendente ad instantiam illius, de cuius non iure clare cõstat, non veniunt reuocanda, & declaratur vt ibi.*

CONSILIVM LXXXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa Rotæ debet obtinere Dominus Simeon Rota, quia constat Hieronymum aduersarium rapuisse D. Ioannettam Rotæ olim sororẽ, dũ erat in ciuitate Paduæ sub eius tutela, & gubernio, prout constat ex scripturis in actis productis tam deputationis ipsius in tutorem, & gubernatorem tam personæ, quam bonorum eiusdem Ioãnettæ fact. per Clarissimos DD. Iudices Curiæ petitionum huius ciuitatis Venetiarum; quam liberationis, seu extractionis eiusdem Ioannettæ a dicta tutela, & gubernio dicti Simeonis adueniente eius legitima ætate plures menses post præfatum raptum, imo & post condemnationem secutam in personam dicti Hieronymi uti raptores ad triremes: cum non sit dubium, quod si dicta Ioannetta fuit liberata a dicta tutela, & gubernio, quod ab illo die in antea, & sic tempore raptus, & prius erat sub tutela, & gubernio eiusdem Simeonis, cum dato legitimo consequenti, quod est ipsa liberatio a tutela, & gubernio, necesse sit dare necessarium antecedens ad illud, quod est ipsam prius esse sub dicta tutela, & gubernio, per textu in §. idemque iuris, Institu. quibus ex cau. manumitt. non licet. Et per consequens
1 fuisse a dicto Hieronymo raptam, † & si ipsa uoluerit, & consenserit raptui, seu abductioni per l. raptores, Cod. de episcop. & cleric. l. prima, Cod. de rapt. virgin. propter verba in fine dictarum legum posita, videlicet, volentibus siue nolentibus, prout & expresse firmat Carrer. in sua prax. criminа. in uersicu. secundo casu principali contrahitur hoc crimen raptus, sub numero septimo, fol. mihi 175. vbi dicit, quod si rapta esset sub potestate alterius, ueluti patris, mariti, tutoris, & curatoris, & si consentiat rapi; quod nihilominus raptor tenetur poena dictæ l. primæ, Cod. de rapt. virgi. quæ ita loquitur, cum tunc siue volente, siue nolente
2 contrahatur raptus, † & ex tali raptu iniuriantur parentes, & prædicti tutores, & curatores; & ideo quod possunt accusare, & raptor poena dictæ legis tenetur, præsertim cum fuerit carnaliter cognita a dicto raptore, prout in casu nostro. Clar. in §. raptus, nu. 4. & Anto. Thesau. decis. Pedemonta. 217. numero 1.

Et quod dictus raptor teneatur poena dictæ legis, firmat Marsil. in ead. l. 1. nu. 23. C. de rap. vir. Mathesil. in singul. 99. numi 2. & Abb. in cap. cum causa; num. 4. de raptorib. ubi dicit inter alia, quod quantumcunque

 cunque

cunque puella raptui consentiat; quod ni-
hilominus quoad parentes raptus commit-
titur per tex. in cap. de raptorib. 36. quęst. 1.
& ita in facti contingentia respondit Ma-
riu. Anguisiol. per multas auctoritates, &
rationes, quas allegat in cons. 33. per totũ,
& voluit Ludouic. Pigner. quæstio. crimin.
capitu. 43. num. 3. 4. 5. 6. & ita determina-
* uit Alberic. dicendo hanc esse communem
opinionem in dicta l. raptores, nume. 6. &
conclusiue num. 7. C. de episcop. & cleric.
vbi dicit, quod siue ab initio, siue ex post fa
cto probetur, quod mulier consensuit ra-
ptui, talis confessio non admittitur, & ha-
bet locum pœna illius legis, quia iuris præ-
3 sumptio est, † quod libera voluntas non
fuerit, sed causata ab insidijs raptoris per
d. l. 1. C. de rapt. virg. & eam sequitur Clar.
in dicto §. raptus numero 3. vbi similiter
* dicit de communi. & hanc esse commu-
nem opinionem, quod raptus committatur,
etiamsi mulier voluerit rapi, cum non præ-
sumatur a iure voluntas libera, etsi mulier
ita dicat, sed coacta, dummodo sit in pote-
state patris, mariti, tutoris, & similium, fir-
mat latè Maschar. de probatio. conclusio.
1259. incipiente si furtum, nu. 26. 27. 28.
& seq. & Abb. in præcitato loco secutus
fuit Decia. in suo tracta. crimin. cap. 7. num.
21. lib. 8. volum. 2. dicendo tamen rapto-
4 rem † non esse pœna ordinaria puniendum
sed extraordinaria iudicis arbitrio, dum-
modo probetur de voluntate mulieris ra-
ptæ, quod rapi voluerit, seu abduci a rapto-
re, aliter quam per confessionem raptæ,
cum illa non sufficiat, & ibi num. 22. tra-
dit, quomodo sit probandum de tali li-
5 bera voluntate, cum lex † moueatur pro-
pter duo ad inferendam pœnam ordina-
riam raptus, prout ipse dicit, & quia rapta
muliere inuita fit iniuria ipsi mulieri raptæ,
quæ cessat, si probetur de sua libera vo-
luntate; & quia parentes iniuriantur; quę
non cessat propter voluntatem mulieris;
& propter hoc dicit esse minuendam pœ-
nam, cum in parte cesset ratio pœnæ: &
ita etiam dicit passim vidisse in practica ob-
seruari. Et hanc partem, quod talis ra-
piens virginem sub potestate, & gubernio
patris, tutoris, vel mariti existentem, &
sponte consentientem abductioni, quod
raptor debeat puniri pœna extraordinaria,
sequendo Masilium in consil. 61. numero
vigesimoprimo, & sequen. & Bossiu. in-
fra allegan. & ita vidisse per Senatum Pe-
demontanum obseruari, considerata quali-
tate personarum abducentis, & abductæ,
ac suæ familiæ respectiue, imponendo ta-
lem pęnam, firmat Ant. Thesaur. decis. 217
nu. 7. & ita etiam fuisse iudicatum per Se-
natum Lucen. sic limitando statutum Lucẽ
se imponens pęnam mortis raptori, cum cõ
staret ex confessione qualificata raptoris,
quia confessus fuit deueniendo ad actum,
non tamen consummatum, quod volebat
deosculari quandam iuuenem, & illam de
sua voluntate rapere, seu abducere, aliter
non constando in processu de dicta volun-
tate rapiendi nisi per suam confessionem,
vnde eius confessio diuidi non potuit, & ta-
lis qualitas, quod illa iuuenis consentiebat
abductioni, habita fuit pro probata, firmat
Ioseph Ludouic. decisio. Lucens. 19. vbi in
fi. subdit ipso referente, quod pœna ordi-
naria dicti statuti non erat punien. Sena-
tum dictum iuuenem condemnasse, vt ei-
dem darentur duo ictus funis in publico;
& quod postea transmitteretur ad trire-
mes per quinquenium, & ita dicit fuisse
executum. Et quod talis raptor † debeat
6 condemnari tantum pœna extraordina-
ria, si certo constaret, quod mulier raptui,
seu abductioni consensisset, voluit ante
eos Bossi. in titu. de raptu mulier, numero
septimo, vbi etiam subdit confessionem
mulieris non sufficere ad probãdum, quod
de sua voluntate, & sponte fuerit rapta,
seu abducta; cum legis præsumptio sit con-
tra eam; cum a lege præsumatur fuisse arti-
bus, & suasionibus ad id per raptorem in-
ductam.

Et sic manifeste constat dictam Ioannet
tam fuisse a dicto Hieronymo raptã, & pę-
na raptus teneri ad effectũ, de quo agitur,
prout & fuit condemnatus ad triremes per
triennium, sicut constat sententia in actis
producta, quæ non est dubium probare,
cum acta † facta coram iudice tempora-
7 li, & testes coram eodem examinati in-
ter easdem personas coram iudice spiri-
tuali bene probent, etsi sint sequela pri-
mi iudicij ex decisio. Capelli Tholo. 199.
per totam; & quod appellatione actorum
& processus uenint sententia, dicit Bero. in
decis. 258. nu. 6.

Quo raptu stante duæ eliciuntur conclu-
siones

siones contra raptorem:una videlicet, quod
8 raptor † teneatur dotare raptam iudicis ar-
bitrio,siue habeat, siue non habeat eam in
vxorem ultra alias pœnas, quas incurrit,
prout disponit Concilium Tridentinum c.
6.sess.24.de reform.matrim. cum quo con-
cordat text.in c.1.& ibi præsertim Abb.de
adult. & ista dos debet dari à raptore,ante-
quam eum rapta contrahat matrimonium,
si insimul est cōtrahendum, prout dicit post
glo.Abb.in d.c.1.num.7. post medium. in
ver.& per hoc.& ibi etiam Ioan. de Anan.
col.3.in uer. & per hoc sentit glo. de adult.
Et pro hac conclusione facit litera, prout
dicunt præfati Doctores,eiusdem tex. cum
dicat, Dotabit eam,& habebit vxorem.
Et sic quod primo dotet, & postea habeat
9 in uxorem, & quod ordo † literæ debeat
attendi,& valeat argumentum ab ordine li-
terarū,dicit Socin.in cap.qualiter, el 2. nu.
13.& sequentib.de accusat.& quod omni-
no debeat attendi talis ordo scripturę in ca
su dubio,dicit expressè Bart.in l.2.§.prius,
sub num.7. ff.de vulg. & pupill. quem secu-
tus fuit latè Felyn.in c.cum dilecta.num.4.
qui ualde hanc conclusionem exornat: &
ibi prius Cardin.num.3.de rescript. ubi di-
cit quod principaliter attendi debet, quod
principaliter mandatur. Et quod ordo scri-
pturæ seruandus est, aliàs non tenet, quod
10 agitur: & quod intentio † disponentis ar-
guatur ex ordine literæ,dicit etiam Dec.in
c.quoniam Abbas.num.46. de offic.deleg.
ad idemque facit Bald.in l.si duos,in princ.
ubi dicit, quòd ubi apparet de ordine uer-
borum,præsumitur ordo intellectus; & qđ
prius est in uoce, præsumitur prius esse in
intellectu.& idem Bal.in prima Constit. C.
§.quibus,vbi similiter dicit,quòd ordo scri
pturæ attendendus est, quando tractamus
de prioritate,& posterioritate. Ex quibus
auctoritatibus apertissimè apparet, quod
antequam inter raptorem & raptam possit
contrahi matrimonium,quod à raptore do-
tari debet, cum talis dos non detur à rapto-
re eo quia illam ducat in vxorem, sed quia
rapuit,seu seduxit, & deflorauit; & conue-
niens est propterea,ut illā lucretur; & ideo
dixit Concilium præfatum, Quod siue eam
vxorem duxerit,siue non,teneatur illam do
tare,& uoluit Abb.in d.c.1.num.2.3.& 4.
omnino viden.de adult.
Nec talis dos remitti potest per puellam
raptam,licet non fuerit remissa, nec de hoc
tractetur, cū existat sub potestate alterius;
prout uoluit Thesaur. decis. Pedemont. 3.
11 num. 2. in uer. quod si remissionem: † & si
illam dare non potest raptor, aliter satisfa-
cere tenetur,& dare pretium pudicitiæ eius
secundum text.in c.de raptore, & ibi Ioan.
à Turrecrem.36.q.1.& cap.tria,36.q.2.&
ideo non uidetur inter ipsos sequi potuis-
se matrimonium, cum iuri tam communi,
quàm conciliari satisfactum non sit, per su-
pradicta.
Secunda sit conclusio, quòd ex quo di-
cta Ioannetta erat sub potestate eiusdem
Simeonis eius fratris tutoris,& gubernato-
ris;quod non uidetur eo inuito, & nolente;
12 potuisse matrimonium † inter ipsos cōtra-
hi,per text.in Deuteronom. cap.22.in ver.
si seduxerit, ubi tex. dicit, si seduxerit quis
virginem nondum despōsatam, dormierit-
que cum ea, dotabit eam, & habebit eam
vxorem;si pater virginis dare noluerit,red-
det pecuniam iuxta modum dotis, quam
virgines accipere consueuerunt. & idem di
cit text.in d.c.1.& ibi Abb.nu.2. ubi etiam
subdit idem procedere,& habere locum, &
si eam non seduxerit,sed acquieuit;cū sem-
per præsumatur seducta, & decepta; cum si
non essent insidiæ hominis tantum facinus
non pertractarent,prout dicit text. in d.l.1.
C. de rapt. virg. & licet regulariter absque
13 consensu patris filia † matrimonium con-
trahere possit, prout dicit Abb.in d. cap. 1.
num.6.& Concil. Tridentinum cap.1.post
principium,de reforma.matrim. sess.24.ta-
men in casu nostro ob delictum perpetratū
quod filia absq; consensu patris contrahe-
re non possit matrimonium, tenet Anto. de
Butr.in d.c.1.num.6.de adult.idemq; pro-
sequitur latè Anton. Gomes. super leg. 80.
Tauri.sub num.6.& seq.& est tex. in d.cap.
tria.36.q.2.& tenet Paul. de Castr. in l.ra-
ptores,num.5. C.de episc. & cler.& nouis-
sime Menoch.in cons.69.nu.40. uol.1. ubi
etiam dicit huic opinioni Concil. Trident.
non contrariari.
Neq; aliquid obstat si diceretur, quòd
dictus Simeon non est pater, sed frater, & 1
tutor; Quia ad hoc respondetur, quod quo
ad præsentem casum idem iudicandum de
patre, quod de tutore, & præsertim cum tu
tor etiam sit frater, prout in principio fir-
matum est, cū satis sit sui iuris raptam tem-
pore

pore raptus non esse, ad quod facit cap. fi. ut
lite penden. ad idemq; facit text. in l. in con
iunctione filiarum. C. de nupt. ubi in matri-
monio contrahendo per filiam idem iudi-
catur de patris consensu, quod de consan-
guineis, & curatore; quæ ratio nec hodie
quoad dictam æquiparationem cessat, ad
quod facit Angel. in cons. 29. nu. 3. ubi in-
14 ter alia dicit, quod hodie iura † ciuilia su-
per substantia, & essentia matrimonij dispo
nentia, quæ iuri Canonico sunt contraria,
sunt abrogata, & sic non contraria uidentur
esse in suo robore, & sic talem consensum
requiri in casu nostro per supradicta.

Ex quibus apparet dictam Ioannettã cõ
trahere matrimonium non posse cum dicto
Hieronymo, stante dicto raptu, cum non
fuerit dotata, prout dotari debet, licet non
habeat in uxorem, & quod dictus Simeon
frater, & tutor nedum non consenserit, sed
expresse hoc negauerit, & dissenserit.

Nec aliquid obstat, etsi videat per Cõci-
lium præfatum, postquam rapta à raptore
fuerit separata, quod inter ipsos possit con-
trahi matrimonium etiam absq; patris con-
sensu, cum de tali cõsensu nihil dicat: Quia
ad hoc respondetur propterea non uideri
derogatum iuri communi super tali consen-
su disponenti per idem Concilium; cum
15 lex † noua generaliter loquens potius di-
stinguatur per veterem, quam distinctio le-
gis antiquæ per nouam indistinctè loquen-
tem penitus abrogetur, prout dicit Ruin. in
cons. 24. nu. 7. in ver. tertio, uol. 3.

Et cum, ne inter præfat. Ioannettam &
Hieronymum sequatur matrimonium pro-
pter caussas præfatas; & vt ab eodem rapto-
re dotaretur iuxta formam eiusdem sacri
Concilij Tridentini, causa introducta fue-
rit contra eundem Hieronymum coram or
dinario Paduan. non est dubium, quod etsi
de licentia eiusdem ordinarij contractum
fuit de facto, lite sic coram eo indecisa pen-
den. inter præfatam Ioannettam, & dictum
Hieronymum, seu illius procuratorem ad
hoc mandatum speciale habentem; quod
fuit & innouatum, & attentatum lite pen-
16 dente, † & nullum uenit declarandum, etiã
nullo iuris ordine seruato, & ex mero offi-
cio iudicis; prout voluit Rot. decis. 2. nu. 1.
in ver. secus. & ibi addit. de restit. spoliat. in
noui. & decis. 2. Bisignet. de appell. Cassad.
decis. 3. num. 3. sub tit. de restitut. spoliat. &
Afflict. decis. 131. num. 1. & adeo attentatã
sunt odiosa, vt præferantur in concursu iu-
dicio nullitatis, si reuocari petantur, prout
dicit idem Afflict. decis. 98. nu. 4. Et quod
in casu nostro fuerit attentatum, non est du
bitandum, cum nedum pars aduersa fuerit
pluries citata, & lis cõtestata, quod sufficit;
Clemen. fin. vt lite penden. & toto tit. extra
eod. Capic. decis. 72. num. 2. & Rot. nouiss.
in decis. 6. num. 6. par. 2. sed etiam in causa
processum fuerit vsq; ad productionem ar-
ticulorũ; prout patet ex processu in causa
huiusmodi per partẽ aduersam producto;
& ideo declaran. nullum assertum matrimo
nium per supradicta.

Neq; obstat modo, etsi opponeretur in
casu nostro non esse attentatum, etsi lite pẽ-
dente præfat. Ioannetta & Hieronymus as-
sertum matrimonium contraxerunt, ad di-
cta per Lancellot. in 2. par. cap. 4. de atten-
tat. lite penden. ampliat. 1. nu. 21.

Et quia conclusio præfata Lancell. non
procedit, quãdo principaliter fuit causa in-
troducta, ne sequatur inter duos matrimo-
nium, prout in casu nostro; quia tunc, si lite
pendente contrahatur, dicitur attentatum,
17 † cum super tali articulo fuerit lis introdu-
cta: & idem dicitur etiam de connexis arti-
culo, ut per Alex. in cons. 89. colum. pen. in
ver. tamen his non obstantibus, & sequen-
tib. uol. 1. sequendo Ant. de Butr. in c. dile-
ctus filius. el 2. in vlt. not. & col. vlt. de re-
script. & Anton. de Butr. & Alex. sequitur
Achil. de Grassi. decis. 32. sub tit. de appell.
& facit idem decis. 34. & eũ sequitur Rot.
nouis. in decis. 7. nu. 8. par. 2. ubi dicit, quod
omnia, quæ contingunt articulum appella-
tum, dicuntur attentata.

Et quia ratio, quam allegat pro decis. ar-
ticuli Lancellot. in præcitato loco, quæ est,
quod sicut ante litem motam cuilibet libe-
re est licitum cõtrahere matrimonium. per
cap. Gemma. de sponsalib. ita non videatur
prohibitum post litem motam illud contra-
here, & per consequens non esse attentatũ;
decidit casum nostrum contra partem ad-
uersam, & dicitur per eam probari esse at-
tentatum in casu nostro, cum contractũ fue-
rit assertum matrimonium sic lite pendente
ad impediendum, ne contraheretur; cum si-
cut in casu nostro ante litem motam non po
terat contrahi matrimonium inter præfatã
Ioannettam, & dictum Hieronymum, quin
prius

prius dotaretur per eundem Hieronymum ex dispositione allegati Concilij,& de consensu & voluntate eiusdem Simeonis, qui semper hoc fieri recusauit, & ob iniuriam passam, & ob imparitatem personæ per iura,& auctoritates desuper adductas : ita quoq; lite pendente absque vitio attentati non potuit contrahi:& sic concludit in casu nostro per dictam rationem esse attentatũ, cum ei dem non concedatur cõtrahere post litem,cum antea cõtrahere non posset: imò & plus dico,licet hoc causa nõ egeat; quod illud,quod quis ex pacto, vel alias sua propria auctoritate facere poterat,si postea fuerit super eo facto aditus iudex, quod illud facere amplius non poterit, & suam potestatem exercere citra vitium attentati, cum esset in contemptum iudicis,& litis pendentiæ; prout dicit Gramma.in addit.ad d. decis. 131. Afflict.

Et propterea etiam non obstat illud, quod

8 dici solet,quod attẽtata † lite pendente ad instantiam illius, de cuius nõ iure clare constat, non ueniunt reuocãda, Rot.decis. 2.vt lite penden.in nouis.& dicta decis. 2.in ver. sed si constaret clarè,& notorie de non iure petentis.de restitut.spoliato.in noui. latè & optimè. Cassad.decis. 3.num. 2.eod.tit. Rota nouis.decis. 6. nu.9. par. 2. & Afflict. decis.98. in fin. cum ex supradictis non solum clarè non constat de non iure dicti Simeonis, prout constare oporteret ad effectum, vt non audiretur circa reuocationem dicti attentati,ex decisionibus supradictis, & latè declarat Rota nouiss.dicta decis. 6. nu. 9. per totum: Sed & apertè constat de bono suo iure,& dictum assertum matrimonium, tanquam attentatum,esse declarandum nullum, mãdando prius dictã Ioannettam de loco Succursus Ciuitatis Paduę huc adduci in aliquo loco eidem bene viso ponenda ad effectum habendi eius constituta ; & ne sequatur aliud attentatum circa consummationem asserti matrimonij in præiudicium honoris dicti Simeonis, & litis pendentiæ, cum sit etiam sententiandum per Reuerendum D. Vicarium circa dotem dictæ Ioannettæ dandam per dictum Hieronymum raptorem ; & an inter ipsos possit contrahi matrimonium inuito & expresse nolente dicto Simeone secundum tenorem commissionis Apostolicæ in actis præsentatæ. Et ista sufficiat me dixisse, vt dictus dominus Simeon obtinere possit intentionem suam.

In huiusmodi causa aduertendum est, quod ex quo dictus Hieronymus non potest soluere dotem, quod videtur facienda commonitio in pœnam corporalem, prout dicit Abb. in cap. Odoardus, num. 5. de solut. sed uide cap. de raptoribus. 36. q. 1. & apertus est text. in l. quicunque, & ibi glo. C. de seru. fugi. omnino uidend.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Erectio parochiæ nouę an in aliena parochia fieri possit,& per quẽ, & de electione industriæ personæ in aliquo actu.

SVMMARIVM.

1 *Parochia noua quando erigi possit in alterius parochia in præiudiciũ maioris ecclesiæ, & illius Rectoris.*
2 *Lex quando disponit aliquid faciendum ex causa, debet de causa constare, antequam fiat ordinatum.*
3 *Episcopo, seu ordinario asserẽti de causa an credendũ sit.*
4 *Iudici asserenti ita esse non creditur, nisi constet ex actis.*
5 *Introductum ob necessitatem cessante necessitate cessare debet.*
6 *Dispositio legis locum habere non potest, nisi verificatis omnibus in lege comprehensis.*
7 *Facultas diuidendi parochias, & alias ecclesias parochiales intra earum limites erigendi, quibus data sit a Concilio Tridentino.*
8 *Industria personæ quando dicatur electa.*
9 *Episcopi industria, uel fidei commissum non potest expleri per Vicarium.*
10 *Factum de facto contra ius est ipso iure nullum.*
11 *Episcopus quando erigit nouã parochiam in parochia alterius, an, & quando possit applicare ei de redditibus maioris ecclesiæ.*
12 *Forma dat esse rei, qua non seruata actus corruit.*

CONSILIVM LXXXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa de Arsedo breuitati studendo, presupposita hic pro facti narratione commissione Apostolica in actis præsentata, pro parte R. Archipresbyteri sanctæ Mariæ

riæ de Arsedo Paduanæ diœcesis, de qua in regesto A. fol. 2. Dico, quod dictus Reuerendus Archipresbyter debet obtinere, & ad eius fauorem pronunciari, prout per se petitum fuit, de cuius petitione constat dicto regesto fol. 32. attento quòd Reuerendus D. Nicolaus Galerius in visitatione eiusdem ecclesiæ auctoritate ordinaria facta non potuit deuenire ad deputationem presbyteri Curati, prout deuenit in ecclesia sancti Ioannis villæ Riualis subiectæ curæ, & Archipresbytero dictæ Parochialis Ecclesiæ de Arsedo, ad instantiam hominum dictæ villæ Riualis, & aliarum villarum dictæ Ecclesiæ de Arsedo subiectarum eidē Curato, assignãdo per modum prouisionis ducatos duodecim eidem, per dictum Archipresbyterum, vltra oblationes eiusdem Ecclesiæ sancti Ioãnis; & legata relicta pro missis celebrandis in eadem Ecclesia, non uerificatis causis sacri Concilij Tridentini cap. 4. §. in his vero, sess. 21. de reforma. neque c. ad audientiam. per idem Concilium approbati de eccles. ædificand. nec seruata eorum forma, cum clarũ sit in iure, ad ere-
1 ctionem † nouæ parochiæ in alterius parochia deueniri non posse in præiudicium maioris Ecclesiæ, & illius Rectoris, nisi ex causa necessitatis, seu magnæ incommoditatis, videlicet, quando ob distantiam, siue difficultatem itineris Parochiani absq; magno incommodo non possunt ire ad maiorem siue matricem Ecclesiam pro sacramentis Ecclesiasticis percipiẽdis, & diuinis officijs audiendis, prout disponitur in allegato cap. Concil. Triden. & in d. c. ad audientiam, & ibi glo. in verf. magna difficultate, & Abb. num. 2. & seq. vbi dat etiam rationẽ, & dicit hoc esse regulare, ut noua Ecclesia parochialis nõ erigatur in alterius parochia absque causa, cum de iure communi prohibitũ sit, & ex causa tantum necessitatis, seu magnæ incommoditatis concedatur, prout dicit etiam glos. & sic de dicta causa magnæ incommoditatis, seu necessitatis, de quibus supra antequam dictus Reuerendus Galerius deueniret ad dictum decretum, seu determinationem, sibi ex actis & processu constare debebat, quod non fecit, cum quando
2 lex † aliquid dicit, seu disponit faciendum ex causa, de causa constare debet, antequã fiat ordinatum, prout dicit Bart. in l. item si suspectus. ff. de procurat. Dec. in l. 1. num. 7. ubi etiã dicit causam debere inseri, ut actus iustificetur, cum recedatur à regula communi, & ibi etiam Soc. sen. in prin. C. de eden. Cephal. in cons. 421. num. 62. uol. 3. & latè Ias. in l. 1. num. 58. & ibi latissimè Purpurat. num. 69. & seq. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdic. & optimè Alciat. in tract. de præsumpt. in reg. 3. præsumpt. 9. col. fi. in quinta fallent. & latè, & optimè in c. quod sedem. sub num. 13. & seq. de offi. ordin. vbi etiam dicit distinguendo ibidem num. 19. & seq.
3 credendum non esse Episcopo, † seu ordinario asserenti de causa, quando talis assertio tendit in præiudicium tertij, prout in casu nostro, quod prius uoluit Angel. in consi. 107. in fi. ubi dicit, quod licet iudici concedatur à iure, quod possit sibi auocare possessionem alicuius loci litigiosi ob suspicionẽ, ne partes deueniant ad arma, quod nihilominus ad talem auocationem deuenire nõ potest, nisi de tali suspicione constet, & discutiatur parte præsente, de cuius præiudicio tractatur: & quod non creditur iudici
4 † asserenti ita esse, nisi ex actis appareat, quẽ secutus fuit Cephal. in d. cons. 421. nu. 60. uol. 3. & uoluit Ias. in d. l. 1. num. 60. in ver. ego teneo. ff. de offic. eius, cui mandat. Et sic cum dictus Visitator processerit ad tale decretum, seu sententiam, non uerificata dicta causa magnæ incommoditatis, seu necessitatis a distantia, uel difficultate itineris prouenien. non est dubium præfatum decretum, seu sententiam nullum, seu nullam esse, cum fuerit factum contra formam iuris communis, & eo resistente per supradicta, per vulgatam. l. nõ dubium, C. de legib.

Et non solum debet præfatum decretũ, seu sententia declarari nullum, uel nulla ex supradictis; verum etiam, & quia fuit probatum per testes, de quibus in dicto regesto A. fol. 50. & seq. pro parte dicti R. Archipresbyteri examinatos in præsenti iudicio, tantum dictam villam Riualis distare à dicta maiori ecclesia de Arsedo unum milliare uel circa. Vnde dubium non est talem paruam distantiam aliquam magnam incõmoditatem non inducere Parochianis dictarum villarum eundi ad dictam Ecclesiã maiorem, & sic cessare omnem causam, & rationem dicti Concilij, & Canonis desuper allegat. & per consequens cessare debere omnem illorum dispositionem circa erectionem dictæ nouę Parochialis, & mutationem

tationem prioris status dictæ maioris Ecclesiæ de Arfedo. ad dicta per Bart.& Angel. in l.quod dictum,ff.de pact. Fulgos. in l.fin. num. 1. C.de edic.diui Adria.tollen.& latè Tiraquel.in regul.causa cessante, nu. 130, & 138. & seq. cum quod ob necessitatem
5 statutum, † aut introductum est,necessitate cessante & illud cessare debeat,prout voluit Cardin.Florent.in c. statuimus, num. 3. de custod.eucha.& optimè Cardin.Alex.in c. quod pro remedio, in princ. & nu. 1. prima q.7.c.quod pro necessitate. 1.q.1. Hostien. in c.cum in cunctis.num.4.in ver.necessitate,de electio.& Bart.in l.1.§.nunciatio. nu. 18.ff.de no.oper.nunc.& Tiraquel.in dicta
6 reg.nu. 184. & legis † dispositio locum habere non possit, nisi uerificatis omnibus in lege comprehensis, ita dicit Iacob. Butrig. in l.mancipia,& ibi Fulgos. nume.3. C. de seru. fugit. quod latè comprobat Felyn. in c.nonnulli,sub num.34.in uer.ubi uerba legis,&in ver.amplia.de rescript. Caball. in Milleloq.218.1.par.&optimè Alciat.in c, cum non ab homine.in 2.lect.num.8.in fin. & seq.de iud.& Abb.in cons.42. num. 1.in ver.oportet.vol. 1. vbi dicit, quod vbi iuris dispositio fundat se super aliena qualitate, necesse est illam prius probari, tanquã fundamentum dispositionis : & prædicta omnia fundamenta procedunt, etiamsi Episcopus ipse deuenisset ad talẽ erectionem, seu separationem. Sed quia ad illam deuenit præfatus Galerius Episcopi ordinarij visitator,dico similiter contra præfatum decretum seu sententiam militare aliud fundamentum nullitatis,ex defectu iurisdictionis prouenien.attento quod in allegat. c. Concil. Trident. talis facultas diuidendi paro-
7 chias † & alias ecclesias parochiales intra illarum limites erigendi,data est tantũ Episcopis ordinarijs,tanquam Apostolicę Sedis delegatis,prout in principio eiusdẽ c. 4. allegati apparet. Vnde talis facultas etiam expressè alijs per eos deputandis subdelegari non potest,cum electa sit in Conc.præfato illorum industria & fides,per tex.apertum in terminis disponen.in c. fi. §.ij s autẽ, & ibi latè Abb.num.5.& seq. & Felyn. nu. 2.de offic.deleg.& est etiam text.in c.is cui. §. sed etsi. eod. in 6. in quibus locis dicitur per Papam tunc inter cætera censeri electã
8 industriam personæ, † & fidem delegati, quando tractatur de prouidendo de ministris ecclesiæ,quod fortius procedit in casu nostro, in quo nedũ tractatur de prouidendo ecclesiæ de ministro, sed de diuidendo parochiam,& nouam erigendo, & ius alteri auferendo contra formam iuris, ad dicta per Abb.in d.c.ad audientiam.nu. 2.& seq. de super citat.de eccles.ædificand.prout dictus Galerius de facto prouidit,diuisit, seu dismembrauit, & abstulit, dum dicto presbytero,de quo in dicto decreto,dedit curã in capite,assignauit oblationes, & legata dictæ ecclesiæ S. Ioannis, & mandauit etiam eidem dari per dictum Reuerendum Archipresbyterum ducatos duodecim, ac sequestrari decimas suę ecclesię maioris,& sibi debitas in casu non solutionis, prout factum fuit, & adhuc sequestratæ reperiũtur. Et quod quando est electa industria, & fides Episcopi in aliquo faciendo,uel conce-
9 dendo, per Vicarium † eiusdem Episcopi non possit expleri,fieri, uel concedi, tradit latissimè Menoch.in cons.69.num.55.cum seq.vol.1.& Cephal.dicto cons.421.num. 72.& seq.uol.3.& cõferunt multa per eundem Menoch.cumulata, de arbitr. iudic. q. 54. præsertim num. 1. & 2.& 7. lib. 1. & in quæst.68.nu.15. eo. lib. & quod electa industria personæ censeatur,quando negotiũ indeterminatum mandatur, prout in casu nostro mandatum fuit per dictum Concilium, cum plus uno modo, quam alio non disposuerit, seu ordinauerit fieri,tradit idẽ Menoch.d.quæst.68.num.13. quod prius dixit Crauet.in cons.303.num.3. ubi late, quod ante eos optimè firmauit Bald. in l. vnica.§.ne autem.num.7.in uer. in arbitrarijs.C.de cad.tollen.ubi clarè dicit in arbitrarijs esse electam industriã personæ, quia non est data certa forma actui,& arbitrium insertum est personæ : & sic patet expresse dictum Reuerendum Galerium visitatorẽ ab ordinario deputatum non potuisse deuenire ad talem dismembrationẽ parochię, seu diuisionem quoad animarum curam,& assignationis prædictæ , ac deputationis in capite noui curati,etiamsi in specie hoc posse facere delegatum eidem fuisset per ordinarium, cum alteri committi non possit, cum fuerit electa industria & fides eiusdẽ ordinarij à Concilio præfato, ut est dictũ.
10 Et cum de facto † propterea processerit, non est dubium,quicquid fecit,fuisse,& esse ipso iure nullum,prout expresse ex dicto Archid.

Archid. & Ioan. Andr. firmat Ioan. Baptista Seuerin. in l. more maiorum. sub num. 12. in princ. ff. de iurisdi. omn. iud. & istud fundamentum tantum sufficit, ut obtineat dictus Reuerendus Archipresbyter, nedum cum alijs desuper dictis.

Quibus accedat etiam pro intelligentia totius negotij, quod etiã in casibus, in quibus de iure permittitur, ad erectionem nouæ parochiæ per Episcopum deueniri ob distantiam locorum, & difficultatem itineris, propter quæ Parochiani non possunt nisi cum magno incommodo pro sacramentis recipiendis, & diuinis officijs audiendis ad ecclesiam maiorem ire, ut est dictum; nõ
11 propterea possunt minui reditus † dictæ maioris ecclesię, nisi supersint, deductis necessarijs pro dicto Archipresbytero, sed aliter est prouidẽdum nouo Rectori per illos de loco, ubi petitur parochiam erigi, iuxta formam eiusdem Concilij, uel per ordinarium, prout dicunt in præfato. c. ad audientiam. Hostien. num. 3. Ioan. Andr. nu. 3. Ant. de Butr. num. 9. Abb. num. 7. & Pet. de Anchar. num. 5. de eccles. ædifi. Reseruando etiam ius eligendi, & præsentandi nouum Rectorem instituendum de ecclesia de nouo erigenda Rectori maioris Ecclesiæ, prout disponitur per d. cap. ad audientiam, & ibi glo. in uer. Rectoris, ubi dat etiã rationem, quod si secus fieret tanquam forma præfati c. ad audientiam à præfato Con
12 cilio approbati non seruata, cum † formã det esse rei, corrueret omnis sententia nouę erectionis parochiæ in parochia alterius, per l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhiben. Neuiz. in cons. 77. nume. 2. Bero. in rubr. de probat. sub num. 24. & ipso iure esset nulla, prout dicit idem Neuiz. in forma data à statuto in cons. 70. num. 6. & cons. 15. num. 12. & Ioan. de Amic. in cons. 145. nu. 4. & seq. Et hæc sufficiat me dixisse pro huiusmodi causæ expeditione. Et ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Apostasia materia discutitur, pro Monacho, qui timore carceris claustrum retento habitu animo redeundi exiuit.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia à religione quid sit.*
2 *Carcer dicitur inferre iustum metum.*
3 *Periculo se exponere nemo debet.*
4 *Monachus potest ob iustum timorem dimittere habitum absque incursu apostasiæ, secus si absque iusta causa. nu. 5.*
6 *Dispositio iuris non separat, quæ rationis nexus connexit. Ampliatur ut nu. 7.*
8 *Religiosus exiens ut dicatur apostata, dupliciter contingit ex Caietano.*
9 *Religiosus stans in claustro, & nolẽs pertinaciter obedire prælato aliquid iuste præcipienti, rebellis est, non apostata.*

CONSILIVM LXXXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

PRæsupposito mihi in facto, quod R. Frater Franciscus de Verona Cõgregationis Montis Oliueti, & Abbas Monasterij Monzambani eiusdẽ dioecesis per plures mẽses permanserit extra propriam religionem absq; suorum Superiorum licentia, eo quià fuerat de facto ex officio processatus nulla infamia præcedente per nonnullos suos superiores eidem maleuolos, & inimicos capitales super nonnullis prætensis delictis, quæ ignorabat, & propterea probabiliter timeret de facto, & iniuste grauari, & in carcerem poni; præsertim cum uideret sibi etiam intercipi quamplures literas, ut non posset proprium honorem & personam suam defendere, ab eo alijs superioribus scriptas, & transmissas pro consequenda iustitia: ut talia euitaret à religione præfata absque aliqua obedientia Superiorum suorum se absentauerit, nõ tamen animo eam deserendi, sed ad eandẽ religionẽ redeundi retinendo semper habitũ regularẽ, & habuit statim ante ipsius discessum recursum ad Illustriss. & Reuerendissimũ Dominum Protectorem per duplicatas literas narrando eidem Illustrissimæ D. S. omnia prædicta, & quod ob dictum timorem iniustitiæ, & futuri carceris, donec pro iustitia sibi prouideretur per eandem Illustrissimam D. S. prout prouideri supplicauit, dicendo insuper, quod ob dictum ti- 8
morem uolebat de Religione exire, & expectare,

pectare, ut dignaretur sibi dare iudicem nõ suspectum, qui de formatione dicti processus, & pretensis delictis cognosceret, & pro iustitia decideret, & terminaret. A quo Illustrissimo Protectore eum non potuerit neque iudicem obtinere, neq; responsum habere: habuit idem R. Abbas recursum ad Illustrissimum & Reuerendissimũ D. Nuntium Apostolicum Venetiarum, narrando eidem per memoriale omnia supradicta, & eidem supplicando, vt ad se dictam causam aduocaret, offerendo se præsentare, & constituere, vbi placuerit eidem D. S. Illustrissimæ, qui quidem noluit ad se causam præfatam auocare, sed memoriale præfatum eidem per dictum Reuerendum D. Abbatem datũ transmisit eidem Illustrissimo Domino Protectori per suas literas, ut ipse prouideret eidem Abbati de aliquo iudice nõ suspecto, à quo tamen nec iudicem obtinere potuit.

Qua de re per aliud memoriale habuit recursum ad Sanctissimum D. N. similiter omnia supradicta exponendo, & supplicando S. B. vt eidem dare dignaretur aliquem iudicem sanctitate suæ bene visum, & eidẽ Oratori non suspectũ, siue in dicta sua Cõgregatione, siue extra, qui similiter cognosceret, & terminaret de delictis contra eum prætensis, & idem memoriale S. S. transmisit eidem Illustrissimo & Reuerendissimo Protectori ad effectum vt prouideret, prout considerari potest, à quo nec vsque modo iudicem nõ suspectum, qui de dicta formatione processus, & eius causa cognosceret, & decideret, obtinere potuit.

Quibus stantibus in præsenti dubitari cõtingit, an dictus R. Abbas inciderit in apostasiam à Religione, & pœnis apostatarum subiectus sit, an vero non.

Et prima facie videtur dicendum quod sic, ex quo, vt est dictum, per plures menses absque licentia suorum Superiorum extra propriã Religionem permanserit, cũ apo-
1 stasia † à Religione nil aliud sit, quã à Religione, quam quis professus est retrocedere, & extra eam uagari, siue cum habitu, siue
* sine. per glosam communiter receptam in cap. 1. in ver. apostasia, de apostati: vbi dicit triplicem esse apostasiam, videlicet, à fide, ab obedientia, & ordine vel Religione, & in hanc tertiam videtur incidisse præfatum Reueren. P. Abbatem. S. Tho. in 2. 2. q. 11. art. 1. ver. responde, & ibi Caieta. in vers. in eodem artic. Nauar. in cons. 1. nume. 3. sub tit. de Apostat. lib. 5. vol. 2. & extat constitutio fœl. recor. Pauli Papæ IIII. in Bullario in suo ordine 29. incipien. postquam diuina bonitas. post princ. in ver. alij vero.

Tamen omnibus consideratis in contrarium esse veritatem, videlicet in apostasiam non incidisse, & illius pœnis non affici præfatum R. Abbatem indubitanter tenere, cũ à sua Religione, & ab obedientia suorum Superiorum temere non discesserit, nec animo illam deserendi, sed ex causa metus, & timoris futuri carceris, cum iniustè viderit se processatum à suis inimicis ex officio, & nulla infamia præcedente super prætensis delictis per eum commissis, prout præcedere requirebatur antequã processari posset, licet sit regularis, vt suo loco dicetur, quando eidem data fuerit copia processus præfati cum termino faciẽdi suas defensiones,
2 cum iustum metum carcer † dicatur inferre, per l. qui in carcerem, & ibi Bart. num. 1. ff. quod met. cau. Port. Imolen. in cons. 5. nu. 5. & Rolan. à Val. in cons. 2. num. 47. & seq. vol. 1. & sufficiat probare tãtum iustam causam timendi, cum nemo se debeat expone-
3 re periculo, † prout dicit Innoc. in c. bonæ. el 1. num. 1. post princip. de elect. & confirmatur exemplo Saluatoris nostri. Ioan. in Euang. cap. 10. in fine, vbi dicit, quod cum Iudæi quærerẽt Dominum nostrum Iesum Christum apprehendere, ipse exiuit de manibus eorum, & cap. 8. in fine, vbi dicit, qđ cum Iudæi tulissent lapidem, vt Iacerent in eum, abscõdit se, & exiuit de templo, quod ualde facit ad casum nostrum stante dicta iniusta formatione processus.

Qua de re sicut Monachus habitum monachalem ob iustum timorem dimittere po-
4 test absq; incursu apostasiæ † per c. 2. & ibi glo. in uer. temere. ne cleri. uel monac. in 6. tex. & glo. in c. penult. in vers. causa, de uita & honesta. cler. Anton. de Butr. in cap. tuæ fraternitati. num. 6. de aposta. & tenet late Franc. de Platea. in tract. de excommun. in rubr. de religiosis, qui temere habitum suæ religionis dimiserint. §. nono. num. 3. tract. diuers. tom. 14. fol. 352. & B. Antonin. similiter in tract. de excommunic. cap. 53. nu. 3. eodem tom. fol. 379. refert & sequitur Mascard. de probat. conclus. 112. nu. 13. lib. 1. & facit Card. in Clem. 1. num. 22. de elect.

cum

cum absq; iusta causa si illud dimitteret, vel coopertum habitum secularem, vel clerica- 5 lem portaret, statim efficeretur † apostata, prout dicit Franch. in dicto cap. 2. ne cleri. vel mona. in 6. Calcan. in cons. 123. in fi. vbi * dicit hanc esse communem opinionem, idē Franc. de Plat. in præcitato loco. num. 1. & 2. & idem Mascar. in præcitata conclus. nu. 1. & seq. & nu. 6. & sequen. ubi refert similiter de communi.

Ita quoque in casu nostro licitum fuit dicto Reuer. P. Abbati absque incursu apostasiæ à dicta Religione, & obedientia discedere, stante dicta iusta causa & timore carceris, cum militet eadem ratio in dictis decretalibus descripta, & sit generalis, non dico extensiuè militare, sed per meram iuris dispositionem, prout dicit Bald. in cap. quia v. ante finem. de iudic. ubi dicit quod 6 quæ rationis † nexus connexit, dispositio iuris non separat, & quod non solum hoc contingit per extensionem sermonis, sed uerius per tacitam dispositionem eius legis, & idē Bald. in repetit. l. de quibus. numero 105. in uers. item nota. ff. de legib. Dominic. de sancto Geminia. in cap. gratia. numero 4. post medium. in uers. ubi est ergo. de rescri. in 6. Curtius iun. in l. admonendi. numero 41. in uersic. ex qua ratione. ff. de iureiuran. latissime Tiraquell. in repet. l. si unquam. in uers. libertis. sub numero 45. per totum. qui more suo quamplures allegat. C. de reuocan. donat. l. his solis, in illis verbis, videlicet, satis cautum putamus, & ibi Bald. num. primo, in princip. C. eod. & optimè Contard. in repet. l. diffamari. c. quarto, in princi. limitatio. num. 35. & sequen. C. de ingen. & manumiss. fol. mihi 414. & Rota in decis. 18. ad finem. in vers. maior tamen pars, de concess. præben. in noui. & tex. in l. non possunt. ff. de legib.

Quæ cōclusio etiam locum habet in cor- 7 rectorijs, † & pœnalibus, late Ias. in Auth. quas actiones. numero 17. & conclusiuè nu mero. 22. in uers. ista regula fallit. C. de sacrosanct. eccles. Paris. in consilio 69. numero 164. volum. 3. Contard. in præcitato loco. num. 36. & Gigas. de pensio. quæst. 86. num. 12. & seq.

Et quod dictus Reuerendus Pater Abbas apostasiam non incurrerit, neque illius pœnis subiectus sit, ex quo non animo deserendi suam Religionem, sed ut carcerem euitaret, & iniustitiam suorum inimicorum, qui contra eum processum formauerant, prout patet, ex quo habuit recursum ad suos Superiores pluries, vt est dictū, ac ad sanctissimum Dominum N. euidenter demonstro, ex auctoritate Caieta. ultra iam desuper in iure firmata, qui in loco desuper citato in secunda secundæ sancti Thom. q. 12. artic. primo, in sua additione. in uers. in eodem primo articulo, & secundo, dicit hęc 8 formalia verba, Religiosum † cum habitu sine licentia, & alterius obedientia manere dupliciter contingit eo animo, et intentione, ut Religiosus amplius non sit, & talis est verus apostata, nec excusatur ab apostasia, & censuris annexis ex hoc, quod defert habitum, sed tenetur ad omnia, ad quæ tenetur apostata sine habitu, secundo contingit, quod non recedat, nec uagetur extra animo retrocedendi à Religione, sed propter Prelatorum forte rigorem, aut propter libidinem uagandi, aut aliquid huiusmodi, & talis non est apostata, sed fugitiuus, & uagus: & quod hoc sit uerum patet ex hoc quod apostasia consistit in retrocessione à Religione, ac per hoc qui retrocessioni à Religione nunquam consentit, nunquam apostasiam incurrit, quamuis incurrat peccatum inobedientiæ, & rebellionis contra Præceptum Prælati exeundo, sicut etiam 9 stans in claustro, † & nolens pertinaciter obedire Prælato aliquid iustè præcipienti rebellis est, & non apostata. hæc ille, quem secutus fuit Nauar. in præcitato consilio primo, numero septimo, vbi refert tāquam decisiua eadem uerba Caieta. sub titulo de aposta. libro quinto. Et ista sufficiat me dixisse ad demonstrandum dictum Reuerendum Patrem Abbatem in Apostasiam prætensam à Religione non incidisse, & per consequens nec illius pœnis affici: ex quibus etiam sufficienter responsum est, dicta in principio procedere, quando Religiosus absque legitima causa, & iusto metu, ac animo deserendi Religionem suam ab illa retrocessit, per supradicta. Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Decretum Episcopi arctans Capellanum ad plures missas solito, & ad contribuendum in translatione altaris, impugnatur. Est Q. ex scripto, & sententia.

SVMMARIVM.

1 *Consultorem breuitati studere decet.*
2 *Casus à testatore uerbis omissus non subintelligitur, & eius uerbis non intelligitur quod non addidit. Et ei imputandum est, quod non prospexerit in eo casu de quo dubitatur.*
3 *Mentem elicere non possumus, ubi uerba prorsus deficiunt.*
4 *Dispositio in mente retenta nihil operatur.*
5 *Voluntas testatoris quomodo ex uerbis attendatur. & nu. 6.*
7 *Dispositio tacita, quæ ex coniecturis colligitur, sufficit.*
8 *Testator præsumitur in dubio uoluisse illud quod uerbis expressit.*
9 *Casus non uidetur omissus qui ex mente testatoris includitur, & ex coniecturis datur intelligi.*
10 *Mens testatoris quando non constat per uerba, sed sequitur ad aliud dispositum expressum, quod habeatur pro expressa.*
11 *Significatio uerbi non potest ex postfacto uariari.*
12 *Voluntas testatoris duobus modis interpretari solet.*
13 *Dispositio testatoris est lex.*
14 *Lex quando recipit aliquam certam interpretationem a consuetudine, non potest mutari, nec ab illa interpretatione recedi.*
15 *Dispositio iuris non separat, quæ rationis nexus coniectit.*
16 *Argumentum legitimum sumitur de uerbis legis ad uerba testatoris.*
17 *Ordinatio testatoris cessat cessantibus redditibus.*
18 *Beneficiorum fructus considerantur deductis oneribus.*
19 *Sacerdotem decet habere tot reditus, quot sufficiat ut commode uiuere possit.*
20 *Institutus de beneficio non tenetur nisi ad onus in institutione sibi annexum.*
21 *Beneficiatus non tenetur ad reparationem ecclesiæ, nisi quatenus supersint reditus beneficij, deductis necessarijs pro eo.*
22 *Beneficiatus debet uiuere, & se sustentare de fructibus beneficij sui, & reseruare reditus & prouentus patrimoniales hæredibus suis.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Visis decretis factis in visitatione per Illustrissimum &
1 Reuerendiss. D. Episcopum, & Principem Cenet. vnum, per quod mandauit Reue. Presbyterum Hieronymum Maresium, siue Marcellum de Opitergio Capellanum Capellaniæ sub inuocatione Sancti Antonij de Padua in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ dicti loci existentis, ac alios in posterũ eligendos, & instituendos de d. capella, quod non amplius tres missas, prout ante fiebat, sed quod quinque qualibet hebdomada celebrari debeãt secundũ dispositioné testamentariã, & diuersitaté legatorũ cum tali onere relictorũ: Ac quod modernus Capellanus tot ulterius missas celebret, quot sciat se celebrare prætermisisse in supraſcripto numero à die adeptę eiusdé altaris possessionis usq; in pñté dié.
Secundum, per quod iussit, cum mandauerit in eadé visitatione dictum altare trans
2 ferri iuxta decretum in præcedenti visitatione factum, per modernum R. Capellanum ad expensas huiusmodi translationis debere contribuere pro tertia parte; quorum utrunq; arbitror de iure nõ subsistere; & dictum R. Capellanum debere à dictis oneribus liberari, stantibus infra dicendis.
Et pro clara rei intelligentia, ac præfa-
3 torum decretorũ resolutione, primo præmittendum esse duxi, quod alias de anno 1494. q. D. Nicolaus de Federicis in suo ultimo testamento reliquit inter cætera præfato altari fabricato per R. presbyterum Matheum de Federicis eius fratrẽ, & prælatum ecclesiæ Sancti Ioannis dicti loci staria quatuor frumenti singulis annis, & in perpetuum, ut dentur Sacerdoti eligendo
4 ad dictum altare per dictum eius fratrem, cum obligatione celebrandi in singula hebdomada continuis temporibus missam unam pro eius anima, & suorum mortuorum; & quod dictum legatum non habeat locum, nisi prius fuerit factum iuspatronatus de dicta Capella, seu altari per dictum D. Presbyterum Plebanum, & idem presbyter fuerit præsentatus per eundé D. Ple-

interpretatione id comprehendere possit, sed si in eius dispositione aliquod verbum vniuersale expressum fuerit, ex quo largè, seu etiam impropriè ea uoluntas compre-
5 hendi possit, tunc uoluntas † ex tali verbo deducta attendenda, & consideranda est, etiamsi ad aliam speciem, seu indiuiduam dispositionem testator non transiuit, prout latè firmat idem Molin. in præcitato loco. numero 28.& Did. Spin. similiter in dicto loco. numero 27. quod ante eos dixit Paul. de Castr. in l. ab omnibus. numero quarto, in princip. ff. de legat. primo. Et quòd non
6 solum dicatur voluntas † testatoris illa, quę ab eo expresse, atque in indiuiduo profertur, sed etiam illa, quæ ex coniecturis resultantibus ex verbis à testatore prolatis comprehenditur; firmat latè idem Molin. similiter de primogen. Hispan. libro tertio, cap. 4. num. 40. præsertim in uers. similiter enim, & idem voluit Soc. sen. in cons. 69. num. 1. in ver. unde, vol. 3.

Et quod etiam tacita dispositio, quæ ex
7 coniecturis colligitur, † sufficiat, dicit Paris. in consilio 66. numero 80. volum. 3. Et quod coniecturæ debeant colligi ex his, quæ testator disposuit in suo testamento, aliàs non sufficeret dicere, quod talis fuit mens testatoris; & quod testator verisimiliter ita disposuisset, cum necesse sit, quòd sua voluntas transeat in dispositionem, cum
8 in dubio † testator præsumatur uoluisse illud, quod uerbis expressit, ut est dictum, firmat latè idem Paris. in consilio 87. numero 18. eodem volum. & Nat. in consi. 551. numero 21. & sequen. & sic interpretatio fit, quemadmodum verisimile est, testatorem sensisse quoad eum casum, qui non sit in totum verbis omissus, sed aliquo modo sub virtute dispositionis possit comprehendi. Alberi. de Rosa. in l. tale pactum. §. fina. numero tertio, in fi. ff. de pact. latè Lancellott. Galliau. in l. Gallus. §. & quid si tantum, numero 20. & sequen. ff. de liber. & posthum. cum alijs pluribus citatis per Gabriel. sub tit. de regul. iuris in conclus. 10. numero 7. libro 6. Et hoc modo casus non videtur
9 omissus, † qui ex mente testatoris includitur, & ex coniecturis datur intelligi; vt sæpe firmauit idem Paris. in consil. 75. num. 38. volum. 2. & in cons. 77. in fi. & in cons. 90. numero 41. eodem volum. & in cons. 1. numero 50. & in cõs. 3. numero 55. & in consilio 5. numero 45. & in consil. 11. num. 42.
10 vol. 3. Et quod mens testatoris, † quando nõ constat per verba, sed sequitur ad aliud dispositum expressum tunc habeatur pro expressa, firmat Soc. sen. in d. l. in ambiguo, nume. 7. ff. de rebus dub. quod ante uoluit Bald. in l. vnica. numero 10. in fi. C. de his. qui ante aper. tabul. quem secutus fuit Dec. in consil. 15. numero 6. Ruin. in consil. 29. numero 11. in fi. Rube. Alexan. in consilio 68. numero 2. in vers. præmissis. Soc. iun. in consi. 4. num. 14. & melius in cons. 100. nu. 60. volum. 3.

Sed si sic est, deueniendo nunc ad uerba testamenti præfati Reuerendi Plebani, dico non esse dubium ex coniectura & mente eiusdem testatoris ex verbis per eum prolatis euidentissime apparere præfatum testatorem intellexisse, & comprehendere in illis tribus missis in omni hebdomada per Capellanum, qui pro tempore erit eiusdem Capellæ sancti Antonij dicendis illas duas missas, de quibus disposuerunt præfati q. Nicolaus de Federicis eius frater, ac q. Samaritana similiter de Federicis eius neptis, stante præsertim tenore eorundem testamentorum, attento quòd postquam disposuit de dictis missis, & de alijs celebrandis in diebus festiuis tam pro anima sua, quam mortuorum suorum, sic includendo pręfat. Nicolaum & Samaritanam, ac eorum mortuos, deueniendo ad bona, seu reditus, non solum mandauit dari eidem Capellano staria sexdecim frumenti, & sex concia vini per ipsum relict. sed etiam disposuit, & ordinauit sub eadem oratione, quod eidem Capellano dentur staria quatuor frumenti relicti eidem Capellæ & Capellano per dictum Nicolaum, ac etiam alios fructus relict. per dictam Samaritanam, nullam aliam faciendo mẽtionem de missis duabus, quas ordinarunt in suis testamentis præfati Nicolaus & Samaritana celebrari; quod non fecisset, nec silentio pertransisset, si noluisset dictas duas missas in illis comprehendi: nec talis uoluntas, & intentio aliquo modo in præsenti in dubium reuocari potuit, aut potest; attento quod dicta uerba testamenti præfati, ab illo tempore citra, hanc sumpserunt significationem, unde ho-
11 die talis significatio † ex post facto non potest uariari; prout dicit Ruin. in consi. 117. numero septimo, volum. secundo, quem secutus

cutus fuit Cardin. Manti. de coniectu. ulti. volun. libro tertio, titulo 11. per l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar. & pupilla. fubftitut. ad idemque facit idem Cardin. Manti. in dicto tracta. titulo 9. numero quinto, libro tertio, ubi dicit duobus modis folere interpre-
12 tari teftatoris voluntatem: † Primo quod ita teftator videatur fenfiffe: altero modo, quod fi teftator cogitaffet, ita uerifimiliter difpofuiffet. Et quod in primo modo tempus facti teftamenti infpicitur: in fecundo autem quòd poffit aliquid etiam poft factum teftamentum à lege fubintelligi, ad dicta per Lancellot, Galliau, in l. Centurio, numero 51. ff. de vulgar. & pupilla. fubftitu. ubi in noftro cafu dicit tempus facti teftamenti infpici ad cognofcendum, quod comprehendatur in difpofitione teftatoris: & fic patet teftatorem præfatum ita fenfiffe difponendo, vt eft dictum, uidelicet dictas duas miffas in illis tribus per eum relictis in hebdomada dicendis, ultra alias dicendas in diebus feftiuis, comprehendi; cum à die facti teftamenti vfque modo femper dictum teftamentum fuerit fic interpretatum; Et fic à tali interpretatione minime recedendum eft, tum per fupradicta, tum etiam quia quòd attinet ad uerborum interpretationem uerba teftatoris, & legum conditoris eundem recipiunt intellectum,
13 quoniam teftatoris difpofitio † lex eft, prout habemus in Authent. de nupt. §. difponat, ubi text. dicit. Difponat itaque unufquifque in fuis, ut dignum eft, & fit lex eius uoluntas; & dicit latè Parif. in confil. 119. numero 23. volum. quarto, Caftiglio. in cõfilio nono, numero 16. & idem Cardinal. Manti. in dicto tractat. titulo 4. numero 16.
14 libro tertio. Et ideo ficut quando lex † à confuetudine recipit aliquam certam interpretationem, ab illa interpretatione legis non poteft recedi, nec mutari, per text. in l. minimè funt mutanda. & ibi Doctor. præfertim Odoffr. & Alberi. ff. de legi. & l. fi de interpretatione. ff. eo. pari modo non poteft recedi, nec debet mutari ifta interpretatio, quam habuit præfatum teftamentum à dicta confuetudine quafi centum annorum, nedum decem uel quadraginta annorum; videlicet, quod præfati Capellani tantum teneantur uigore præfati teftamenti, & legatorum in eo mentionatorum dicere intra quamlibet hebdomadam tres miffas, ultra quòd teneantur celebrare etiã in omnibus feftiuitatibus, excepto in una die Dominicæ cuiuflibet menfis, & refidere in dicto loco, ut eft dictum per eandem rationem, non dico extenfiuè, fed per meram iuris difpofitionem, prout dicit Bald. in cap. quia V. ante finem, de iudi. ubi dicit,
15 quòd quæ rationis nexus † connectit, difpofitio iuris non feparat: Et quod non folum hoc contingit per exiftentiam fermonis, fed uerius per tacitam difpofitionem eiufdem legis, & in repetit. l. de quibus. numero 105. in uerf. item nota. ff. de legib. l. his folis, in illis uerbis. fatis tacitè cautum putamus. & ibi Bald. numero primo, in principio. C. de reuocan. donat. tex. in l. non poffunt. ff. de leg. Dominic. de fancto Geminia. in cap. gratia. numero quarto, poft medium. in uerf. ubi eft ergo, de refcript. in 6. Curtius iun. in l. admonendi. numero 41. in uerbo, ex qua ratione. ff. de iureiuran. latiffimè Tiraquell. in repet. l. fi unquam, in verfic. libertis, fub numero 45. per totum, qui more fuo quam plures allegat. C. de reuocan. donat. & Rota decif. 18. ad fin. in verf. maior tamen pars, de conceff. preb. in noui. Et quod de uerbis legis ad uerba teftato-
16 ris legitimum argumentum † fumatur. not. Bartol. in l. qui filium. §. fina. in fine, ff. ad Trebell. & in l. fi ita fuerit. §. quæftio. numero 3. ff. de manumiff. teftamen. Bald. in confilio fecundo, numero tertio, & in confilio 184. in fine, uolum. primo, & in confil. 420. in fine, volum. tertio, & in confilio 121. in fine, uolum. quarto, & Manti. in proximè citato loco.

Quibus accedat, etiam alio fundamento, & inconuincibili ratione præfatam interpretationem procedere: nam in iure dubium non eft, quod ceffantibus reditibus,
17 ceffare debeat ordinatio teftatoris † ad dicta per Felyn. in cap. cum acceffiffent. numero 19. in fine, de conftitu. quem fecutus fuit Lamberr. de iurepatro. in 7. articul. 6. quæft. princip. numero tertio, libro tertio, fol. mihi 27. & Roch. de Curt. in eo tracta. iuri. patro. in uerfic. pro eo quod diœcefani confenfu. fub numero 32. fol. mihi 320. Qua de re non eft dubium, quod confideratis reditibus eiufdem Capellæ, ac lege teftatoris in eo teftamento appofita, quòd præfatus Capellanus teneatur ftare, & habitare in dicto loco Opitergij, ac intereffe omni-

omnibus diuinis officijs celebrandis in dicta Ecclesia sancti Ioannis. Et quòd debeat celebrare omnibus diebus festiuis singulis annis, excepto una die Dominica in quolibet mense, & quod debeat intra quālibet hebdomadam celebrare etiam tres alias, quod facere non potuit, & quòd tantum redituum, seu fructuum præfata Capella, deductis oneribus, prout deduci solent, quando fructus beneficiorum considerantur,
18 † prout dicit Ioan. de Selua in tract. de benefic. quæst. 12. numero 32. par. 3. quod prius uoluit Bald. in l. prima, numero 8. in ver. pone. C. de fruct. & liti. expens. Ias. in l. fructus. numero 16. & ibi Cuma. numero 3. in princip. ff. solu. matrimo. & Rota decis. 6. de concess. præben. in antiq. Ias. in l. fructus. numero 16. & ibi Cuma. numero 3. ff. solut. matrim. & Bald. in l. prima, numero 8. in vers. pone, C. de fruct. & liti. expens. minus quinquaginta ducatorum Venetorū, quod ad maiorem obligationem, quam habet idem Capellanus uigore testamenti præfati, etsi maius onus apposuisset, prout apposuit, quòd astringi non potuisset, neque posset ad illud adimplendum, cum nemo dubitare possit, consideratis dictis reditibus, quod eidem non sufficiunt, ut commode
19 viuere possit, prout Sacerdotem † decet, & Concilio Tridentin. censuit cap. 2. sess. 21. de reformat. & necesse habeat aliunde ex suo exercitio sacerdotali & conuenienti residuum sui uictus, quod deficit, & aliorum necessariorum quærere, quod facere non posset, si fere singulis diebus esset grauatus ad celebrandum, prout in dicto decreto dicitur, & ad interessendum diuinis, ut supra; & ideo non est dubium dictum decretum iure non subsistere, nec illius vigore ad celebrationem dictarum duarum missarum esse grauandum, cum censeantur comprehensæ in dictis tribus missis celebrandis intra hebdomadam, ut supra dictum est, cum a dicta consuetudine, à qua testamentum præfatum interpretationem recepit, recedi non possit, per supradicta.

Quibus accedat etiam, licet opus non sit demonstrare statibus suprascriptis, quod
20 institutus de beneficio non tenetur, † nisi ad onus in institutione sibi annexum, prout dicit Abb. in consilio 96. columna fina. in versic. ad tertium. volumine secundo. Cum igitur in literis dicti Reuerendi Capellani dicatur, quòd dicto altari in diuinis laudabiliter deseruiat, & onera illius debitè supportet, non est dubium, quod cum in institutione dictum altare aliud onus nō habeat, quàm supradictum per dictum testatorem expositum, & ordinatum, quod ad alias missas celebrandas grauari non debet. Et ista sufficiant quoad primum decretum.

Quo verò ad secundum decretum, similiter dicitur de iure non subsistere, cum minimè teneatur dictus Reuerendus Capellanus pro tertia parte ad expensas translationis altaris præfatæ Capellæ, prout in eo condemnatus fuit; attento quod non solum deductis necessarijs pro eius sustentatione, nihil superest de fructibus eiusdem Capellæ, cum tenues sint; cum tantum non ascendant ad ducatos quinquaginta, ut supra
21 dictum, & clarum sit in iure, quòd † beneficiatus non tenetur ad reparationem ecclesiæ, nisi quatenus supersint reditus beneficij, deductis necessarijs pro eo, ut est dictum, prout firmat Abb. in cap. primo, numero secundo, & in cap. de his, numero secundo, de eccles. ædific. Neque aliquid obstaret, etsi diceretur, quòd dictus Reuerendus Capellanus haberet aliquid de suo patrimonio, vnde se ipsum sustentare posset solutis dictis expensis pro dicta translatione altaris: quia dico, quod beneficiatus
22 † debet viuere, & se sustentare de fructibus beneficij sui, & reseruare reditus, & prouentus prouenientes ex bonis patrimonialibus suis hæredibus; prout dicit Lambert. de iurepatron. in quarto artic. 3. quæst. princip. 3. lib. sub num. 1. vbi dicit ita omnes tenere.

Et ista sufficiat me dixisse pro bono iure dicti Reuerendi Capellani, & vt à dicto Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Episcopo amplius circa executionem dictorum decretorum non molestetur; cum nec de iure molestari possit, per supradicta.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Capellania simplex an requirat residentiam. Et de ui consuetudinis in hac materia residentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia potest statuere, quod simplex capellanus resideat.*
2 *Statutum recipit interpretationẽ ab obseruata contraria consuetudine.*
3 *Consuetudo interpretatur legem & statutum.*
4 *Consuetudinis potestas triplex, scilicet, legis cõdendæ, interpretandæ, & aborgandæ.*
5 *Beneficia simplicia de consuetudine generali ecclesię non requirunt residentiam.*
6 *Literæ subreptitiæ ad beneficia sunt ipso iure nullæ.*
7 *Sententia lata in uim literarum subreptitiarum est nulla.*

CONSILIVM LXXXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Literæ prouisionis Macrini de simplici Capellania, præbenda de quinto nuncupata in cathedrali ecclesia Taruisina existen. per R. P. D. Paulum Bonsiliũ sanctissimi D. N. Papæ referendarium, & in cathedrali ecclesia Patauina Decanum à 25. annis citra iusto titulo possessa; sunt subreptitiæ & nullæ: quia etsi dicta præbenda residentiam requirat, prout in dictis literis fuit expressum, ex speciali statuto eiusdem
1 ecclesiæ, † quod fieri potuit, ad dicta per Innocen. in cap. fi. in princip. de cleric. non residen.

Tamen ex quo dictum statutum recepit interpretationem ab obseruata consuetudine eiusdem ecclesiæ, quæ se habet, quod
2 præbendati † legitima causa impediti, prout est præfatus Decanus ob residentiam Decanatus, possint & ualeant in dictis præbendis, cum nõ sint Canonicales, imò simplicia beneficia, ut est dictum, per alios inseruire, prout semper fecit dictus dominus Decanus, vel ducatos decem thesaurariæ eiusdem Ecclesiæ persoluere ob deficientiam residentiæ, quæ consuetudo ueniret attendenda; prout dicit Bald. in l. si de interpretatione in princip. ff. de leg. ubi dicit con
3 suetudinem † & legem, & statutum interpretari, & idem ibidem uoluit Odofred. præsertim numero primo, vbi dicit tripli-
4 cem esse potestatem consuetudinis, † uidelicet, legis condendæ, legis interpretandæ, & legis abrogandæ. ad idem l. minimè. & Zas. in l. de quibus. numero 36. ff. eodem & Lap. allegat. 35. numero primo, in fi. & glo. in cap. erit autem, in uer. secundum patriæ consuetudinem, distinct. 4. Et quod consuetudo interpretetur legem & statutum, firmat Dec. in consi. 538. nu. 3.

De qua qualitate residentiæ cum insit dictæ præbendæ de facto, cum procedat à consuetudine particulari Ecclesiæ præfatę, & non à iure communi; cum de consuetu-
5 dine generali ecclesię talia beneficia † simplicia residentiam non requirant, Felyn. in cap. dilectus. el secundo, numero 1. in uers. & dicuntur, de rescript. & latè Mandof. in regul. 1. Cancellariæ. quæst. 14. sub num. 7. & sequent. erat facienda mentio de dicta speciali consuetudine, quæ cum facta non fuerit, literæ sunt subreptitiæ. Cassad. decis. 12. numero 7. & seq. in titulo de præben. quod prius uoluit Felyn. in cap. in nostra. numero 14. in versic. quartum corolarium, iniunctis his, quæ dicit ibidem numero 9. in uer. Theorica, de rescript. cum non sit dubium, quod si dictus Macrinus in dicta sua impetratione fecisset mentionem de tali speciali consuetudine: & quod semper illi satisfecit dictus Decanus, quod talem gratiam non obtinuisset, prout obtenta illi non suffragatur; cum literæ subreptitiæ ad
6 † beneficia sint ipso iure nullæ. Clemen. 1. post princip. in illis verbis, Gratia huiusmodi ueluti subreptitia nullius penitus est momenti, de præben. cap. ad audientiam. el secundo, & ibi latissime Felyn. sub num. 22.
* in uers. literæ beneficiales, ubi de communi. de rescript. Bero. in consilio 13. numero 13. uolum. primo, & in consilio 144. numero quarto, volum. secundo. Veral. in decis. 7. numero secundo, & in decis. 135. numero quarto, ubi dicit ita in Rota fuisse tentũ. parte prima, quod prius voluerunt in cap. in nostris. Anton. de Butr. numero quinto, Abb. num. 11. & Imol. numero 6. de concess. præben. & ideo ex quo in vim illarum

Vica-

Vicarius Taruisinus processit, & protulit sententiam contra dictum Decanum præbendatum, non est dubium præfatam sen-
7 tentiam † nullam esse, & corruere cum toto processu. Felyn. in cap. fina. numero 39. de præsumpt. dicto cap. cum in nostris, & ibi Anto. de Butr. Abb. & Imol. in locis desuper citatis. de concess. præben. & Gigas de pensio. quæstio. vltima, numero 14. Et ista sufficiat me dixisse, stante nullitate præfatarum literarum.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Præsentandus ad altare ex ordinationem testatoris quæ requisita habere debet. Et de arboris consanguinitatis in iudicio productæ ui.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo in quolibet actu regulariter sufficiunt.*
2 *Probatio nulla maior est quam propria partis cōfessio. & nu. 7.*
3 *Notorium aliquid esse per sententiam, per partis confessionem, uel rei euidentiam æquipollet.*
4 *Iudicis partes in confessum nullæ sunt, nisi in condēnando.*
5 *Confessio facta in iudicio habet uim sententiæ, & confitens habetur pro condemnato in ciuilibus, secus in criminalibus. nu. 6.*
8 *Confessio facta etiam parte absente ualet, & probat de iure pontificio in causis ecclesiasticis & spiritualibus, nu. 9.*
10 *Arbor consanguinitatis a parte fabricata per se ipsa non probat.*
11 *Decretum iudicis non probat contra non citatum in eius interpositione.*
12 *Decretum habens relationem ad processum per modum causæ est notorie iniquum, & nullum.*
13 *Confessio partis in iudicio facta quam uim habeat.*
14 *Residentia, & cura æquiparantur.*
15 *Beneficia duo curata insimul retineri non possunt.*
16 *Testator potest in suo testamento legem a se dispositis ponere. & nu. 24.*
17 *Dispositio, quæ generaliter dicit homines certæ conditionis admitti debere ad honores, intelligitur de habilibus.*
18 *Qualitas requisita debet interuenire tempore actus, & non sufficit quod post interueniat.*
19 *Beneficij secundi curati adeptione possessionis uacat primum ipso iure.*
20 *Beneficium curatum habens non est actu habilis ut præsentetur ad beneficium residentiam requirens, & assignatur ratio.*
21 *Literæ Apostolicæ, non subreptitiæ, aut obreptitiæ, ualent.*
22 *Actus actiuorum fiunt in patiente bene disposito.*
23 *Papa derogare potest beneficio fundato, seu dotato a persona ecclesiastica. & nu. 25.*
26 *Prouisus de beneficio, licet male, non potest a sua possessione amoueri ad instantiam nullum ius habentis in beneficio.*

CONSILIVM XC.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa de Bernardis iurispatronatus, ex tribus principalibus fundamentis, unum alterum per se ipsum sufficit, debet obtinere Reueren. Presbyter Gaspar de Pasqualinis ad Altare sanctissimi corporis Christi in Ecclesia sancti Georgij de Purcilijs existens: de quo agitur præsentatus, & de eodem institutus: & Reuer. Presbyter Ioannes aduersarius succumbere, ex infra dicendis.

Et primo, quia licet testator in suo testamento & Codicillis disposuerit, & ordinauerit, quod Presbyteri pro tempore præsentandi ad dictum Altare teneantur facere residentiam in eadem Ecclesia: & quod si adsint Presbyteri de sua domo de Bernardis, quod omnibus alijs præferantur, 8 & eligi debeant per suos Commissarios, & executores testamentarios: tamen sciendum est eundem Reuerendum aduersariū non esse de domo dicti testatoris, sed à Ponte; prout nedum per testes pro parte dicti Reueren. Gasparis examinatos probatur,
1 cum nedum duo † ita deponant, qui regulariter sufficiunt. per l. ubi numerus. ff. de testibus. cap. in omni. eodem titulo, sed per plures; prout est videre ex eorum depositionibus: verumetiam ex sua propria confessione in iudicio, alias dum litigaret super huiusmodi beneficio in Curia Episcopali Concordiensi dictus Presbyter Ioannes contra Presbyterum Franciscum & alios de Bernardis facta. Vbi in quadam renunciatione eiusdem liti, & iuri, & causæ ad fauorem præfatorum tanquam ius & actionem non habens super

dicto beneficio, vocauit se Presbyterum
Ioannem à Ponte, & non de Bernardis,
prout constat ex actis: cum ex ea quoad
istud caput ponatur falx ad radicem, cum
2 nulla sit maior probatio, † quam propriæ
partis confessio; prout voluit Grat. in consi.
50. num. 4. vol. 2. Roma. in cons. 391. nu. 8.
Marsil. in sing. 257. Thom. de Ferrar. in cau
tel. 57. num. 1. & seq. Aegid. decis. 690. nu.
1. & Veral. decis. 185. in 3. parte. Cum æ-
3 quipolleat aliquid esse notorium † per sen-
tentiam, vel per partis confessionem, & rei
euidentiam. Feder. de Sen. in cons. 236. nu.
4 2. Et propterea in confessum † nullæ sunt
partes iudicis nisi in condemnando; prout
dicit Rota decis. 11. alias 421. circa mediũ.
sub tit. de restit. spoliat. in noui. Imò confes-
5 sio † in iudicio facta habet vim sententiæ:
& pro condemnato confitens habetur, per
text. in l. 1. & ibi Doct. C. de confess. Abb.
in c. quærenti. num. 5. de off. deleg. vbi dicit
6 confessum † pro condemnato haberi in ci-
uilibus, secus in criminalibus. & Felyn. in c.
si cautio. num. 24. in fi. de fide instrumen. &
Ant. de Doct. in cons. 68. num. 19. inter ma
trimonia. diuers. vol. 1.

Nec audiendus est d. R. aduersarius, cũ
nimis indignum sit uenire contra illud, qđ
7 † propria confessione confessus fuit, per
text. in l. generaliter. in fi. C. de non nume.
pecu. c. per tuas, ante fi. de proba. & Thom.
Ferrar. in d. cautel. 57. num. 2. Neq; obstat
si diceretur, quod respectu dicti Gasparis
8 talis cõfessio fuit facta parte absente, † quia
nihilominus ualet secundum iuris Pontifi-
cij dispositionem, & probat; prout dicit Fe-
lyn. in d. cap. si cautio. num. 27. de fide in-
strum. Alcia. in cons. 6. num. 26. lib. 1. & in
rubr. ff. de uerb. oblig. num. 13. & hanc esse
* communem opinionem dicit Portius Imol.
in cons. 176. num. 35. Villalob. de commu-
ni pariter referens in tit. de confess. sub nu.
* 234. in fi. inter communes diuers. lib. 2. fol.
* mihi 298. & hanc opinionem esse commu-
nem dicit Curtius iun. in cons. 168. nu. 12.
9 vol. 2. Et quod confessio facta † in causis
ecclesiasticis & spiritualibus absente aduer
sario probet, tenet in præcitato loco idem
Felyn. post princip. quod ante eum uoluit
Bal. in d. cap. innotuit, nu. 5. in ver. & tamen
confessio.

Nec pariter aliquid obstat, si diceretur
in arbore per eum producta probari dictũ
aduersarium esse de domo testatoris, prout
in illius fine videtur apparere: quia ad istud
fundamentum dupliciter respondetur. Pri-
mo, quod minime fuit probatum pro parte
dicti Reuerendi presbyteri Ioannis per te-
stes, uel instrumenta in eadem arbore con-
tenta esse uera, præsertim quoad auum ip-
sius, eius patrem, & ipsum; vt bene uidit
Dominus meus; cum arbor per se ipsa non
10 probet, † cum ab eo fuerit fabricata, &
per hoc ad sui fauorem illi non creditur iu-
ribus vulgaribus. Neque aliquid obstat
assertum decretum iudicis: quia ad illud
non fuit citatus dictus presbyter Gaspar,
sed fuit interpositum contra dominũ Ioan-
nem Baptistam de Bernardis, tam aduersa-
rium dicti presbyteri Ioannis aduersarij,
quam dicti presbyteri Gasparis in causa hu
iusmodi: & per hoc in sui præiudicium non
11 probare, † ad dicta per Ioan. Guterrez. in
consilio 1. num. 43. in vers. superest. & nu-
mero 44. & sequen. qui ferè in terminis lo-
quitur. Vltra quod dictum decretum sit
notoriè iniquum & nullum ex falsa causa
in eo expressa: cum iudex dicat, viso pro-
cessu &c. per modum causæ: & tamen ex
processu constat, arborem præfatam non
esse uerificatam quoad supradictos auum
ipsius, patrem, & ipsum, ut est dictum. Et
sic dictum decretum esse notoriè iniquum
12 & nullum, † cum habeat relationem ad
processum per modum causæ, ut similiter
est dictum; prout attestatur hanc esse ma-
** gis communem Alexan. in consilio 123.
numero 7. volum. 1. quod prius uoluit In-
nocen. in cap. cum Bertoldus, numero 4. in
ver. concessimus. de re iudic. & Imo. in cap.
in præsentia. sub num. 47. præsertim in fine,
de renunc.

Secundo respondetur, quod etsi per te-
stes uel instrumenta probatum fuisset in ea
contenta esse vera; quod nihilominus non
probaret ipsum esse de dicta domo de Ber-
nardis, stante dicta eius confessione sic in iu
13 dicio facta; cum adeo probet cõfessio † par
tis contra confitentem, ut infringat proba-
tionem testium, & instrumentorum aliter
deponentium, seu continentium ad fauo-
rem contrarium confitentis, prout firmat
Roma. in cons. 391. num. 8. sequitur Gabr.
in suis conclus. sub tit. de testib. concl. 4. nu.
75. ubi dicit, plus ualere confessionẽ partis,
quam dicta mille testiũ aliter deponentiũ.

quod

quod ante eos uoluerunt Bar. in l. 2. in §. creditum, num. 7. ff. si cert. peta. & Bal. in prima Const. C. §. quibus, nu. 10. Et ex his sit resolutum dictum R. Presbyterum Ioannē non esse de comprehensis in testamento et codicillis præfatis, cum non sit de domo de Bernardis, sed a Ponte.

Et non solum ex supradicto fundamento debet succumbere dictus R. Aduersarius; uerumetiam & quia etsi fuisset de illis presbyteris domus de Bernardis, quod testator iussit præferri omnibus alijs in præsentatione pro tempore facienda ad dictum altare per suos commissarios: cum ex quo testator iussit in fundatione, seu dotatione dicti beneficij; quod pro tempore eligendi debeant in eo & dicta ecclesia Sancti Georgij residere: et sic reddēdo dictum beneficium incompatibile cum alio beneficio residentiam, vel animarum curam habē-
14 te, cum † residentia, & cura æquiparentur, prout dicit Bonifa. de Vitali. in Clem. gratiæ, num. 49. de rescript. & talia beneficia
15 insimul retineri non possint, † Innoc. in ca. fi. in princip. de cler. non residen. non est dubium per dictos commissarios non potuisse nec debuisse eligi, nec præsentari dictum presbyterum Ioannem ad dictum beneficium, cum haberet & habeat ecclesiam curatam . . . . . . & sic actu inhabilis fuerit, & sit ad dictum beneficium, & præsentationem, licet habitu & potentia esset habilis, cum simus in dispositione hominis, in fundatione, seu dotatione beneficio apposita, veluti quod aliquis ad illud non possit præsentari, nisi sit sacerdos, nedum habitu & potentia, ut præsentari valeat: & hæc cōclusio decidit casum nostrum, cum simus in dispositione hominis, & lege posita a testa-
16 tore in suo testamento, † quod facere potuit: prout dicit Lamber. in loco infra allegando, & latè Guterrez. in d. cons. 1. num. 1. & seq. & cons. 2. num. 1. & seq. & ratio sit generalis; & exempla non restringant regulam iuribus vulgaribus. ad quod facit illud, quod dicit Ruin. in cons. 136. nu. 3. volum.
17 5. vbi dicit, quod dispositio, † quæ generaliter dicit homines certæ conditionis admitti debere ad honores; intelligatur de habilibus: allegat l. ur gradatim, §. etsi legē. de muner. & honor. licet secus procedat in beneficio tale onus habente de iure communi; cum tunc sufficiat solum habitu esse idoneum. Ita voluit Roch. de Cur. in tract. de iure patr. in ver. honorificum sub nu. 21. incipiente, circa aliud fol. mihi 8. Labert. similiter in dicto tract. de iure patr. in 29. art. per totū. 7. q. prin. 1. par. 2. lib. fol. mihi 79. quod ante eos voluit Rot. in decis. prima, quam allegant, in titu. de præbend. in nou. omnino viden. & Barbat. in cons. 33. num. 8. 9. & seq. volum. 2. & idem Guterrez. dicto cons. 1. num. 7. in ver. his sic præhabitis, num. 10. & seq. num. 12. & seq. & conclusiuè num. 15. 16. & seq. omnino viden. vbi adducit etiam multa exempla. & quod quali-
18 tas † requisita debeat interuenire tempore actus, & non sufficiat, quod postea interueniat, tenet latè plures allegans Paris. in in consil. 62. num. 37. & pluribus sequenti volumine 4.

Neque aliquid uidetur obstare prædictis illud, quod dicit idem Roch. de Cur. in d. vers. honorificum, sub num. 18. videlicet quod habens beneficium curatum, vel dignitatem possit præsentari ad aliud beneficium curatum, etiam iurispatronatus, vel dignitatem; & quod per adeptionem possessionis secūdi vacet primum ipso iure. quod
19 † ante eum uoluerunt de beneficio curato Glo. in Clem. 2. etsi ab apostolicæ in versic. collationem. & ibi Card. in 15. q. sub num. 11. Guliel. de Monte Laudu. in d. ver. collationem. Innoc. num. 15. & Bonifac. de Vitali, num. 22. de offic. ordin. quia ad hoc respondetur, quod prædicti Docto. non vidētur loqui in casu dispositionis testatoris, pro ut nos sumus, quod casu requiritur quod actu sit habilis præsentandus, & non habitu, seu potentia; cum ecclesia non possit effici curata ex dispositione testatoris, sed alias ex ordinatione superiorum talis qualitas adijciatur, etsi beneficia sint de iure patronatus laicorum, prout nos experientia docet. & licet idem Card. in cap. si. colum. pen. ad finem de cleri. non residen. videatur hoc tenere, habere locum in beneficio etiam requirente residentiam ex ordinatione testatoris, quod ad illud possit præsentari habēs curatum; tamen eius opinio non uidetur mihi vera per desuper firmata in princip. huius nostræ conclusionis; & ad dicta late per dictum Guterrez. in d. cons. primo, præsertim num. 15. cum seq. ubi quamplura accumulat; cum non sit dubitandum habentem
20 † curatum non esse actu habilem ad præsentan-

sentandũ ad beneficium residentiam requirens; cum non possit retinere quod habet cum illo, & de facili possit eludere præsentatos, non accipiendo institutionem beneficij residentiam requirentis, seu possessionẽ, tenendo in suspenso uoluntatem testatoris contra illud, quod dicit idem Guterrez. in d.c. num. 16. in fi. & labi faciendo etiam tẽpus quatuor mensium assignatum laicis patronis ad præsentandum; & sic patronos priuare iure præsentandi pro illa uice, cum præsumatur scire qualitatem præsentati, & illum esse inhabilem actu ad præsentandũ, cum habeat curatum ad beneficium residẽtiam continuam requirens ad dicta per eundem Roch. in præcitato loco num. 17. & Guaterrez. in d. cons. 1. nu. 41. & hæc quoad secundum.

Tertio dicitur dictum R. aduersarium excludi a literis Apostolicis prouisionis factę in personam prædicti R. presbyteri Gasparis, Beneficij, de quo agitur, collatione, seu institutione inde secuta, ex quo sunt ualidę; cum in eis ad fugiendum vitium surreptionis & obreptionis fuerit facta mentio de lite, quam habebat cum dicto R. aduersario, & alijs super dicto beneficio, de quo agi-

21 tur, prout facere debebat, † ad dicta per Fel. in c. in nostra, num. 12. de rescript. Milis. in suo Repert. in uer. gratia si est impetrata pendente lite fol. mihi 183. ter. Oldr. in cons. 299. num. 5. in uer. aut quis igitur: Cassad. in decis. 18. num. 6. sub tit. de præben. Menoch. de arbitr. iudic. in casu 201. num. 131. & nouissimè Flam. Paris. in tract. de resignatio. benef. q. 3. num. 60. lib. 2. fol. mihi 96.

Neq; obstat, si dicatur, dictas literas corruere tanquam obreptitias, ex quo in eis non fuit facta mentio, quod testator in illius dotatione mandauit presbyteros de domo sua de Bernardis omnibus alijs præferri debere per suos commissarios & executores testamentarios in præsentatione pro tempore facienda ad dictum beneficium, & sic de prætenso iure aduersarij. Primo, quia vt est dictum, dictus R. aduersarius actu inhabilis erat ad talem præsentationem, prout est; ex quo possidebat, & possidet ecclesiam curatam incompatibilẽ cum dicto Beneficio; ex quo habet continuam residentiam, ut similiter dictum est; & per hoc non fuit de tali prætẽso iure mẽ-

mentio facienda in dictis literis; cum nec posset ad tale beneficium præsentari per ius præsentandi habentes, cum actus acti-

22 uorum † fiant in patiente bene disposito, prout dicit Barbat. in alleg. cons. num. 9. licet habitu & potentia esset habilis; cum nõ consideretur talis potentia & habitus a iure in casu huiusmodi, prout dicit ibidem idem Barbat. post princip. ad quod facit §. fi. iuncto prin. Insti. de leg. agnat. tut. in quo cauetur expresse, quod licet omnes agnati ex lege duodecim tabularum uocentur deficientibus testamentarijs tutoribus ad suscipiendum tutelam impuberum; cum ab eodem iure vocentur ad illorum hæreditatem; quod nihilominus uocati non censeantur, qui mutarunt eorum statũ per capitis diminutionem, quod ualde facit ad casum nostrum; cum dictus aduersarius non censeatur debere eligi, nec alijs præferri ex uoluntate dicti testatoris, seu dispositione præfatorum testamenti & codicillorum: ex quo actu non fuit, nec habilis est; cum haberet beneficium curatum, quod retinere non poterat cum eo, quod requirebat residentiam continuam habente, prout supra dictum est.

Quibus accedat etiam, quod si præfatæ literæ Apostolicæ habent clausulam, non obstantibus &c. quod etiam ex isto capite censetur exclusus dictus aduersarius; etsi esset de domo dicti testatoris, & habilis, & idoneus, prout nõ est: cum Papa propterea censeatur derogasse pro hac uice dictæ dispositioni testatoris; cum † tale beneficium

23 fuerit fundatum, seu dotatum a persona ecclesiastica, cui de facili derogare potest; licet secus procederet in laico: prout uoluit Domi. de Sancto Gemi. in c. si pro clericis pauperibus, num. 4. in uer. quid si sunt beneficia, usque ad num. 5. & ibi etiam Franc. num. 5. de pręben. in 6. Rot. in d. decis. 1. de præben. in nou. & uoluerunt Lamber. & Roch. de Cur. in d. tracta. de iure patronat. in locis desuper citatis.

Neque etiam obstat, si dicatur, quod ex quo d. Gaspar non erat in Sacerdotio constitutus tempore prouisionis, etsi erat in ætate idonea; quod propterea literæ præfatæ sint subreptitiæ & obreptitiæ; & quod non potuit de tali beneficio prouideri, stante dicta ordinatione testatoris; per quem etiam mandatur ad tale beneficium præsentari

tati Sacerdotem, qui celebret missas in di-
34 cto altari † ad dicta per Barbat. in d. consil. 33. nu. 9. volum. 2. Lambert. Roch. & Gutterrez. in locis de super citatis, ac per dictã decis. 1. Rotæ: quia ad hoc dupliciter respõdetur. Primo, quod per Papam censetur derogatum dictæ dispositioni per dictam clausulam, nõ obstantibus &c. si adest, cum ista qualitas, quod sit Sacerdos apposita fuerit per personam ecclesiasticam, ut est dictum, cui Papa leuius præiudicat: & idem proce-
35 dit etiam si beneficium † esset Sacerdotale ex statuto, uel priuilegio, seu consuetudine ecclesiæ, prout dicunt præfati Domini. & Franch. in prædictis locis in d. c. si pro clericis pauperi. Rot. d. decis. & Lambert. similiter in dicto loco, colum. 2. præsertim circa medium in uer. & sic glo. colum. 2. in princ. in uer. & ex omnibus supradictis, quod corroboratur, ex quo Papa, vt audio, mandauit in dictis literis, ut infra sex menses dictus Gaspar faciat se ad Sacerdotium promoueri, prout fecit. Secundo respondetur, quod etsi posset dari casus; quod dictus Gaspar de dicto beneficio esset male prouisus,
36 † prout non est, quod nihilominus a sua possessione amoueri non potest ad instantiam dicti R. aduersarij, qui nullum ius habet in dicto beneficio, prout supra ostẽsum est per decis. 6. Rotæ, de senten. & re iudic. in antiq. Et ista sufficiat me dixisse ad docendum de bono iure d. D. Gasparis principalis mei; & de non iure dicti Reuerendi aduersarij.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sepulturæ contentio inter duarum ecclesiarum Rectores de cadauere mulieris, quæ in altera dictarum ecclesiarum se mandau erat sepeliendam.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam sibi eligere quilibet potest.*
2 *Electio sepulturæ est pars vltimæ voluntatis.*
3 *Mortuos in ecclesiis sepeliri quid prosit.*
4 *Legatum relictum ecclesiæ intuitu sepulturæ an, & quando videatur ademptum.*
5 *Episcopus an, & quando habeat facultatem uisitandi ecclesias regularium.*

CONSILIVM XCI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa Feltren. debet iudicari bene appellatum pro parte R. Prioris monasterij Omnium Sanctorum dicti loci; & male iudicatum per iudicem a quo ad fauorem partis aduersæ, ac mandari exhumari de cœmiterio villæ Villai cadauer q. Margaritæ a boue, & sepelliri in ecclesia Sanctæ Mariæ de Sãncto Vito ordinis Sancti Augustini Heremitarum prope dictam Ciuitatem Feltri, in qua reliquit per eius testamentum cõditum sub die 2. Iulij 1598. & sepelliri penes altare B. Mariæ Virginis; & ibi etiam fieri eius funerale, relinquendo propterea eidem ecclesiæ iure legati pro eius anima de suis bonis dotalibus pro una uice tantum Duca. triginta inuestiendos in uno fundo, & grauando illius Rectorem pro tempore existentẽ, ut debeat quolibet anno dicere pro anima eiusdem testatricis missas septem in festiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis; & quolibet anno similiter in die Commemorationis Defunctorum pro eius anima dici anniuerfarium: & quod super eius sepulturam idẽ Prior fieri faciat unum epitaphium; prout latè constat in d. eius testamento, de quo processu fol. 3. & seq. cum dubium non sit,
1 quemlibet † posse eligere sibi sepulturam c. in nostra in uer. qui apud illos, de sepult. glo. in cap. vbicunque, in uer. ubicunq; 13. q. 2. Guid. Pap. quęst. 544. & Asin. late in l. 5. sub num. 41. & seq. cum accumulatis per eum, ff. de relig. & sumpt. funer. nec mirum,
2 cum talis electio sepulturæ † pars vltimæ uoluntatis sit; prout dicit Ioan. Andr. in ca. 1. num. 4. de sepult. in 6. quem secutus fuit Asin. d. loco num. 41. nec talis libertas tolli debet, prout dicunt in pręcitatis locis prædicti Docto. & est tex. in l. 1. C. de sacrosan.
3 eccles. & mortuos † sepelliri in ecclesijs, vbi multitudo populi conuenit, illis prodesse, si grauia peccata eos non depriment, ea quia

quia qui ad ecclesias sacrificij causa accedunt, cum maiorum suorum sepulturas intuentur facile accidit, ut pro eis preces effundant, dicit tex. in c. cum grauia & c. vbicunque 13. q. 2. Asin. in l. 2. §. quoniam, nu. 75. & seq. ff. de religios. & sumpt. funer. vltra quod iuuantur patrocinio illorum diuorum, quibus ecclesia dicata est, prout dicit idem Asin. in proximè citato loco num. 77. & est tex. in c. non æstimemus in fi. 13. q. 2. glo. in d. c. cum grauia.

Neque obstat modo, si dicatur eandem q. Margaritam condidisse aliud testamentum de anno sequenti sub die 5. Iulij 1599 per quod cassauit, & annullauit dictum primum eius testamentum in omnibus & per omnia, excepto in illis partibus, in quibus disponitur pro salute, & beneficio animæ, in quibus partibus uoluit dictum primum testamentum esse ualidum, & firmum: quia sicut per talia verba non censetur reuocatum præfatum legatum 30. Duc. in primo testamento contentorum cum obligationibus eidem iniunctis faciendi eius funerale, dicendi missas, ac faciendi Epitaphium per supradicta, eius sepultura nō cēsetur, nec reuocata eius uoluntas etiam quo ad sepulturam, cum intuitu sepulturę fuerit relictum legatum cum onere iniuncto super sepultura adimplendo, prout est Epitaphium faciendum super eam per rectorem dictæ ecclesiæ, cui relictum fuit legatum, ultra alia onera per eum adimplenda, de quibus supra, ad quæ sunt dicta Bal. in l. si filia, §. fi. ff. famil. ercisc. vbi dicit, quod si quis faciens
4 testamentum† pro remedio suorum peccatorum legat ecclesiæ, vbi sibi elegit sepulturam, & postea eligat sepulturam alibi, quod videtur ademisse legatum, si prætextu sepulturæ relictum fuit, secus si simpliciter pro remedio peccatorum. Ergo a contrario sensu, si legatum non est ademptum per secundum testamentum, remanet resolutum, nec esse ademptam sepulturam, super qua vltra alia, de quibus supra, vigore legati per Rectorem est faciendum Epitaphium, præsertim cum alibi illam testatrix non elegerit. & Bal. secutus fuit Mantic. de coniect. ultim. uolunta. lib. 12. tit. 2. nu. 31.

Quibus accedat, prout supra etiam dictum est, ad demonstrandum non esse reuocatam voluntatem per dictam testatricem quoad sepulturam, quod sicut dictum est, dicta ecclesia Sancti Viti est sub inuocatione Beatæ Virginis Mariæ & illi qui ibi sepelliuntur, censentur commendati patrocinio ipsius Beatæ Virginis; prout & aliorum Sanctorum, in quorum nomine dedicatæ sunt aliæ ecclesiæ; prout dicit glo. in d. cap. cum grauia 13. q. 2. & Asin. loco de super citato: remanet etiam ex isto capite resolutū non esse nec reuocatam prædictam sepulturam, cum non possit negari, cum nulla maior interceditrix penes D. N. Iesum Christum possit haberi pro anima dictę Defunctæ, quam Beata Virgo, eius Mater, & Domina nostra, quod etiam talis electio sepulturæ est comprehensa in voluntate expressa in dicto primo testamento per secundū non reuocata, cum ad beneficium animæ etiam proficiat prædicta sepultura per supradicta, & sic comprehensa in illis verbis non reuocantibus legata relicta pro salute & beneficio animæ.

Quod fortius procedit, cum ex eius testamento uideatur expresse motam fuisse dictam testatricem ibi velle sepelliri ante altare eiusdem B. Virginis, particulari ipsius deuotione, & affectu.

Neq; obstat etiam illud, quod dicitur in d. sententia per d. Reuerendissimum D. iudicē a quo, quòd dicta ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de S. Vito fuerit per eum interdicta in visitatione facta per eum iure ordinario de dicta ecclesia usque de anno 1589. de quo in processu fol. 7. & quia idē
5 Episcopus † non habet facultatem iure suo ordinario visitandi ecclesias regularium, in quibus uiget obseruantia regularis, sed tūc demum tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus, si factis paternis admonitionibus eorum superioribus infra sex menses non prouiderint, prout disponitur per Sacrum Cōcilium Tridentinum sess. 21. c. 8.

Et quod idem Episcopus non potuerit nec interdicere dictam ecclesiam tanquam membrum dicti monasterij omnium Sanctorum, constat expresse ex priuilegio concesso dictæ Religioni Sancti Augustini, & eorum ecclesijs, monasterijs, & locis per fe lic. recor. Banifacij 8. in actis product.

Et quid plura? etiā si dicta ecclesia fuisset aliquando interdicta, & interdici potuisset per d. Reuerendissimum D. Episcopum, prout non potuit; tamen censetur tale interdictum sublatum; ex quo postea de licentia

centia eiusdem Episcopi fuit in eadem ecclesia publicata Indulgentia plenaria eidē ecclesiæ concessa, quod etiam apparet, ex quo in ea semp fuit celebratū, & de præsenti celebrantur missæ, & alia diuina officia, prout attestantur testes in præsenti iudicio examinati. Et ista sufficiat me dixisse pro bono iure dicti R. P. Prioris. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Reus defenditur ab imputatione trium grauium delictorum exactissimis argumentis, & doctorum auctoritatibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro mutuo consensu contrahuntur.*
2 *Probatio nulla maior quam partis aduersæ confessio.*
3 *Deponenti de facto proprio plene credi debet.*
4 *Testis plene probat contra producentem, licet deponat per verbum, credo.*
5 *Donans in spōsalibus ob causam futuri matrimonij, si culpa sua matrimonium non sequatur, donata amittit.*
6 *Faciens per manus aliorum, dicitur per se ipsum facere.*
7 *Lenocinium non potest cadere inter sponsos post sponsalia.*
8 *Consilij non fraudulenti nulla est obligatio.*
9 *Matrimonia debent esse libera.*
10 *Recedens a sponsalibus cum vno contractis, & cum alio contrahens efficitur infamis.*
11 *Principium spectandum est, quando lex consilio alicuius assistit, vel resistit.*
12 *Consūmatio actus trahitur ad principium, & ex eo sumit effectum.*
13 *Illecitum punibile quale sit.*
14 *Amor comparatur furori, & amans ebrio.*
15 *Amans in alieno corpore viuit.*
16 *Mulierum genus auarissimum, & raro donant eorum sponsis.*
17 *Testes inuicem contrarij non probant.*
18 *Testes aliorum verba recitantes concordare debent et iam in cortice.*
19 *Inuerisimilitudo est imago falsitatis.*
20 *Veri simile inspici debet, & non quod ab eo abest.*
21 *Testes in criminalibus non dantes causam scientiæ, etiam non interrogati, non probant.*
22 *Testis deponens de credulitate cum suo iudicio singulariter non probat.*
23 *Actus contra naturam vt probetur, quid requiratur.*
24 *Inimicus etiam præsumptus repellitur a testimonio in criminalibus, etiamsi veritas aliter haberi non possit, nu. 25.*
26 *Appellatione interposita, vel pendente tempore ad appellandum, non præsumitur pro sententia.*
27 *Testes actoris & rei quando sunt contrarii, quales sint præferendi.*
28 *Concubinarius repellitur a testimonio in criminalibus.*
29 *Famæ & bonæ vocis probatio quid operetur.*
30 *Reus ex sola suspic ione non est in aliquo condemnandus.*
31 *Carceratio longa succedit loco pœnæ.*
32 *Querelans quod veniat condemnandus in expensis in criminalibus.*

CONSILIVM XCII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Rizzarda criminali de tribus prætensis delictis Reuerēdus frater Tullius principaliter fuit querelatus per D. Lucam, vide licet quod ipse querelatus fecit se suum amicum ad effectum priuandi eum honore, bonis, & forsan vita: & proptérea quòd persuasit Dominæ Isabelæ eius priuignæ, & ipsi querelanti, & eius vxori, dum uiueret, quod dicta Isabella disceret sonare; & quòd eis proposuit pro magistro quendam Perinum iuuenem ætatis annorum decem & septem, vel circa, quem vocabat nepotem, qui incepit sollicitare dictam eius priuignam; & quòd ipse frater Iulius persuadebat eidem, ut vellet eum amare, & eidem dare nomen sponsi, & mariti; & q cum dicta occasione ab eadē Isabella idem Perinus habuit pluribus vicibus pecunias, & alia bona; & quod dicta bona, & pecuniæ semper dabantur, seu portabantur dicto querelato. Et incidēter etiam querelauit eundem fratrem Iulium de vitio sodomitico, & de superstitionibus, dicendo, quod illis mediante inducebat dictam Isabellam ad faciendum quicquid ipse volebat: & quòd propterea uenit eidem in animo persæpe aufugiendi a dicto querelante eius vitrico: & quod quando moriebatur mater dictæ Isabellæ eius vxor, dum debebat

bat eidem legere res Sanctas, operabatur istas iniquitates; &prout latius In dicta que rela dicitur, & continetur, de qua regesto fol. 1.& seq. Quorũ omnium imputationũ cum de contrario constet ex eodemmet processu per curiã formato, vt infra demon strabitur, merito idem querelatus debet absolui, & liberari ab omnibus, &quibuscũ que imputationibus eidem obiectis, ac prę fatus quærelans in expensis in hac causa fa ctis condemnari.

Et quia omnis prætensa probatio prætensorum delictorum, prout & eiusdem rei defensio dependet a testium dictis, & literis productis, tam manu dicti Perini, quam Isabellæ scriptis: ideo prius accedendo ad testium dicta; deinde deueniendo ad literas, eiusdem querelati innocentiam demon strabo.

Et secundum ordinem processus accedendo ad dicta, & depositionem supradictæ Dominæ Isabellæ priuignæ eiusdem querelantis; & de cuius facto principaliter tractatur; dico ex eius propria confessione constare, quod Perinus, dum per spatium duorum mensium vel circa iuit in domum ipsius testis; quod eidem scripsit duas literas: & quod prima continebat, quod ipse ip sam amabat, & quod volebat quod ipsa esset sua vxor; & quod ab ea requisiuit, vt eidem emeret, vt vulgo dicitur § vn paro di

„ poste § & quod ipsa illas emit, & eidem dedit. Altera verò epistola, similiter continebat, quod ipse ipsam amabat, & quod erat,

„ vt vulgo dicitur § vergogna, che portasse

„ quelle poste così belle senza hauer le calce

„ di seta: & che percio si contentasse di comprargli vn paro di calzette; che lei gli dette

„ vn giorno tre zecchini con vna da quatro

„ lire, accio le comprasse a suo modo: & che

„ pensaua, che le scriueua queste lettere, perche non haueua commodità di parlargli, tro

„ uandouisi sempre in camera delle massere;

„ & che essa gli diede risposta: & le risposte

„ conteneuano; che ancora lei gli voleua be-

„ ne; & che si contentaua di hauerlo per suo

„ consorte; & che gli prometteua quello gli

„ domandaua § processi. fol. 30. & a ter. & fol. 31. & a ter. & infra cum fuisset licentiatus de ipsius domo idem Perinus a matre dictę Isabellæ ob vnum collare, quod ipsa volebat dare eidem Perino; cũ illud dicta eius mater uidit; ꝓut patet processu fol. 31. ter. in fi. & seq. licet ipsa postea eiam collariã faceret eidem, prout ipsa deponit fol. 31. & 33. ter. quòd postea recepit ab eodem Perino quinquaginta sex literas incirca, partim per manus eiusdem querelati, & partim per manus famulorum eiusdem Isabellæ. Et quod prædictæ literæ pro maiori parte cõtinebant, quod ipsa recordaretur de promissione accipiendi ipsum Perinum in eius maritum: & quòd ipsa respondebat, quod ipsum accepisset etiã inuitis omnibus eius parentibus; sed quod ipse Perinus teneret eam secretam, & quod de huiusmodi facto nihil diceret.

Ex qua quidem depositione primo patet expressè, quod dicta Isabella contraxit sponsalia de futuro cum dicto Perino, cum hoc ipsa confiteatur, prout & dictus Perinus confitetur processu fol. 108. ter. cum

1 mutuo consensu † contrahantur per tex. in c. si inter virum, §. verum de sponsal. & dicit Bal. in l. 1. num. 3. in princip. C. de sponsal. & ideo dictę Isabellę plene credi debet tam inspecta eius persona, quam inspecta persona querelantis, et eam inducentis in testem. Et quia considerata eius persona nulla potest haberi fortior, nec efficacior probatio, quam proprię partis aduersę cõ-

2 fessio, † prout dicit Ias. in l. Titia, num. 28. ff. de uerborum obligatio. Grat. in cons. 50. num. 4. volum. 2. et Zasi. in cons. 2. num. 5. vbi etiam dicit nu. 4. verum præsumi, quod quis contra se confitetur, volum. 2. et quod confessio partis probet contra se, sed non ad sui fauorem, dicit Natt. cons. 571. num. 14. volum. 3. per l. rationes, et l. exemplo, C. de probatio. et propterea dixit Roman. in cons. 346. num. 2. quòd confessio ad sui fauorem est nulla, contra se autem est valida.

Et quia est priuigna eiusdem querelantis, quę debet censeri una et eadem persona cum dicto querelante, præsertim cum sit sub eius cura & gubernio, Mars. in l. uni. nu. 6. C. de raptu Virg.

Et quia deponit de facto proprio, & ad

3 se pertinente tantum; † vnde etiam ex isto capite eidem plenè credi debet, prout dicit Salyc. in l. si quis decurio. sub nu. 4. in prin. C. ad leg. Cornel. de fals. latè et optimè Mars. in sua prax. crimin. §. diligenter, nu. 130. in uer. facit etiam, et num. seq. et ita fir mat Ias. in l. cunctos populos, nu. 66. C. de summa

summa Trini. et fid. cathol. Soc. Iun. in cons. 61. num. 8. in ver. præterea, volum. 1. Afflict. decis. 369. num. 7. Dec. in cons. 342. num. 2. in vers. prima. & ante eos voluit Castren. in l. quicunque per glo. ibi, C. de serui fugit. Bartho. Veronen. cons. 16. num. 14. volum. 2. in ciuil. & Gabriel. in suis conclu. sub tit. de testib. conclus. 1. num. 8. & 22. licet num. 20. dicat aliquos tenere, quod debeant cum dicto talis testis concurrere aliqua alia indicia; quorum opinionem non sequitur; & hoc considerata persona eiusdem Isabellæ quoad se.

Prout & plane probat etiam eadem Isabella de dictis sponsalibus de futuro; etsi ut principalis non consideraretur, nec tanquã priuigna dicti querelantis, neque de proprio facto deponentis, sed tanquam inducta in testem a dicto querelante, cum testẽ
4 a parte † inductum contra producentem plene probare dubitandum non sit, licet deponeret per verbũ, credo, prout voluit Ias. in rub. ff. de iureiur. sub num. 9. in princip. in uer. sexto limita: quod prius dixit Roman. in cons. 104. num. 6. Rimi. iun. in cons. 152. nu. 1. & in cõs. 138. nu. 11. & cons. 210. nu. 31. volum. 2. Cepha. in cons. 141. num. 16. volum. 1. Socin. iun. in cons. 69. num. 11. volum. 1. Bero. in cons. 96. num. 2. volum. 3. & idem procederet, etsi fuisset inducta a fisco, prout dicit Bertazzo. in cons. 71. num. 15. cum allegatis per eum, volumine primo, in crim.

Et sic remanet resolutum dictæ Isabellæ plenè esse credendum circa dicta sponsalia de futuro absque facto dicti querelati cum dicto Perino in principio, quando cæpit ipsam docere contracta.

Et ex ista conclusione constat expresse de resolutione totius processus contra dictum querelatum fabricati, & de eius innocentia. Et primo apparet omnia dicta, & donatas res, & pecunias d. Perino per dictã Isabellam, prout ipsa dicit; & quarta testis deponit fol. 43. ter. ultra alios testes idem deponentes, cum omnia sic simpliciter data & donata dicto Perino per dictam Isabellam ad effectum, ut se uestiret, prout & ipse Perinus confitetur, sicut patet d. processu fol. 109. & fol. 112. censeantur data & donata stantibus præfatis sponsalibus futuri matrimonij, cum talis donatio, seu dotalitium, vel sponsalitia largitas per sponsos de iure fieri possit; & si nõ sequatur postea ma-
5 trimonium culpa donantis, † prout usque modo non fuit secutum culpa dictæ Isabellæ, amittit quod donauit, nec repetere potest: etsi aliquid accepisset a dicto eius sponso, eidem restituere debet per l. cum veterũ & ibi latè, & optimè Salyc. num. 2. C. de donat. ante nupt. & tradit late Io. Lopez. in repet. rub. c. per uestras, §. tertio in princip. & num. 5. in uer. si autem donatio est simpliciter facta de dona. int. vir. & vxo.

Quod procedit etsi per illos de sua familia dicta bona, seu pecuniam transmisit. Et etiam procederet, etsi transmisisset per manus dicti querelati, licet minime uerum sit, nec probetur nisi ex dicto dictæ Isabellæ, cui in hoc credi non debet, ut supra dictum est, ut darentur dicto Perino; cum & per manus ipsius Isabellæ censeantur dicto Perino data, & donata, cum clarũ sit in iure
6 per se ipsum facere, † qui per manus aliorum facit l. hoc iure, §. quoties, ff. de ui, & vi armata, cum concord.

Prout & ex dictis sponsalibus corruit aliud prætensum delictum obiectum dicto querelato de prætenso lenocinio, de malo consilio dato dictæ Isabellæ, ut amaret dictum Perinum; & quod recordaretur de promissione eidem facta: & quia post præ-
7 fata sponsalia lenocinium † cadere non potuit inter eosdem Petrum & Isabellam, prout late uideri potest ex dictis a Iacob. Beluis. in sua pract. crimi. sub tit. de leno. præsertim num. 12. & seq. & quia idem querelatus hortabatur illam ad seruandam promissionem factam dicto Perino circa dicta sponsalia, prout & ipse Perinus eidem promisit,
8 quod recte facere potuit, cum † consilij nõ fraudulenti nulla obligatio sit per l. consilij ff. de reg. iur. & fraudari non possit, qui scit, & consentit l. nemo videtur, ff. eod. imo & matrimonio contrahendo nemo impedi-
9 mentum afferre potest; cum † matrimonia debeant esse libera c. cum locum, cap. requisiuit, & c. gemma, de sponsal. c. fi. in fi. 31. q. 2. & c. fi. 32. q. 2. & Petr. de Ancha. in repet. c. canonum statuta, num. 350. de consti. & ideo Sacrum Concilium Tridentinum de reformatio. matrim. cap. 3. sess. 24. præcipit, ne sub anathematis pœna ipso facto incurrenda sub quouis prætextu etiam diuinarum impedimentum præstetur, quo minus libere matrimonia contrahantur.

Et

Et quod dictus querelatus aliqua poena non possit affici, etsi esset probatum aliunde quam ex dictis per d. Isabellã, qđ ipsam hortabatur ad scribendum, quando volebatq; scribere dicto Perino, quòd sub nomine sponsi scriberet, uocando eum sponsum: & quòd haberet illum pro commendato: quia erat iuuenis bonæ spei; & quod recordaretur de promissione eidem facta accipiendi illum in maritum, patet expresè, cũ eidem Isabellæ stantibus præfatis sponsalibus per eam cum dicto Perino contractis: non solum hoc eidem dicendo, persuadendo, malum consilium non dabat eidem, sed optimum; & non solum aliqua reprehensio ne dignus non est, & fortius nec punitione, sed laude, cum hortatus fuerit ipsam ad uitandum infamiam, & peccatum mortale:

10 cum recedendo † a sponsalibus absque legitima causa inter ipsos contractis, & cum alio contrahendo eadem Isabella efficeretur infamis, prout dicit Alex. de Neuo in d. c. requisiuit, num. 11. de sponsal. dicendo etiam sic tenere Abb. & Cardin. Alex. nec mirum, cum contrahens sponsalia cum iuramento, uel sine, utroque casu ab ecclesia compellatur ad contrahendum matrimonium, cum ab illis recedendo quis peccet mortaliter; & est communis opinio prout ut dicit idem Alex. de Neuo in d. c. requisiuit, numero 10. in uersicu. vltimo dicit, de sponsal.

Et tãdem quicquid operatus fuisset modis supradictis dictus querelatus ad finem & effectum, ut insimul matrimonium contraherent dictus Perinus et Isabella, stantibus præfatis spõsalibus inter eos prius absque alicuius facto, seu auxilio contractis, prout & ipsa Isabella attestata fuit, ut est dictum, non solum non est punibile, uerum etiam nec reprehensibile, cum principium

11 † spectandum sit, quando lex consilio alicuius assistit, uel resistit, prout dicit Bal. in c. constitutus, nu. 20. & ibi Addit. de rescript. & ideo dixit idem Bal. in rub. de constitut. num. 44. quod vbi habetur principium, ibi de natura, & fine perpendatur: & propterea dixit Petr. de Ancha. in repet. ca. canonum statuta sub num. 296. de constit. quod hominis qualitas consideratur ex principio gestionis, non ex fine. & quod quando res inchoatur utiliter, iudicatur ualida in totum ratione utilis principij; quia consummatio

12 † actus trahitur ad principium, & ex eo sumit effectum. Ad idemque facit idem Bal. in c. 2. nu. 5. in fi. de iud. quod in maleficijs quoties finis non differt specie a suo principio, unde sequitur finis, quod inspici debeat principium. Et quod in delictis inspiciatur principium, dicit etiam Marsil. in repet. l. uni. num. 134. C. de raptu virgi. & ideo dixit idem Petr. de Ancha. in repet. d. c. num. 322. quod in maleficijs inspiciatur animus, & non euentus.

Et quid plura? etiamsi minus licitũ fuisset, quod negatur dicto querelato uti regulari & amico dicti querelantis ipso inscio se intromittere modis supradictis interpræ fatos Perinum, & Isabellam, ut matrimonium contraherent; nihilominùs in aliquo puniri non posset; cum non omne illicitum

13 † sit punibile, sed illud demum, quod lex statuit esse delictũ; prout dicit optime Bal. in cons. 15. num. 2. volum. 1. & ibi dicit non esse nouum, quod quædam inhoneste fiant & tamen ultionem non habeant per text. sing. quẽ ipse allegat in l. etsi quis, §. diuus autem Marcus. et ibi glos. in uer. in eum statutum, ff. de religios. et sumpt. fune. vbi text. dicit Diuum Marcum rescripsisse, cum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non rectè facere, pœnam autem in eo statutam non esse: et est contex. in l. 3. §. non perpetue, ff. de sepulchr. violat. et l. hæredes, et ibi glo. fi. not. nõn omne illicitum puniri, ff. de usufruc. legat. et idem Bal. et glo. in l. Imperator, ff. de his, qui notant. infam. et ideo dixit Bar. in l. 1. num. 2. ff. de his, qui ut indig. quòd licet dicatur, quod offensa est illa, quæ meretur pœna m; tamen dicit non excludi, quin possit esse offensa, licet pœnam quis non mereatur: refert, et sequitur late Tirraquel. in q. l. connub. num. 2.

Neque obstat etiam illud, quod dicit eadem Isabella contra dictum querelatum, dum deponit d. processu, fol. 33. ter. § Certamẽte questo fratre mi haueua fatto qualche strigaria, perche ero diuentata come matta, ne sapeua quello, che mi facessi; et stauo sempre intrecchita, che non poteua ne mangiar, ne riposar, nè fare cosa alcuna; et io mi accorgeua, trouandomi così fuor di me; che mi haueuano fatto qualche strigaria. § Quia dicta iuuenis parum perpendit effectus amoris; quia si perpendisset, non

ignoraffet

ignorasset accidentia suæ ægritudinis; &
non dixisset talia putare euenire, ut ipsa di-
cit § dalle strigarie § cum amor compare-
14 tur furori, † & amans compararetur ebrio, &
furioso; prout dicit Iodoch. in Enchirid.
pari. in uersicu. amor. inter communes di-
uerso. uolum. 3. allegat glo. in §. fi. in uersic.
bacchata. Institutio. de successio. sublat. vbi
dicit, ut enim uino quis capitur, & Baccho,
ita & amore. Vbi etiam subdit, quod ni-
hil inuenitur uehementius furore amoris;
prout & dicit text. in Authen. quib. mod.
natur. efficiant. legiti. §. illud, ibi sed nihil
est colum. 6. nouel. 75. ubi text. dicit, nihil
est furore amoris vehementius, quem re-
tinere, seu refrænare philosophiæ perfectę
est: & ibi glo. in uersicu. uehementius, dicit
amorem appellari furorem uehementem;
& sicut furiosus se non sentit, sic nec amoro
sus, cum sit similis ebrio, vnde dicit uersus.
Non frater fratri, cum furor ille uenit.
Igneus ille furor nescit habere modum.
Ad quod facit capitu. cum in iuuentute de
præscript. & quod nihil sit uehementius
furore amoris, not. Salyc. in l. prima, an-
te fin. C. de Senat. Consult. Claud. tollen.
ad idemque Virgilij Carmen. in 4. Ae-
neid. Est mollis flamma medulas. Et se-
quitur, Vritur infælix Dido, totaque va-
gatur vrbe furens. Et hinc dicitur quod
15 amans † in alieno corpore uiuit, prout di-
cit Tiraquel. in l. connubia. 13. sub nu. 46.
in prin. ubi dicit, quod quisquis vehemen-
ter amat, se ipse sibi aufert, & dat amato;
subdēdo etiam, hinc Platonem dixisse amo
rem esse ardorem animi in proprio corpore
mortui in alio uiuētis. & infra ex Pythago
ricorum sententia dicit amici animum esse
in amico. & infra, hinc Augusti. dixisse,
quod si terram amas, terra es: si aurum dili-
gis, quod aurum es; et quod si Deum dili-
gis, Deus es. ad idemque facit illud, quod
dicit infra nu. 47. vbi dicit, ꝙ qui amat figu
ram, imaginem, et faciem eius, quem amat,
suo imprimit, atque insculpit animo; et ꝙ
animus amantis fiat tāquam speculū quod-
dam, in quo amati relucet imago. Subden-
do idcirco cogi amatos ad amandum aman
tem, summoque desiderio, ut dicitur, uelis,
remisque illi omnino deditum inhærere; in
quo quasi se habitare intelligit, quemadmo
dum infantes suas imagines in speculis de
osculantur hęc ille, et hinc originē traxerūt
sponsalia de futuro inter prædictos Peritū,
et Isabellā cōtracta; ac plura dona facta p
eandē Isabellā eidē Peritto, licet auarissimū
16 sit genus † mulierum, et de raro donent ea
rum sponsis; prout latè dicit Io. Lopez. in
repet. d. rub. c. per uestras d. §. 3. nu. 1. et 2.
de donat. inter uir. et uxor. et non a facto d.
D. querelati. ad quæ faciunt etiā dicta per
Marsi. Ficin. in conuiuio Platonis, de donis
amoris cap. 9. ubi dicit, quod ubi amor est
inter duos, seu mutua charitas, ibi nullæ
sunt insidiæ, ibi omnia communia; ibi lites,
et furta, homicidia cessant, et prælia.

Neque obstat illud, quod in supradicto
processu fol. 35. ter. continuando eius ser-
monē deponit eadē Isabella, videlicet § E tā
„ to più uenni in questo humore, quāto sen-
„ tij ragionar questo frate con la q. mia ma-
„ dre, che gli diceua, che si trouaua hauere vn
„ libro di strigarie; et che con quello gli ba-
„ staua l'animo far uenir una donna, doue uo
„ leua lui in termine di tre hore, se bene si tro
„ uasse in capo del mōdo; et diceua, che l'ha-
„ ueria portato, accio lo uedessimo, ma io nō
„ volsi § Et quia eidē aliquid nō uenit creden
dū, ut supra demonstratū est; et quia aliter
deponit, et d. Isabellæ cōtrariatur circa hoc
Vrsa famula d. Lucæ 4. testis in ordine exa
minata d. processu f. 44. ultra quod depo-
nat inuerisimilia, ut infra dicetur, cū depo-
„ nat § Non sò altro di questo, se non che un
„ giorno stando al fuoco il frate con la Ma-
„ dōna et Missier disse, che uoleua portar un
„ giorno un libro, che haueua, et che cō q̃llo
„ gli bastaua l'animo di far uenir una perso-
„ na, se ben fosse in capo del mondo in termi
„ ne di tre hore, e la putta gli rispose, che non
„ uoleua, che lo portasse altrimente, che non
„ uoleua imparare strigarie: et io caminan-
„ do innanzi et in dietro sentij questo ragio-
„ namento; altro non sò. § Iulia q. testis alias
„ famula D. Lucæ aliter deponit d. processu
„ fol. 61. et a ter. et dicit § Sè ancora, che men
„ tre era uiua mia madōna madre della detta
„ Sig. Isabella, che ditto Padre haueua porta
„ to vn libro a detta mia madōna cō dirle, che
„ douesse leggerlo per spasso, pche īsegnaua
„ strigarie, et incanti, con dir poi che anco la
„ detta lo leggerà; qual mia madonna non
„ lo uolse, dicendole, che non uoleua tal li-
„ bro per casa; et questo lo sò per hauermelo
„ detto mia madōna, et essa Sig. Isabella § vū
si d. Isabella admitteretur in testem, tamen

nihil probarent, stante, quod sint uariæ; &
contrariæ etiam in referendo uerba, ut di-
cunt, prolata per dictum querelatum; nam
Isabella dicit § Che senti ragionar questo
frate cõ la q. sua madre, che gli diceua, che
si trouaua hauer un libro di strigherie. § Vr
sa autem deponit & dicit § Che stando un
giorno al fuoco il frate con la Madona &
Missier disse, che uoleua portar vn giorno
vn libro. § Isabella dicit § Che con quello
gli bastaua l'animo di far uenir una donna
doue uoleua lui. § Vrsa autem aliter dicit,
& deponit § Che con quello gli bastaua
l'animo di far venir vna persona. § Iulia
autem dicit, quod eidem dixit, dicta Isabel
la, quòd dictum librum portauit, & non
quod uolebat portare, quibus contrarieta-
tibus inter eas stantibus, non est dubium
17 aliquid non probare, † prout dicit Socin.
iun. in cons. 86. num. 23. volum. 2. Bursat.
cons. 69. num. 27. volum. 1. Marsi. in consil.
* 20. nu. 13. & hãc esse communem opinio-
nem dicit Grat. in cons. 2. num. 14. volum.
** 2. & magis communiter hoc tenere Doct.
dicit Gram. cum allegatis per eum in cons.
26. num. 20. in fi. & seq. in crim. & optimè
Alex. in cons. 34. nu. 6. & seq. vol. 3. vltra ꝙ
d. Iulia sit testis de auditu a dicta Isabella,
quæ nec probat.

Nec in aliquo dubitandum est dictos te-
stes sic contrarios non probare, cum clari
18 iuris sit; quod quando testes † recitant ver
ba ab aliquo prolata, prout in casu nostro,
quod debent concordare etiam in cortice
verborum; alias dicuntur contrarij, aut
singulares, & non probant, prout firmat
Anto. de Butr. in cap. nihil, num. 2. de verb.
signifi. ubi dicit pro tanto uidisse de isto du
bitari; ex quo duo testes fuerunt producti
ad probandum, ꝙ Titius instituit Seium hę
redem; & ꝙ unus dixit scio; quod audiui
Seium hæredem instituo. Alius dixit, quod
dixit, Seius hæres sit: & dicit fuisse termina
tum de facto, quod essent testes contrarij,
aut singulares; & ꝙ non probarent; quia re
citabant verba ab alio prolata; & ꝙ debe-
bant concordare in verbis, quem ibidem se
quitur etiam Abb.

Et ꝙ etiam dicta Vrsa deponat in ueri-
similia, patet expressè; nam ipsa dicit § Et
io caminando innanzi & indietro senti que
sto ragionamento. § Nam quomodo est
possibile, quod dũ ipsa ambulabat ante &
retro; cum sit necesse remouisse sensum sui
auditus a dictis per dictum querelatum, ꝙ
potuerit intelligere, vt ipsa dicit, istud col-
loquium sic continuatum, & integrum, & cõ
cludens; certe nemo recti iudicij hoc cre-
dere poterit. & ideo etiam ex isto capite,
cum dicta inuerisimilitudo sit imago falsi-
19 tatis, † in aliquo eidem Vrsæ non debet
credi; prout dicit Natta in cons. 633. num.
14. vol. 3, Aymo in cõs. 134. nu. 36. & seq.
Dec. in cons. 94. nu. 2. in ner. secundo facit
Rimina. iun. in consil. 30. num. 46. in prin-
cip. volum. 1. & quod iudex inuerisimilia
deponenti non debeat credere, dicit Gram
mat. in consil. 45. num. 8. in crimin. & quod
sit contra testes inuerisimilia deponentes
præsumptio falsitatis, & ideo non esse cre-
dendum, dicit Abb. in cap. quia uerisimile,
num. 3. de præsumptio. & quòd illud, quod
20 est uerisimile † inspici debeat; & non quod
a uerisimili distat, cum sit quædam falsita-
tis imago, dicit Bal. in l. 1. num. 16. C. de
serui. fugit. late Ias. in l. si extraneus num. 8.
& seq. Et hanc conclusionem etiam latè fir
mat, & comprobat Mascard. de proba-
tio. concl. 1358. nu. 1. & seq.

Prout nec etiam aliquid venit credendũ
dictæ Isabellæ; etsi admitteretur in testem,
prout non admittitur ad sui, & dicti sui vi-
trici querelantis fauorem, ut est dictum, cir
ca illud quod deponit dicto processu fol.
36. ter. dum dicit § Che la notte, che fece
la ueglia alla q. sua madre, si trouaua li insie
me con due altri frati, & il Piouano di S.
Stin; & lui frate Giulio in cambio di legge
re alla q. mia madre, che era in transito di
morte le cose Sante, ueniua da me a parte,
& mi persuadeua, che subito como fosse
morta mia madre, uedessi di tuor su tutto
quello, che poteua, e che uenisse uia; e che
non stesse più sotto l'obedienza del padre-
gno; & che col tempo si accommodaua
ogni cosa.

Stante quod prędictus Plebanus sextus
testis in ordine examinatus d. processu fol.
49. ter. & seq. aliter deponat, & dicit § Che
è uero, che si trouorno præsenti alla morte
della moglie del Sig. Luca, il P. frà Bastia-
no, frà Gio. Maria Manzino; & frà Giulio
Rizzardo, e quelli di casa: e la causa, ꝑche
erimo tutti presenti, fù per leggerle le cose
Sante, & raccomãdargli l'anima, essendo in
trãsito; & a q̃sto effetto sono stati tutti chia
mati;

mati; & tutti hanno fatto l'istesso officio, & in particolare ditto fra Giulio, che l'hò sentito § Et ideo cum contrarium dicatur a dicto Plebano vocato in contestem per dictam Isabellam, illius, quod deponit eadem Isabella ultra dignitatem personæ dicti Plebani, quæ multum consideratur in testimonio ferendo, quod non credatur dubitandũ non est, prout dicit Magon. decis. Lucens. 17. num. 8. & seq. Campeg. in tracta. de testib. regul. 410. in fi. Grammat. in cons. 26. nu. 20. & in cons. 38. num. 27. & seq. in crimin. quòd prius noluit Bal. in cap. cum. causam num. 17. de testib. & idem Bal. in l. testium nu. 12. & ibi Saly. nu. 7. C. eo.

Prout & pariter nihil obstat, etsi diceretur quod dictus quærelatus introduxisset ad docendum dictæ Isabellæ eundem Perinum. Primo quia nedum hoc ex processu non apparet; uerumetiam & quia constat ex eodem processu de contrario ex depositione dicti Perini, videlicet quòd ipsum ad docendum dictam Isabellam introduxit, & uocauit dictus querelans dicto processu fol. 107. ter. cui quidem Perino in hoc tanquam immediatè de facto suo deponenti plenè credendum est, ut similiter supra per plures auctoritates in persona dictæ Isabellæ deductum est. Secundo, quia, etsi illum (vt prætenditur) introduxisset ad docendum dictam Isabellam, non propterea dedisset malum consilium, & operam rei illicitæ, imo dedisset operam rei licitæ, neque per hoc aliqua pœna posset puniri, cum a iure talia facientibus aliqua pœna statuta nõ sit, cum sit actus inducens ad uirtutem, & bonas operationes, & non ad uitia, & delicta; propter quę pęnæ ad retrahẽdũ homines imponuntur; & quod non probetur per aliquem testẽ, ꝙ d. Perinus fuerit inductus ad docendum d. Isabellam per d. querelatum, patet ex lectura eiusdem processus: cum aliqui testes dicant de hoc nihil scire, aliqui uero dicant ꝙ dictus querelatus introduxit d. Perinum ad docendum d. Isabellam, nullam causam scientiæ de hoc quomodo sciant allegando; unde aliquid

21 non probant; cum testes † in causis criminalibus non reddentes causam scientiæ dictorum suorum, etiamsi non furint interrogati; non probent, prout firmat Saly. in l. fi. C. de probatio, quem secutus fuit Alexan. in cons. 15. num. 6. vol. 1. & Mareabru. ab Anguil. in cons. 62. num. 2. inter crimin. diuerso. volum. 2.

Et pariter etiam nihil obstat illud, quod deponit frater Sixtus decimus testis in ordine examinatus circa practicam, quam habuit d. Perinus cum d. quærelato in d. monasterio, prout constat d. processu fol. 65. cum deponat propterea inter d. querelatũ & dictum Perinum magis credere adesse

22 malũ, quam bonũ primo quia testis † ita deponens de credulitate seu de suo iudicio regulariter non probat; cum debeat deponere de his, quæ certitudinaliter nouit, & uidit; prout dicit Fely. in c. quoties, nu. 7. & ibi Mising. num. 16. de testib. c. relatum ante fi. in uersic. mihi 5. quæst. 2. cap. testes 3. quæst. 9. & dicit Ias. in rub. ff. de iureiur. sub num. 2. secundo quia dictus frater Sixtus est maledicus, prout deponunt testes ad fauorem dicti querelati super 5. articulo examinati; unde credi ei non debet. Tertio, quia etsi probatum esset, prout non probatur, nec probari potest, quod dictus Perinus dormiuisset in eodem lecto cum dicto querelato in eius Camera; nullum indicium oriretur, proptereà, nedũ probatio contra ipsum, prout dicit in proprijs terminis Anto. Gome. super l. 80. Tauri. sub num. 18. vbi dicit, quod eo ipso, quod duo masculi reperiuntur in uno eodemque lecto; quod ex hoc non præsumitur delictũ

23 † nec accessus carnalis, attento ꝙ cũ agatur de probando actu contra naturã requiratur uera & legitima probatio, cũ præsumptio naturæ excludat præsumptionem contrariã, & non finit a iure produci. Quod fortius habet locũ in casu nostro, cũ d. querelatus sit senex, & religiosus, ac bonę uocis, & famę; prout infra dicet; & deponit decimus testis ad instantiã curię examinatus processu f. 120. ter. ubi dicit § hò inteso a dire, che è un huomo burleuole, & dice delle fiabete, ma di buona uita, & huomo da bene, & per tale lo tengo.

Vlterius d. frater Sixtus uidetur aliã exceptionem secum portare, odij, & inimicitię, cũ d. processu reperitur f. 103. ter. deponat per hęc uerba vid. § Nõ ui era presente alcuno, ma potrete essaminar frà Pietro da Venetia, il quale mi ha deto che frà Giulio è stato causa d'ogni male, perche lui hà assassinato me, & io uerrò assassinar lui § Cũ talia uerba, siue cẽseant dicta a d. fratre Sixto

siue dicta a dicto fratre Petro, & ab eo recitata, demonstrant apertum odium contra dictum querelatum; cum dicat hoc scire, quod contra dictum querelatum poterat examinari d. frater Petrus, qui volebat eum assassinare; cum nedum verus inimicus; verum-
24 et & præsiptus, † ac de odio suspectus repellatur a testimonio in criminalibus; prout late tenet Ias. in cons. 167. num. 16. vol. 4. Bursat. in cons. 331. num. 4. volum. 3. & ante Alex. in cons. 99. num. 1. & seq. volum. 1. & Innoc. in c. cum. P. Manconella in fin. de accusat. & Aymo in cõs. 99. nu. 3. quod pro
25 cedit etiam, etsi aliter † ueritas haberi non possit. optime Gram. in cons. 45. nu. 18. in crim. & Ant. Gomes. delictor. c. 12. nu. 20. & qui secum portat exceptionem inimicitiæ, quod non probet dicit Nellu. in tracta. de testib. nu. 19. in ver. si testes fol. mihi 80. Aymo in cons. 9. nu. 5. in fi. & seq. & Luchi, de Curte inter crimi. diuers. cons. 59. nu. 11 & seq. vol. 1.

Quibus etiam ad exclusionem cuiusuis suspicionis ob practicam, quam habuit dictus querelatus cum d. Perino, induci possunt dicta Reuerẽdi fratris Baldassaris 13. testis, qui processu f. 114. deponit per hæc verba vid. § Pratticaua anco con lui Piero Barbiere quì per conuento, ma non sò perche; ne hò inteso, che per q̃ste prattiche ne habbia reportato buona ò cattiua fama.

Neq; aliquid refert illud, quod dicunt testes ultimo loco examinati, neq; sententia lata cõtra d. querelatum circa eius administrationem in actis producta; quia declarault ipsum esse creditorem Conuentus de ducatis quinquaginta, licet ipsum priuauerit in posterum ab administratione; & quia fuit appellata ad Reuerendum P. Generalem eiusdem religionis, quo casu nullã inducit præsumptionem contra eum; cum
26 pro sententia † appellatione interposita, vel pendente tempore ad appellandum, nõ præsumatur, prout dicit Abb. in c. quoniam contra sub nu. 19. circa medium in vers. aut enim a sententia. & ibi ante Io. Andr. n. 51. in fine. de probat. & idem Abb. in rubr. de appella. nu. 4. quem omnes ibidem sequi dicit Dec. num. 23. in fi. & sequen. & ibi Addit. in uersic. istam opinionem. Alexan. in l. sciendum est, num. 23. ff. de uerbo. obligat. Bart. optimè in l. hi qui, nu. 4. in fi. & nu. 5. C. de appella. & Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsump. 9. num. 4. ad quod facit illud; quod dicit Aufre. ad decis. 280. Capellæ Tholos. nu. 1. vbi dicit, quod appellatio reducit causam in eo statu, in quo erat post litem contestatam.

Et nedũ sublata fuit omnis præsumptio dictæ assertæ sententiæ per appellationem pro parte sua ab ea interpositã, vt est dictũ; verumetiam & arguitur de iniustitia prætẽsæ sententiæ, per testes etiam pro parte curiæ examinatos: Nam Reuerendus frater Gratianus 11. testis d. processu, fol. 106. de
„ ponit per hæc verba videlicet. § Sò che è
„ stato Sacrestano gia alquanti anni; & in
„ quell'officio si è portato honestamente be-
„ ne. E gia due anni è stato Priore di que-
„ sto Conuento; & certo non si haueria potu
„ to portar meglio di quello, che hà fatto; e
„ lo sò per essere stato io deputato Compu-
„ tista a vedere li suoi conti: & per quel, che
„ si và creditore di questo Conuento, non sò
„ che habbia hauuto altri carichi; ma in que-
„ sti si è portato honestamente bene. § Et R. frater Anastasius 14. testis in ordine examinatus d. processu fol. 115. ter. & seq. depo
„ nit per hæc verba vid. § E stato due volte
„ mio Sacrestano, essendo io guardiano, & an
„ co Procurator del Conuento nell'officio
„ del Sacristano è passato via, & nell'officio
„ della procura nõ essendo huomo di maneg
„ gio a me non ha datò buona sodisfattione;
„ & se fosse stato a me io l'haueria priuato. § Ex quibus quidem depositionibus apparet expresse dolosum non fuisse repertum in suis administrationibus, sed ineptum; quod etiam apparet, ex quo aliquid non habet in manibus de pecunijs dicti Monasterij; sed vadit creditor, prout ex dicta sententia apparet: sed etiam contra præfatos testes uigent plures testimoniales suorum superiorum in forma patentum in actis product. de idoneitate, probitate, & sufficientia dicti querelati in negotijs gerendis, & administrationibus; & gubernijs factis in dicta sua religione: quibus tanquam dignioribus & probabilioribus, & quæ ad istũ finẽ fieri solent, standum est; prout considerari so-
27 let in testibus præferendis, † quãdo sunt contrarij actoris, & rei, uidelicet auctoritates personarum, qualitas testimoniorum, & numerus testium; prout latè, & optimè dicit Mising. sing. obseruat. obseruat. 58. per totam, cent. 4.

Deue-

Deueniendo etiam nunc ad testes contra dictum querelatum vltimo loco examinatos &c.fratrem Petrum, & fratrem Ludouicum,dico similiter nihil probare, cùm quilibet eorum sit infamis; cum frater Petrus Antonius fuerit condemnatus per triennium ad triremes,per l.ad tẽpus, C. ex quibus caus.infa. irroget. alter vero sit infamis
28 de facto,cum sit concubinarius, † qui similiter in causis criminalibus repellitur a testimonio; prout dicit Albericus de Malet. in tractat.de testib.nu. 16.fol. mihi 241. Nepos.de Mont.eod.tract.nu. 30. & Crot. in eo.tract.par. 3.nu. 17.& nu.38.cum seq. & optime,nu.42.fol.374. Aufre.ad decis.Capel.Tholo. 174. in fi. quod ante eos voluit Bal.in l.cunctos populos,nu.42.in uersi. in causis verò criminalibus, C. de summa trinita.& fid.catho. Gram.in uoto 22.nu. 27. &nouissime Hondodc.in cons. 100.nu. 25. & hæc sufficiat me dixisse quoad testes partis aduersæ.

Deueniendo nunc ad literas dictæ Isabellæ,& ab ea recognitas,dico similiter ex earum tenore constare de innocentia dicti relati, de quibus in processu fol. 79. usque ad fol. 87. cum ex eis constet apertissime de feruenti amore dictæ Isabellæ erga dictum Perinum,de perseuerantia in promissione sponsalium,& uelle omnino in maritum eum habere etiam suis inuitis, & propterea ipsam alios quęsiuisse inducere ad eius uota, nõ autem alij ipsam,quarũ verba hic ommissa esse uolui ne,referam insaniam puellæ.

Quibus accedant literæ per præfatum Perinum scriptæ, & a dicta Isabella acceptæ;& sic comprobatę, ac alias quinquaginta per dictam Isabellam scriptas,prout constat in actis,& D. Iudex ad corroborationem videre poterit.

Ex quibus quidem literis non ne constat aperte de calumnia dicti querelantis? nonne de mera & pura insania dictę Isabellæ a se ipsa procurata absq; alicuius facto? nonne ipsa pluries id cõfitetur; ad quid inculpatur dictus querelatus;in quibus se ingessit?ad quid ipsam hortatus fuit,prout dicitur in dicta querela? certe in aliquo culpabilis non reperitur.

Quibus accedat etiam,constare de innocentia dicti querelati, cum per eum probatum fuerit etiam de eius bona voce,&fama & ꝙ fuit,& est bonus religiosus; & benè se gesserit in suis administrationibus, prout omnes testes pro parte sua examinati super 5. articulo deponunt:vnde si aliquod indicium contra ipsum extitisset, seu plura etiã sufficientia ad torturam,prout non extant; imo nec minimum quidem ,per dictam bo
29 nam uocem & famam essent extincta, † & adnihilata;ut contra ipsum ad aliquam torturã deueniri non posset; prout firmat Marsil.in cons.74.nu.23.in fi.& seq.ubi quamplures allegat id tenentes, & in cons.129. nu.32.Rolan.a Valle in cons.16.nu.23. in fi.et seq.uol. 1.et prius uoluit Alex.in cons. 89.nu. 11.vol.3.optime Ias.in l. 1. nu. 11. C.commu.de leg.Bal.in l.fi.in fi.C.de probat.Gram.in cons.37.nu.23. et seq. in crimin.Tobi.Noni.in consil. 101.numero secundo; et Socin.iun.in cons.61.numero 4. volumine 2.

Et cum contra dictum carceratum non adsint indicia sufficientia ad torturam;dico ꝙ non solum ex iuris dispositione remanet liberatus ab ea,uerumetiam et a quacunq; pęna extraordinaria:cum contra illum,contra quem de delicto saltem semiplene probatum non est,ad torturam, nec ad pęnam extra ordinariam deueniri non posit, sed omnino absoluendus, et liberãdus sit:cum
30 ex sola suspicione reus † in aliquo non sit condemnandus; prout optime firmat Bal. in l.fi.nu. 17.C.de probat. quem late secutus fuit Ant.Gomes.delictor.c. 2. col. fi.in uer. aduertendum usq; in fi. idemq; uoluit Bonacos. in tit. de quæst. inter communes diuers.num.9.in uerbo si semiplene, vol.2. Alex.in cons.89.nu.6.uol.3.& firmat Cla. in sua prax.crim.q.62,nu. 1.quibus accedere põt in casu nostro consideratio lõgæ carcerationis; ob quam satis diceretur punitus si in aliquo puniri potuisset, ꝙ nega-
31 tur cum longa carceratio † succedat loco poenę, ubi de aliquo quis esset puniendus, prout dicit Celsus Vgo.in cons.62.nu. 11. Gram.decis.38.ad fi.et Io. Vincent. Hondod.in consilio 96.numero trigesimooctauo, in fin. et sequen. et in consilio 98. numero 35.

Et cum dictus querelatus ueniat absoluendus,ex liberandus,ex supradictis,indubitata conclusio iuris est,dictum querelan-
32 tem † per consequens in omnibus expensis,ultra damna, et interesse, condemnari

 debere

debere ad fauorem dicti querelati; prout dixit Marsi. de communi referens, & ita in iudicando, & cosulendo esse tenendum, in cons. 36. num. 1. & 2. & ante eum de cōmuni attestatus fuit Bar. in l. 1. num. 13. ff. ad Senat. Consult. Turpill. sequitur Socin. iun. in cons. 36. num. 14. volum. 2. Couar. pract. quæstio. c. 27. num. 2. Aret. in cap. accedens, num. 13. de accusa. Ant. de Padilla in l. transigere num. 4. C. de transact. Abb. in cons. 5. in primis uerbis, volum. 1. idem Marsi. in cons. 6. num. 6. Bertazzo. in consil. 8. num. 70. in fi. & seq. volum. 1. in crimin. Angel. in tracta. malefic. in uersicu. ad querelam, nu. 73. idem Marsi. in sua prax. crim. §. superest, num. 1. & sequen. Grammat. in decis. 39. num. 8. & de communi canonistarum refert Abb. in cap. finem litibus, num. 24. in princip. & ante fi. de dolo, & contu. & Collect. in d. cap. accedens, nu. 13. de accusat. & etiam de communi dicit Diaz. in sua prax. cano. crimi. cap. 144. & nouissimè Rota Senens. in decis. crim. 1. nu. 13. & seq. Et ita iuris esse censeo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Scripturæ validitas pro filia monachanda factæ, clausulam donationis continentis, discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio fieri potest sub conditione.*
2 *Inclusio vnius capitis de necessitate aliud excludit.*
3 *Adimpleuisse non satis dicitur quis, si res euinci potest.*
4 *Lex quando obuiat contrahenti, facultatem administratoribus alimendo, licet quoad personam repræsentatam contractus irritetur, tamen si ille administrator obligat in eodem sua bona, per nullitatem primi contractus ipse non liberatur.*
5 *Priuilegium personæ & bonorum non transit ad aliam personam, & bona non priuilegiata.*
6 *Donatio ad pias causas non subiicet regulæ de insinuandis donationibus.*

CONSILIVM XCIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Llustrissime & Reuerēdissime D. in cā clarissimi D. Ioannis de Gabriellis agētis ex una, & RR. Monialium monasterii S. Laurentij se defendentium parte ex altera; presupposito tenore obligationis, de qua in chirographo per dictum agētem facto. Primo videlicet; quod d. D. Ioannes dederit d. Monialibus pro monacatu q. eius filiæ Claræ ducatos mille cum conditione, quod si, quando facerent professionem eius consociæ, ipsa propter ætatem illam facere non posset; quod eo casu dicti mille censeātur donati, prout donauit d. monasterio. Secundo præsupposita morte d. eius filiæ in decimo quarto suæ ætatis anno, quando quasi omnes eius consociæ professionem fecerāt & ipsa illam propter ætatem facere non potuerit secundū tenorē d. Chirographi. Tertio presupposito, quod proprio motu sui animi idē D. Ioannes Gabriel donauerit coram testibus in eodē Chirographo subscriptis; & in hoc dicūt differre factū narratū per eū dē Illustrissimis & Reuerendissimis DD. Cardinalibus, qui decreta Tridentini Concilij interpretantur, cum in facto per eum narrato contineatur, quod interuenerit consensus dictarum monialium; quod in totum est alienum ab eius tenore quia licet ipsę acceptauerint talem donationem, tamen non propterea instituerunt illam fieri.

Rebus sic præmissis, dicitur pro parte dictarū Monialium, salua semper correctione prædictorū Illustrissimorū & Reuerendissimorū DD. Cardinaliū, in vim dictæ donationis posse se ipsas tueri, ne dictā quantitatē pecuniæ restituant; quia d. Chirographū habet duo capita, unā videlicet, quod d. mille dātur pro monachatu d. eius filiæ ante tēpus professionis a Sacro Concilio præfixū sub c. 15. & 16. de reformatione regula. sess. 25. & quoad istud caput, prout per partē aduersā prætenditur; ita ēt per d. Moniales conceditur d. Chirographum nihil ualere, tanquam factum contra formam d. Concilij: & in hoc partes ipsæ concordant.

Sed

Sed quo ad dictam donationem dicitur dictum chirographum non infringi, cum a Concilio prædicto talis casus donationis sub conditione, ut supra, non videatur comprehendi; imo in dispositione iuris remanere
1 rescu & sub conditione † donatio fieri possit iuxta tex. in l. 1. ff. de donatio. & latè Cla. in §. donatio, q. 2. cum & dicta donatio, uiuente dicta eius filia, fuerit purificata, cum de decem & septem nouitijs, quæ in totum erant eius consociæ in d. monasterio, quatordecim, & sic quasi omnes, fecerũt professionẽ, cũ conditio ad omnes, vt purificetur, non extendatur, sed simpliciter fuerit apposita, quo casu in dubio a iure per medietatẽ facientiũ professionẽ censetur adimpleta: multo fortius ergo in casu nostro, cũ quasi oẽs, ut est dictũ, fecerint professionẽ; ad nota. per Ang. in l. antiqui. n. 3. si pars hered. pet. facit §. fina. Instit. quib. ex caus. manu.

Neq; obstat si opponeretur, ꝙ dicti mille ducati nõ potuerunt sustinere vim dotis & donationis; quia cõfitetur, si simpliciter sub utroq; titulo, & eodẽ tẽpore, & nomine dotis, & donationis essent dati; cũ inclu
2 sio † unius capitis ex necessitate aliud excluderet, arg. l. cũ prætor. ff. de iudi. sed sub cõditione, prout in casu nostro, id bene fieri potuit, quia tunc non plus esse dotem, quã donationẽ existimatur; cũ terminatio, a qua firmetur, vid. an sit dos, vel donatio, dependeat a futuro euentu rei, aut faciendi professionem, aut non faciendi; nã illã si fecisset, resolutum esset dictos mille fuisse in dotem datos; sed cum illam non fecerit; resolutum fuit datos esse titulo donationis, in qua aliqua causa non requiritur, nisi conditionis adimplementum iuxta tex. allegat. in l. 1. ff. de donatio.

Quę quidem donatio cum non habuerit principium a traditione, cũ primo dicti mille titulo donationis nõ fuerint dati, sed sub conditione positi; & per hoc tantum a promissione; quo casu etsi dicti mille essent alterius, & non dicti donãtis, si dictæ moniales molestarentur, de euictione ipse teneretur, vt conseruaretur dicta donatio; nedũ in pręsenti ipse dictas moniales non põt molestare, prout firmat Tobia. Noni. & de magis
** communi refert cons. 14. nu. 14. in uers. si vero inceperit a promissione; quod prius dixit Corne. per eum relat. in cons. 141. nu. 8. post prin. vol. 2. & in fortiorib. terminis voluit Castr. in l. Arist. §. fi. in fi. ff. de dona. qui
3 dicit, quod si donatio † incepit a promissione, prout in casu nostro; si res donata postea fuerit data, & de euictione timeatur, ꝙ contra donantem, etiamsi nondum sit euicta, agere possit; cum nõ satis dicatur adimpleuisse, si res euinci potest. Merito igit d. D. Agens a sua prætentione uenit excludẽdus iuxta vulgatam regulam; quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. uindicantem, ff. de euictio.

Ad idem q; facit, ꝙ dato sine ueri præiudicio ꝙ dicti mille uere essent dos, & sic prohibita alienari per patrem iuxta formã d. Concilij; nihilominus dicitur ipsum teneri ad cõseruandam dictam donationem; cum quando lex † obuiat contractui facul-
4 tatem administratoribus adimendo, licet quoad personam repræsentatam contractus irritetur; tamẽ si ille administrator obligat in eodem sua bona, prout per talem donationẽ fecit d. Ioannes Gabriel, per nullitatem primi contractus ipse non liberatur; cũ † priuilegiũ personæ, & bonorũ priuile-
6 giatorũ nõ trãseat ad aliã p̃sonã, & bona nõ priuilegiata, ita firmat Bal. in l. non dubium nu. 20. in uer. secundo modo, C. de legib. & idem Bal. & tex. in l. fi is. C. de prædi. minor. & sic contra regulam in huiusmodi casu, licet non sustentetur per incipale, sustentatur accessoriũ; prout dicit ibidẽ ipse Bal.

Neq; aliquid obstat, si opponeretur, ꝙ ex quo dicta donatio excedit summã 500. ducatorum, cũ non fuerit insinuata, esse nullam: quia respondetur regulã fallere, quan-
6 do donatur † ad pias causas, prout in casu nostro, cum fuerit donatũ d. R. monasterio, quo casu valet, late Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cau. priuil. 124. & ita censeo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia remittendi religiosum a seculari ad ecclesiasticum discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus obligans se tribus votis in professione æquiparatur clerico in sacris ordinibus constituto.*

2 *Constituti in sacris ordinibus licet per longum tẽpus*

 eant

eant tanquam laici, non ob id amittunt priuilegium fori.

3 Clericus incedens tanquam laicus, vt a iudice seculari ob delictum puniri possit, quid requiratur.

4 Religiosum habitum sumens post delictum in fraudem laici, quomodo sit puniendus.

CONSILIVM XCIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN dubio mihi occurente, vt paucis verbis me expediam, dico Reuerēdum fratrem Iacobum ad præsens in curia seculari carceratum in vim cuiusdam sententiæ post professionem per eum emissam per iudices seculares contra eum in eius contumaciam latæ, quam exequi intendunt ob prætensum furtum, remittendum esse iudici ecclesiastico, postquam ipse de anno 1582. sub die 24. mensis Martij, & sic ante prætensa

1 delicta, fecit expressam professionem in dicta religione, se obligando ad tria substantialia obedientiæ, paupertatis, & castitatis,

2 † cum per talem professionem æquipararetur clerico in sacris ordinibus constituto, prout dicit Abb. in cap. tuæ num. 2. & ibi prius Hostien. num. 5. in ver. ex eo, de aposta. Innocen. ante fi. in cap. 1. eod. Ioan. Andr. in cap. 1. num. 2. de obligatio. ad ratio. & Bar. in l. 1. nu. 3. in ver. & quod de clericis ff. de pœn.

Qui quidē professi, seu clerici in sacris ordinibus constituti & si per longum tem-

2 pus eant tanquam laici; † nō per hoc amittunt priuilegium fori; nec possunt a iudice laico puniri, committendo unum furtum, seu homicidium; sed opus est esse solitos delinquere, & plura delicta committere, Alex. de Neuo in cons. 59. num. 21. Abb. in cap. perpendimus num. 6. in fi. de sentēt. excommu. & Couar. practica. quæstio. cap. 32. num. 2. in uersicu, secundo, & in uersic, tertio.

Et requiritur etiam ad hoc, vt clericus,

3 qui tanquam laicus incedit, † ob delictum per eum commissum ad effectum, ut per iudicem laicum de eo puniri possit, vt in eodē delicto capiatur, Clar. in sua pract. crim. q. 36. nu. 19. ante fi. Alex. de Neuo in d. cons. nu. 9. in fi. & in septima conclusionē, quæ est circa fi. cap. 1. in uers. si in criminibus de apostat. & in c. ex parte in fin. in uer. qui sine, de priuileg. quod minime euenit in casu nostro; cum tres annos post prætensum cōmissum furtum, & sententiam latam fuerit captus; & propterea remittendus est suo iudici ecclesiastico. Paul. de Castr. in auth. statuimus, num. 2. de episc. & cleric.

Et insuper dico, quod tantum lex religioni fauet, quod etsi d. frater Iacobus in fraudem habitum regularem suscepisset, & professionem emisisset, uidelicet ne puniretur de dicti pretenso delicto furti per iudicem laicum (quod minimè verum est, cum multo antea fecisset regularē professionē; vt est dictum) quòd nihilominus dicta sententia in eius contumaciam lata exequi nō

4 posset, cum pœna corporali † puniri non possit, licet puniri posset pecuniaria, ad dicta per Ioan. Andr. in d. c. 1. de oblig. ad ratio. nu. 19. & seq. Bar. in d. l. 1. nu. 3. ante fi. ff. de pœn. Imo, in cons. 118. & 119. & Couar. in d. c. 32. nu. 3. in fi. Et hanc esse communem opinionem dicit Clar. d. q. 36. nu. 43. in ver. bene verum. Et ideo remittendum suo iudicio. Et ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia proponitur sub duobus dubijs in ingressu consilij.

SVMMARIVM.

1 Processus non est nullus neque annullandus, si a mādato iudicis procedendi ad vlteriora non est appellatum.

2 Mandati fines diligenter seruari sunt.

3 Processus, & sententia non seruata forma rescripti non valet.

4 Allegantes contraria audiri non debent.

5 Testem a me productum non possum quoad personam reprobare, nisi ex causa.

6 Testimonialibus factis intuitu officij plene credi debet.

7 Scripturæ diuersæ per partem productæ nullam habent firmitatem.

8 Referenti diuerso a relato non statur.

9 Varia sunt, non facere, aut minus sufficienter facere intra tempus statutum.

10 Sententia contra ius partis continens notoriam iniustitiam est ipso iure nulla, & non transit in rē iudicatam.

Tempus

21 *Tempus appellandi idem operatur, quod tempus pro sequendi.*
22 *Appellari potest ab interlocutoria habente uim dif finitiua.*
23 *Sententia lata super desertione appellationis differt in multis a sententia lata super negotio principali.*
24 *Obligatus ad duo tenetur ad utramque.*
25 *Adimplere pro medietate in re indiuisibili nihil ualet.*
26 *Negatiua ex processus inspectione probari solet.*
27 *Iudex potest sententiam iniustã reuocare, & assignatur ratio.*
28 *Confessio partis inducit notorium.*
29 *Effectus sententia, qua transiuit in rem iudicatam, quando non debeat impediri.*
20 *Exceptio rei iudicatæ si non opponatur, ualet sententia.*
21 *Sententia contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, est nulla, & non ualet, etiam in diuersa instantia lata cum fal.nu.22.*
23 *Actio semel inepte proposita potest iterum apte proponi, idem in exceptione.*
24 *Rescripto exprimenda sunt omnia, quæ mouere, uel possent retardare concedentem.*
25 *Taciti subintellecti, uel expressi, est eadem doctrina.*
26 *Rescripto non sunt exprimenda ea, quæ nullum pariunt, uel parere possint effectum.*
27 *Verba generaliter prolata ab homine non recipiunt restrictionem.*
28 *Verba rescripti debent aliquid operari.*
29 *Iudex a quo in quo casu mittat sententiã executioni. & nu.30.*
31 *Sententia lata cõtra ius litigatoris, si transiuerit in rem iudicatam, non potest retractari iure ordinario, sed tantum potest peti restitutio in integrum, a principe de iure Canonico, secus de iure ciuili.*

CONSILIVM XCV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Maurocena, in præsenti de duobus dubitari contingit.

Primo videlicet, an dominus Iudex vigore rescripti Apostolici vltimo loco præsentati possit terminum assignare Domino ex aduerso Procuratori ad docendũ de legitima prosecutione prætensæ appellationis interpositæ per aduersarios tam à sententia diffinitiua, quam à diffinitiuo decreto, per quod declaratum fuit sententiam præfatam transitum fecisse in rem iudicatã iuxta formam eiusdem rescripti Apostolici, an uero non.

Secundo, dato quod præfigi possit, an constet de re iudicata, & sic sit locus executioni sententiæ præfatę secundum formam eiusdem rescripti, vel potius sit locus procedendi ad vlteriora in secunda instantia super negocio principali coram eodem Iudice pendente, & quo ad vtrumque ad fauorem mearum principalium concludo ex infra dicendis.

Et quoad primum, licet videatur meas principales sibi ipsis præiudicasse, & amplius super prætensa re iudicata non posse audiri, ex quo non obstante exceptione rei iudicatæ in actis pro earum parte opposita ob non prosecutionem appellationis interpositæ à diffinitiua sententia per clarissimũ Dominum aduersarium, de ea cognito, & tacitè illam reijciendo Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Nuntius Apostolicus præcessor, & in causa huiusmodi Iudex executor & delegatus respectiuè mandauit ad ulteriora in causa procedi; & pro earum parte non fuerit appellatum, imò & in eadẽ causa processum, & propterea pro-
1 cessus † non sit nullus neque annullandus. ad dicta per Bart. in l. a procedente. num. 3. in ver. quandoq; iudex. C. de dilatio. quem secutus fuit Petr. de Anchar. in Clem. cum à repulsione. nu. 1. ante finem. in vers. quandoq; iudex. de veritate. de appell. refert & sequitur Aret. in terminis ad casum in cons. 73. col. 3. in princ. in vers. aliquando iudex, tamen aduertendum est, quod de iure Canonico, licet non appellauerint, cum appellandum non esset, ex quo tacitè fuit reiecta exceptio dictę rei iudicatæ procedendo ad vlteriora, quod nihilominus super tali re iudicata debet audiri, prout dicit Bart. in præcitato loco in vers. bene tamen, quem secutus fuit Aret. in præcitato loco, dicendo distinctionem Bart. esse uerissimam, & perfectam, licet aliquam mentionem non faciat de eo, quod dicit de iure Canonico procedere. & cum dicto Bar. concordat etiam rescriptum Apostolicum in actis præsentatũ, in quo dicitur, quod ex integro D. meus assignet terminum aduersarijs ad docendum de legitima prosecutione appellationis interpositæ, tam à diffinitiua sententia super negotio principali lata, quam à diffinitiuo decreto facto super desertione appellatio-
2 nis, cui standum est, cum fines mandati † diligenter seruandi sint, prout dicit Innoc. in cap.

cap.super literis.nu.3.ad finem.de rescript. Angel.in conf.138.num.2. l. diligenter. ff. mandat.cap.cum dilecta, & ibi glo.in vers. iuris ordinem.ubi Card. nu.3. & Collecta. num.5. de rescript. & forma data in rescripto per iudicem sequi debet, alioquin non
3 ualet processus, † nec sententia. Caballi. in Milleloq. 762. in secunda par. Aegid. in Clem.religiosi. num.31. de decim. dicto c. cum dilecta, & ibi Card.num.3.de rescript. quod procedit etsi rescriptum esset contra terminos iuris, prout non est ex supradictis, cum praecise ordinet, vt assignetur dictus terminus, prout tenet Rota teste Veral.decis.185.par.3.

Neque caret dictum decretum etiã euidenti iniustitia, vnde fortificatur dicta conclusio, nam D. aduersarij ad docendum, quod intra terminum quadraginta dierum per iudicem assignatum ad prosequendum appellationem pro eorum parte interpositam, & de legitima illius prosecutione procurauerint per signaturam iustitiae sanctissimi D.N.causam praefatae appellationis cõmitti, produxerint quasdam testimoniales illustris D.Riccardi Strauij eiusdem signaturae iustitiae Reuisoris, quibus minimè releuantur ijdem D.D. aduersarij, & quia dictae testimoniales continent cõtraria adinuicem in eis expressa, cum allegantes † con
4 traria audiri non debeant, l. Titiae si nõ nupserit.ff.de condit.& demonst. & Rota decis.8.num.6.in tit.de testib.in antiq.& quia non sufficit talem diligentiam fecisse dictos aduersarios, de qua attestatur in dictis testimonialibus, pro euitanda desertione appellationis, sed opus est vt cum effectu intra tempus assignatum à iudice ad prosequendum appellationem, quod eiusdem cõmissionis subsequatur expeditio, & illius uigore etiam habeatur à iudice delegato citatio cum inhibitione, prout uoluit Rota teste Fastol. dubio.37. fol. mihi 643. & attestatus fuit idẽ Illustris D. Riccardus Strauius eiusdem signaturae Reuisor per alias suas testimoniales per meus principales in actis productas, quib. testimonialibus in aliquo obijci non potest, cum sint in forma probãti, & eius fides, & persona per productionem aliarum testimonialium, de quibus supra per DD. aduersarios product. etiam fuerit approbata, cum testem à me produ-
5 ctum, quo ad personam † nisi ex noua causa reprobare non possim. per text. in l. si quis testib.& ibi Bart.& Castren.in princ.C.de testib. vltra quod etiam tales testimoniales
6 † fecerit intuitu sui officij, vnde plene etiam ex hoc eis credi debet, latè Fely. in fortioribus terminis in c.sciscitatus. nu.2. in prin. de rescript. Bald.in l.Cassius.nu.1.ff.de Senat.& Lap.allegat.89.nu.11.in fi.

Et quod in eisdem testimonialibus per D.D.aduersarios productis attestentur, & producantur cõtraria, patet expresse ex eorum lectura, nam in prima parte dicitur, qđ eidem Illustri Riccardo fuit praesentata cõmissio pro parte Domini Antonij Betuschi nomine aduersariorum in causa huiusmodi legitimitatis, & quod talis commissio non fuit tunc temporis expedita, sed post multos dies, & hoc sub praetextu, quia Dominus Amathellus de Amathellis procurator assertus DD. mearum principalium dicebat se uelle concordare de iudice, & deinde quod allegauit sententiam fecisse transitum in rem iudicatam, & ideo alicui commissioni non fuisse locum, & quod his non obstantibus, quod fuerit expedita. Et haec quoad primam partem dictarum testimonialium. Quo vero ad secundam partẽ, ex qua apparet de cõtrario supradictarum ex facto magis claro, attestatur idem Notarius, qui accedendo ad librum eiusdem Illustris D. Riccardi, in quo annotantur omnes commissiones, quod inuenit inter reiectas annotatam fuisse sub die 27. Augusti 1594. infrascriptam commissionem, videlicet, Venetiarũ Thomas Maurocenus &c. Nam cum in prima parte dicatur, quod nõ obstante, quod fuerit retardata commissionis expeditio sub pretextu concordandi de iudice, & postea allegatum de re iudicata, fuerit expedita; quomodo in secunda parte dicitur, & attestatur ex libro commissionũ apparere, quod fuerit talis commissio reiecta? certe hoc stare nõ potest, cum omnino sint contraria, fuisse signatam, & fuisse reiectam, cum reiectę non signentur, & per hoc tales testimoniales non debeant, neq; debent attendi, cum in aliquo partem producentem non releuent, nedum quia per eam allegantur, & producantur contraria, ut est
7 dictum, verumetiam & quia scripturae † diuersae per partem productae nullam habent firmitatem, & uitiantur per tex.in l.scripturae. C. de fide instrument. & dicit Natta in cons.

conf. 285. num. 2. cum allegatis per eum. vol. 2. vel melius saluando dictas testimoniales, dico quod ex quo d. D. Riccardus habuerit relationem ad suum liberum commissionis, prout patet in principio dictarum testimonialium, quod licet dixerit, quod dicta commissio fuerit signata, cum fuerit reiecta, quod tale dictum tanquã erroneum non debet attendi, cum in relato, quod est liber præfatus, aliter res se habeat, quam in
8 referente, & ideo relatum † esse attendendum, prout firmat Rota nouissima in decis. 40. nu. 7. par. 2. fol. 26. ubi dicit, quod quando in relato aliter se habet, quam in referẽte, tunc non attenditur referens tanquam erroneum, sed relatum ipsum, quod prius voluit Dec. in cons. 63. num. 6. in uers. & licet referens: Alex. in cons. 9. num. 12. in fi. in vers. & hoc saltem in casu nostro procedit, vol. 5. ubi concludit, quod ille, qui petit se inuestiri nomine sui patris, & sororum secũdum tenorem aliarum inuestiturarum, si apparet ex inuestituris antiquis, ad quas relatio facta fuit, quod sorores non erant inuestiendæ, illis nullum ius quæsitum fuit, quia errore videtur illas nominasse, ex quo non erant comprehensæ in inuestitura, ad quam se refert, optime Curt. iun. in cõs. 92. num. 10. & Cagnol. in Authen. si quis in aliquo. nume. 82. in uers. & id quod continetur, & num. 89. in vers. intellig. & num. 90. C. de eden.

Ex qua quidem commissionis reiectione aliud oritur fundamentum ad fauorem mearum principalium ad finẽ, de quo agitur, videlicet, quod cum fuerit reiecta talis prætensa commissio, perinde haberi debet, acsi illa pro aduersariorum parte præsentata non fuisset, & quia non facere, aut minus sufficienter facere intra tempus statutũ pa-
9 ria sunt; † prout dicit Iodoc. cum allegatis per eum in Enchir. parium, seu similium iuris. in vers. facere insufficienter, inter communes diuers. vol. 3. fol. mihi 608. & seq. & quia etiam parificantur, aliquid non esse factum, uel perperam, seu indebite fuisse factum, idem Iodoc. in dicto loco in uers. factũ esse male aut indebite. fol. 609. Et quia etiam paria sunt non facere, & inutiliter facere, prout dicit idem Iodoc. in dicto loco in uers. facere malè, uel indebite, circa medium. fol. 610. Et paria etiam sint factum non esse uel factum esse, & reuocatum, idẽ Iodoc. dicto loco in versic. factum reuocatum. fol. 611.

Et sic ex supradictis remanet firmum dictum decretum esse notorie iniquum, & nullum, & omnino uiribus carere, etiam si in tali decreto iniustitia non sit expressa, & in aliqua consideratione non debere haberi: nec potest impedire, ne assignetur de nouo dictus terminus aduersarijs ad docendum de prosecutione prætensæ appellationis tã à prima quam à secunda sententia interlocutoria, vim tamen diffinitiuæ haben. interposit. secundum formam rescripti, ad firmata latè per Soc. sen. in cons. 18. num. 19. in fi. & num. 20. & 21. uol. 1. Et quod senten-
10 tia † contra ius partis continens notoriam iniustitiam sit ipso iure nulla, & nõ transeat in rem iudicatam, firmat Barbat. cum allegatis per eum in cons. 11. nu. 33. & seq. vol. 2. Aymo in cons. 373. nu. 44. vol. 3. Purpur in l. magistratibus. num. 31. in uer. tamen, & c. seq. ff. de iurisdict. omn. iud. & Felyn. latè in c. inter cæteras. nu. 10. & seq. de re iudic. & primum fundamentum etiam respicit negotium principale executionis, cum remaneat firma res iudicata, cum constet in tempore assignato a iudice causam prætensæ appellationis non fuisse commissam, & per hoc remansisse desertam, & sententiam fecisse transitum in rem iudicatam, prout & iudicatum fuit, ut infra dicetur, cum idem ope-
11 retur tempus † appellandi, quod tempus prosequendi, prout dicit Bal. in L. 1. nu. 22. C. ex delict. defunct.

Vlterius debet assignari dictus terminus ad docendum de legitima prosecutione appellationis &c. nedum ex supradictis fundamentis, verumetiam & quia rescriptum Apostolicum est fundamentum tam super prima sententia super negotio principali lata, & prætensa prosecutione appellationis ab ea interpositę, de qua fit tantum mentio in antecedẽti rescripto coram Illustrissimo Nuntio præsentato, & præsenti rescripto mentionato, & de qua coram eo tantũ fuit oppositum, quam super diffinitiuo decreto, per quod fuit pronuntiatum præfatam sententiam fecisse transitum in rem iudicatam, ac illius legitima prosecutione appellationis, de qua nulla facta fuit mentio in rescripto coram eodem Nuntio præsentato, ut dictum, nec de illis prosecutione appellationis discusso, cum non fuerit nec appellatum,

tum: & quia dicta sententia interlocutoria
super dicta desertione appellationis prola-
ta uim diffinitiuæ sententiæ habet, & ab ea
12 appellari † potest. prout dicit Bald. in l. 2.
num. 20. in uers. decimoquarto. C. de episc.
audient. quem secutus fuit Corne. in consi.
14. num. 3. 5. & 6. in uers. & iudex. uol. 4. &
Grauat. ad Piact. Vest. in lib. 8. cap. ult. nu.
35. fol. mihi 279. & quia in multis differt
13 sententia lata † super desertione appella-
tionis a sententia lata super negotio prin-
cipali, prout eleganter tradit idem Corne.
in dicto consi. 14. num. 2. & seq. præsertim
num. 5. & quia quoad appellationem inter-
ponendā æquiparatur diffinitiua sententia,
uel sententiæ uim diffinitiuæ haben. prout
est dicta nostra sententia super desertione
prolata: & quia qui tenetur ad duo uel plu-
ra ad esse rei uel probationis probandum,
prout in casu nostro tenentur aduersarij do
cere tam de legitima prosecutione appella-
tionis interpositæ à sentētia diffinitiua, quā
à definitiuo decreto, ut releuari possint a re
14 iudicata, non sufficit de uno probare, † sed
utrumque probare oportet, prout dicit Bal.
subdendo etiam multum facere ad materiā
probationis, in l. conuenticulam. num. 5. in
uers. item est argumentum ab effectu. C. de
episcop. & cleri. ubi dicit, quod quando plu
ra requiruntur ad esse rei, vel probationis,
non sufficit alterum esse, uel probari. & est
tex. in l. unde. §. penult. & ibi glo. in uer. cō-
petere. in uers. item nota hic quoties duo. ff.
de itiner. actuque priuat. l. fi. §. aut lex, & ibi
glo. in uer. auctoritas, & Odofre. num. 2. ff.
de diuort. & Specul. in tit. de teste. §. pri-
mo, num. 95.

Cui conclusioni inhærent dicta etiam
Archid. in c. priscis. num. 3. 55. distin. ubi di
cit, quod in iure parificantur nihil habere,
uel non habere quod sufficiat, & propterea
quod cui satis est, quod habet, satis illum ha
bere constet, & cui non satis est, satis illum
conster egere, & faciunt dicta Petr. de Bel-
laper. in l. 5. §. si sortem. nu. 2. & 4. ff. de ver-
15 bor. oblig. ubi dicit, quod adimplere † pro
medietate in re indiuisibili, nihil ualet, & id
quod dicit Paul. de Castr. in l. cum fundus.
num. 3. ff. de condi. & demonstrat. ubi dicit
nihil dici factum, donec superest agendum.
& Corne. in cons. 231. num. 3. uol. 2. ubi si-
militer dicit, quod nihil censetur actum, cū
aliquid restat agendum.

Neque aliquid obstat si dicatur, quod
etiam dictæ meæ principales sibi ipsis præ-
iudicauerint circa dictam exceptionem rei
iudicatæ respicientem præfatum diffiniti-
uum decretum, cum ab eo ab aduersarijs
non fuerit appellatum, prout patet ex inspe
16 ctione processus, cum talis negatiua † sic
probari soleat. ad dicta per Iacob. Butriga.
in l. 2. C. de error. aduocat. Abb. in cōs. 92.
nu. 3. uol. 1. Cephal. in cons. 250. nu. 3. uol.
2. & latè Franc. Hercul. in tracta. de negat.
proban. sub num. 176. & seq. tracta. tom. 4.
fol. 32. & Menoch. in cons. 199. num. 3. &
per hoc transiuerit in rem iudicatam, Auth.
de appell. in princ. text. in c. quoad consul-
tationem. §. taliter, de re iudi. Rebuf. in re-
pet. l. quod iussit. in secundo notabili. num.
147. in fi. ff. de re iudic. & dicit Guid. Papæ
in cons. 146. num. 3. cum mille concordan-
tibus. ex quo per eas de tali re iudicata non
fuerit, antequam procederetur adulterior a.
per dictum Illustrissimum D. Nuntium, op-
positum, imò passæ fuerint ulteriorem pro-
cessum fabricari, cum iudex, si uiderit sen-
tentiam iniustam, illam reuocare possit, cū
17 † de eo quod cognouerit, iudicare possit
cognito de iniustitia sententiæ, prout dicit
Innoc. in c. cum Bertoldus. col. 4. in uers. vel
dic. de re re iudi. & in c. cum dilecta. nu. 3.
in uers. item sententia. de rescriptis. & idem
sentit in c. fraternitatis. num. 5. de frigid. &
malefic. in quib. dicit Innoc. quod si de fa-
cto probationes admittantur contra senten
tiam, per quas probationes appareat illa
sentētia minus legitima, quod iudex debet
magis inhærere probationibus, quam sen-
tentiæ prius latæ. & hanc opinionem ex-
presse firmauit Ant. de Butr. in d. cap. cum
dilecta. num. 17. præsertim in ver. sed quia
ubi conclusiuè, omnino uiden. de rescript.
vbi dicit, quod ex quo partes assumpserunt
disputationem super iniustitia sententiæ, &
iudici probata est iniustitia sententiæ, & si-
bi notoriè constat de illius iniustitia; quod
illam retractare poterit, ex quo probatio fa
cta transit in notorium, & tollitur effectus
præsumptionis surgentis ex sententia lata,
sicut tollitur per confessionem partis, quæ
18 similiter inducit notorium, † quod latè pro-
sequitur Abb. in cons. 89. num. 1. in fine. &
sequen. uol. 1. & firmat. apertè idem Anto.
de Butr. in cons. 27. nume. 2. in uersic. item
quamquam. vsque in fi. d. numeri, similiter
omnino

omnino uiden. sequitur Alex. in consil. 77. num. 13. volum. 2. & Roman. in consi. 174. numero 8.

Primo, quia præfati Doctores loquuntur, quando ex probationibus factis parte non opponente constaret de notoria iniustitia primæ sententiæ, de qua minime constat in casu nostro, nec cōstare potest, secus si non constaret de tali notoria iniustitia, vel esset dubium, quia tunc nō debet retar-
19 dari effectus sententiæ † quæ transiuit in rem iudicatam, & sic firmant expressè Innoc. Ant. de Butr. Abb. & alij desuper citati. ad idemque facit illud, quod optimè firmat Felyn. cum alijs per eum citatis in cap. inter cæteras. num. 10. & 11. de re iudi. ubi dicit, sententiam notoriè iniquam reddi nullam & inualidam, & de illius iniustitia notorie dicit constare, si ex actis appareat: & hanc conclusionem etiam ampliat habere locum si notorietas superueniat post sententiam. Cum igitur in casu nostro de tali notoria iniustitia sententiæ prædictæ non constet, nec constare possit, vt est dictum, merito cursus commissionis impediri nō potest, nec sententiæ effectus, etsi in causa processum fuit vsque ad illius conclusionem, cum adhuc dicatur causam appellationis pendere, prout in rescripto fuit dictum, cū possit effici deserta appellatio. Rot. decis. 38. de appell. in antiq.

Secundo, quia exceptio rei iudicatæ potest bis opponi, coram iudice procedente; videlicet & ante litis contestationem, ad impediendum vlteriorem processum, cum excludat actionem, cum si non opponatur valeat processus; & ante sententiam, aliàs si non opponeretur, valeret etiam sententia,
20 † ita firmat Bal. omnino uiden. in l. post sententiam. nu. 2. C. de sentent. & interloc. om. iud. quod intelligo, quando ex probationibus factis non constat de notoria iniustitia sententiæ, ut est dictum, quem secutus fuit Rebuf. in repet. l. quod iussit, in 2. notabili, num. 149. ante finem in vers. item certum est; & in vers. præterea. ff. de re iudic. quod prius voluit Innoc. in dicto c. fraternitatis, num. 5. de frigid. & malefi. ubi dicit contra rem prius iudicatam ualere sententiam, cū non fuerit ante sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, exceptum, ad quod facit idem Rebuf. in consi. 62. in 2. col. in princ. ubi dicit, quod talis exceptio, cum semper grauet, potest semper opponi, in quo loco propriè tractat de re iudicata nō opposita, nec in quarta instantia; hoc idem comprehenditur ex rescripto Apostolico, in quo dicitur, quod ex quo pendet iudicium appellationis, cum aliàs quoad pretensam rem iudicatam dictæ meæ principales fuerint tacite exclusæ, prout supra dictum est, quod ex integro per D. meum præfigatur terminus eisdem aduersarijs ad docendum de legitima prosecutione appellationis &c. cum aliqua sententia ad eorum fauorem lata nō
21 sit, cum licet sit regulare, quod † sententia lata contra sentētiam, quæ transiuit in rem iudicatam, nulla sit, & non ualeat etiam in diuersa instantia lata, per tex. in l. 1. C. quando prouoca. non est necess. Bal. in cap. inter monasterium. num. 2. in princ. de re iudi. & ibi latissimè Felyn. cum accumulatis per eū sub num. 15. ubi sub nu. 16. & pluribus sequentibus ad regulam dat sexdecim fallentias, præsupponendo tamen semper contra primam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, latam fuisse aliam illam euacuantem, & dicit Rebuf. in repet. d. l. quod iussit. in 2. nota. sub nu. 150. de re iudic. quod procedit etiam si de consensu partium fuerit lata iudiciario tamen ordine non seruato, idem Rebuf. in præfato loco in vers. respondeo, vbi reconciliat opiniones, & uoluit glo. in fine per eum allegata post mediū: l. si diuersa. C. de transact. & hæc regula
22 fallere soleat, † quando ille, qui habebat sententiam & rem iudicatam pro se, passus fuit de illa discuti, & nouas probationes fieri, & per aliam sententiam reuocari, prout dicit Innoc. in dicto c. fraternitatis. num. 5. de frigid. & malefi. Felyn. in d. c. inter monasterium, num. 16. de re iud. Ant. de Butr. in cons. 27. col. pen. in vers. item quanquā; & Rebuf. in d. l. quod iussit. nu. 150. in vers. respondeo, & Aret. in dicto cons. 73. nu. 4. vbi de communi: tamen aduertendum est; quod in casu nostro tale obiectum non militat, cum aliqua sententia ad fauorem aduersariorum lata non sit contra primam sententiam, & per hoc in rescripto ordinatum fuit dictum terminum præfigi aduersarijs ad docendum.

Et ad iustitiā dicti rescripti, & ad corroborationem dictæ conclusionis, quod iterū assignetur terminus ad docendum de legitima prosecutione appellationis &c. dictis aduer-

aduersarijs,ultra desuper adducta faciunt
etiam dicta Petr.de Anch. in Clem.cum à
repulsione.num. 3. post medium. de appell.
23 ubi dicit,quod sicut † in actione semel ine-
ptè ,ꝑposita potest haberi recursus ad acta
etiam coram iudice delegato, sic etiam di-
cit in exceptione procedere,videlicet, qđ
illa semel ineptè proposita iterū possit apte
proponi,quæ dicta fortius habent locum si
exceptio proposita non fuerit, prout in ca-
su nostro.ad dicta per Bald.in d.l. post sen-
tentiam. numero 2. C. de senten. & inter-
locut.omni.iudi. Innocen. & Rebuf. desu-
per citati.

Et quid plura ? quod sit assignandus di-
ctus terminus dictis DD.aduersarijs ad do
cendum de legitima prosecutione appella-
tionis &c. iuxta formam rescripti Aposto-
lici ultimo loco præsentati, euidenter de-
monstro: nam dicit rescriptum, quod assi-
gnetur terminus &c. etsi in termino assi-
gnato nihil quod releuet fuerit doctū &c.
& constito de re iudicata quod D. meus
exequatur.

Sed si sic est,nunc dico, quod aut cōstat
de re iudicata tam primæ, quam secundæ
sententiæ, aut non: cum si constat de re iu-
dicata, non sit dubium decretum factū per
Illustrissimum D. Tabernam Nuntiū Apo-
stolicum Venet. esse notoriè iniquum ex
actis,& nullum effectum non posse parere,
& per hoc non trāsiuisse in iudicatum, pro-
ut ex aduerso prætenditur, neque impedi-
mentum præstare per auctoritates desuper
adductas, quas hic pro repetit. habendo
omissas esse uolui describere, si autem non
constabit de re iudicata, decretum est uali-
dum, & ad aliquam executionem minime
deueniri poterit. & hæc dicta sint pro reso-
lutione primi dubij,quamuis tantummodo
sufficiat, quoad assignationem præfati ter-
mini,forma eiusdem rescripti, cui standum
est,prout supra est dictum, cum aliqua ex-
ceptio subreptionis obijci non possit unde
vitietur,prout ex aduerso prætenditur,cum
24 in eo omnia exprimēda fuerint † expressa,
quæ potuissent, si fuissent tacita, vel indu-
cere Papam ad illud non cōcedendum, vel
ad difficilius concedendum. c. in nostra, &
c.ad audientiam.el secundo, de elect. de fi-
lijs Presbyter. c. ad præsentiam. refert &
sequitur Calder.in cons.6.in princ.de præ-
bend.Anto.de Butr.in c. postulasti.num.7.
.in fine.& ibi Hostien. numero 9. & 10. de
.rescript.

Et quod fuerit expressum,quod erat ex-
primendum,expresse patet, nam ex aduer-
so prætenditur,& obijcitur de subreptione
rescripti, ex quo in eo non fuit expressum,
quod Illustrissimus D. Nūtius Taberna re-
iecta exceptione tacitè rei iudicatæ māda-
uerit in causa appellationis ad ulteriora pro
cedi, Primo quia dicitur ex tenore eiusdem
rescripti in totum de contrario constare, nā
in eo inter cætera fuit narratum, quod per
meas principales fuit recursum alias ad Pa
pam, & petitum, ut committeretur eidem
Nuntio per speciale rescriptum,quod con-
stito de re iudicata exequeretur sententiā
de qua agitur, sin minus quod procederet
in caussa appellationis per dictos aduersa-
rios interpositæ,& deinde fuit dictum, qđ
nunc pendet coram D. meo causa præfatæ
appellationis, & deinde fuit demandatum
in eodem rescripto, quod per eundem D.
meum ex integro præfigatur terminus di-
ctis aduersarijs ad docendum de legitima
prosecutione appellationis &c. & nihil qđ
releuet docto &c. & constito de re iudica-
ta,quod exequatur.

Ex quibus cōcludo, quod si in rescripto
fuit dictum, quod aliàs per aliud rescriptū
fuit demandatum, quod constito de re iu-
dicata exequeretur, aliàs quod procedere-
tur in causa appellationis,& Papa in rescri-
pto in præsenti dicat, quod pendet causa
appellationis præfatæ, & mādet ex integro
terminum aduersarijs assignari ad docen-
dum de legitima prosecutione appellatio-
nis &c. Nonne comprehenditur expressè,
& exceptionem rei iudicatę fuisse aliàs op-
positam,& reiectam,si pendet causa appel-
lationis, & ex integro vult alium terminum
assignari dictis aduersarijs ad docendū &c.
25 cum taciti † subintellecti, & expressi sit ea-
dem doctrina.l.cum quid.ff.si cert.petat. &
qui vult consequens,necessarium sit,& uel-
le necessarium antecedens,prout dicit Bal.
in l.conuenticulam. col.4. ante medium. in
vers. item est locus ab antecedente destru-
cto. C.de episcop.& cleric. ubi dicit, quod
si tenet antecedens,tenet & consequens. §.
idemq; iuris. Instit. quib.ex cau.manumit.
non licet.l.ad rem nobilem & l.ad legatum.
ff.de procurat. Secundo quia dicitur, quod
etsi de tali decreto non esset, vt supra, facta
mentio

mentio in dicto rescripto, prout fuit, quod nihilominus rescriptum primum propterea non uitiaretur, sed in suo robore permaneret, stãte nullitate dicti decreti, ut supra demonstratum est, cum de sententia nulla, vel elidibili, seu decreto, vel alia re nulla nõ sit facienda mentio in rescripto ad illius ualiditatem, cum nullum pariat effectum, vel pa
26 rere possit. † prout per multa exempla firmat latè Felyn. in c. ex tenore, nume. 2. per totum. de rescript. Tertio, quia de aliqua rescripti huiusmodi subreptione, uel obreptione obijci non potest, ex quo Papa dicit in eodem rescripto, Nos igitur statum & merita causæ, & causarum huiusmodi aliarumque hic forsan exprimendarum tenores, & compendia præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes &c. Cum Papa nolẽs omnia de necessitate exprimere, ac statũ, & merita causa huiusmodi habere pro expressis, nõ est dubium decipi in aliquo non potuisse, & per hoc cessare omnem prætensam subreptionem per
27 supradicta, cum uerba † generaliter prolata ab homine non recipiant restrictionem. Ruin. in consilio 150. num. 13. volum. 3. & in consi. 111. nu. 1. eo. uolum. & quod tantum operetur generalis dispositio in suo genere, quantum specialis in sua specie, dicit Aymo in consilio 162. numero 1. in versic. sed præmissis, ad idem Dec. in cap. sedis. numero 34. de rescript. ubi dicit, quod ad inclusionem rei tantum ualet generalis prouisio quantum specialis, aliàs uerba præfata nihil operarentur, quod dici non debet,
28 cum uerba † in rescripto posita aliquid operari debeant, idem Decius in cap. pastoralis. in princip. de appellat. & Bald. in rubr. de rescript. numero 10. in vers. item ut aliquid operetur. imò & quod non liceat recedere a rescripto, nec offendere illius uerba, firmat idem Bald. in præcitato loco. in principio.

Resoluendo autem secundum dubium ad faciendum constare de re iudicata, & quod locus executioni sententiæ sit, dico quod hic pro repetitis habere uolo, primo dicta & deducta desuper tam in facto, quã in iure circa irreleuantiam testimonialium ex aduerso productarum. Secundo, illud quod dictum est super testimonialibus pro parte dictarum mearum principalium. Tertio etiam illud, quod dictum & deductum est super nullitate, & inualiditate decreti Illustrissimi & Reuerendissimi Do. Nuncij prędecessoris, per quod mandatum fuit ad vlteriora procedi, terminum ad petẽdum parti aduersæ assignando, non obstante quod fuerit opposita exceptio rei iudicatæ.

Quarto etiam illud, quod dictum est super decreto diffinitiuo, seu sententia interlocutoria vim diffinitiuæ habẽte, per quod seu quam declaratum fuit, seruatis debitis terminis sententiam super negotio principali prolatam fecisse transitum in rem iudicatam, & exequendam esse, & quod ab eo seu ea non fuerit appellatum, & sic transitum fecerit in rem iudicatam. quibus addo secundum iuris determinationem tale decretum seu sententiam fuisse prolatum, seu prolatam, cum iudex à quo mittat sen-
29 tentiam executioni † si appellante citato non ostenderit, prout non fuit ostensum in casu nostro, de prosecutione appellationis, vel impedimento, quare illam non fuit prosecutus, prout firmat Bartol. in l. 1. num. 9. ff. nil innouari appellat. pendent. Angel. in l. si contra maiorem. C. de appella. ubi dicit infinitis uicibus ita practicasse, quod ibi prius uoluit Bald. & Salycet. in fine, ubi dicit etiam habere locum in interlocutoria. & Alex. de Neuo in cap. personas. numero 49. de appell. deducendo etiam actum factum, & terminum prius assignatum à iudice secundum stylum Tribunalis quadraginta dierum D. ex aduerso procuratori ad prosequendum appellationem interpositam à dicta sententia super negotio principali prolat. & de eius legitima prosecutione ad docendum: cum talis assignatio termini operetur, ut iudex, à quo statim possit exequi suam sententiam, si de tali appellationis prosecutione non doceatur, vt supra
30 dictum est, † prout dicit Alex. de Neuo in dicto cap. personas. num. 38. in vers. sexto, & num. seq. de appellat. Quinto pro repetito habere volo, quod aliqua sententia lata non fuerit ad fauorem aduersariorum contra sententiam ad fauorem dominarũ mearum principalium latam. Sexto etiam pro repetito habere volo, quod ex actis & processibus hucusque factis de aliqua notoria iniustitia eiusdem sententiæ non constat, ex qua impediri posset illius executio, prout supra latè firmatum est: Quibus omnibus deductis manifestissimè apparet constare

stare

ftare de re iudicata, & locum esse executioni dictæ sententiæ & mandati executiui relaxationi.

Quod procedere debet, & sit vltimum deducendum pro huiusmodi secundi dubij resolutione, quod etsi pars aduersa prętenderet contra ius suũ ob prætensam prosecutionẽ appellationis, de qua nõ apparet, imò de contrario constat ex supradictis, talem sententiam super desertione prolatam, fuisse promulgatam, quod nihilominus talem executionem nõ potest impedire, cum ab ea non fuerit appellatum, cum sententia
31 † lata contra ius litigatoris, si transiuerit in rem iudicatam, non possit retractari iure ordinario, sed tantum possit peti restitutio in integrum à Principe, quod procedit de iure Canonico, secus de iure ciuili, cum talis restitutio concedi non debeat, cum aliàs nunquam sententia transiret in iudicatum irreuocabiliter, & utraque opinio est communis, prout dicit Abb. in cap. 2. numero 6. de purga. vulgari. Decius in cap. proposuisti. num. 49. & sequen. de probatio. Ioan. de Amic. in consilio 33. numero 21. quos refert cum alijs & sequitur Oddu. in tract. restitu. in integr. quæst. 79. nume. 9. & 10. vbi similiter de vtraque conclusione attestatur de communi. fol. mihi 224. & seq. Et hæc sufficiant pro huiusmodi secundo dubij, & totius causę, de qua agitur, resolutione, & ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Decretũ Concilij Tridentini, de tempore causarum expediendarũ in ciuilibus & criminalibus, discutitur in casu, ut in consilio.

SVMMARIVM.

1 *Causa ad forum ecclesiasticum pertinentes intra quantũ tempus expediri debeant ex decreto concilij Tridentini.*
2 *Omnia dicens omnia includit.*
3 *Dispositio generalis includit casus alias priuilegiatos.*
4 *Causa matrimoniales, & criminales ecclesiasticę nõ possunt cognosci nisi per Episcopos ex decreto Cõcilij Tridentini.*
5 *Dictio, quomodolibet, exponitur, quocunque modo.*
6 *Iniustitia oriri non potest, unde ius oritur.*
7 *Dictio, atque, ponitur continuatiue.*
8 *Verba, a die motæ litis, intelliguntur post litem contestatam.*
9 *Exempla non restringunt regulam.*
10 *Famam perdere, quam res, grauius est.*
11 *Iniuria qualibet personalis est maior reali.*
12 *Inquisitio particularis nõ solet, neque potest formari contra aliquem, nisi sit infamatus penes bonos & graues.*
13 *Clericus ex formatione processus tantum redditur inhabilis ad dignitates, officia, & honores.*
14 *Infames arcentur ab officijs, bonoribus, & dignitatibus.*
15 *Ratio eadem ubi militat, ibi militat eadem iuris dispositio, non extensiue, sed per meram iuris dispositionem.*
16 *Constitutio etiam pœnalis non dicitur extendi, quando extenditur ex mente eiusdem constitutionis.*

CONSILIVM XCVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Bolognesia criminali non obstant dicta pro parte fisci Curiæ Episcopalis Paduæ ad impediendum cursum causę huiusmodi.

Et primo dum dicit cap. 20. sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reformat. disponen. saltem infra biennium omnes causas
1 † quomodolibet ad forum ecclesiasticum pertinentes debere terminari per ordinarium, alias quod partibus liberum sit, siue alteri illarum superiores iudices, aliàs competentes adire, & ab illis petere, ut causas præfatas in eo statu & terminis, in quibus reperiuntur coram eodem ordinario; reassumant, prout factum fuit in casu nostro: causas criminales nõ comprehendere, cum ex eiusdem Concilij lectura de contrario appareat, cum Concilium præfatum in dicto capit. dicat generaliter disponendo, quòd causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur, atque omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminentur: & infra subdit, ab his excipiantur causæ, quæ iuxta Canonicas

nonicas sanctiones apud sedem Aposto-
licam erunt tractandæ, vel quas ex urgẽ
ti rationabilique causa iudicauerit sum-
mus Pontifex per speciale rescriptũ si-
gnaturæ Sanctitatis suæ manu propria
subscriben. cõmittere, aut auocare. sub-
dendo etiam infra, uidelicet, ad hęc cau
sæ matrimoniales, & criminales non De
cani, Archidiaconi, aut aliorũ inferiorũ
iudicio, ẽt uisitãdo, sed episcopi tantum
examini & iurisdictioni relinquantũ. Cũ
ex dictis verbis appareat in principio pfa
tum Conciliũ generaliter, & vniuersali-
ter disponere & tã causas ciuiles, ẽt si be
neficiales sint, quã matrimoniales & cri-
minales compręhẽdere, cum vsus fuerit
verbo, oẽs; cũ dicendo, oẽs causæ ad forũ
ecclesiasticũ pertinentes, non est dubiũ
causas criminales ad dictũ forũ pertinẽ-
tes ẽt comprehendere, cum qui oĩa di-
2 cit, † oĩa includat; prout dicit Dec. in c.
sedens, nu. 36. de rescript. l. à procurato-
re, & ibi gl. 1. C. mand. & quod quantum
ad inclusionem rei tantum ualeat gene-
ralis prouisio, q̃ specialis, dicit Bar. in l. si
duo. §. 1. ff. de administr. tut. per tex. in l.
chorus, in prin. ff. de leg. 3. Signo. in cons.
30. nu. 5. vbi dicit, quod si uerbum gene-
raliter profertur perinde habetur, ac si
oẽs species sub eo cõprehensæ essent no
minatæ, sequitur Dec. in d. c. sedes, n. 34.
de rescript. & in c. nam concupiscentiã,
in 1. lectura, num. 17. de constitu. & latè
Aymo. in consil. 294. nu. 1. & 2. ubi etiam
verba uniuersalia trahi ad casum etiam
improprium, & operari ẽt in pęnalibus.

Et adeo hæc conclusio vera est, quòd
3 etiam dispositio generalis † refertur &
includit casus alias priuilegiatos, prout
dicit Bal. in l. in fraudem. §. fin. nu. 1. ff. de
testam. milita. quem secutus fuit Dec. in
d. c. sedes, nu. 35. de rescript.

Et propterea præfatum Cõcilium de
super relatum in illis verbis, Ab his exci-
piãtur &c. excepit expresse causas, quas
noluit comprehendi, ne uiderentur sub
dicta generalitate inclusæ: & ideo dixit
Bald. in d. l. in fraudem §. fin. in fin. quod
ubi nulla exceptio fit per legem, nõ de-
bet fieri per hominem, per iudicem; &
propterea etiam præfatum Concilium
declarauit, & limitauit, ut causæ matri-
4 moniales non possint cognosci nisi per
Episcopum, exclusis Decanis, Archidia-
conis, & alijs inferioribus; cum in prin-
cipio præfatum cap. 20. disponat, ut est
dictum, omnes causas quomodolibet ad
forum ecclesiasticum pertinentes per
ordinarios locorum debere cognosci;
cum ipsi iurisdictionem habeant, viribus
vulgaribus. Quod Concilium non fecis-
set, si sub illa generalitate omnes causæ,
non essent compræhensæ etiã causæ &c.
criminales: & non solum præfatum Con-
cilium vtitur verbo, omnes, sed etiam vti
5 tur dictione, quomodolibet, † quę dictio
cum exponatur, quocunque modo, pro-
ut dicit Paris. in cons. 58. n. 10. Et Alber.
de Rosat. in suo dictionario, in ver. quo-
modolibet, & comprehendat omnes mo
dos excogitabiles; prout dicit Hippol.
de Mars. in cons. 80. nu. 38. vbi dicit prę-
fatum verbum, quomodolibet, importa-
re modum realem, personalem, directũ,
& indirectum; & est glo. in Clem. 2. in
ver. quomodolibet, de sent. excom. Nõ
est dubium præfatum Concilium com-
prehendere causas criminales, prout in-
fra postea dixit.

Vnde non immerito signatura iusti-
tiæ transacto biennio etiam causas crimi
nales, reo recurrente, & petente per si-
gnaturã delegari tales causas iuxta for-
mam dicti Concilij, per ordinarium non
expeditas minime illas auocando, cum
nec auocare possit, cum hoc tantum pos-
sit fieri per signaturam gratiæ, ut supra-
dictum est, quæ illas delegat.

Et ideo etiam minus uere dictum fuit
per dictum fiscalem, ꝙ signatura iustitiæ,
quãdo tales causas criminales commit-
tit transacto biennio, hoc faciat non ad
votum dicti Concilij, sic illud intelligen
do, sed quia ita sibi placuit illas auoca-
re ab ordinarijs cõtra formam eiusdem
concilij, & alijs delegare, ꝙ minime di-
cẽdum est per supradicta, cum iniustitia
6 † oriri non possit, unde ius oritur.

Quod & apparet per dictionem, atq;,
qua vtiĩ præfatũ conciliũ, postquã dispo
suit oẽs causas quomodolibet ad forum
ecclesiasticum pertinentes ꝑ ordinarios
locorũ debere cognosci, atq; oĩno saltẽ
ĩfra bienniũ debere terminari, cũ dictio,
7 atq;, † ponaĩ cõtinuatiuè, ꝑut dicit Albe
ri. in d. suo dictio. i. vers. atq;, allegat l. vt

cum atq; iniuriam.ff.de iust.& iur. & sic
disponit, quòd omnes causæ ad dictum
forum spectantes infra biennium termi-
nentur, & licet subdat a die motæ litis,
8 † quod intelligitur post litem contesta-
tam, prout dicit Ias.in l. causas uel lites,
nu.10.& seq.C.de transactio.& Angel.in
cons.195.nu.2.in prin.& de causa ciuili
& non criminali, prout dicit glo. in ver.
litis,in c.forus.de verb.signifi.tamen sciē
dum est, exemplum datum in l.uel cano
ne, nō restringere leg.vel can.ad casum
expressum, sed extendi etiam ad alia si-
9 milia, cum exempla † non restringant re-
gulam.c. si Papa,in fin.& ibi Franc. in §.
licet,nu.1.de priuileg.in 6.

Immo ex tali exemplo resultat clara,
& fortior ratio, & resolutio in casu no-
stro, videlicet, quòd biennium, de quo
in Concilio prælato, inceperit currere à
die, quo dictus Reuerendus D. Episco-
pus ipsum comparentem ex officio su-
per nonnullis prætensis delictis pro ces-
sauit; cum plus grauetur clericus ex pro-
cessu contra eum ex officio formato, &
magis dicatur molestatus & astrictus ad
parendum iudici, etiam quòd nō fuerit
in iudicio uocatus; cum ob talem pro-
cessus formationem redditus fuerit in-
habilis ad quascunq; dignitates eccle-
siasticas, & honores; quàm non grauanē,
& alligati sint litigantes in causis ciuili-
bus per litis contestationem, cum magis
curandum sit de uita; & honore homi-
nis, præsertim sacerdotis, quæ illum esse
faciunt, quam de bonis, quæ per illum
sunt facta. Ad quòd faciūt dicta Corne,
in cons.162.n.8.uol.1.vbi dicit; grauius
10 esse perdere famam, † quam res: cū plus
valeat bonum nomen, quam mille the-
sauri etiam prætiosi, & præferēdus sit ho
nor cōmodo pecuniario. Et faciunt etiā
dicta Franci. de Aluarot. inter Crimi. di
ver.in cons.74.n.28.vol.1.in 4.vbi dicit,
11 ꝙ quęlibet iniuria personalis † est maior
reali; & quod infamia est similis morti;
& melius sit perdere oīa bona, q̃ famam,
& ꝙ pro honore seruando debeamus ne
gligere cūcta; & ꝙ beatus sit ille, qui pos
sidet bonam famam; & infamia sit similis
morti, & quod melius sit perdere omnia
bona, q̃ famam; & ꝙ crudelis sit, q̃ suam
famā negligit; & ꝙ pro conseruando ho
nore licitum sit occidere; & ꝙ penes hi-
storicos legatur ꝑpea multos magis ele-
gisse voluntariam mortem, q̃ cum dede-
core uiuere, tradidit latè Barbat. in cōs.
54.col.13. post medium; in ver. & ideo
agitur de honore, vol.1.cum inquisitio
12 † particularis non soleat, neq; possit for-
mari contra aliquē, nisi sit infamatus pe-
nes bonos & graues de ꝑtēsis delictis, su-
per quibus pro illis reperiendis, an sint
uera, formatur processus: per c.qualiter,
el 2.de accusat.& habeī in c. inquisitio-
nis §.1.eod.& in c.1.& 2.eo.tit.in c.licet
Heli, de simon.& est tex.ī c. Deus omni-
potens, 2.q.1.& sic tm̄ ex formatione ꝓ-
13 cessus cleric⁹ † reddiī inhabilis ad digni
tates, officia, & honores, ut est dictū, In-
noc.ī c.accusatū, ꝑsertim ad fin. de simō.
Hostiē.ī c.veniens, ī fi. de accus. vbi ꝑtra
ctādo de effectibus īfamiæ facti, dicit in-
ter cętera illā debilitare infamatū quo-
ad actus legitimos exercēdos, & impedi
re ꝓmouēdū. Fely. in c. omnipotēs.n.2.
de accusat. Roma.in sing.443.incipien.
accusatus de crimine.in ver. quod est ve
14 rū. Et qđ infames, † siue īfamiā iuris siue
facti incurrerint, arceanī ab officijs, ho-
noribus, & dignitatibus, dicit idē Roma.
in cōs.297.n.2.in ver. breuiter dicēdū.l.
infamia, & vbi glo.& Ioan. de Plat. C.de
Decuri.li.10.& ꝙ infamia facti īpediat,
ne quis eligatur, tradit Abb.in d. c. om-
nipotens, nu.4.in ver. si vero, & ibi Petr.
de Anch.num.5.de accusat.

Et ideo cū magis vexeī & damnificeī
clericus per formationē processus ex of
ficio cōtra eum formati, q̃ nō vexentur,
nec damnificenī litigātes in ciuilibus ꝑ
litis cōtestationē, merito conciliū ꝑfatū
per eandē, imo maiorē rōnē, ꝑsertim cū
etiam faciat mētionē de causis crimina-
libus, ut est dictū, vī habere locū, ut bien
nium ꝑfatum incipiat currere à die cō-
tra aliquē formati ex officio ꝓcessus, cū
15 vbi militat eadem ratio, † ibi militet ea-
dē iuris dispositio, nō dico extēsiuè, sed
ꝑ merā iuris dispositionē, ꝓut dicit Bal.
in c.quia. V.ante fin. de iudici. vbi dicit,
quòd quę relationis nexus connectit, di
spositio iuris non seperat. Et quod non
solum hoc cōtingit per existentiā sermo
nis, sed verius per tacitam dispositionem
eiusdē legis, & in c.fi.nu.13.de consuet.

vbi

ubi similiter dicit,φ querela lio coniungit per omnimodam identitatem facti diuersitas non disiungit.& in repet.l. de quibus,nu.105.In ver.item nota.ff.de legib.vbi dicit, quòd non dicitur extendi
16 constitutio† etiam pœnalis, quando extenditur ex mente eiusdem constitutionis.Domi.de S. Gemini.in c.gratia, n.4. post medium, in ver. vbi est ergo.de rescript.& Cur. Iuni. in l.Admonendi. nu. 41.in ver.ex qua rōne.ff.de iureiur.& latè Tiraq.in repet.l. si vnquam. §. libertis.n.45.per totum.omnino uiden. quia plura dicta adducit, C.de reuocan. donat.l.his solis.in illis uerbis, tacitè cautū putamus,& ibi Bal.nu.1.in prin. C. eod. & optimè Contard.in repet.l.diffamari, c.4.in penult.limitatio. nu. 35.& seq.C. de ingenu.manumiss.& Rota in decisio. 18.ad fin.in ver.maior pars, de concess. præben. Ex quibus patet expresse biennium habere locum à die formati processus ex officio contra clericum,per supradicta.Et quatenus dubitetur, addatur sacra congregatio Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium, qui præfatum concilium interpretantur,& ab eis exspectetur resolutio.

Quo vero ad illud, quod dicitur per dictum procuratorē fiscalem,inhibitionem ab hac Curia emanatam esse mode randum, similiter dico non esse concedendum cum iurisdictio Episcopi sit suspensa, ex quo archipresbyter processatus,ut supra,adiuit Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Nuntium vigore dicti Concilij, stante dicto biennio transacto. & dum dubitatur an Cōcilium præfatum habeat locum in suo casu:non est circa hanc causam aliquid innouādum per Episcopum,cum à pronuntia,seu decreto faciēdo, vel resolutione habenda à dicta Sacra congregatione depēdeat; an idem Episcopus possit vlterius de huiusmodi causa cognoscere, ad dicta per Angel.in cons.195.num.5.in prin.Et ita consulo pendente huiusmodi difficultate superuenit breue Apostolicum; & fuit ordinatum eidem Nuntio,quatenus lapsum esset biennium, quòd præfatum causam iuxta formam eiusdem Concilij resumeret:& ita fuit obtentum.

Franc.Monaldus V.I.D.de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficiorum quod deductis expensis intelligantur, quo ad eorum ualorem.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, fructus, prolatum taxatiue a Papa in literis beneficialibus quid importet. Et quid si proferatur a lege mortua, nu. 2. Et quid si proferatur ab homine determinate, nu. 3.*

CONSILIVM XCVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Giadonica in herēdo iam dictis, dico quod Illustr.& admodū R. D. Vincentius Gradonico Prior prioratus Sanctæ Margharitæ de Padua debet refici p Illustr.& R.D. Patriarcham Venetiarum de expēsis, quas fecit, & facit idē Prior in recolligendis fructibus,siue redditibus,seu quātitatibus taxatiuè assignatis dictæ ecclesiæ, seu Prioratui,& alios cōsimiles fruct⁹ eiusdē monasterij assignari ꝓ cōcurrēti quantitate dicto suo Prioratui,ita ut remaneāt mille ducati Veneti liberi,expēsis dedu ctis ꝓ illis recolligendis,put patet literis Apostolicis suę ꝓuisionis,iuncto mandato ꝓcuratorio in eis mētionato ī illis uerbis,videlicet,cū bonis,iuribus,& redditibus eiusdē monasterij in Procuratio nis mādato dicti Ioannis Patriarchæ,ad infra scriptis consentiēdū cōlecto descriptis;& in illis alijs subsequētibus uerbis, videlicet,volumus aūt,qđ si corā dilecto filio nostro,& sedis pdictæ apud dilectos filios Ducē & Patriarchā Venet.ꝑ tpe existēt.Nūtio legitimè cōstiterit,bona,iura,& reditus,vt pfert,assignata,ad summā & quātitatē ibi expressā nō ascēdere,ipse Nūtius ꝓ rata & summa quātitatis deficiētis tot ex alijs bonis,& rediti bus monasterij præfati vsq; ad integram sūmā, seu quātitatē assignet,seu assignari faciat.

Et qa qñ profertur à Papa in suis literis beneficialibus verbū, fruct⁹ taxatiuè

 †veluti

1 †veluti si concessit alicui beneficiũ primum vacaturum, ex cuius fructibus percipiat centum aureos,& non plus,debet tale verbum intelligi deductis expensis quæ fiunt in recolligendis dictis fructibus,vt remaneant centum liberi,cum sit lex viua,& animata in terris, prout intel
2 ligitur,si tale verbum,fructus† ,pferatur a lege mortua , put dicit Ias. in l.fructus, n.16,& ibi Rapha.Cuma.n. 3. post prin. ff.soluto.matr. Quod ante eos dixit Bal. in.l.1.nu,8.in ver.pene.C. de fruct.& lit. expens.vbi dicit , quod si ego impetraui à Papa beneficium vsq; ad valorem florenorum centum in anno ,& est beneficium,ex quo percipiuntur tercentę corbes frumenti valentes tercentũ aureos, & quod tot expensæ requiruntur , quod ascendunt vsq; ad ducentos aureos; tũ nõ dr̃ hr̃e in redditibus,nisi cẽtũ florenos.

Et quia qñ verbũ fructus profertur ab homine determinate,puta dicẽdo,decẽ corbes frumẽti;prout fecit d.Patriarcha in d.eius mandato in casu nostro, tũc in-
3 telligitur†non deductis expensis ex parte dantis,seu promittentis;& sic dari debent sumptibus illi us,qui promittit ; & si fecit expẽsas ĩ illis recolligẽdis recipiẽs debet refici de expẽsis à dante; & sic ab Illustr.D.Patriarcha,ita vt res pmissa,seu consignata taxatiuè nõ diminuat̃ pp expẽsas factas à recipiẽte ĩ illis recolligendis,put diminuerer̃,si expẽsę nõ deducerentà recipiẽte , cũ decẽ corbes possent reduci ad nouẽ, qđ minime iura volunt in quãtitate taxatiuè assignata, prout firmat optimè post alios Soc.sen.in d.l. fructus nu.11.p totũ,& ibi antea Bar.n.7.latissimè Alex.col. 2. in ver. tertio,Angel. ad fi.in ver.& hoc intellige,Cuman.n. 2. & hoc ab oĩbus approbari dicit ibidem Areti.nu.5.in prin.in ver.& attende,ff.solut.matr.Quod ante eos placuit Bald.in d.l.1.nu.18.C.de fructib.& lit.expens.& ista sufficiant pro huiusmodi dubij resolutione.

Franc.Monaldus V.I. D.de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Capella seu altare an sint incompatibilia cum ecclesia curata, & ab eodem teneri possint.

SVMMARIVM.

1 *Residentia,& cura æquiparantur.*
2 *Optio datur in beneficialibus,in incompatibilibus.*
3 *Fructus assignati a testatore alicui Capellæ si cessēt, etiam ipsius testatoris ordinatio cessat.*
4 *Obligatus celebrare ex ordinatione testatoris , an eius mẽti satisfaciat, si per aliũ celebrare faciat.*
5 *Consuetudo quãdo attendi debeat in beneficialibus.*
6 *Ecclesias duas intitulatas,seu præbendas,quæ requirunt residentiam,quis potest habere de iure communi absque dispensatione.*
7 *Beneficijs simplicibus quis per alium seruire potest ex generali consuetudine ecclesiæ, nisi aliud introductũ sit de iure speciali in eius consuetudinis illius ecclesiæ,statuti , vel priuilegij , licet secus esset secundum primitiuam ecclesiam.*

CONSILIVM XCVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N Causa R.D.Laurentij Aegidij Rectoris Parochialis ecclesiæ santi Bartolomei villæ de Spercenico Taruisinæ Diœcesis, ac Capellani ad altare sancti Onophrij existen.in ecclesia sancti Viti eiusdẽ Ciuitatis. Visis testibus in causa huiusmodi examinatis,& illorũ dictis,ac testamẽto quodã Domini Ioannis de Fa ra:etsi prima facie vr̃ dicendũ,qđ idẽ R. Plebanus nõ potuerit,aut possit retinere dictã Capellã , seu altare cũ dicta ecclesia curata, cũ in illius dotatione p dictũ testatorẽ fuerit dictũ,& ordinatũ,qđ sacerdos, seu Capellanus ,p tpe eligẽdus, & de ea instituẽdus debeat quotidie in ea celebrare,& continuam residentiã facere , & per hoc reddiderit propter dictam residentiam dictum altare incompatibile eum dicta Parochiali ecclesia ; cũ
1 residentia † & Cura æquiparentur , prout dicit Vital.in Clem. Gratiæ,nu.49.de rescript. & in simul retineri non posint . Innoc.in c.fin.in prin.de cleric.non rendent.cũ nõ sit dubiũ talẽ ordinationem potuisse facere dictum testatorem,& dictum onus residentię adijcere dicto Capellano ad dictum altare pro tempore eligendo , ad dicta latè per Ioan. Gutierez.in consil. 1.num.1.& 2.& consi.2. nu.1. & seq.vnde excluditur idẽ R. Plebanus à retentione dicti altaris cũ dicta paro-

2 Parochiali, etsi per adeptionem † pacificę possessionis unius aliud ipso iure non vacet, sed habeat optionem, ad dicta in terminis per Card. in d. ca. fin. in q. 9. de cleric. non resident. & ibi etiam Abb. nu. 4. & conclusiuè, num. 6. & 7. & Ancha. in cons. 59. nu. 4.

Tamen mihi videtur dicendum omnibus pensatis ad dictam residentiam sacièdam in dicto Altari, seu ecclesia eundem Reuerendum Plebanum non tenéri, nec esse cogendum ad illud dimittendum, seu renuntian. Et quia omnia bona relicta pro dote dictæ Capellæ per dictū testatorem eidem Capellæ data non fuere, vel alias fuerunt diminuta; prout constat ex testamenti, & testium præfatorum lectura; unde non est dubium, quod dicta ordinatio residēdi cessare debuit; prout cessauit, ad dicta per Felyn. in ca. cum accessissent, nu. 19. in fine. de constitutio, ubi dicit, quod cessantibus reditibus,
3 cessare debeat ordinatio † testatoris, per auctoritates ibidem per eum adductas: quem secutus fuit Lamber. de Iure patro. in 7. artic. 6. quæst. prin. nu. 3. li. 3. fol. mihi 27. & Roch. de Curt. in eod. tract. de Iure patron. in ver. pro eo quod de diœcesani consensu sub, num. 32. fol. mihi 310.

Et quia etsi testator mandauit in dicto
4 testamento, vt presbyter † pro tempore eligendus, & de dicto altari Instituendus per se ipsum diuina celebret; nihilominus eidē testatori satisfit, etsi per aliū celebrari faciat, prout firmat Lap. allegatio. 35. nu. 2. quem secutus fuit Card. in c. de multa, col. fin. ante fin. ver. quinto quæro, de præben. & Fely. in c. cum omnes, nu. 32. ante fin. in ver. & hoc procedit, de constitu.

Et quia ex consuetudine dictæ Capellæ, seu altaris introductum est, vt de illo instituti per alios in eo, ut in beneficio simplici, & compatibili cum curato diuina celebrent; prout fecit semper antecessor dicti Reuerēdi Plebani, qui erat Capellanus dicti alteris, & curatus Ecclesiæ Santi Laurentij, prout ultimi duo testes deponunt; quæ quidem consuetudo at-
5 tēdi debet † stante dicta diminutione bonorum, vel quia dicto altari non fuerunt data, vel quia si data fuerunt, fuerunt diminuta, ad dicta per Felyn. in c. cum omnes, nu. 32. ante fi. in ver. & D. Marianus, de constitutio. & Hostien. in c. exstirpandæ. n. 15. de præben.

Quod corroboratur, cum etiam de iure cōmuni quis absq; dispensatione possit habere duas ecclesias intitulatas, seu præbendas, quæ requirunt residentiam, sicut parochialis ecclesia; prout dicit Hostien. in c. super inordinata. nu. 2. de præben. & Gofred. in summa, nu. 2. eo. quando sunt adeo tenues, vt neutra per se ipsa sufficiat ad sustentandum personam, ne videatur ius ad impossibile obligare, contra illud, qđ dicit Bernar. in c. quod non est licitum, extra de reg. iur. ita firmat Ioā. à Turre Crema. in c. Sāctorum, sub. nu. 28. & nu. 34. distinct. 70. Feder. de Seni. in cons. 246. ad fin. c. cum teneamur, & ibi glos. in ver. commode, de præben. & c. is quis, & ibi glos. in ver. sufficiens, eod. in 6.

Quibus accedat, quod dicto beneficio, seu altari idem Reuerendus Plebanus non fuit institutus tanquam de beneficio residentiam requirente, sed simpliciter; vnde nō tenetur adimplere nisi annexū onus in dicta institutione, addicta latè per Abb. in cons. 96. col. 2. ante fin. in ver. ad tertium, vol. 2.

Et sic stante quod dictū altare sit compatibile cum dicta parochiali ecclesia, cum sit simplex beneficium, prout dicit Card. in Clem. Gratiæ, col. penult. post princ. in vers. sed secundum, de rescript.
6 cum in simplicibus Beneficijs † quis per alium inseruire possit ex generali cōsuetudine ecclesię, nisi aliter introductū sit de iure speciali in vim consuetudinis illius ecclesiæ statuti, vel priuilegij, licet secus esset secundum primitiuam ecclesiam, prout firmat Fely. in c. dilectus. el 2. nu. 6. de rescript. & prius dixit Imol. in c. fi. nu. 9. in fi. de cleric. non resident. & latè Mādos. in reg. prima. Cācella. q. 14. sub n. 7. & seq. videtur Reuerendum Plebanum prædictum à molestia sibi illata super dicto altari absoluendum, & liberādum fore & esse. & ita Consulo per supradicta.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Excutitur ſententia criminalis in appellatione, pro clerico condemnato de delictis, de quibus initio conſilij, ſuper proceſſu, qui redarguitur.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari in criminalibus ut quis diffinitiue poſſit, quid requiratur.*
2 *Delicta probari ſolent regulariter per duos teſtes.*
3 *Negatiua per inſpectionem proceſſus probari ſolet.*
4 *Teſti contrario & vario in ſuis dictis in aliquo credi non debet.*
5 *Iuramentum eſt indiuiſibile.*
6 *Vidua retinet dignitatem mariti.*
7 *Iniuria facta uni de ſamilia, omnibus facta cẽſetur.*
8 *Teſtes debeat reddere bonam cauſam ſcientiæ ſui dicti, etiam non interrogati.*
9 *Indicium famæ tamquam remotũ a delicto non probatur per unum teſtem, ſed per duos, & nu. 19.*
10 *Teſtis unus deponens ſuper indicio remoto à delicto non ſufficit.*
11 *Amico efficaci inimici mei, ſi cõtra teſtificetur, credi non debet, & nu. 12. Ratio aſſignatur, nu. 13.*
14 *Validitas vel inualiditas depoſitionis teſtis attenditur tempore iuramenti.*
15 *Socio criminis contra ſocium non creditur ſine tortura, & quid cum tortura. n. 16.*
17 *Infami infamia facti non creditur.*
18 *Meretrix à teſtimonio repellitur in criminalibus.*
20 *Teſtes ſingulares quando coniungi debeant.*
21 *Probatio nulla maior quã propria partis confeſſio.*
22 *Inimicis non creditur in quouis graui caſu.*
23 *Probatio una non infert in aliam, & applicatur.*
24 *Numerus in teſtibus quando attendatur.*
25 *Teſtis ratio, ſeu cauſa ſcientiæ attenditur.*
26 *Rumor quid ſit.*
27 *Fama quid ſit.*
28 *Actibus venereis, à iure non ita de facili præſumitur contra clericum, ſicut contra laicum.*
29 *Reus ex ſola ſuſpitione non eſt in aliquo condemnandus.*
30 *Suſpitio malæ famæ quando habeat locum contra aliquem.*
31 *Inquiſitio non procedit infamia non præcedente.*
32 *Condemnari de iure nemo debet ſine accuſatore.*
33 *Infamia ſuccedit loco accuſatoris.*
34 *Teſtes vt probent, neceſſario concludere debent in ſuis depoſitionibus.*
35 *Teſtis dubitatiue deponens nihil probat.*
36 *Ludus clericis prohibitus quis ſit.*
37 *Faciens aliquid iocoſe, & cauſa amœnitatis, etiam publice, excuſatur, & pœnam non meretur.*
38 *Legem adimpleuit, qui fecit quod potuit.*

CONSILIVM XCIX.

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Cauſa Bottaina criminali, viſis proceſſibus tã ad offenſã quam ad defenſam fabricatis, ac teſtiũ depoſitionibus, & omnibus mature diſcurſis, dico ipſum R. Presbyt. Andream curatum præmuli Bergomẽſis diœceſis eſſe abſoluẽdum, & liberandum; ac ſententiandum bene pro parte ſua appellatum, & prouocatũ à ſententia condemnatoria contra eum per Reuerendum Vicariũ Epiſcopi Bergomenſis lata, & male per ipſum Vicarium fuiſſe ſententiatum, & ꝓnunciatum; cum licet de quatuor delictis fuerit proceſſatus, videlicet;

Primo quod cõmercium carnale habuerit cum quadã Maria Moiſina eius parochiana, & filia ſpirituali, & quod filium ex ea ſuſceperit.

Secundo, quod mercaturam poſt ꝓhibitionem eidem factam exercuerit.

Tertio, quod ad primam & ſecũdam luſerit, cum eidem antea fuerit prohibitum ludere ad taxillos, & tabellas.

Quarto, quod feſtiuis diebus nõ exercuerit doctrinam Chriſtianam, prout cõſtat ex querela Pauli Cõmilitonis ꝓceſſ. fol. 1. & fol. 28. & ex forma inquiſitionis ſuperinde formatæ, de qua in ꝓceſſu fol. 26. tamen contra ipſum aliquid releuãter, & à iure approbatũ, vnde condemnari poſſet circa p̃tenſa delicta, non fuit ꝓbatũ, neq; quoad condemnationem, neque quoad iudicium pariendum, prout infra demonſtrabitur.

Et quoad primũ p̃tenſum delictũ, qđ cõmerciũ carnale habuerit cũ dicta muliere, de eo nõ fuerit ꝓbatũ, patet expreſ
1 ſcicũ ad effectũ, ut delictũ ꝓbatũ dicatᷣ,
vt de eo qs diffinitiuè cõdẽnari poſſit, requiritᷣ uno de tribus modis illud ꝓbari, videlicet; vel qđ ſit ſpõte cõfeſſus; vel qđ ſit teſtibꝰ neceſſario, vel p̃ſumptiuè iuris p̃ſumptione, id eſt à iure approbata, conuictus: vel qđ conuictus ſit indicijs, & indubitatis, q̃ faciant p̃ſumptionẽ iuris & de iure: contra q̃ non admittitᷣ probatio in contrariũ, prout habentᷣ, & colligũtur

in

in l. qui sententiam. C. de pœni. l. 2. C. quor. appellat. non recipiant. l. fin. & ibi Bal. n. 2. & 5. C. de probat. ff. de cust. reor. l. si confessus, & ita allegans eadem iura Paul. de Castr. in cons. 299. incipien. visa inquisitione suprascripta n. 1. vol. 2. quæ quidem omnia in casu nostro deficiunt.

Et quod nulla adsit confessio eiusdē delicti per dictum presbyterum Andreā facta: & quod per aliquē testem non deponatur ipsum interfuisse dicto delicto prætensi commercij carnalis, illud committi uidendo per dictum presbyterū, uel saltē iuris psūmptione in eius dicto concludendo, vt est dictū, nedum p duos

2 testes, per quos delictū regulariter probari solēt, prout dicit Clar. in sua prax. Crim. q. 66. n. 5. & seq. quod & prius dixit Fely. in c. quoties, nume. 1. de testib. Gram. in cons. 67. nu. 12. in fin. & seq. in crimi. Hippol. Riminal. inter Crim. diuers. cons. 84. nu. 2. vol. 2. Card. in c. cū in contemplatione, n. 7. de reg. iur. Oldrad. in cons. 192. n. 1. ante fin. & Petr. de Ancha. in cōs. 253. n. 1. & est tex. in l. vbi numerus. ff. de testib. Patet ex lectura eius-

3 dem processus, cum talis negatiua † deficientis negationis per illius inspectionē probari soleat, ad dictū p Iacob. Butrig. in l. 2. C. de erro. aduoc. Abb. in cons. 92. nu. 3. vol. 1. Cephal. in cons. 250. num. 3. vol. 2. Purpur. in cons. 524. n. 10. vol. 2. latè Franc. Hercul. in tract. de negat. pbā. sub n. 176. & seq. tract. tomo 4. fol. 21. Et Menoch. in consil. 199. nu. 3. vol. 2. Et ex hisp robatum, sit aliquo modo de dicto delicto probatum non fuisse.

Deueniendo nunc ad demonstrandū dictum Renetendum non esse nec de dicto prætenso delicto indiciatum, euidēter demōstro ex testiū depositionib⁹.

Et primo incipiēdo a testibus p parte Curiæ examinatis, ad id demōstrandū accedo ad depositionem, Mariæ vxoris Iacobi Zaffari primę testis ī ordine examinatæ, & repetitæ, prout constat processu fol. 1. ter. & de repetitione fol. 3. Quæ quidē testis in primo examine deponit, quod publicè dr, q puer natus ex Maria Moisina sit dicti Reuerendi Curati, subdendo postea quod sępe sępius uidit dictū presbyterū ire & ante, & retro tā de nocte, q̄ de die saepe sub porticu, & qđ postea ibat ī domo dictę Moisinę: Repetita aūt aliter deponit, & dicit, qđ à psonis per Premulū dr, q filius factus à dicta Moisina est presbyteri Andreę; subdendo postea, quod de nocte nunquam vidit ire dictū presbyterum Andreā ad domum dictæ Moisinę: & sic est sibi ipsi cōtraria, & periura: cum in prima depositione deposuerit, quod publicè dr filiū, quē peperit dicta Moisina, esse dicti Reuerēdi Presbyteri Andreę: & qđ de die, & de nocte uidit ipsum presbyterū ire in domū eiusdē Moisinę; & in hac secunda depositione deponat, quod a psonis dr, nō addēdo publicè: & quod nunq̄ uidit ipsū de nocte ire ī domū dictæ Moisinę. Qua de re eidem testi aliqua fides danda non uenit, cū periura sit, & sit necesse aut in primo examine, aut in secūdo, falsū dixisse, cū adinuicē cōtraria, & uariasint eius dicta: & ppea in aliquo eidē cre-

4 di nō dēt, tad dicta latè (cū allegatis per eū) p Alex. Sciatic. in cons. 117. sub n. 43. in fin. & nu. 44. inter crim. diuers. vol. 1. Petr. Foller. inter eadē cōs. 138. n. 1. eod. vol. vbi ēt dicit, vario nō esse credēdum, & ad cōcordiā nō admitti, nec reduci, & Bert. in cons. 228. n. 2. vol. 7. & ī cōs. 85. nu. 1. vol. 1. par. 1. Specul. in tit. de teste. §. 1. nu. 89. in fin. & quod si testis dixerit contrarium in 2. examine illius, quod dixit in primo, neutri dicto stetur, dicit idē Spec. in pdicto loco n. 72. & voluit Bal. in Auth. at qui semel, num. 7. C. de probat.

Et quod conuictæ de falsitate & periurio nō solū nō dēat credi in eo, de quo conuincit, uerū ēt nec cuiuis alij dicto sui examinis ratione iuramenti, cum sit indiuisibile, firmat Alex. in cōs. 44. n. 7. & in cons. 45. n. 6. vol. 2. & in l. si ex falsis, n.

* 15. vbi de cōi C. de trāsact. Quē secutus fuit Dec. in cōs. 105. post n. 5. in ver. similiter testis, Gra. in cōs. 2. n. 18. vol. 2. Ruin. in cons. 158. nu. 29. vol. 3. Cattel. Cott. in suis memorialib. in ver. Iuramentum est quid indiuiduum. Soci. seni. q similiter de cōi attestatur. in cons. 136. n. 9. vol. 1. Marsil. in sing. 76. commu. conclus. Paris.

* cons. 88. referēs etiam de communi. sub nu. 82. vol. 3. & in cons. 83. nu. 39. vol. 1. Alciat. in l. 1. §. sed etsi mihi. n. 51. in ver. si vero, & nu. 54. & seq. ff. de verbo. oblig. Paset. in consil. 172. nume. 7. & sequen.

Quod prius uoluit Innoc. in c. Fraternitatis. nu. 1. ante fin. Et ibi Fely. num. 21. de Hæreti. Oldrad. in consil. 37. ad primam quæstionem, nu. 1. Aegid. Bosi. in tract. de Testib. in tit. de opposit. cōtra testes. sub num. 12. fol. mihi 494. Aymo in cons. 6. nu. 14. Roman. in cons. 505. ad fin. in ver. Aut in continenti, & Roland. à Val. in cons. 12. nu. 29. vol. 1.

Vlterius non debet credi dictæ testi, quia vltra quod sit maledica, odio prosequitur dictum Reuerendum Presbyterum Andream; & per consequēs est eius inimica, cum noluerit in actu confessionis dictus Presbyter ipsam absoluere; prout deponunt testes ad defensam dicti Reuerendi Presbyteri examinati, videlicet Reuerendus Presbyter Iacobus 12. Testis dicto processu fol. 48. ter. primus testis fol. 35. ter. & seq. quartus testis fol. 40. ter. & seq. septimus testis, fol. 45. cūm ita sit regula in iure, nedum ini-
5 mico † aperto non esse in aliquo credendum, uerum etiam nec præsumpto; nec de odio suspecto in causa criminali; prout firmat Ias. in consil. 167. nu. 16. uol. 4. quod prius dixit Innoc. in c. cū P. Manconella. in fin. in ver. Et hi. de accusat. vbi dicit, satis esse, ut quis repellatur à testimonio in causa criminali esse de odio suspectum, & Innoc. secutus fuit etiam Alex. in cons. 99. nu. 2. vol. 1. & facit Bursat. in cons. 331. nu. 4. vol. 3.

Vlterius etiam repellitur dicta testis, & aliquam fidem nō meretur dictis suis; ex quo deponit in eius secundo examine, quod dicta Moisina est eius cognata; prout patet dicto processu fol. 3. ter. & sic à dicto presbytero Andrea fuisse iniuriatam, cum pretendat commercium habuisse cum dicta Moisina, quæ cum sit vi-
6 dua † retinet dignitatem mariti; prout dicit Abb. in c. super eo, el 2. de testib. & iniuria facta uni de familia, omnibus de
7 eadem familia facta censeatur, † prout voluit Anto. de Butr. in c. cum oporteat, nu. 27. in fine. in ver. fallit, & nu. 6. & ibi Fely. num. 3. in ver. fallit tertio, de accusat. Soci. Seni. in cons. 17. num. 9. in ver. Item ex aliquo capite vol. 1. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. nume. 53. ff. de verb. oblig. Bar. in l. Cornelia. nu. 1. ff. de iniur. Dec. in cons. 133. nu. 4. post princ. in ver. tertio, & not. Bal. in l. 1. nu. 5. & ibi prius voluit Cyn. in fin. C. de rap. virg. & facit Salic. in l. parentes, n. 2. C. de testib. & hæc dicta sint ad demonstrādum dictam testem in aliquo contra dictum R. Presbyterum Andream non probare.

Accedendo nunc ad illius dicta, & dato sine veri præiudicio q̄ prædicta testis non pateretur dictas exceptiones, prout patitur; nihilominus dico aliquod indicium non facere contra dictū R. Presbyterum, etsi deponat, quod publice dicatur filium natum ex dicta Moisina esse filium dicti presbyteri Andreę. Et quia testes super tali infamia, seu fama, sic deponentes non probāt; cum non videantur propterea reddere bonā causam scien-
8 tiæ, † quam reddere debent etiā non interrogati, prout dicit Ioan. de Amic. in cons. 131. nu. 2. Gram. in cons. 26. nu. 12. & seq. in Crim. videlicet, ita dici audiuisse ab omnibus de populo, vel tota uicinia, seu maiori parte populi, vel viciniæ, prout voluit Bar. in l. de minore. §. plurimum, sub n. 19. quem refert ibidem Marsil. cum alijs per eum allegatis n. 41. ff. de quæst. sequitur Aret. in consil. 122. nu. 3. vbi dicit inter alia, qd̄ potest esse, quod audiuerit dici publicè ab vno. Aymo in cons. 41. num. 5. Idem Ioan. de Amic. in cons. 60. nu. 11. & in cons. 151. nu. 2. Robert. Marant. in cons. 69. nu. 3. cum alijs allegatis per Viuium in decis. 26. n. 3. & hāc esse cōem opinionem dicit Imol. in l. heredes palā, sub n. 1. in fin. & seq. ff. de testam. & hanc opinionem sequi solet in criminalibus, in quibus causis de uita hominis, & honore tractatur, licet quam plures Doctores contrarium uoluerint, scilicet sufficere testem sic deponere ad hoc ut dicatur de fama probatum; prout voluit Bal. in l. testium, ad fin. in ver. Quęro, quod est sub n. 42. vbi dicit ita etiam consulisse Dynum. C. de testib. & in d. l. heredes palam. sub n. 2. & seq. ff. de testā. & in c. praeterea nu. 10. de testib. & uidetur sentire Hippoli. de Mars. in d. l. de minore. §. plurimum, nu. 42. in ver. Sed cōtrarium, ff. de quæstio. & idem Bal. in c. literas, nu. 2. de presumpt. Hancq; opiniōnē sequitur Rot. prout dicit Cassad. decis. 3. nu. 7. sub tit. de probat. Verall. decis. 280. nu. 1. lib. 3. vbi dicit id etiam ha-

bere

bere locum, etsi testes non dicant alla requisita, de quibus per Bar. in prædicto loco, dicens ita Rotam seruare. Sequitur Portiu. Imol. in cons. 89. num. 21. & conclusiue nume. 23. & quod sit magis
* communis opinio propter auctoritatē Rotæ firmat Viui. dicens ita iudicatum fuisse in uarijs causis in Sacra Audientia Barensi. in d. decis. 76. num. 3. in fi. cum qua opinione ego etiam sto in ciuilibus, cum in similibus causis à communi recesserit Rota.

9 Et quia istud indicium famæ, † cum sit remotum à delicto, id est ab actu commertij carnalis, non probatur per unum testem, sed saltem duo requirūtur, prout dicit expresse Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. 2. num. 4. ff. de eden. & quod saltem duo testes debeant de fama, seu infamia deponere ad hoc, vt dicatur de ea probatum, dicit Cassad. in d. decis. 3. nu. 3. in princ. sub tit. de probat. uoluit Dec.
* in cons. 371. num. 14. Et est communis opinio, prout dicit Ficcar. inter communes diuers. sub tit. de probat. num. 141. vol. 1. fol. mihi 504.

Prout similiter aliquid contra eundē Presbyterū nō probat R. Presbyter Dominicus de Licinis parochialis ecclesiæ Noxiæ, qui deponit, q iā sūt tres, uel quatuor menses, quòd dictus presbyter Andreas eidem de nocte portauit ad baptizandum quendam puerum incerti patris: prout illum ad sui præsentiam dicit baptizatum fuisse. d. præces. fol. 2. tergo. Attento quod etiam prædictum indicium cum sit remotum à maleficio prætenso, seu delicto commercij carnalis, ad illud probandum saltem duo testes requiruntur, prout exemplificant Doctores, quando repertus est homo mortuus in una domo, & uisus est exire unus de illa domo cum gladio sanguinolento, uel quādo fuit factum furtum in una domo; & uisus est exire unus cum uno fardello sub mantello, cum unus testis non sufficiat, cum non deponat immediate super delicto, sed super indicio remoto
10 à delicto. † Ita firmat Blanc. cum alijs per eum allegatis. in repe. l. fi. nu. 56. vbi
* de cōmuni, dicens semper indicium remotum debere probari per duos testes. ff. de quæstio. Optimè & latè Marsil. in l. vnius facinoris. §. testes. nu. 1. & seq. ubi quam plures allegat. ff. eod. & in cons. 8. num. 9. Alex. in cons. 180. num. 6. omnino uidendus. volum. 2. voluit Ang. Aret. in tract. malefic. in ver. fama publica, in 2. charta. in ver. quæro qualiter probetur maleficium.

Quibus accedat etiam, dictum testem à iure reijci, ex quo probatur pro maiori parte testium ad defensam dicti R. Presbyteri Andreæ super secundo articulo examinatorum, uidelicet primus testis,
* qualiter homines pontis Noxæ, ubi est curatus dictus presbyter Dominicus, odio habent D. R. Presbyterum Andreā propter causas ab eisdem testibus specificatas; & sic similiter præsumitur dicta de causa dictum testem odio prosequi dictum presbyterum Andream; cum D. Presbyter Dominicus esset eorum pater Spiritualis, nedum strictus amicus, cum dubium non sit in iure, efficaci amico
11 † inimici mei, si contra me testificetur, credi non debere, prout dicit Campeg. in tract. de testib. in reg. 22. in 3. fallent. fol. mihi 517. Et prius uoluit Salic. in l. si quis testibus. nu. 13. C. de testib. & quod ille, qui se copulauit cum inimico meo, possit dici meus inimicus, tradit Albert. de Malet. in eod. tract. de testib. in §. superest. num. 12. fol. mihi 235. Pro quo facit illa alia cōclusio Doct. quòd propter magnam amicitiam, quam quis habet cum mea parte, ille à testimonio pro ea
12 repellatur † per l. 3. in princ. in uer. uel amicus ei sit. ff. de testi. Bart. in l. admonēdi. num. 37. in uer. uel multum amicus parti. ff. de iureiur. Optimè Fely. in cap. quoties. num. 7. cum allegatis per eum, de testib. ubi dicit propter immoderatam amicitiam in totum testem repelli. Portiu. in cons. 94. num. 29. Et quod amicis magna amicitia coniunctis nulla fides præstetur, dicit Pasett. in consil. 76. num. 2. & idem dicit in cons. 131. nu. 2. in fin. & seq. Alber. de Malet. in d. tract. de testib. §. superest. num. 17. ubi dicit
* hanc esse communem opinionem. latè Crot. in eod. tract. sub num. 105. par. 4. & quòd si sit magna amicitia, in totum testis repellatur, communem opinionem esse dicit etiam Boss. in d. tract. de testib. sub nume. 102. quod procedere dicunt Doct.

Doct. ex hac ratione, quòd magna amici
13 tia † idem operetur, quod coniunctio sanguinis; prout dicit Hect. Emil. in suo tract. de testib. sub num. 7. 8. & 9. ubi recenset supradictos Doctores fol. mi. 157.

Nec etiam dubium sit, in depositione testis quoad illius depositionis ualiditatem uel inualiditatem attendi tempus
14 iuramenti, † & non sequentis. Optimè Ang. in cons. 1. num. 4. Alex. in cons. 150. num. 6. uol. 5. Et Viui. in sua Syl. opinio.
* opinio. 992. nu. 2. ubi de communi lib. 3.

Prout similiter nihil probat dicta Maria Moisina, quæ postea quā dixit, quod ipsa portauerat filium, quem fecerat, ad baptizandum, dixit postea, quòd illum portauerat ipse presbyter Andreas, postquam per iudicem fuit eidem dictum, quòd aliter constabat in processu, subdendo postea, quòd filius prædictus est eiusdem Presbyteri Andreæ, & in hoc recedit, prout constat d. processu fol. 19. ter. & seq. quia ex eius depositione nullum oritur indicium; & quia facit se sociam criminis, detegēdo turpitudinem suam: vnde ei in aliquo non creditur,
15 † cum talis nominatio non fuerit facta seu confirmata in tortura, prout necesse erat fieri, cum ex proprio delicto effecta
* esset infamis; & est communis opinio, prout dicit Bonacos. inter cōes diuers. sub tit. de accusat. num. 178. uol. 2. Bertrand. in cons. 258. nu. 4. uolum. i. par. 1. Clar. in praxi. crimi. q. 21. nu. 11. Et Hieron. de Mont. in q. 16. nu. 22.

Et quia cōstat per quam plures testes ad defensam dicti presbyteri examinatos super primo articulo; Quod dicta Maria Moisina fuit, & est publica meretrix & infamis, & pro tali habita & tenta in dicto loco Premuli. Primus testis d. process. fol. 35. Tertius testis. f. 38. Quartus testis fol. 40. Quintus. fol. 42. Sextus. fol. 43. ter. septimus testis, fol. 44. tergo, octauus testis fol. 45. & 12. testis. fol. 48.

Vnde succeditalia conclusio, quòd licet in casibus à iure expressis cum tortura socio criminis contra cōsocium
16 per eam nominat. credatur, † tamen hoc fallit, & non habet locum, si dictus socius criminis esset ex aliquo alio delicto infamis infamia facti, prout est dicta testis, cum sit publica meretrix, & pro tali habita & tenta: prout uoluit Marsil. in cons. 74. num. 23. & seq. Grammat. cons. 35. num. 27. in crimi. & in uot. 34. nu. 9. ubi dicit, quod licet credendum sit socio criminis in casibus exceptuatis: attamen id intelligendum esse procedere in socio criminis non infami ex alio delicto. per singularem doctrinam Ang. in l. is, qui iudicio publico sub num. 4. ff. de accus. Vbi dicit, quod si ex forma statu-
17 ti deber credi accusatori dāni dati, † uel alterius criminis; quòd tamen non creditur, si ipse denūtiator, uel accusator sit infamis infamia facti. Et subdit ibi Angel. quod cum haec quæstio tempore suo occurrisset de facto, ita fuisse iudicatum. Et hanc conclusionem sequens Angel. & Marsil. in locis prædictis amplexus fuit in facti contingentia Roland. a Val. in cons. 16. nu. 20. uolum. 1. & prius Boer. in quæst. 319. num. 3. in uer. & facit Angel. & Hieron. de Mont. in d. quæst. 16. num. 22.

Quæ conclusio fortius procedit in ca
18 su nostro, cum meretrix † expresse a testimonio repellatur in causis criminalibus, cum probationes requirantur luce meridiana clariores: per l. fin. C. de probat. & ideo meretrix tanquam infamis non admittitur. Guid. Pap. sing. 819. Incipientur meretrix est infamis, & hanc opinionem firmat Ias. in l. cunctos populos. in 2. lect. num. 54. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. quod antea firmauit Alex. in cons. 11. num. 1. uol. 1. quem secutus fuit Dec. in c. licet causam. nu. 74. de probat. Bonifac. de Vital. in tract. de Malefi. in rub. de testib. & qui repelluntur à testimonio. num. 33. & refert & sequitur Viui. in sua Sylua opinio. opinio. 920. vbi
* similiter refert de cōmuni. lib. 3. fol. 93.

Prout & similiter aliquod indicium non facit Benedictus Q. Andreæ Zuli 21. testis in ordine examinatus, etsi deponat dictum presbyterum eidem dixisse, ut inueniret aliquam nutricem, quæ aleret quendam puerum, prout & illam inuenisse attestatur, prout patet ex eius depositione d. process. fol. 19. & quia dictū
19 indicium, † cum sit remotum a facto, seu delicto commertij carnalis, de quo imputatur dictus presbyter Andreas, nō probatur per unum testem; sed saltem duo requi-

requiruntur; prout supra firmatum est, ad dicta per Marsil. in d.l. vnius facinoris.§. testes.nu.1. de quaestio. Alexan.in cons. 180.nu.6. vol. 2. cum alijs desuper allegatis, quorum repetitionem hic propterea omissam esse volui.

Et quia idem testis est etiam inimicus dicti R.Presbyteri Andreae; prout deponunt infrascripti testes ad defensam examinati, uidelicet Decimus testis process. fol.46.ter.& 11.testis d. process. fol. 47. ter. qui deponunt ex confessione eiusdē facta per d. Benedictum Zolum, dicendo etiam de causa inimicitiae.

Qui quidem testes plene probant de dicta confessione extraiudiciali cuilibet ipsorum facta, etsi sint singulares de loco, & tempore, cum debeant coniungi,
20 † attento quòd sunt contestes in d.confessione, & non fuerint principaliter inducti ad probandum confessionem, seu confessiones per d.testem fact. sed inimicitiam praedictam per cōfessiones; prout uoluit singulariter Paul.de Castro.in simili in cons. 380. incipiente, Iudex est minister.sub num. 2. in uer. Item posito, vol.1.quem secutus fuit Soc. iun. in cōs. 99.num.15.& seq. vol. 2. Aymo in cons. 267.sub num.4. in ver. Tertia & ultima, & conclusiuè. num. 5. ubi tractat de singularitate obstatiua, diuersificatiua, & cumulatiua, prout cumulatiua est nostra. Et in tract.de antiq.temp. in 4.par. prin. sub nu. 8.& 9. in ver. sed in contrarium, & seq. & num. 15.& seq. & num. 18.& seq. vbi per multa exempla corroborat hanc conclusionem. fol. mihi 235. cum seq. ubi ad saturitatem de hac conclusione pertractat, quod prius uoluit Alex. in cons.53.num.4.in uer.ergo, vol.1.ubi dicit confessionem esse actum reiterabilem, & tali casu non posse dici testes singulares, Curt.iun.in cons.64.nu. 7.uol. 1. Calca.in cons.9.num.3.& Castren.secutus fuit Dec. in cons.650.num. 10.& Camerar. Beneuent. in suo cons. matrimo. post consil. Zabarel. posit. sub num. 19. fol. mihi 200. Et ita concordando opiniones firmat etiam Mascard. in tract. de probat. conclus. 379. numero 11.& seq. volum. 1. hancque conclusionem nouissimè secutus fuit Padroch. in cons. 2.
* num. 141.& nu.147. & esse communem opinionem dicit Ioseph. Ludoui. in decis. Perusi. 9. num. 14. & conclusiue. nu, 15.in 1.parte: ideo alios addere non curaui, cum a communi recedendum non sit in iudicando. Et sic dubitandum non est de dicta inimicitia probatum esse, cū dicti duo testes de dicta confessione facta per dictum testem deponendo etiam de causa, quam ipse confessus fuit, & de uerbis etiam minatorijs, plenè probent;
21 & nulla sit maior probatio, † quam propriae partis confessio: prout dicit optimè Alex.ad casum in cons.76. num.4.& seq. vol.6. Grat.cons. 50.num.4. uol.2. Mars. in sing. 257. per totum, Ioan. à Roya, in sing.295.num.2.& sing. 193.num. 2. Roman.in cons.391.num.8. Thom.Ferra.in caut.57.num.1.in fi. & seq. & Veral. decis.185.in 3. par. & propterea dici solet, quod in confessis nullae sint partes iudicis nisi in sententiando, seu condemnando. prout dicit Rot. in decis. 19. circa medium in ver. cum igitur, cum similibus.

Et propterea in aliquo eidem testi credi non debet, cum nedum uero inimico, uerumetiam nec praesumpto, nec de odio suspecto in causis criminalibus non credatur, prout supra firmatum est.
22 Et quod inimicis † nō credatur in quouis graui casu, addo Crott. id etiam tenentem in tract.de testib.nu.103.& seq. par.3.quod procedit, etiam si ueritas aliter haberi non posset; prout dicit optimè Gram.in cons.45.nu.18, in crimi. & Ant.Gomes.delictor.in c. 12.sub nu.20.

Ex quibus omnibus sic congestis apparet expressè de aliquo indicio per dictos testes contra d.R. Presbyterum Andream non esse probatum, & si alias exceptiones non paterentur, prout patiuntur ex suprascriptis; cum quilibet praefatorum testium deponat super diuerso indicio à praetenso delicto remoto, seu mediato: nec coniungi possunt dicti testes in eorum dictis ad unum indicium perfectum ad torturam sufficiens, seu semiplenam probationem faciēdam: cum unus testis de una re, seu indicio: alter de alia re, seu alio indicio deponat, & sic quaelibet species probationum est in sua
23 specie imperfecta; cū una probatio † in aliā non inferat, prout requiritur inferre adhoc,

adhoc, ut testes singulares de diuersis indicijs deponentes coniungantur, & faciant unum indicium perfectum ad torturam, prout uoluit expressè Bal. in d. l. si quis ex argentarijs. §. 2. nu. 3. & seq. ff. de eden. quem latè concordando opiniones, & dando exempla in utroque casu, secutus fuit Blanc. in repe. d. l. fin. sub nu. 366. & seq. & conclusiue sub nu. 368. ff. de quæstio. Optimè Alex. in d. cons. 180. num. 6. per totum, ubi tenet testes sic deponentes aliquid non probare, uol. 2. Facit Ioan. de Amic. in cons. 7. nu. 26. in fin. & seq. quod procedit etiam in materia hæresis, prout dicit Locat. in iudicial. inquisit. in uers. testes. nu. 17. uer. An autem plures, omnino uidendus. fol. mihi 352.

Quod fortius procedit in casu nostro, cum pro parte d. R. Presbyteri Andreæ probatum fuerit per quam plures testes ad eius defensam examinatos publice dici in d. loco Præmuli, ac in plateis & locis publicis eiusdem loci, qualiter filius, quem peperit dicta Maria Moisina, est filius cuiusdam Bertoli alias dicti, el caccia in letto, & quòd statim quòd fuit scoperta grauida d. Moisina, fuit publicè dictum in d. terra Præmuli, quod erat grauida eiusdem Bertoli, qui commercium carnale cũ ea habebat: prout deponunt infrascripti testes super quinto articulo, uidelicet, primus testis fol. 36. 2. testis fol. 38. 4. testis fol. 40. 5. testis fol. 42. ter. 6. testis fol. 44. & 10. testis fol. 49. & tergo.

Quibus accedat id etiam probari per testes pro parte Curiæ examinatos, licet non deponãt de fama, seu publice dici, prout testes ad defensam deponunt; sed quod dicebatur, & quod erat rumor in d. loco Præmuli, quod filius natus de d. Moisina esset filius, aliqui dicebant, dicti Bertoli, seu cacia in letto, aliqui dicebant dicti presbyteri; prout deponit tertia testis d. process. ad offensam fol. 1. ter. 4. testis d. proces. fol. 2. 8. testis. fol. 7. ter. & 13. testis d. proces. fol. 11.

Et licet aliqui testes d. processu ad defensam deponant dici, seu murmurari d. filium esse d. R. Presbyteri Andreę, nihil dicendo de d. Bertolo, seu caccia in letto tamen similiter non deponunt de fama, seu infamia, uel ita publici dici; prout apparet ex depositione secundi testis, d. proces. ad offensam. fol. 1. & tergo. 6. testis fol. 4. ter. & fol. 5. Nona testis fol. 8. ter. 10. testis fol. 9. & 20. testis dicto proces. fol. 15.

Et sic dicti testes tribus modis deponunt: nam primi testes ad defensam examinati deponunt & dicunt, quòd statim qđ fuit scoperta grauida d. Maria Moisina, fuit publice dictũ in dicto loco Præmuli, quod erat grauida ex d. Bertolo, seu caccia in letto; ex quo commercium carnale cum ea habebat; & etiam quod statim quod ipsa peperit filiũ, quòd fuit publice dictum, filium prædictum esse dicti Bertoli, seu caccia in letto. Qui quidẽ testis cum deponat publicè dici, & sic de fama, si teneamus opinionem Rotæ in causis huiusmodi, de qua per Cassad. in d. decis. 3. nu. 7. sub tit. de probat. quem dixit Viui. desuper allegatus cum alijs esse magis communem & ueram. Et sic non esse uerum quòd dictus curatus esset disamatus, quòd filius, quem peperit dicta Moisina esset ipsius, sed bene dicti Bertoli.

Alij uero testes deponunt promiscuè, uidelicet, quòd aliqui dicebant esse filiũ curati, alij uero d. Bertoli.

Tertij uero deponunt, quòd dicebatur, & erat rumor, quòd esset d. curati, nihil dicendo de Bertolo. Vnde si consideremus dictos testes ad defensã examinatos intuitu istorum testium ad offensam examinatorum, qui deponũt dici, uel esse rumorem, quod esset d. filius Moisinæ d. R. Presbyteri Andreæ, nõ est dubium melius probare ad fauorem d. R. Curati, quam non probant contra ipsum alij tertij, de quibus supra, & sic illi non debent attendi. Et quia testes ad defensam examinati probant de fama, & sic de specie perfecta probationis, ad dicta p Bal. in d. l. si quis ex argentarijs. §. 2. nu. 4. ff. de eden. & quia meliorem causam sui dicti reddunt, cum dicant, quod ideò fuit dictum, dictum filium esse dicti Bertoli, quia commercium carnale cum dicta Moisina publice dicebatur habere; qđ non dicunt de dicto R. Plebano. Et quia plures numero sunt, & digniores, quam non sunt prędicti testes ad offensam examinati: & quia non de fama deponunt,

sed

sed quòd dicitur, & murmuratur; & sic de rumore. Et quòd in testibus attenda-
34 tur numerus, † quando non est tanta dignitas in testibus, ut à numero receda-tur, prout non est in casu nostro, imo sunt digniores testes Plebani, tradit latè Ant. de Butr. in c. in nostra. nu. 7. de testib. quē sequitur Natt. in cons. 285. nu. 1. in fin. &
35 seq. uol. 2. & quod ratio † testis attendatur, seu causa scientiæ, dicit Bal. in cons. 219. num. 2. vol. 4. ubi dicit, quod ratio & causa scientiæ limitat, modificat, & restringit testis dictum: & propterea quod magis stat rationi, q̃ dicto. Et quod in teste magis attendatur ratio, quam dictum dicit Alba. in cons. 83. nu. 24. & quod in testis dicto debeat attendi ratio, & omnis uirtus eius probationis in ratione consistat, dicit Soc. iuni. in cons. 69. nu. 13. volum. 1.

Et quod minus probent dicti testes sisci, cum deponant de mormorio, & non de fama, etiamsi essent pares numero, prout nō sunt, quàm testes ad defensam dicti Reuerendi Curati deponentes de publico dicto, seu fama. tradit latè Gandi. in tract. Malefi. sub rub. de rumor. occult. & manifesto. in prin. & num. 2. ubi
26 dicit, quòd rumor † est particularis assertio ex incerto auctore, & ex sola suspicione proueniens, per c. super eo, de eo, qui cogno. consag. vxo. suæ. Et quod iste rumor minus probet, quam fama; cum fama sit communis uiciniæ proclamatio: Et idem firmat Bonifac. de vitali. in eodem tracta. malefic. sub rub. de rumor.
27 ubi similiter dicit, quod fama † est communis viciniæ clamatio, & quòd rumor est, cum pauci clamant, quod ante eos uoluit Specu. in tit. de noto. crim. in §. 4. incipiente. nunc de rumore, ubi similiter dicit, quod rumor est particularis assertio ex incerto auctore, & sola suspicione prouenięs; & quod minus probat quam fama; cum fama sit communis viciniæ acclamatio: Rumor uero sit, cum pauci aliquid, non tamen publice dicunt; & idem etiam uoluit Abb. in d. cap. super eo. sub num. 3. de eo, qui cogno. consangui. vxor. suæ. vbi pariter dicit, quòd rumor uiciniæ propriè dicitur, cum aliqua pars uiciniæ, uidelicet tertia, aut quarta pars aliquid asserit: & in hoc differre à fama, cum fama sit, quando tota ciuitas, seu uicinia, uel maior pars reclamat, & sic quod minus se habet rumor, quam fama.

Prout & similiter aliquid non probant contra dictum Reuerendum Plebanum alij testes, ut supra promiscuè deponentes cum eo, quod deponunt, quod murmurabatur dictum filium Moisinæ esse filium dicti Bertoli magis deponunt uerisimiliora, & in consonantiam iuris; quam in eo, quod deponent esse dicti R. Curati; cum a iure non sic de facili in actibus venereis præsumatur contra cle-
28 ricum, † sicut contra laicum, ad dicta latè, & optimè per Angel. in suo tract. Malefic. in rub. Che hai adulterata la mia donna. in uer. an patri liceat. in 2. charta. num. 9. Specul. in tit. de Præsumpt. in §. species. nu. 1. in uer. vnde Aymo. in cons. 144. nu. 4. ante fin. in uer. Et ideo. & Freder. Schenc. in virid. Conclus. iur. cons. 35. & hic demonstratum sit etiā aliquod indicium non esse probatum contra dictum Reuerendum Plebanum extare; & per consequens non potuisse in aliquo
29 puniri, cum reus † ex sola suspicione in aliquo non sit condemnandus, sed omnino absolui debet, prout dicit Bal. in l. fin. nu. 17. C. de probatio.

Neque aliquid obstat etsi dicatur dictum Reuerendum Curatum alias de consimili delicto bis fuisse processatum; quia respondetur: quod ex quo fuit absolutus, prout est uidere in sententijs superinde latis, de quibus in processu fol. 53. & de alia fol. 55. manifeste constat in huiusmodi delicto non esse solitum delinquere, sed de eo calumniari; & sic dictas sententias pro dicto Reuerendo Curato facere; & suam innocentiam etiam in præsenti iudicio eiusdem prætensi delicti demonstrare, ad dicta a contrario sensu per Alexan. in cons. 5. nu. 3. volum. primo, vbi dicit, tunc contra hominem malum, uel malæ famæ esse suspi-
30 cionem, † quando apparet illum hominem esse malum, seu malæ famæ in eodem genere mali, de quo nunc suspicatur; & clarè Bal. in l. fi. sub. num. 7. & seq. & ibi etiam Bar. in fin. ff. de hæredib. instit. & Guid. de Suzza in tract. de Indicijs & tort. num. 37. Et ex his demonstratum sit

tum sit de aliquo Indicio non esse probatum contra dictum Reuerendum Curatum, & propterea in aliquo nō potuisse, nec posse condemnari; etsi aliqua suspicio adfuisset, prout non adest, cum ex sola suspicione in aliquo reus prætensus condemnari non possit; sed omnino absoluendus sit, prout dicit Bal. in l. fin. nu. 17. C. de probatio.

Nec hic omissum esse uolo demonstrare, quod ex quo manifestè apparet ex processu ad offensam formato dictum Reuerendum Curatum de dicto prætenso delicto non esse diffamatum, non potuisse ex officio contra ipsum inquiri, & inquisitionem formari, prout fuit formata, de qua in processu fol. 26. cum alias
31 infamia non præcedenti inquisitio † nō procedit. per tex. in c. qualiter, el 2. de accusat. & habetur in cap. Inquisitionis. §. 1. eod. & in cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. c. licet Heli. post prin. de Simon. & est tex. in cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. & uoluit Specul. in tit. de Inquisitio. §. 1. in princ. Bar. in l. congruit. nu. 3. in uer. quędam est inquisitio specialis. ff. de offic. præsid. Bald. in titu. de pace Constan. §. damna. num. 3. Alexand. in cons. 120. nu. 1. uolum. 7. Salicet. in l. quod promulgatis. C. de offic. Præfec. vrb. latè Cuman. in consil. 136. in princip. quos refert & sequitur latissimè Marsil. in cons. 117. nu. 5. in fin. & seq. & latè Tiraq. de pæni. tem per. aut remitt. in caus. num. 2. in uer. & de iure Canonico.

Neque obstat, si diceretur, quòd primo fuit contra eundem presbyterum processum ad denuntiam Pauli Commilitonis, prout in princ. dictum est. Quia ad hoc respondetur, quod ex quo dictus presbyter non fuit inuentus in flagranti, & notorio crimine per dictum Commilitonem; quod ad denuntiam ipsius Pauli non poterat idem vicarius procedere, & cum de facto processerit, dicitur litē suam fecisse, prout dicit Marant. cum allegatis per eum in suo Specul. in 6. par. in uer. & peruenitur aliquando per viā inquisitionis, sub numero 191. omnino uidendus.

Nec mirandum est, cum de iure sine
32 accusatore nemo condemnari † debeat per l. scripto. §. si quis accusatorem non habeat, & ibi glo. in uer. non debet. ff de muner. & honor. Bar. in l. congruit, nu. 2. in princ. ff. de offic. Præsid. & Imol. in cap. 1. num. 3. vt ecclesi. Benefi. sine di-
33 minu. confer. & propterea infamia † succedit loco accusatoris, & iudici in iudicio assistere debet, sicut accusator, cum illa accuset, prout dicit Bal. in l. ea quidem. num. 55. omnino uidendus. C. de accusat. ubi etiam subdit, quod talis infamia debet esse in loco iudicij, cum tendat ad illius ordinationem; & quod non sufficeret, si in alio loco existeret.

Nunc deueniendo ad prętensum delictum mercaturæ, dico similiter de illo nihil probari; cum per testes in præsenti indicio examinatos non deponatur qd aliquam negotiationem post diem octauam Maij præsentis anni 1597. in qua per sententiam de huiusmodi negotiatione ipse Reuerēdus Plebanus fuit cōdemnatus ad soluendum scuta decem auri; prout constat dicto processu fol. 59. ter. & sequen. & de alia sententia in dicta sententia mentionata fol. 58. tergo, exercuerit: imo aliqui testes deponunt, quod in antea aliquid uendiderit; & aliqui deponunt sine descriptione temporis, seu determinatione: unde dubium non est, quod illi, qui deponunt, quod in antea exercuerit talem negotiationem, nihil releuanter deponunt, cum postea fuerit ob eandem negotiationem condemnatus. Et illos, qui deponunt similiter sine determinatione temporis nihil probare: cum ex eis Curia in hoc fundare non possit intentionem suam; cum te-
34 stes † ad hoc, ut probent de necessitate concludere debeant in suis depositionibus, prout dixit Alexan. in cons. 72. num. 9. uolum. primo, cum testis quantum dicit tantum probet, & non plus, prout dicit Bal. in usib. feud. in rub. de contro. inuestit. num. 5. pro quo facit illud aliud dictum Bald. in cap. constitutus. num. 1. de appellat. ubi dicit, quòd qui obscurè loquitur, nihil loquitur; et illud, quod dicit Aymo. in conf. 6. numero 124. vbi
35 dicit, quòd testis † dubitatiuè deponens nihil probet. Et ex his demonstratum sit aliquam negotiationem post dictam sententiam, et condemnationem non exercuisse. Et sic propter huiusmodi

præten-

prætensum delictum in aliquo non potuisse, nec posse condemnari.

Deueniendo nunc ad tertium prætensum delictum ludi ad primam, & secundam, de quo ipse Reuerendus Curatus confessus fuit, dico similiter propterea in aliquo non potuisse nec posse condẽnari, cum non sit de ludis prohibitis,
36 prout de aleis, & taxillis† dicit Anto. de Butr. in cap. Clerici, el 2. num. 2. de uita, & honesta. Cleric. nec credo ludum dici posse, prout bene fecit D. meus vltra quod, ut vulgo dicitur, de sesini & di gazzette luderet. Ad quod facit illud, quod in simili dicit Card. in Clem. 2. sub num. 4. de uita, & honesta. cleric. ubi dicit, quod qui iocose, & causa amœnitatis ali-
37 quid facit † etiam publicè, quòd excusatur, & pœnam non meretur per rationes, quas adducit, & Ioan. à Roya. in singul. in fauor. fidei. 103. & hęc sufficiant, quo adhoc aliud prætensum delictum.

Quo vero ad quartum prætensum delictum, quòd dictus Reuerendus Curatus non exercuerit doctrinam Christianam in festiuis diebus; dico similiter ob hoc in aliquo non potuisse condemnari; cum pro parte sua in dicto processu ad defensam super nono articulo probatum fuerit per quam plures testes, quod ipse pluries existens ad altare conuersus ad suos Parochianos exhortatus est illos, ut mitterent suos filios ad audiendam doctrinam Christianam, & etiam dictos filios, ut irent; & quod illorum filij non ibant, etiamsi illos expectaret in ecclesia. Primus testis fol. 37. tergo, secundus testis fol. 38. tergo, tertius testis fol. 39. quartus testis fol. 41. tergo, quintus testis fol. 43. Et ideo cum fecerit quicquid potuit, & quod tenebatur facere pro parte sua, non est dubium, ad plus non teneri, secundum illud, quod di-
38 ci solet, qui fecit, † quod potuit, legem adimpleuit. ultra quod pro parte Curiæ nihil probatum sit. Et ex his omnibus demonstratum sit de innocentia circa obiecta delicta d. R. Curati, & quod male fuit condemnatus. Et ita consulo. & fuit iudicatũ facta prius aliquali purgatione indiciorum, faciendo illum ligari ad torturam & parum, & fere nihil in altum eleuari, ut tolleretur facultas appellandi ab ipsius absolutione.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia prima condemnatoria in causa appellationis impugnatur ratione erroris.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui res inclusas non subtraxit, sed traditas non rediddit, iudicio mandati, non furti, tenetur.*
2 *Procurator, & sindicus æquiparantur.*
3 *Furtum commisisse ut quis dicatur, quæ requirantur.*
4 *Furtum neque verbo, neque scriptura committitur.*
5 *Possessor bonæ fidei à principio, qui postea fit malæ fidei, si rem alienat, non facit furtum.*
6 *Administrator quilibet tenetur de gestis, & exactis per eum reddere rationẽ, & restituere quod deest de receptis, & exactis.*

CONSILIVM C.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Iso processu formato, ac sententia lata per Reuerendum Fratrem Archãgelum Piccionum sacræ theologiæ professorem ordinis Seruorum, ac prouintiæ Venetæ Priorem prouinciãlem contra Reuerendum Fratrem Valerianum Venetum, breuitati studendo; Dico dictam sententiam fuisse, & esse ipso iure iniquam, & nullam ex falsa causa in ea expressa; cum dictus Frater Valerianus fuerit declaratus per dictum Reuerendum Patrem Pronincialem, inhærendo sententiæ alias latę per Reuerendum Fratrem Magistrum Gabrielem Venetum cõtra eũdem Fratr. Valerianum super restitutione ducẽtarum librarum, tantum incidisse, & incurrisse pœnam infamiæ, priuationis perpetuæ cuiuscunque administrationis, ac restitutionis pecu-

pecuniarum, de quibus remansit debitor, quando fuit syndicus Monasterij Sanctæ Mariæ Seruorum eiusdem ordinis, uidelicet librarum ducentarũ quinquaginta unius,& solidorum septem, exprimendo in eadem sententia sic ipsum condemnasse uigore constitutionis eiusdem Religionis cap.35.sub rub.De graui culpa,in uer.qui furti.vbi leguntur infrascripta uerba,videlicet,qui furti conuictus aut confessus fuerit, ultra restitutionem & infamiam priuatus sit perpetuo qua cunque administratione: etsi rei sacræ furtum fecerit, relegetur perpetuo in aliquo monasterio ad agendam pœnitentiam. Cum indubitatum sit constitutionem prædictam non comprehendere casum dicti Reuerendi Fratris Valeriani Syndici; cum etsi ipse remansit debitor in redditione rationis suorũ computorum de libris ducentis quinquaginta una,& soldis septem, prout fuit condemnatus ad illas restituen; non per hoc dicitur commisse furtum,nec de furto condemnari & pęnis furti affici,prout condemnatus fuit uigore dictæ constitutionis, cum clari iuris sit, † Procuratorẽ,
1 qui res inclusas non subtraxit, sed traditas non reddidit,iudicio mãdati,non fur ti teneri, per tex.apertum in l. Procurator.ff.mand, ac syndicum, & procuratorem a pari procedere:& quod de perso-
2 na procuratoris, † & eius mandato dicitur, in syndico & eius mandato habere locum, prout dicit Mascar. de probati. in conclus. 13. incipiente quod agit. numero primo,& seq.cum per eum allegatis.volum.2.

Neque de hoc dubitandum est, cum in procuratore, seu syndico non possint uerificari qualitates,quæ requiruntur,ut
3 quis dicatur furtum commisisse, † quæ enumerantur per Ioan.de Platea in §.furtum.Instit.de obliga.quæ ex quasi delic. nascũt. etsi ipse in redditione computorum remanserit debitor.Cum inter cætera ad committendum furtum, requiratur intercedere contrectatio, idest ablatio rei alienæ inuito domino, prout dicit ibidem Ioan.de Pla.nu. 2. & dicit tex.in l.1.§.fin.& ibi glos.ff.de fur.l. inficiando, & ibi glos.in uer.furtum.ff.eod.l.3.§.si rẽ. ff. de acquiren. possess. & Iodoch. in sua prax.crim.cap.110.nu.9.& quod furtum
4 † neque uerbo neque scriptura non committatur.dicit text.in l.si quis uxori.§.neque.ff.de fur. & Ioan.de Platea dicto loco.num.9.

Ad quod facit illud, quod firmat Corrad.in sua prax.crim.in ver.de furti, sub nu.10.in 10.limita.fol.mihi 628. ubi di-
5 cit,quod possessor † bonæ fidei a principio,qui postea fit malæ fidei,& rem alienat, quod non facit furtum, quod ante eum uoluit Bar.in l.Item si res.nu.2.ff.de Alienat.iudic. mutan.cau.fact.ubi similiter dicit, quod quando possessor ab initio fuit bonæ fidei, postea contrectando non committit furtum,licet cœperit habere scientiam rei alienæ, & possessionẽ malæ fidei.

Et ideo cum contrectatio rei alienæ inuito Domino à lege requisita, ut quis dicatur furtum committere,non possit verificari in syndico, qui de mandato monasterij exigit:merito non potuit de furto condemnari uigore d.consti t.quæ de hoc non loquitur,etsi debitor remãserit.

Quod corroboratur ex eo,quod quili-
6 bet administrator tenetur † de gestis & exactis per eum reddere rationem, & restituere,quod deest de receptis, seu exactis,prout latè firmat Bero.in q. 15. nu.1. & seq.per tot.Syluan.in cons. 91. nu.30. & facit tex.in l.1.C.de erro.Calca.Et nõ solum semel rationem reddere tenetur, sed etiam pluries,si plenè illam non reddiderit,uel dolosè egit prima uice, quia alias non posset cogi ad illam amplius reddendam, prout firmat Ioan. Monac. in c.1.in fi.& ibi Ioan.Andr.nu.3.& Archi.in fi.de cleric.ęgrotanti.

Ex quibus remanet resolutũ l. 1. §. fin autem.ff.ad Senat.Consult.Turpill.in d. sententia allegat. non habere locum in casu nostro, cum casus noster non comprehendatur à dicta constitutione super furto disponẽte, cũ aliquod furtum non commiserit idem frater Valerianus per supradictas,& per consequens iustissimam fuisse sententiam latam per R.P. Mag.Gabrielẽ tunc Prouincialẽ,tñ prædictum Frat. Valerianũ condemnãdo ad restituendũ summã librarũ, de quibus remansit debitor in reditione cõputorũ, ac propterea nullã & inualidã, ut est dictum,

ctum, ex falsa causa in ea expressa, fuisse & esse sententiam per præfatum Modernum prouincialem contra eum latam, ipsum declarando infamem & perpetuò priuatum quacunq; administratione, tanquam de fur to confessum, & conuictum, ad dictam constitutionem relationem habendo; cum aliquod furtum non commiserit, ad dicta per Alex. in conf. 123. nu. 7. vbi de magis cōmuni vol. 1. quod prius uoluit Innocēt. in c. cum Bertoldus. nu. 4. in ver. concessimus, de re iud. & Imol. in c. in præsentia. sub nu. 47. præsertim in fi. de renunc.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Exceptione falsi contra instrumētum proposita, an debeat supersederi super negotio principali, & prius cognosci de falsitate.

SVMMARIVM.

1 *Processus ad ulteriora an sit retardandus, donec cognoscatur super exceptione de falso contra instrumētū, a cuius ualiditate lis principalis dependet.*
2 *Consuetudo, quod terminus assignatus ad probandū, seruatur actori & reo, an sit seruanda.*
3 *Exceptio falsitatis proposita quando non sit attendenda.*
4 *Exceptio falsitatis non comprehenditur sub statuto reijciente exceptiones in finem litis.*
5 *Instrumentum per exceptionem falsitatis reducitur ad nihilum.*

CONSILIVM CI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN difficultatibus mihi propositis studendo breuitati dico, quòd exceptio falsitatis obiecta instrumento, de quo agitur, vt terminanda de iuris subtilitate, tanquā illa, quæ tollit omne ius proueniens ex eodem instrumento, antequam terminetur negotium principale intentatū vigore eiusdem instrumenti, & per consequens, quod retardat vlteriorē
1 processum † ad dicta per Barbat. in cōs. 43. præsertim num. 10. & conclusiuè num. 11. vol. 1. quòd prius uoluit Ang. in l. qui prior, col. 2. post medium. in ver. idem si opponeres, & in ver. ratio est. ff. de iudic. & talis exceptio potest opponi tam ante, quàm post sententiam. c. cum venerabilis, de exceptio. & Franch. in c. super eo, nu. 11. de appell.

Sed tamen aduertendum est, quod idem Angel. in dicto loco in ver. uerum. dicit, quod licet hoc sit de iure & rigore, ut ordo seruetur; tamen quia possibile est, quòd obijciēs exceptionem suam non probet, & multum frustaretur actori si solum admitteretur ad probandum de iure suo, discusso hoc, quod non probauit exceptionem, quòd propterea inoleuit hæc consuetudo, quod vtrique partium detur terminus ad probandū, quatenus incumbit & actori & reo; & sic, vt infra eundem terminum actor studeat probare de iure suo, & reus de sua exceptione.
2 Et ita dicit assessores † obseruare: cui quidem allegatæ consuetudini, seu practicæ non esse standum, sed iuris ordinem esse attendendum, cum tantum attestetur per Angel. dicit Barbat. d. conf. 43. num. 11. sed ultra alia, quæ dici possent, opinioni Barbat. non videtur in casu nostro nec de iuris subtilitate adhærēdum, per ea, quæ dicit Salic. in l. si docueris. nu. 2. in uer. & refert, quod Richard. C. de fal. ubi dicit in effectu; quod
3 si quis dixit allegationes † falsas excipiendo, & cōstat, quod malitiose exceperit, quod executio non differtur, etsi non constat, quod malitiose excepit; & tamen in excipiendo fuerit negligens, idem videtur dicendum, videlicet non esse differendam executionē propter iura, quæ allegat, æquiparādo propterea negligentiam in nō excipiendo quo ad effectum, malitiæ; & sic mihi videtur concludendum eodem tempore assignandum esse terminum tam actori ad probandum intentionem suam circa instrumentū, quam reo ad probandum suam exceptionē circa falsitatem eidem instrumēto obiectā.

Neq; obstat statutum allegatum disponens, quod omnes exceptiones obiectę contra instrumentum, exceptis aliquibus, reseruen
4 tur in fine litis, quia talis exceptio † falsitatis non censetur à tali statuto exclusa, cum colligatur à contrario sensu statuti, cum red dat instrm̄, de quo loquitur statutum, ad nō instrm̄, cum opponatur de falsitate eiusdē. ita firmat optimè. Bal. in c. pastoralis. num. 3. & 4. de appellat. quem secutus fuit Afin. in tract.

in tractat.de execut. §.2.c.22.& idem uoluit Capr.in suis regul. conclus.51.nu.21. iuncto num. 18. & seq. & quod per exce-
5 ptionem falsitatis reducatur † instrumentũ ad nihilum dicit Barbat.d.cons.43.nu.10. in uer.ecce modo. uol. 1. Et ista sufficiant pro huiusmodi breui resolutione.

Franc.Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Attentorum causa discutitur. Et nullitas prouisionis ad Ecclesiam, in qua quis habet ius præsentandi, ostenditur,& impugnatur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia obtenta per rescriptũ Papæ lite pendente, non facta mentione habentis ius præsentandi ad eam, uenit reuocanda.*
2 *Inuestitura obtenta ex gratia lite pendente quando ualeat.*
3 *Priuilegium contra causam obtentum lite pendente non ualet.*
4 *Inhibitio dicitur habere decretum irritans.*
5 *Ecclesiam nulliter impetrans tenetur eam relaxare cum fructibus.*
6 *Attentatorum causa ut emergens, de iure uenit in commissione causæ principalis.*
7 *Attentatorũ causa uenit accessorie ad principalem, etiam si commissa non fuisset.*

CONSILIVM CII.

Spiritus sancti gratia os aperiat & illuminet & intellectum.



IN Causa de Molianis, attenta a per Reueren. Brunaccinum ueniunt reuocanda, cum lite pendente, & ipso citato, & inhibito vigore rescripti Apostolici obtinuerit prouideri à sanctissimo D. N. de Ecclesia Parochiali sancti Theonisti de Campo Cruce, annexa, & vnita Monasterio, & Conuentui Monialium sanctæ Mariæ de Molianis,& sancti Theonisti de Taruisio inuicem vnit: super qua lis pendet, nulla facta mentione in eisdem literis de iure RR. Monialium,& possessionis, vel quasi, in qua reperiuntur, præsentandi, & conferendi inter alias parochialem, de qua agi-
1 tur, † ad firmata latè per Lancellott.in tractat.de attent.lite penden.in 2.par.c.4.limi. 20.nu.20.& seq.fol.mihi 152. Aegid. decis.748.sub num.3.in uer. breuiter concludo. Ioan.Baptista Ferret.in cons.229.nu.2. & 5.uol.2. & quod non valeat inuestitura
2 † lite pendente ex gratia obtenta, firmat Folyn.in cons.32.num.13.post Castren.in cõsil.72.in causa appellationis. uol.2. de quo meminit Menoch.in cons.79.nu.5. uol. 1. & uoluit in cons.2.num.289.ad fi. eodem.
3 Et quod similiter non valeat † priuilegium contra causam obtentum lite pendente, tenet Alber.Brun.in cons.46.num.10. Quibus accedat etiam post inhibitionem sibi factam attentasse aduersarium: & propterea etiam ex hoc reuocari debere. Flamin. Parisi. latè de resignat.benef.quæst.3.92.&
4 sequen. cum allegatis per eum, ubi † dicit inhibitionem dici haberi decretum irritãs, & per solam inhibitionem, etsi ante aliquid licuisset, non licere, lib.2.& voluit Rota.in cons.330.nu.4.

Et non solum debet condemnari ad relaxandum possessionem ecclesiæ & bono-
5 rum dictæ ecclesiæ per eum capt. † uerumetiam & ad restitutionem fructuum, tenet Rota decis.5.alias 25.per totam, de restit. spoliat.in noui. Lancellot. in d. tracta. in 3. par.cap.31.de pœna attenta. sub num.20. 66.fol.mihi 592.& 595. & Rota decis.5. nu. 1.de restit.spol.in nouis.

Et non solum in dictis fructibus condemnari debet, verumetiam & in expẽsis, idem Lancellot. in præcitato loco, cum allegatis per eum nu.96. & num. 104. cum seq. fol. mihi 592.

Neq; aliquid obstat etsi specialiter causa attentatorum præfatorum commissa non
6 sit, quia talis causa † dicitur emergens, & de iure uenit in prima commissione causæ principalis; & ita tenet Rota teste Moedã. decis.4.sub tit.de iudi. & Lancell.de atten. in 2.par.cap.15.de atten.pẽd.compro. sub num.69.& 70. præsertim ante fi. ubi dicit
7 quod causa † attentatorum venit accessorie ad causam principalem, etiamsi commissa non fuerit: & ita similiter tenuisse Rot. Et ita fuit iudicatum.

Franc.Monaldus I.V.D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Articulorum de admissione discutitur. Et quod vna ecclesia non habeat ius in clericos alterius subiectæ alicui monasterio pleno iure.

SVMMARIVM.

1 *Articuli notorie impertinentes, & irrelevantes non sunt admittendi.*
2 *Ecclesia Sancti Seueri est pleno iure subiecta Monasterio S. Laurentij Venetiarum.*
3 *Verba, pleno iure, quid important.*
4 *Factum a Papa ex certa scientia in dubium reuocari non potest.*
5 *Veniens contra gestum a Papa ex certa scientia repelli debet, & perpetuum silentium eidem imponendum est.*

CONSILIVM CIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa RR. Abbatissę, Monialium sancti Laurentij, articuli partis aduersæ admitti non debent, cum sint notoriè impertinentes, & irrelevantes. † ad dicta per Ias. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus, num. 12. & num. 33. & seq. ff. de iureiu. Franc. Personal. de indic. & tort. quæst. 11. num. 17. & latè Gail. practic. obseru. obserua. 81. num. 2. & seq. & nu. 14. & seq. lib. 1. cum directè, vel indirectè causæ etiam probati adminiculari non possint, prout dicunt præfati Doctores in præcitatis locis. Ias. num. 13. & seq. Franc. Personal. num. 15. & Gail. num. 4.

Et quod sint notoriè impertinentes, & in aliquo non releuent Dominum producentem, etiamsi probarentur, manifestè apparet ex literis Apostolicis in actis productis; cum in illis dicatur absolutè, & non re-
2 spectiuè, quòd pleno iure Ecclesia † sancti Seueri, de qua agitur, est subiecta monasterio sancti Laurentij; prout patet ex tenore libelli in eisdem litteris inserti in illis verbis, videlicet, Dicens, quod prædicta Ecclesia sancti Seueri &c. Et in illis alijs uerbis sententiæ, similiter in eisdem literis insertis, & confirmatæ, videlicet, Item Ecclesiam sancti Seueri pleno iure spectare ad dictum Monasterium sancti Laurentij, cum
3 talia verba, pleno iure † importent, quod in spiritualibus & temporalibus sit dicta Ecclesia sancti Seueri eidem Monasterio subiecta, absq; eo quod aliquod ius seruitutis, seu recognitionis, vel aliàs qualibet alia Ecclesia habeat potestatem super eã, prout per Reuerendum aduersarium prætenditur, ad dicta latè per Felyn. in cap. auditis. num. 4. 5. 6. 7. de præscriptio. cap. cum inter uos, & ibi glo. in ver. pleno iure, de sentent. & re iud. optimè Dec. in cons. 498. num. 8. 9. 10. & Alex. in cons. 208. num. 1. 2. 3. 4. & 5. vol. 2. cum vnius inclusio aliorum sit exclusio. l. cum prætor. ff. de iudic.

Nec debet dictus aduersarius audiri circa eius prætensam subiectionem dictæ Ecclesiæ, stante quod Papa dixerit in dictis eius literis cum clausula, ex certa scientia, absolutè, & non respectiuè (vt est dictum) prout considerat Felyn. in præcitato loco. col. 5. in principio, quod pleno iure dicta Ecclesia sit subiecta Monasterio sancti Lau-
4 rentij, cũ quod Papa † facit ex certa scientia in dubium reuocari non possit, imò omninò debeat obseruari, prout dicit Grat. in cons. 9. num. 176. uol. 1. Bart. in cons. 196. nu. 3. in uer. & cũ Papa, parte prima Port. Imol. in suis conclus. conclus. prima, in ver. vigesimotertio.

Et quod veniens contra gestum à Papa ex certa sciẽtia repelli debeat; & perpetuũ
5 silentium eidem imponendum sit † dicit Grammat. in cons. 100. num. 6. & in consil. 99. num. 20. in ciuil. & idem Grat. in pręcitato loco, quod prius dixit Bal. in tit. de Pace constan. in cap. primo, incipien. Imperialis. num. 28. ubi similiter dicit, quod quis audiri non debet contra illud, quod Princeps facit ex certa sciẽtia, imò quòd debet repelli, & eidem imponi perpetuum silentium, allegans inter cætera. l. fi. post princip. C. de legib. & constitut. Princip. dicentem, quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalem sensum regat? Et ista super huiusmodi articulo sufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Cauſæ cognitionem cum præuia citatione,coram quocũque, etiam Principe requiri, & citationis vis quanta ſit, demonſtratur, & quod ſpoliatus non citatus, nec vocatus, reſtituendus ſit ante omnia.

SVMMARIVM.

1 *Amoueri quis non debet a ſua eccleſia,niſi ipſo citato,& audito.*

2 *Sententia contra abſentem non citatum in quocunq; iudicio eſt nulla.*

3 *Citatio & cauſæ cognitio uidetur quod ſit inducta à Deo.*

4 *Cauſæ cognitio in quocunque actu exigit citationem & nu. 5.*

6 *Citatio in notorijs an, & quando requiratur.& numero 7.*

8 *Proceſſus & ſententia Principis,ſine citatione eſt nullus.Declaratur.nu.9.10.&.11.13.15.17.*

12 *Obſeruantia iuriſgentium non eſt omittenda in iudicijs,etiam a Principe.*

14 *Citatio quare non poſſit tolli per Papa.*

16 *Ordo quis requiratur in ſententia Principis.*

18 *Beneficij ad priuationem deueniri non poteſt niſi in caſibus a iure expreſſis.*

19 *Condemnari nemo poteſt non citatus, nec auditus circa ſuas defenſiones,quando tractatur de ipſum puniendo,uel priuando.*

20 *Modus ſeruandus in procedenedo contra regulares.*

21 *Regulares non debent amoueri ab adminiſtrationibus ſuis ſine cauſa.*

22 *Iudicium non eſt inchoandum ab executione.*

23 *Reſcripta contra formam iuris emanata a iure reprobantur.*

24 *Poſſidens licet iniuſto titulo, non poteſt a ſua poſſeſſione amoueri,niſi prius ipſo citato, & cauſa cognita.*

25 *Priuatus a iudice ſua poſſeſſione de facto, dicitur ſpoliatus,& venit reſtituendus.*

CONSILIVM CIIII.

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viſis literis Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D.Cardinalis Prioris Eccleſię ſancti Ioannis à templo Venetiarum Religionis Hieroſolymitanæ Reu. Fratri Stephano Ciera eiuſdem eccleſiæ Vicario perpetuo intimatis pro parte Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Nuntij illarum executoris. Ex quibus duæ eliciũtur cõcluſiones: Prima videlicet, quod tanquam culpabilis, & ob eius demerita idem Fr. Stephanus à cura eiuſdem eccleſiæ remoueatur. Secunda videlicet,quòd de eiuſdem eccleſiæ poſſeſſione amoto d. Fr. Stephano,mittatur in illius poſſeſſionem presbyter Ioannes Rota de eadem eccleſia ab eodẽ Cardinali prouiſus. Mihi videtur dicendum non poſſe ad illarum executionem deueniri,cum non potuerit idem Fr.Stephanus de dicta eccleſia amoueri, ſeu priuari, prout per eaſdem literas apparet priuatus, ipſo aliter ſuper
1 imputationibus eidem obiectis† non audito,nec citato per tex.in cap.qualiter,el 2.§. debet igitur.de accuſ.Clem. paſtoralis. de re iud.l.de vnoquoq;.ff.eo.Petr.de Ancha. in conſ.309.num.2. ubi dicit iniquiſſimum eſſe abſentem inauditum cõdemnare. Soc. ſen.in conſ. 12.nu.5,& ſeq.vol.1.& gl.pen. in c.lator.de re iud. vbi ſimiliter dicit, ſententiam contra abſentem non citatum prolatam in quocunque iudicio nullam eſſe.
2 Quod procedit,† ſiue iuris ordine ſeruato procedatur,ſiue ſit talis iudex, qui procedere poſſit ſummariè& de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicij, aut de facto ſine vlla iuris ſubſtantia,& ſolemnitatẽ ſeruata,cum tunc manu regia dicatur poſſe procedi,quod citatio non poſſit omitti;cum ſit inducta iure naturali, & defenſionem concernat, ac uideatur eſſe inducta de iure diuino: Cum & Deus citauerit primum hominem peccantem,dicẽdo eidem, Adam vbi es? Gen.c.4. cum eum poſſet de facto punire,prout dicit latè idem Soc. ſen. per iura, quæ ipſe allegat in d.conſ.12.nu.6.per totum.& num.7. vol.1.& Gui. Pap.in tract.de reſcrip. nu.8.
3 Et quòd uideatur ipſe Deus † induxiſſe citationem,& cauſę cognitionem,dicit Abb. in c.cum olim.num.26. de re iudi. Et quod
4 ubi geritur actus, † in quo exigitur cauſæ cognitio,prout in caſu noſtro,ſtantibus pręſertim ſtabilimentis eiuſdem religionis à Summis Pontificibus ſępius approbatis,& confirmatis, ibi etiam neceſſaria ſit citatio. habemus l.nec quicquam. §.vbi decretum, & ibi glo.ff.de off.Proc.& leg. l. fi. C.ſi per vim,uel al.mo. Spec.in tit. de ſecun. decre. §.nunc dicamus. nu. 1. poſt princ. in uer. & vbi deſiderat.& Soc.d.cõſ.12.nu.6.in prin.

Et

5 Et non solum est citandus † quis semel,
sed etiam ad quemlibet actum, in quo de
ipsius præiudicio agitur, vel quem posset ip
se impedire, ne fieret. cap. omnia. 3. q. 9. ubi
tex. dicit, omnia, quæ aduersus absentes in
omni negotio, aut loco agitur, aut iudican-
tur, omnino euacuentur; quoniam absentē
nullum punit, nec vlla lex damnat. c. in no-
stra, & ibi glo. fi. de procur. Imò licet dici so
leat, quod in notorijs nō requiritur citatio,
6 † & qđ in absentia sine alia citatione proce
ditur, si possit de facto liquidò cōstare sine
alia discussione, & indagine faciēda, prout
late tenet Gabr. in suis concl. in tit. de cita.
concl. 3. nu. 2. ad fi. & nu. 3. tū hoc nō proce
dit, cū aliqua defensio pōt cōpetere: quia
7 tunc citatio † est facienda, alias sentētia est
nulla, prout latè dicit Abb. in d. c. cum olim
nu. 22. & seq. de re iudi. & Gabriel. in d. lo-
co nu. 5. vbi latè de concordantibus. Quod
habet locum non solum in inferiore à Prin
8 cipe, † sed etiam in processu ab eodemmet
Principe facto. per tex. in d. Clem. pastora-
lis. de re iud. l. fi. & ibi glo. 2. & optime Bal.
nume. 2. & 3. C. de leg. vbi dicit, quod licet
9 Princeps † non teneatur seruare ordinem
iudiciorum in procedendo, prout notat In-
noc. in c. in causis. de re iud. quod nihilomi-
10 nus pars † debet citari, alias non valet sen-
tentia Principis, & potest opponi de nulli-
tate per illum tex. cum d. glo. subdendo, 9
ideo pars est citāda, vt possit se defendere;
quæ defensio cum sit de iure gentium, seu
naturali, auferri non potest. per d. Clem. pa
storalis desuper allegatam, & per alia iura,
quæ ipse allegat, quod etiam comprobat di
cēdo, quod coram Principe requiritur exa-
11 minatio, † & ventillatio ueritatis: & quod
inquisitio veritatis est de iure gentium. Et
ideo quod licet Princeps non teneatur ser-
uare solemnitates legales; tamen dicit non
debere deesse obseruantiam iurisgentium,
12 † cum pertineat ad naturalem æquitatem.
& Bald. secutus fuit Abb. in d. c. cum olim.
num. 25. & num. 26. de re iud. & ideo dixit
Papa de se ipso in cap. 1. de cau. possess. &
propr. quòd parte inaudita nihil possit dif-
finiri; & ibi etiam gl. fi. in fi. ubi dicit contra
absentes non citatos, non confessos, nō cō-
uictos nihil posse diffiniri; & idē dicit Petr.
de Anch. in cons. 353. num. 2. & ideo dixit
etiam Abb. in c. cum inter R. de elect. quòd
non est præsumendum pro sententia Prin-
cipis, si procedit parte non vocata, & eius
defensione non admissa. Et quod sententia
13 † Principis licet lata contra subiectum sit
nulla absq; citatione, & causæ cognitione;
dicit idem Abb. in d. c. cum olim. nu. 24.
14 de re iudi. & quod citatio † per Papam nō
possit tolli, cum concernat defensionē, quæ
est de iure naturali, firmat sequendo Abb.
& alios in præcitato loco. Curt. iun. in cons.
170. nu. 17. & seq. vol. 2. Et quod Princeps
15 † procedere nō possit citatione omissa, etsi
procedat, nulla sit sententia, dicit per plura
Oldr. in cons. 43. nu. 1. per totum. Et quod
16 in sententia † Principis licet nō requiratur
seruari ordo iuris ciuilis, requiratur tamen
seruari quasi ordo naturalis, & sic qđ quis
citetur ad effectum, vt possit se defendere:
Cum Princeps iuri naturali & diuino om-
nino sit suppositus, dicit optime Angel. in l.
Princeps. nu. 2. per totū. ff. de leg. Et quod
17 sententia † lata per Principem, Imperato-
rem, vel Papam, parte non citata nō valeat,
sicut nec sententia alterius iudicis, cum cita
tio sit de iure naturali, ut pluries est dictum,
quod Princeps auferre nō potest. dicit Ca-
stren. in d. l. fi. nu. 3. C. de leg. Et quod sen-
tentia Principis ob defectū citationis omis-
sæ, sicut sentētia ordinarij inferioris, sit nul-
la, dicit Rom. in cons. 369. nu. 6. Et fortius
prædicta procedunt in casu nostro, cum ad
18 † beneficij priuationem deueniri nō posit,
nisi in casibus à iure expressis, Caputaq. in
decis. 216. nu. 6. par. 2.

Et ideo vera est hæc conclusio, ut nemo
19 condemnari † possit non citatus nec audi-
tus circa suas defensiones, quādo tractatur
de ipsum puniendo, uel priuādo: quod etiā
habet locum, etsi cōtra regulares proceda-
tur: quia licet quando proceditur contra ta
les regulares per eorum superiores remit-
20 tatur rigorosa subtilitas iuris, † & strepitus
aduocatorū, & de plano procedatur secun-
dum obseruantiam salutaris regulæ; prout
dicit Io. Andr. in c. olim. nu. 7. & ibi Ioā. de
Anan. nu. 13. in princ. de accus. d. cap. qua-
liter, el secūdo, in fi. eo. tamen ille ordo pro-
cessus, quando contra eos proceditur ad ef-
fectum puniendi, seu priuandi, uel amouen
di à suis administrationibus, qui consistit
circa merita ueritatis seu delicti, & legiti-
mam defensionem inquisiti, omitti non po-
test; sed omnino seruandus est. per text.
in dicto cap. olim. & ibi glos. in uer. de pla-

no, & in ver. copiam. & ibi optimè Ioan. Andr. num. 9. Petr. de Anchara. nume. 9. & Ioan. de Anan. numero 13. de accusatio. & idem Ioan. de Anan. in dicto cap. qualiter, el secundo, §. fin. num. 3. & ibi prius Cardi. Florent. in princip. ubi similiter dicit: quod quando proceditur contra regulares, non est per omnia seruandus ordo iuris: ac etiã
21 quod regulares † non debent amoueri ab administrationibus suis sine causa. cap. si. §. si autem, & ibi glo. in uers. absque iudiciorum, de statu monach. cap. per tuas, in fine, de simo. Archid. in c. si quis. num. 1. in fi. & seq. 18. q. 2. & Alciatus in c. 1. sub num. 47. de off. ordi. Et hoc quoad primam partem præfatarum literarum.

Quo vero ad secundam partem, similiter dico exequi non debere præfatas literas, & à sua possessione non esse amouendum eundem Fratrem Stephanum, cum nulla præcesserit causæ cognitio, nec sententia ipso uocato, & audito, prout supra demonstratum est fieri debere ad hoc, ut quis amo
22 ueri possit, cum ab executione † inchoandum non sit, per l. prima, C. de exec. rei iud. & dicit Petr. de Anchar. in consilio 353. in princip. & in cons. 297. num. 3. Cum talia
23 rescripta † contra formam iuris elicita, seu obtenta à iure reprobentur, tanquam nulla dicto cap. primo, in fin. de cau. poss. & proprie. ubi Papa dicit, inauditam partem nihil posse diffinire. & Petr. de Anchar. dicto cons. 353. num. 2. in princip. & in dicto cons. 297. num. 3. Et ideo lex præcipit iudicibus, ne illa exequãtur, cum absorbeant ius tertio; & per importunitatem censeantur obtenta. l. rescripta. C. de precib. Impe. offeren. ubi text. dicit rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, & idem Petr. de Anchar. in cons. 313. in princip. & optimè Coller. de process. quarta parte cap. primo, numero 4. vbi similiter dicit talia rescripta, cum tollãt cognitionem causæ, non valere. Quæ fortius uindicant locum in casu nostro; cum etsi aliquis de beneficio ab alio possesso etiam legitimè prouisus fuerit, illud possidens à
24 † sua possessione amoueri non potest, licet iniusto titulo possideat, nisi prius ipso in iudicium citato, & causa cognita; prout dicit Gul. Duran. in cap. licet canon. num. 55. & sequen. de electio. & quod si quis à iudice de facto videlicet extraiudicialiter procedendo fuerit de sua possessione priuatus,
25 † dicatur spoliatus, & ueniat restituendus: dicit Goffr. in sua Sum. in tit. de restit. spoliat. num. 2. in princip. & Menoch. latè. de recuper. possess. remed. 8. num. 8. & seq. Et ista sufficiat, me dixisse ad docendum de iure talem executionem fieri non posse.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sponsaliorum materia discutitur quoad eorum ualiditatem, vel contra. Testiumque, confessionis extraiudicialis valor ventillatur. Et de causis dissoluentibus sponsalia.

SVMMARIVM.

1 *Probatio nulla maior, quam propria partis aduersæ confessio.*
2 *Testificari in causa propria nemo potest.*
3 *Confessio extraiudicialis quomodo probetur.*
4 *Testes duo singulares an, & quando sint coniungendi ad plene probandum, & nu. 5. 6.*
7 *Confessio absente parte facta quomodo probetur.*
8 *Opinio communis in iudicando est tenenda.*
9 *Testium contra Susannã singularitas qualis fuerit.*
10 *Testium dicta sunt iuuanda, non cauillanda.*
11 *Testis ratio dat esse suo dicto, & debet attendi.*
12 *Testes patientes plures defectus omnino a iure rejciuntur, etiam si alias ueritas haberi non possit.*
13 *Consensus mutuus requiritur ad cõtrahendum sponsalia, & quomodo.*
14 *Confessio extraiudicialis absente parte facta, nemine pro ea acceptante, est nulla, & non obligat confitentem, præsertim quando tendit ad obligandum.*
15 *Sponsalia contracta quibus ex causis dissoluantur.*
16 *Actionem ad recuperandum habens ipsam rem habere censetur.*
17 *Iurans accipere aliquam in uxorem, non facta mentione dotis, an teneatur illam ducere si non dedit dotem.*
18 *Taciti & expressi eadem est doctrina.*
19 *Dos est proprium patrimonium mulieris.*
20 *Dos hodie uicem legitimæ obtinet.*
21 *Testi de facto suo deponenti est plene credendum, præsertim si cum eius dicto concurrant aliquæ coniecturæ. nu. 22.*
23 *Delictum, seu animus delinquendi præsumitur ex qualitate loci.*
24 *Vxorem suam de domo qua de causa quis dimittere potest.*
25 *Sponsalia ex quibus causis dissoluantur.*
26 *Copulatus cum inimico alicuius dicitur eius inimicus, & si dicat testimoniũ contra eum, repellitur.*

CON-

CONSILIVM CV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.


N Causa Capello. D. Helena Torneria aduersaria agens de & super per eam prætensis sponsalibus contractis cum D. Nicolao Capello debet succumbere, & dictus D. Nicolaus obtinere, & sententiari pro parte sua bene fuisse appellatum, & male iudicatum per Iudicem a quo ad fauorem dictæ Helenæ; Primo quia dicta Helena non probauit intentionem suam; Secundo, quia etsi probasset, quod negatur, dicitur dicta sponsalia fuisse dissoluta, nec potest adstringi ad illam ducendam in vxorem; & nedum quia requisita, seu illius fratre requisito, ut uellet eidem D. Nicolao dare in vxorem dictam Helenam cum dote, quam aliæ suæ sorores habuerunt, offerendo se illam in vxorem ducere velle, semper recusauit, imò apertè dixit nolle dictam eius sororem in vxorem dare eidem Nicolao, nec aliquam dotem demonstrãdo insuper apertè esse suum inimicum; & contra eum protulit verba iniuriosa. Vnde etiam ex isto capite soluuntur sponsalia. Et insuper sunt dissoluta, quia constat in processu post prætensa sponsalia eidem Helenæ fuisse tactas mamellas, & uitam honestam nõ duxisse, prout tenebatur, transferendo se in hanc ciuitatem Venetiarum.

Et incipiendo à primo fundamento, dico ex confessione eiusdem aduersariæ aperte constare, quod quando inter ipsos, prout ipsa domina Helena prætendit, fuerunt cõtracta asserta sponsalia, nemo fuit præsens, prout constat regesto fol. 24. tergo, & folio

1 28. & à ter. cum nulla maior probatio † haberi possit, quam propriç partis aduersæ cõfessio, prout dicit Grat. cons. 50. num. 4. volum. 2. l. generaliter. C. de non numerat. pecu. Zas. in cons. 2. nu. 5. uol. 2. & prius Alex. cons. 76. num. 4. uol. 6. cum vulgaribus; indubitatumq; sit, cum ipsa tantum dicat talia sponsalia cum dicto Nicolao contraxisse, in aliquo eidem non credi, cum nemo

2 possit testificari † in causa propria. l. omnibus. C. de testibus. l. nullus. ff. eodem, cap. si testes. §. nullus. 4. q. 3. & dicit Mars. in cons. 12. numero tertio, in fine, & sequen. & Rimin. iun. in consilio 42. numero 96. uol. primo: & absurdum esse in causa propria quẽ esse testem & principalem, dicit Mascar. de probat. conclus. 3. nu. 3. & 15.

Prout nec probatur de assertis sponsalibus, etsi plures testes singulares de loco & tempore deponant de pluribus confessionibus extraiudicialibus eiusdem fact. parte absente de dictis sponsalibus per eundem Nicolaum contractis, prout deponunt Archipresbyter Mõtis Silicis, & alij. Et quia tales testes de dicta extraiudiciali confessione eisdem facta parte absente, nihil probant, cum ad probandam extraiudicialem

3 confessionem † ad minus duo testes de loco & tempore contestes requirantur, & tũc tantum semiplenam probationem facerẽt; prout dicit Afflict. in decis. 364. numero 4. & ibi Vrsil. in additio. numero primo, in fi. ** vbi dicit hanc esse magis communem opinionem. Bursat. in consil. 69. numero 29. & seq. volum. 1. & in cons. 166. num. 20. & sequen. vol. 2.

Et licet aliqui nostrorum interpretum di

4 xerint tales testes singulares † de loco, & tempore, cum tendant ad eundem finem, & actus confessionis sit actus reiterabilis, esse coniungendos ad plenè probandum, prout dixit Alex. in cons. 53. num. 4. in ver. ergo, vol. primo, & tradit Aymo in cons. 267. colum. penult. in vers. confirmatur. vbi dicit, quod vbi debitor fatetur debitum, non est uis in loco, & tempore: & sic quod quando tempus non est de substantia confessionis, quocunque loco aut tempore fiat confessio, quod debitum probatur per tales testes singulares, cum tunc non noceat testiũ singularitas, quod voluit etiam Roman. in cons. 30. nũ. 2. & latè Guid. Papæ in quæst. 544. per totum.

Quia ad istud obiectum respondetur, quod dicta conclusio procedit, quando testes singulares de loco & tempore deponunt de diuersis confessionibus, & concordant in facto principali, & principaliter nõ fuerint inducti ad probandum confessionem extraiudicialem, prout fuerunt inducti in casu nostro, prout patet decimo articulo partis aduersæ regesto fol. 52. in quo articulat, § Che detto M. Nicolò hà detto

publicamente che detta madonna Helena è sua moglie; ʒ sed fuerunt inducti ad aliquod factum probandum per reiteratas cō fessiones, veluti debitum, prout in casu Aymo loco proximè citato, uel sponsalia, seu electionem sepulturæ, prout in casu dictæ quæst. Guid. Papæ; & non ipsas confessiones, prout facit dicta aduersaria, quia tunc testes singulares non probant; prout uoluit singulariter Paul. de Castr. in conf. 380. incipien. iudex est minister, nu. 2. in ver. item posito, volum. 1. quem secutus fuit Socin. iun. in conf. 99. num. 15. & seq. volum. 2. &
5 quod tales testes, † ex quo sunt singulares de loco, & tempore de tali extraiudiciali confessione eisdem facta non probent, nec possint coniungi, cum quælibet eorum probatio sit omnino imperfecta licet secus esset, si unus testis deponeret de confessione præsente parte facta, uel de facto principali; & alij de diuersis confessionibus factis
6 parte absente, quia tunc testis † de confessione facta parte præsente, seu de facto principali deponen. faceret probationem semiplenam, & sic perfectam in sua specie; prout dixit Alex. in consi. 76. num. 4. vol. 6. & Vrsil. ad decis. Afflict. 364. nu. 1. & seq. & Castren. in conf. 109. visa petitione, col. 2. circa medium, volum. 2. cum tunc coniungantur, cum faciant magnum indicium, & coniecturam; & sic adminiculantur ad plenam probationem, licet directam probationem non faciant, secundum Paul. de Castro in dicto conf. 109. colum. 2. in uer. nam confessio extraiudicialis, & seq. vol. 2. quē sequitur Aymo in loco statim allegando, quod dici non potest in casu nostro: ita expresse firmat Aymo de antiq. tempor. in 4. parte. in vers. sed enim nume. 25. & seq. fol. mihi 268. quod ante eum uoluit Anton. de Butr. in c. licet ex quadam. num. 8. in fin. de testib. & in c. fi. col. antepen. in fi. & seq. de consuetud. quem secutus fuit Alex. in conf. 68. num. 8. uol. 3. & latius in conf. 180. nu. 6. & seq. vol. 2. Paris. in conf. 60. nume. 45. vol. 4. & in conf. 53. num. 27. eo. uol. Franc. Curt. in tract. de testib. conclus. 47. adstipulatur Ias. in reper. l. admonendi. sub numero 255. & seq. in ver. per ista considera, ff. de iureiur. quod ante magistraliter voluit Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. 2. nu. 2. & seq.
* ff. de eden. & est communis opinio, prout dicit Alciat. in conf. 2. nu. 5. lib. 1. vbi dicit communem conclusionem esse, quod con-
7 fessio † absente parte facta non probatur per testes singulares, etiamsi plures sint, cū non coniungantur, nec faciant neq; semiplenam probationē, & quod est ratio, quia quælibet probatio est imperfecta. & idem dicit per eādem rationem Vasq. de testam. peten. lib. 1. §. 4. nu. 44. vbi etiam dicit propterea non deferri iuramentum in supplementum, & idem firmat etiam latè Afflict. in decis. 364. nu. 2. & seq. ubi dicit ita fuisse decisum in Cōsilio Neapolitano, ideo alios addere non curaui; cum recedi non soleat in iudicando à decisionibus tantorum Patrum, stante præsertim pro hac conclusione communi opinione, à qua in consulendo, & iudicando recedi non debet, prout dicit Socin. sen. in conf. 187. nu. 9. vol. 2. Ias. in cōs. 76. nu. 3. uol. 3. Dec. in conf. 174. nu. 1. in fi. & in conf. 146. nu. 7. & in conf. 229. col. 3.
8 in princ. & quod à communi opinione † temerarium sit in iudicando discedere dicit Ripa respons. 191. nu. 8. sub tit. C. de natur. liber. fol. mihi 212.

Neq; aliquid obstat, etsi dicatur, quod de dicta cōfessione extraiudiciali dictæ aduersariæ uideatur probari per duos testes contestes, videlicet Ioannem & Lactantiū fratres de Ferrarijs, prout constat regesto fol. 117. & fol. 119. de ea semiplene probarent, si essent cōtestes, & aliquam exceptionem non paterentur, prout patiuntur, & statim dicetur, secundum Afflict. dicta decis. 364. num. 4. cum per eum adductis, & sic viderentur alij testes, licet singulares, de dicta extraiudiciali confessione deponentes coniungendi ad istam semiplenam probationem. secundum Paul. de Castro in d. cōs. 109. col. 2. circa medium. vol. 2. & Aymo de super allegat.

Primo, quia præfati testes sunt fatui, seu dementes, & pro talibus ab omnibus de loco Sacili habentur; sunt inimici dicti Nicolai & clientuli fratris carnalis dictæ aduersariæ; prout constat ex depositionibus triū testium videlicet Sebastiani Ferrarij, regesto fol. 108. Domini Iacobi. fol. 181. & D. Laurentij, fol. 182. tergo. & sic non est dubium aliquid nō probare, cum fatuus fatua loquatur, prout dicit Io. And. in c. fi. nu. 10. de success. ab intest. Prout aliquid nō probant, etiam quia adinuicem sunt contrarij circa dictam cōfessionem; nam Lactantius dicto

dicto regest. fol. 117.ter. deponit super 3.
„ articulo per hæc verba uidelicet § Quello
„ che si contiene nell'articolo, io lo sò di pro
„ pria bocca de missier Nicolò Capello § sub
dens interrogatus § el me disse questa cosa, che ghera mio fratello Ioanne, e mi § Ioannes & sic deponit, sic Nicolaum eidem confessum fuisse ad præsentiam Ioannis sui fratris, Ioannes autem eius frater aliter deponit, & dicit d. regesto fol. 119. ter. uidelicet § Quello, che si contiene nell'articulo me l'hà detto a mi in psentia de mio fratello § Et sic adinuicem sunt contrarij, cum quilibet ipsorum dicat talem confessionem sibi fecisse ad præsentiam alterius; & talis contrarietas est obstatiua, cum quilibet ipsorū deponat, quod sibi hoc dixerit ad præsentiam alterius: sic alium excludendo quoad directionem sermonis, & sic adinuicem cōtratiantur, & redduntur singulares, & nihil probant, cum infringatur eorum testimonium, prout dicit Bal. de cōtrouer. inuestit: post princip. sub num. 2. in uer. est ergo duplex singularitas, quem secutus fuit Barba.
9 in cons. 40. num. 29, in princip. ubi etiam subdit. quod ista fuit singularitas † testium productorum contra Susannam, uolum. 3. & idem firmat optimè, & latè Alex. in cōs. 143. num. 2. volum. 2. Socin. iun. in consilio 86. num. 23. uolum. 2. & idem Alexand. in cons. 34. num. 6. volum. 3. Bursat. in consilio 69. num. 27. uolum. 1. & Marsil. cons. 20. nu. 19. & hanc esse communem opinionem, dicit Grat. in cons. 2. nu. 14. volum. 2. & hoc magis communiter sequi Doctores, dicit Grammat. in cons. 26. num. 21. in crimi.

Neque aliquid obstat, si diceretur, quod Lactātius vnus ex dictis duobus fratribus deponit adeo, & taliter, ut dicta contrarietas euitari possit, cum dicat in loco desuper allegato uidelicet § Questo che si contiene nell'articolo io lo sò di propria bocca di missier Nicolò Capello § dicto regesto fol. 117. cum propterea bene possit stare, quod sermo esset directus ad eius fratrem Ioannem, dum faciebat dictam confessionem prædictus D. Nicolaus: & quod ipse testis audiuerit, & præsertim facienda sit ista in-
10 terpretatio, cum dicta † testium sint iuuanda, & non cauillanda, prout dicit Alexand. in cons. 5. num. 12. & ibi Addit. volum. 1. & faciunt per eum dicta in consil. 143. num. 3. volum. 2.

Quia ad hoc respondetur talem contrarietatem neque in facto, neque de iure euitari posse in facto; quia statim interrogatus de causa scientiæ respōdit § el mi disse que sta cosa, che ghera mio fratello Ioanni e mi § Et sic in reddendo rationem sui dicti dixit, hoc scire, quia eidem ita dixit, cū ibi adesset dictus eius frater: & sic quòd sibi fuit directus sermo prædictæ confessionis, sic contrariando dicto Ioanni; cum ipse deponat contrarium dicendo, quod ipsi hoc dixit ad præsentiam dicti Lactantij, cum ratio, quam reddit, testis † attendatur,
11 & det esse suo dicto, prout dicit Felyn. in c. quoties, num. 9. de testib. Guidi Papæ sing. 895. Alex. in cons. 100, colum. 6. in medio. in uer. nam dictum, volum. 1. & quod ratio testis ualidet & inualidet eius dictum, firmat late Catellia, Cott. in suis memorial. in uer. testis facit per totum, & prius Bal. in repet. l. de quibus num. 123. in fi. ff. de legib. & in cons. 219. num. 2. volum. 4. vbi dicit, quòd ratio & causa scientiæ limitat, modificat, & restringit testis dictum; & propterea q magis stetur rationi; quā dicto. Et q in teste debeat attendi ratio magis, quam dictum, & omnis uirtus eius probationis in ratione consistat, dicit Socin. iun. in consil. 69. num. 13. volum. 1. & quòd in teste magis attendatur ratio, quam dictum dicit Abba. in cons. 83. nu. 24. volum. 1. & sic remanet resolutum dictos testes nihil probare, stante prædicta contrarietate ultra alias exceptiones, de quibus supra; quibus addi potest cumulatiue hęc alia exceptio, quod sunt clientuli fratris carnalis eiusdem aduersariæ, & sic affectionati parti aduersæ, & ex isto capite etiam minus idonei, & omnino repellendi, nedum propter dictam exceptionem dictæ contrarietatis, sed propter alias desuper dictas, fatuitatis, inimici-
12 tiæ, & clientelæ; cum testes † plures defectus patientes omnino a iure reijciantur, etiamsi alias ueritas haberi non possit ad dicta per Grat. in cons. 59. num. 40. & seq. volum. 2. Cephal. in cons. 65. num. 27. in fi. & seq. volum. 1. qui dicit omnino reijci propter duos defectus tantum, Rimin. iun. in cons. 66. num. 38. volum. 1. & in cons. 69. num. 8. & 9. vbi dat etiam rationem, dicendo, quod sicut plura adminicula ampliant probationem, ita plures defectus eam destruunt, & annihilant, inter cri. diuer. vol. 2.

Non

Non omittendo etiam dicere, quod etsi dicti duo testes non paterentur supradictas exceptiones, prout patiuntur, & probarent de dicta confessione extraiudiciali absente parte facta per dictum D. Nicolaum semiplenè, prout dicit Afflict. dicta decisio. 364. num. 4. & alij testes de alijs extraiudicialibus confessionibus deponentes possunt côiungi cum dicta semiplena probatione ad illam adminiculandam secundum Castrés. in d. cons. 109. colum. 2. circa medium volum. 2. & Aymo de antiq. temp. in d. 4. par. in uer. sed enim, num. 25. desuper allegat. nihilominus dico duplici fundamento aduersariam non probasse intentionem suam. Primo uidelicet, quia etsi dicti duo testes essent contestes, & non contrarij, & probarent de dicta extraiudiciali confessione semiplene, nihilominus omnes alij testes singulares de loco & tempore, ut supra est dictum, de dicta confessione extraiudiciali deponentes, cum non faciant nec semiplenã probationem, prout dicunt Afflict. dicta decis. 364. num. 2. Vasq. de testam. pet. lib. 1. §. 4. num. 44. & Alcia. d. cons. 2. num. 5. ubi attestatur de communi, a qua in iudicando recedere non licet, ut supra demonstratum est tom. 1. lib. 1. sequitur clarè per dictã aduersariam nedum non fuisse probatum de assertis sponsalibus, de quibus probari non potest, etsi de dictis confessionibus plenè probatum esset, ut statim subijciam; uerum etiam nec plenè per dictum D. Nicolaum tales confessiones fuisse factas, per desuper adducta.

Secundo non probatur de dictis sponsalibus per dictam aduersariam, quia etsi verum esset, quòd præfatus D. Nicolaus tales confessiones fecisset circa illa, prout fecisse non probatur, ut est dictum, tamen dico per tales confessiones non probari de assertis sponsalibus, ad quæ contrahendum requiritur mutuus consensus, & quod unus alteri, & alter alteri promittat, & se adinuicem obligent ad contrahendum † per text. formalem in cap. penult. & ibi Docto. de spon
13 sal. & dicit optimè Bal. in l. 1. num. 3. in prin. C. de sponsal. & Arri. qua de re sicut tales confessiones fuerunt factæ, prout prætenditur, absente dicta aduersaria, & minime acceptante, seu dicto Nicolao uiceuersa se obligante ad contrahendum de futuro, prout de iure requiritur ad hoc, ut sponsalia dicantur côtracta; remanet resolutum dictas assertas confessiones in aliquo nô releuare aduersariam, et per eas aliquam obligationem non esse inductam pro parte dicti D. Nicolai ad contrahendum cum d. Helena, postquam uice uersa per illas non remansit ipsa d. D. Nicolao ad contrahendum obligata, per iura desuper adducta, & tradit Paul. de Castr. in cons. 79. num. 1. uolum. 2.
14 vbi dicit in terminis, quòd confessio † extraiudicialis absente parte facta, & nemine pro ea acceptante est nulla, & non obligat confitentem, præsertim quando tendit ab obligandum, prout in casu nostro, per text. in l. certum, §. si quis absente, ff. de confessis & ibi idem Castrens. num. 1. ubi similiter dicit, quod confessio siue in iudicio facta fuerit, siue extraiudicialiter parte absente, & pro ea nemine recipiente, non inducit obligationem, nec probationem: & sic est indubitatum, & de assertis sponsalibus per aduersariam non fuisse probatum, & dictũ D. Nicolaum non posse, nec debere per côsequens cogi cum ea ad contrahendum stãtibus supradictis.

Et quid plura? ut in principio dixi, & si probatum esset per actricem inter ipsum & prædictum Nicolaum asserta sponsalia fuisse contracta, prout non probauit; nihilominus fuissent dissoluta, ex quo pro parte excellẽtis D. Marci Antonij Tomerij fratris d. D. Helenæ non solum fuit denegatum dare in uxorem d. Nicolao prædictam Helenam eius sororem, uerumetiam & dotem, quam aliæ suæ sorores habuerunt, prout côstat. regesto fol. 111. ter. et seq. ex depositionem ex. D. Ioannis de Terrarijs, qui attestatur ad instantiam dicti D. Nicolai locutum fuisse cum d. D. Fornerio, ut uellet dare dotem D. Helenæ eius sorori, prout aliæ habuerunt, ex quo d. D. Nicolaus Capello uolebat eam in uxorem ducere, & ipsum nunquam uoluisse consentire ad dandum eidem Nicolao neque prædictam Helenam in uxorem, neque dotem, etsi eidem dixit, quod dicebatur d. Nicolaum cum ea commercium carnale habuisse, imo & respondisse, quod etsi esset maior meretrix de mundo, quod cum alio melius maritasset ipsam, quam cum d. Nicolao Capello, asserẽdo ipsum esse fallitum, et morbo gallico plenum, subdẽdo etiam dictus testis, quod & consimile officium cum d. Tornerio fecisse

esse etiam clarissimos DD. Memmum potestatem, & Bartholomeum Quirinum, & nunquam noluisse consentire: & cum d. teste cõcordat etiam d. D. Helena principalis, quæ interrogata qualiter per spatium trium annorum decursorũ non fuerat contractum matrimonium inter ipsam, & prædictum Nicolaum; respondit, regesto fol. 29. ter. & seq. per hæc uerba videlicet § Mi non sò caro Signor, nessuno non se ne è curato, e le cose sono andate alla lunga, mio fratello non se ne uoleua impacciare, ne volcua dar mi dote, per che diceua, che se missier Nicolò Capello mi haueua tolta senza sua saputa, mi togliesse anche senza dote; & così missier Nicolò tiraua a lungo per ueder, se mio fratello si acquietaua, ma perche mio fratello non hà mai mutato opinione, non si è fatto altro.

Ex quibus depositionibus non est dubium plus quam plenè probatum esse d. D. Tornerium noluisse dare dictam Helenam in vxorem prædicto D. Nicolao, nec dotem. & quia d. Ioannes primus testis de hoc deponens deponit de facto suo, cum re quisitus a prædicto D. Nicolao cum d. Tornerio locutus fuerit, qui indubitanter cum aliquo adminiculo plenè probat, ut infra dicetur, & quia etiam ita deponit d. D. Helena, cum nulla maior possit haberi, probatio quã propria confessio partis aduersæ, prout supra demonstratum est.

Quibus stantibus non est dubium, quod etsi de assertis sponsalibus præcedentibus probatum esset, prout non est probatum, ut dixi, quòd ex quo d. D. Tornerius noluit dare dotem d. Helenæ, nec prædicto Nicolao, sic instanter requisitus, quod fuerũt dissoluta, prout in terminis firmat Nauar. in 2. par. decret. c. 22. sub uer. de sacramento matrimonij, colum. penult. in princip. ubi tra-
15 dit, quibus ex causis sponsalia † contracta dissoluantur; & inter alias causas, dicit spõsalia dissolui, si dos promissa non præstatur, subdendo etiam, quod si sponsa certam dotem non promittit, prout certa dos non uidetur promissa in casu nostro, quod nihilominus videatur omnia sua bona promisisse; & sic dotẽ, quæ sibi dari de iure debet siue a patre, siue a dicto Tornerio fratre, prout aliæ suæ sorores habuerunt, ut seruetur æqualitas inter ipsas per glos. 1. in l. mulier bona, ff. de iur. dot. cum indubitati iuris sit,
16 quod is, qui habet † actionem ad recuperandam ipsam rem habere censeatur l. is qui. ff. de reg. iur. & quòd pater teneatur dotare filiam tam de iure naturali, quam ciuili dicit Paul. de Castro. in Auth. res quæ, nu. 7. C. commu. de legat. per l. fina. C. de dot. promiss. & quod frater sorori inopi tam germanæ, quam ex eodem patre natæ necessario secundum dignitatem teneatur dare dotem, communem profert Soarez. recep. sent. sub num. 350. in uer. dotem sorori. & prius de communi attestatus fuit Ariu. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 101. C. de bon. mater. & plueres alios etiam recenset cum iuribus per eum adductis Ant. Gomes. in l. 40. Tauri. num. 75. ante med. in uer. & licet frater, vbi similiter profert hanc esse communem opinionem; & ideo dixit Bal. in cap. iurauit num. 3. & seq. de probat. quod si quis iura-
17 uit † accipere aliquam in uxorem, nulla facta mentione de dote, quòd non tenetur illam ducere, si dotem non dederit, cum censeatur promisisse sub illa tacita conditione, si dotem eidem dederit, cum licet matrimonium sit possibile sine dote fieri, tamen dicit non esse honestum, nec decẽs per iura, quę ipse allegat, & Bal. refert, & sequitur ibidẽ Felyn. colum. 2. ante fi. in uer. itẽ dicit Bal. & Surd. in tracta. de aliment. tit. 1. quæstio. 32. num. 13. cum igitur idem sit promittere etiam cum iuramento aliquam uelle ducere in uxorem cum expressa conditione, si ei dem dederit dotem, sicut si iuret simpliciter illam velle in uxorem accipere, nulla facta mentione de dote danda, cum nihilominus intelligatur sub ista tacita conditione promisisse, uidelicet, si dotem dederit; prout dicunt prædicti Bal. Felyn. & Surd. cum dos censeatur quid cõnexum matrimonio, prout dicit idem Bal. in præcitato loco, nu. 5. remanet resolutum, ex quo d. D. Tornerius noluit d. D. Nicolao dare sororem in uxorem, nec dotem, dissoluta esse asserta sponsalia, si quæ fuissent contracta, prout non fuerunt, prout firmat Nauar. in præcitato loco, ac si expresse cautum esset de dote danda, & illam dare recusasset, prout re-
18 cusauit in casu nostro, cum taciti † & expressi eadem sit doctrina. l. cum quid, ff. si cert. pet. & natura conditionis ea sit, ut nihil ponat in esse, nisi uerificetur, prout dicit Caputaq. decis. 130. n. 3. par. 2. & decis. 35. nu. 4. & decis. 298. nu. 6. ead. par. 2.

Quod

Quod corroboratur ex eo, quod dicit
Bal. in l. fi. in fi. C. de sentent. quæ sine cer.
19 quant. vbi dicit, quod dos † est proprium
patrimonium mulieris, & ex ea uiuere de-
bet; & ex eo, quod dicit Surd. in d. tract. de
aliment. tit. 6. q. 20. num. 3. vbi dicit, quod
mulier non nubit libenter sine dote, quia
spernitur a uiro indotata per l. fi. C. ad Vel-
leian.

Et fortius procedunt prædicta, si bona
possessa per d. Tornerium fuissent relicta a
communi patre, de quibus omnino filia de-
bet dotari, ut supra dictum est, cum legiti-
ma priuari non possit iure naturæ eidem de
bita iuribus vulgaribus; & hodie dos uicē
20 † legitimæ obtineat l. quoniam nouella. C.
de inoffic. testam. & tradit late Bertrand. in
cons. 45. num. 2. volum. 3. par. 1. quod prius
dixit Bar. in l. Titio centum. §. Titio gene-
ro. num. 6. ff. de condi. & demonstr. & Ant.
Guber. Costan. in tract. de dote, ca. 3. num.
10. fol. 675. & hæc quoad primum caput
dissolutionis assertorum sponsalium, si con-
tracta fuisse probatum extitisset.

Secundo essent dissoluta asserta sponsa-
lia, si probatum esset illa fuisse contracta,
prout non fuerunt, quia quidam Antonius
de Leonardis, qui fuit famulus per plures
annos Ioannis Brusati dicti della Maluasia
cognati eiusdem Helenæ, & in cuius domo
permanebat, & permanet eadem Helena;
confessus fuit eidem Helenæ tetigisse ma-
nus & pectus, & sic mamellas, prout ipse di
cit d. regesto fol. 170. terg. cū quo concor
dat circa hoc dicendo ita ab eo sibi dictum
fuisse D. Hieronymus regesto fol. 161. ter.
qui etiam deponit ipsum Antonium con-
fessum fuisse illā deosculatum fuisse, ac cū
ea cōmercium carnale habuisse, & f. 160.

Qui quidem Antonius cū de facto suo
deponat, quod ueniat plenè credendum;
21 † dicit Salyc. in l. si quis decurio. sub num.
4. in princip. C. ad leg. Cornel. de fals. late
& optimè Marsil. in sua prax. crim. §. diligē
ter, num. 130. in uer. facit etiam, & nu. 131
Socin. iun. in cons. 61. num. 8. in uer. præte-
rea, uolum. 1. Afflict. decis. 369. nu. 7. Dec.
in cons. 342. num. 2. in ver. prima. Et ante
eos uoluit Castren. in l. quicunque in fi. per
glo. ibi. C. de ser. fugiti. Gabriel. in suis con
clus. sub tit. de testib. conclus. 1. nu. 8. & 22.
licet num. 20. dicat aliquos tenere, quod de
beant cum dicto talis testis concurrere ali-
qua indicia, Bartho. Veronen. in cons. 16.
num. 14. volum. 2. in ciuil. & ualde corro-
borat hanc conclusionem Ias. in l. admonē-
di in 1. lectura, num. 94. ff. de iureiur. licet
simpliciter eam teneat sibi contrarius in l.
cunctos populos, num. 66. ubi firmat hanc
conclusionem, C. de sum. trinit. & fid. cath.
Aluar. Valas. in suis Consult. rer. iudica. in
regno Lusita. Consult. 73. in princip. ubi ēt
quamplures allegat ita tenentes. & licet nō
nulli Doctores, ut dixi, simpliciter prædictā
conclusionem pro uera non habeant; tamē
in hoc omnes concordant, & nemo dubitat
quod si cum dicto testis, qui de facto pro-
prio deponit, concurrunt aliquæ coniectu-
22 ræ, † uel indicia, quod plenè probat, prout
dicit Ias. in præcitata l. admonendi sub nu.
94. in uer. ego pro opinione, & num. 95. et
seq. ubi subdit tamen quæcunque indicia
sufficere cum dicto prædicti testis concur-
rere adhoc, ut plenè probet ff. de iureiur. et
firmat d. Aluar. Valas. in præcitato loco, nu.
4. in uer. aut uero, et seq. et latè tradit Soc.
in fallent. regul. iur. in regul. 507. incipien.
testi uni. in secunda limitat. in fin. fol. mihi
519. ubi dicit, uni testi esse plenè credendū
de facto proprio deponenti cōcurrentibus
cum eius dicto alijs indicijs; et in hanc par
tem inclinauit Rota, prout dicit Caputaq.
decis. 271. num. 1. et seq. par. 3. et sic, attento
quòd cum dicto prædicti testis concurrat
dictum prædicti Hieronymi, cui ipse testis
ita confessus fuit, qualitas mulieris, prout
plures testes deponunt, et iuuentus, ac qua-
litas eiusdem Antonij, locus, in quo perma
nebat eadem Helena, et quod esset in do-
mo prædicti Ioannis Brusati eius cognati,
qui ut ipse Antonius deponit, et ante, et
postquam fecisset magazenum, tenebat cō-
mercium meretricium, prout paret d. rege-
sto fol. 168. et fol. seq. cum ex qualitate lo-
23 ci præsumatur delictum, † seu animus de-
linquendi, prout dicit Ang. in l. fi. in fi. C. de
nauicul. public. spec. trasport. lib. 11. ad idē
que facit illud, quod dicit Zenni. in sua pra
cti. caut. 133. num. 13. non est dubium de di
cto tactu mamellarum causa fornicandi, et
quòd sicut per osculum luxuriosum, et ma-
mellarum tactum causa adulterij commit-
tendi potest agi ad separationem tori, quia
ista matrimonium diffamant, et lacerant,
prout dicit Bal. in c. tuæ nu. 5. de procurat.
ita quoque dissoluuntur spōsalia, cum sicut
pro-

24 propter prædicta quis uxorem † de domo dimittere potest, eadem ratione & potest illam in eadem domo nõ admittere, etsi promiserit illam in uxorem ducere velle. per c. quemadmodum, de iureiur. ad quod facit illud quod dicit Nauar. in præcitato loco, num. 27. in fin. ex dicto Sancti Thomæ, in uer. decimoseptimo, ubi dicit, sponsalia de futuro dissolui per aliquid noui superueniens, quod si præcessisset, nõ fuissent contracta.

Quibus addi potest etiam, licet causa nõ egeat, superuenientia inimicitiæ inter prædictum D. Tornerium, & prædictum D. Nicolaum, prout ex dictis desuper relatis apparet, ac aliorum testium; cum & per superuenientem inimicitiam capitalem dissol
25 uantur † sponsalia, quando essent contracta, prout dicit idem Nauar. in præcitato loco num. 27. in vers. vndecimo, cum citatis per eum.

Neq; obstat si dicatur, quod inimicitia, quæ superuenit inter fratrem d. D. Helenæ & prædictum D. Nicolaum non debet operari, quod ipsa censeatur inimica eiusdem Nicolai, quia resolutio obiecti, & quod cẽseatur eodem modo inimica, patet ex dictis Albert. de Malet. in tracta. de testib. cap. 2. num. 13. vbi ex dicto Cyni. & Alberici de Rosat. in fortioribus terminis dicit, quod si quis copulauit se cum inimico meo aliqua
26 affinitate, quod sic copulatus † dicitur etiã inimicus meus, & repellitur, si contra me tulit testimonium; & per consequens dicta aduersaria censetur inimica dicti Nicolai stante inimicitia dicti eius fratris.

Et ista sufficiat me dixisse ad docendũ de bono iure prædicti D. Nicolai, & ad demonstrandum, quod dicta D. Helena ipsius aduersaria intentionem suam non probauit circa asserta sponsalia; & quod etiam etsi illa probasset, quod essent contracta, essent ex pluribus causis, de quibus supra, dissoluta. Et ita fuit iudicatum in hac secunda instantia.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo cui competat.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis beneficio, præsertim quoad fructuum perceptionem, qui gaudere non possit.*
2 *Mandatum de manutenendo cui dari, vel non dari debeat, & ad quem effectum, & nu. 3.*
4 *Sententia lata contra pupillum non habentem procuratorem, & non defensum, & ipso iure nulla.*

CONSILIVM CVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Andatum de manutenendo quoad omnia bona, præsertim quoad fructuum perceptionem filijs & hæredibus q. D. Marci Antonij uidetur concedẽdum, non obstante q aduersaria in uim mãdati executiui acceperit eorumdem bonorum genericam, & pro indiuiso possessionẽ, cum tantum dicti heredes pupilli fuerint cõdemnati ad relaxan. medietatem hæreditatis Felicis Angeli eorum Aui, quæ in quibus locis consistat, & quota sit inter bona, quę possident, adhuc ignoratur; nec aduersaria probauit: vnde beneficio possessionis,
1 † præsertim quoad perceptionem fructuũ dictorum bonorum gaudere non potest, ad dicta per Rota. nouissi. in decis. 58. num. 4. & seq. par. 2. ubi dicit fuisse resolutum possessori sic generice, & pro indiuiso possidenti; prout possidet dicta aduersaria, non dari
2 mandatum † de manutendo ad effectum percipiendi fructus, sed tantum ad retinendam dictam genericam possessionem pro indiuiso, cum fructuum perceptio non detur, nisi corpora bonorum, ex quibus percipiuntur, sint certa, & probata certitudinaliter cum suis confinibus, & demonstrationibus, cum incerta pars non possideatur, & decis. seq in fi. per l. 1. §. hoc interdicto, & ibi glo. in uer. certa, & Docto. ff. vnde vi, in l. 3. §. incertam, & ibi Ias. num. 9. & 10. post Bar. & alios ff. de acquir. possess. l. locus. eo. & ff. de usucap. l. si fur. in, fin. & per conse-
3 quens dictum † mandatum debet dari dictis hæredibus, quia possident. d. decis. nu. 1. cum vulgarib.

Cumq;

Cumq; dicti pupilli nedum non habuerint procuratorem uerum, nec ab alio fue-
4 rint defensi, † sententiam esse ipso iure nullam, habemus tex. in l. cum & minores C. si aduersus rem iudicat. Et ita consulo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Clericus in minoribus an possit præsentari ad altare iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Fundans altare ad diuina celebranda potest apponere conditionem, quam vult.*

2 *Episcopus potest admittere præsentationem de eo, qui non habet ætatem vel ordinem requisitum in beneficio, de consensu patroni, vel hæredis. cum dispensatione, nu. 3.*

CONSILIVM CVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Tante facto mihi proposito, quod in fundatione beneficij simplicis, de quo agitur, testator mandauerit ad illud per suos successores, & hęredes pręsentari presbyterum, seu Sacerdotem, qui in illo resideat singulis diebus, diuina celebret pro anima sua & suorum mortuorum, prout de iure fa-
1 cere potuit in d. fundatione, † prout latè tradit Ioan. Guttierez. cum allegatis per eum in consil. 2. num. 1. & seq. ac propterea per suos hæredes semper ad dictum beneficiũ, seu altare præsentatus fuerit idoneus presbyter, seu Sacerdos, qui per se ipsum inseruiret, & fuit institutus.

Nunc dubitatur, cum per patronos eiusdem Beneficij, seu Altaris præsentatus fuerit quidam clericus tantum quatuor ordinibus initiatus, ætatis tamen 24. annorum, & ultra, an talis præsentatio debeat admitti, & de dicto beneficio debeat institui pręuia dispensatione obtenta pro hac uice ab episcopo, seu alio ius instituendi habente, de consensu dictorum patronorum: & dico
2 quod sic, cum Episcopus † possit admittere præsentationem de eo, qui non habet ætatem, uel ordinẽ requisitum in beneficio, de consensu patroni, vel hæredis; prout uoluit Abb. in c. cum accesissent, ex dicto Cald. sub num. 5. & ibi Additio in uer. dispensare, omnino uiden. ubi dicit ita cõsuluisse Io.
3 Andr. etiam † in habente ætatem quatuordecim annorum, & ibi etiam Felyn. num. 17. in uer. & per hoc dictum, & num. 19. in uer. quod bene nota, de Constitu. vbi dicit alias consuluisse Ferrariæ, & obtinuisse, prout una uice posśit Episcopus, cõsentiẽte hęrede patroni, conferre beneficium non habẽti qualitates in fundatione appositas. Et ista sufficiant pro dubij resolutione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Stupri materia discutitur, & an clericus de eo processatus possit se tueri per procuratorẽ extra carceres

SVMMARIVM.

1 *Stupri per clericum commissi pęna de iuris rigore in foro contentioso est depositio. vltra dotem, quam tenetur dare puellæ stupratæ, nu. 2.*

3 *Depositio clerici quid sit.*

4 *Criminalibus quando quis admittatur per procuratorem. & ratio assignatur duplex nu. 5.*

6 *Iudicando recedendum non est a communi practica.*

7 *Clericus auditur per procuratorem etiam in causa capitali.*

8 *Doctoris decisio etiam sine lege habet vim legis, quando non habet contradictorem.*

9 *Relegationis pœna est similis pœnæ depositionis, seu amotionis ab ordine, & etiam amissionis beneficij.*

10 *Glosa opinio est tenenda in iudicando, cum antecellat omnes alias auctoritates, dummodo communis opinio non sit contra eam.*

11 *Beneficij de priuatiene quando tractatur ciuiliter agi dicitur.*

12 *Laicus licet pro sua & suorum iniuria, ac in criminalibus exceptis possit clericum querelare, non tamen potest contra eum testificari in delictis contra eum criminaliter ad alterius querelam intentatis. & nu. 13. etiam si veritas aliter haberi non possit, nu. 14.*

15 *Testis, qui non debuit examinari contra aliquem,*

exami-

examinatus non facit indicium.
16 Audientia quado denegatur a iure, si fiat processus, est ipso iure nullus.

CONSILIVM CVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso præcepto facto per R. Vicarium Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Patriarchæ Aquileiensis Reuerendo Domino Aurelio Canonico Vtinen. per quod eidem præceptum fuit, ut infra nouem dies deberet coram eodem iudice, & in fortijs Patriarchalibus personaliter comparere, & se constituere ad se defendendum a contentis in processu contra eum formato ad querelam Ioannis Dominici Bolpati de dicto loco, de, & super stupro per d. Dominum Aurelium patrato in personam Iustinæ Sororis dicti querelantis, ac uerbis minatorijs, & insultu facto Ioanni Dominico, Dico quod idem D. Aurelius debet per Procuratorem audiri, cum velit; nec potest cogi ad personaliter comparendum. cum indubitati iuris sit pœnam stupri per clericum commissi de iuris rigore in foro contentioso esse depositionem,
1 † & est communis opinio, prout dicit Girland. de pœnis omnifari: coitus, in 7. quæst. num. 1. & 2. quem sequitur Clar. cum alijs per eum citatis in §. stuprum, num. 3. ubi dicit in hoc non esse aliquam dubitationem, ultra dotem, quam clericus stuprans tene-
2 tur dare puellæ stupratę, † prout dicit Abb. in ca. peruenit, nu. 4. de adult. quem sequitur Girland. dicto loco, num. 3. & in iure etiam non dubitetur depositionem nihil
3 aliud esse, † quam perpetuam remotionem ab altaris ministerio, prout dicit Abb. in c. at si clerici, num. 2. & num. 7. & ibi eum sequitur late Dec. nu. 45. & sequen. de iudi. Diaz. in sua pract. cano. crimi. cap. 138. nu. 1. & Bal. in Auth. habita num. 55. C. ne fili. pro patr. prout etiam clarum est, quod quis
4 audiatur per Procuratorem, † quando ob prætensum delictum per reum commissum si probatum esset eidem ueniret imponenda pœna relegationis, uel alia minor, seu pecuniaria, ita firmat Ant. de Butr. in c. veniens col. 3. post. prin. in uer. tertia fuit opinio sequendo glo. in uer. criminali, quæ hoc dicit in uer. item si crimen. de accusatio. ubi dat etiā rationem, & dicit ideo hoc procedere, quia in criminibus usque ad relegationem damnantur absentes, & optimè Abb. in ca. veritatis, num. 19. in ver. aut in criminali: de dolo & contum. vbi similiter dat duplicem rationem, quarum secunda ratio est, quia
5 † sententia a pœna relegationis, & infra in absentem potest exequi, & in dicto. cap. ueniens idem firmat Bero. nu. 35. & 39. vbi at
* testatur de communi, & quod hanc opinionem cōsuetudo ēt approbat, unde ab ea recedi nō debet, cum a cōi opinione in iudicādo, & consulendo recedendum non sit, prout dicit Cassad. super regul. cancella. decis. 12. num. 7. Soci. sen. cons. 187. nu. 9. vol. 2. Ias. cons. 76. nu. 3. vol. 3. Dec. in cons. 174. num. 1. in fi. & consi. 146. num. 7. & in cons. 229. col. 3. in princ. & quod a communi opinione temerarium sit discedere in iudicando, dicit Ripa respōs. 191. sub. tit. de natur. lib. C. nu. 9. & dicit Bertran. in cons. 45. nu. 2. vol. 3. 1. par. prout nec a dicta consuetudi-
6 ne, † seu practica recedi potest, prout dicit Dec. in cons. 11. nu. 9. circa fi. & in cap. 1. in prima lect. num. 83. & sequen. de constitu. & latè Dobarci. in suo repertorio iuris in ver. practica. fol. mihi 398. vbi etiam subdit ueram interpretationē a practica sumi, ac ad iuris regimen necessariam esse, & quod practica sit optima interpres legum, dicit Mascard. in conclus. 1164. numero 8. & sequenti.

Et quod clericus etiam in causa capitali audiatur per Procuratorem cum nobilibus
7 personis æquiparetur, † licet regulare sit, quē in talibus causis per procuratorē nō audiri firmat optime Soc. in fall. regul. 395. incipien. procurator pro alio in 8. fall. allegat tex. in l. cum clericus, C. de episco. & cleric. quem late secutus fuit Gratu. in consil. 71. num. 1. & conclusiue num. 2. volum. 2. ubi etiam dicit in hoc adhuc Soci. non habere contradictorem, unde eius dictum pro lege debet seruari, prout dicit Vinc. de Franch. in decis. 363. num. 4. ubi dicit, quod decisio
8 † Doctoris etiam sine lege, quando non habet contradictorem, quod habet uim legis,

Et ideo cum nedū in delictis, ex quibus a iure imponitur pęna relegationis, & infra

clericus

clericus uenit audiendus per procuratorē, prout omnes alij audiuntur, ut supra firmatum est, quibus addo glo. in l. seruum quoque, §. publice in uer. datur, ff. de procu. verumetiam, & in casu capitali, ut est dictum Meritò idem R. debet per procuratorem
9 in huiusmodi causa audiri, cum pœna † relegationis sit similis pœnæ depositionis, seu amotionis ab ordine, & etiam amissionis beneficij, prout firmat Bernard. Bombi. in cōs. 10. nu. 9. per gl. in d. l. seruum quoq;, §. publice desuper alleg. quæ hoc bene dicit in ver. datur secundum Bar. & alios, quos allegat: neque hoc habet aliquam difficultatē tum per desuper firmata, tum quia recedi non debet in iudicando, & consulendo ab opinione gl. quando firmat pedes, prout dicit Alex. in cons. 92. nu. 4. in prin. Mant. in in l. admonendi sub nu. 61. in ver. quarto, & nu. 62. ff. de iureiurando ubi dicit simili-
10 ter gl. † opinionem tenendam esse in iudicando, cum antecellat omnes alias auctoritates, dūmodo cōis opinio nō sit contra eā, prout & omnes alias auctoritates antecellere dicit Contard. cum allegatis per eum in l. uni. nu. 5. C. si de moment. possessio. fuerit appella. & quod in iudicando tutum non sit a glo. ordinaria recedere, dicit Bal. in cons. 169. nu. 3. uol. 5. & quod glo. opinio omnibus alijs auctoritatibus sit anteferenda, & quod si cum ea concurrant tres Doct. prout concurrunt in casu nostro, constituant cōmunem dicit Grat. in cons. 75. num. 21. & seq. vol. 2. & quod ab opinione glo. non sit recedendum, si Doct. contra eam communiter non concludant, tenet Affl. in decis. 21. nu. 4. in prin. & quod ubi glo. firmat pedes, seruanda sit, & omnes alias auctoritates tollat, dicit Bertran. in cons. 191. nu. 5. in fi. & seq. uol. 1. par. 2. quod prius gl. tollere omnes alias auctoritates dixit Bal. in l. cum hæreditas in fi. C. de deposit. & quod mallet magis in iudicijs habere glo. pro se, quam tex. dicit Fulg. in d. l. ad officium, nu. 2. C. commu. diuid. & quod ab opinione gl. in iudicando, & consulendo non sit recedēdum, cum antecellat omnes alias auctoritates, firmat Barba. in cons. 54. num. 8. uolum. 3. & ideo non est dubitandum d. R. querelatū esse audiendū per procuratorē, cū a pari procedant pœna relegationis, depositionis, seu amotionis ab ordine, & amissionis beneficij, prout supra firmatū est, cū & ciui-
11 liter dicatur de delicto † agi, qñ tractatur de priuatione beneficij, prout dicit Federi. de Sen. in cons. 23. sub nu. 2. in uer. sed qñ agitur c. per tuas ad fi. de simo. & cum ciuiliter agitur de delicto, quod admittatur pro inculpato procurator ad illum defendendū, seu agendum, tenet glo. in d. cap. ueniens in uer. criminali, uersi. item cum agitur de crimine, de accusat. & quid plura, aut necesse est dicere? ex processu contra dictum Dominum querelatum formato nihil esse probatum, cum, ut audio, contra eum examinati sint omnes laici & mulieres, aut ciuiliter de huiusmodi crimine fuisse actum, cū tunc tñ in testes recipi possint, prout dicit Oldr. in cons. 145. nu. 3. in uer. uel etiam si agatur de crimine ciuiliter, cum licet laici † pro sua
12 & suorum iniuria possint clericum querelare per tex. in c. de cætero, & ibi omnes Docto. de testib. ac de criminibus exceptis, uidelicet crimine læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ secundum quosdam, sacrilegij, & di lapidationis bonorum ecclesiarum, & tunc cum distinctione, prout dicit glo. in summa in uer. quod uero, ubi dicit de communiori. 2. q. 7. & tradunt Abb. in c. cum P. Manconella, nu. 5. & 6. & ibi gl. in uer. laicus. Ant. de Butr. nu. 8. ubi enumerat expresse, quinā sint casus excepti. Hosti. nu. 1. & seq. Io. Andr. nu. 3. & prius Inno. nu. 4. de accusat. tamen indubitati iuris est contra clericos in delictis criminaliter intentatis ad aliorum querelam, seu accusationem, prout in casu
13 nostro, laicos † & mulieres ad testificandū contra clericum non admitti per tex. apertum in d. c. de cætero in fi. & ibi Doct. præsertim Boich. nu. 3. in uersi. si quæris de testib. tex. in c. ipsi Apostoli, & in c. seq. 2. q. 7. & hanc esse communem opinionem dicit Oldr. in d. cons. 145. num. 3. Cotar. practi. quest. c. 18. nu. 2. in uer. secūdo illud, ubi similiter dicit de cōi, quos secutus fuit Cla. in sua prax. crimi. q. 2. nu. 10. in uer. præterea, quod procedit, etsi aliter ueritas haberi nō
14 possit, Fel. in d. c. de cætero in 4. & 5. not. de testib. & quod laici neq; mulieres faciant nec indicium examinati contra clericos in delictis criminaliter intentatis, si fuerint de facto examinati; patet duplici ratione, uidelicet, & quia ut suspecti, & quasi inimici clericorum reiciuntur, & ob reuerentiam gradus, & sanctioris uitæ, ut dicit Aret. in d. c. de cætero, nu. 12. & seq. omnino uidendus

de

de testibus,& ibidem addi. ad Abbat.in ver. Optimeq; & idẽ tenet Castrẽ.in cõs.
15 284.nu.2.& 4.uol.2.& quod † testis, qui non debuit examinari contra aliquẽ examinatus nõ faciat indiciũ,tenet expressè Bar.in l.maritus.in prin.ff. de quæst. & in l.1.§.D.Antoninus.ff.eo. idẽ firmat Petr. de Anch.in cons.246.n.3.latè Anto.Gomes.in c.12.delict.sub nu.20.in princ.& nouissimè Clar.in dicta eius prax.crimin. q.24. in fi. ad quæ faciunt dicta per Bertazzo.in cons.71.nu.1.uol.1.in crim.ubi dicit,quod quando a iure denegatur au
16 dientia † quod si fiat processus, est ipso iure nullus, quod & prius firmauit Ias. in cõs.168.nu.21.& seq.vol.2. Vant.in tract. de nullit.ex defectu inhabi.seu mand.cõpa.nu.52.fol. mihi. 156. & sic siue actum fuerit de huiusmodi prætenso delicto ciuiliter,siue criminaliter remanet resolutum præfatũ Reuerendum querelatũ debere audiri per Procuratorẽ, cum in alia pœna, q̃ depositionis, & dotationis, etsi de prætenso stupro probatũ fuisset, condemnari nõ possit,per supradicta. Et ista sufficiat me dixisse ad demonstrandum præfatum R. Dominum Raimũdum per Procuratorem debere audiri, nec esse in carceribus detrudendum.

Franc. Monaldus V.I.D.de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Literarum Apostolicarũ in materia unionis ualiditas perpenditur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Serenissimi Senatus Veneti circa prouisionem beneficiorum a Sexaginta ducatis infra, in suo dominio,refertur.*
2 *Consultorem breuiter procedere decet.*
3 *Regula Cancellariæ, de reuocatione unionum, quas confirmet,& quas reuocet.*
4 *Papa est ordinarius ordinariorum,& omnia iura in scrinio pectoris habere censetur.*
5 *Papa potest errare in his,quæ sunt facti, non autem in his,quæ sunt iuris,cum illorum notitiam habere censeatur.*
6 *Titulis pluribus quis iuuari potest.*
7 *Causa est quid præteritum,uel instans, quo impellimur ut aliquid disponamus.*
8 *Causa finalis uniuersalis dispositionis colligitur ex eius præfatione.*
9 *Literis scriptis ex mente Papæ credendum est, cum quotidie seruetur de stylo Curiæ.*
10 *Verba literarum Apostolicarum,quæ dant facultatem intrandi possessionem,non sunt collatiua, sed iuris collati executiua.*
11 *Possessoris interest à sua possessione non amoueri, donec aduersarius de bono iure suo docuerit.*

CONSILIVM. CIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Visis literis vnionis felic.recor. Gregorij Papæ xiij. ad fauorẽ RR. Capituli, & Canonicorũ Cathedralis Ecclesiæ Traguriensis ad subueniendũ eorũ paupertati concessis,de quib. in process.fol. 50. Nec nõ literis in forma breuis S. D. Nostri facientib. fidẽ prouisionis per eã factæ de quibusdã simplicib.beneficijs in eisdẽ expressis olim possessis per bo. me. Ioannẽ Baptistã Episcopum Bellunen.in dicta diœcesi Traguriens.existẽtib.ad fauorem Nicolai Brantij Clerici Ragusini eodẽ process.f.36.ac unitis per d.RR.Capitulũ & Clerũ eorũ mẽsæ Capitulari uigore dictæ unionis,& illorũ possessionib. apprehẽsis,cũ beneficia simplicia sint, & fructus, ac reditus aliorũ similiũ beneficiorũ antea uacatorũ in dicta ciuitate,& diœcesi, ac eidem mẽsæ Capitulari unitorũ nõ ascendãt ad ducatos ducentos de Camera,prout in dicta unione cõcessũ fuit.Nec nõ uisa regula Cãcellariæ eiusdẽ S.D.N.de reuocatione unionũ,in qua quidẽ prouisus,ut audio,fundat intẽtionẽ suã, ac literis Sacræ Congregationis de mẽte S.D.N.Scriptis, de quib. d.
1 process.f.45.Nec nõ prouisione † Serenissimi Senatus,de qua in process.f.52.per q̃ cauetur, ut aliquod beneficiũ Ecclesiasticũ à sexaginta ducatis infra in Terris & locis eiusdẽ Sereniss.Dominij non possint impetrari per alios,quas per ciues,& subditos d. Dominij, earũ terrarũ, & locorũ,ubi sita fuerint beneficia uacantia. Et ppea,q alicui alteri p d.Dominiũ dari non possit illorũ possessio,sub pęna &c. Ac dubio mihi dato,cũ cã fuerit cõmissa ad referendũ,an stãtib. supradictis dãda sit possessio pfatorũ beneficiorũ ut supra unitorũ,& p d.Nicolaũ Brantiũ impetratorũ eidem Nicolao:an verò sint præfatũ Capitulũ & Canonici in possessione,quã eorundem beneficiorũ acceperunt uigore dictæ vnionis confirmãdi,& cõseruan.

2 Et breuiter procedendo, prout † consultorem decet, sicut dicit Dec. in cōs. 534. in princ. omissis alijs, quæ dici possent, mihi uidetur dicendum, quatuor principalibus fundamentis præfatum Capitulum & Clerum in præfata possessione conseruandum esse, ab ea dicto eorū aduersario omnino excluso.

Et primo quia regula Cancellariæ, de
3 qua supra, quæ in suo ordine est 12. † nō reuocat uniones authoritate Cōcilij Tridētini factas, nec uniones, quæ sortitę fuerunt effectū: At cū vnio præfata fuerit facta authoritate eiusdē Concilij. c. 15. sess. 24. de Refor. prout patet ex uerbis in pręfatione p modū causę unionis, tā in d. Cōcilio in principio, in pfatis literis expressis; cū in eis legantur infrascripta uerba uid. cū Canonici dictæ Ecclesiæ eorū pbendas adeo tenues habeant, ut summā nouē ducatorū annuatim non excedant; & sacerdotes ipsius Ecclesiæ, & si nulla beneficia Ecclesiastica, neq; illorū titulos in ea habeant; attamen à venerabili fratre nostro Episcopo Tragurien. quotidie in eadē Ecclesia inseruire coguntur, & in eorū absentia nonnullis pęnis mulctantur, quod eis durissimū uidetur; cū in re ipso qui commodū non sentit; nec et incōmodū sentire debeat. Et propterea sic tot ex perpetuis simplicib. beneficijs Ecclesiasticis; siue Ecclesijs, aut Capellis, seu perpetuis Capellanijs sine cura ciuitatis, & diœcesis Tragurien. quot illorū fructus, reditus, & prouentus ad summā ducatorū ducentorū de Camera secundū cōem æstimationē annuatim ascēdāt, cū primū illa per cessum, vel decessum, seu q̄uis aliā dimissionē, uel amissionem illa obtinentiū uacare contigerit, mensæ capitulari dictæ Ecclesiæ perpetuo unirentur, annecterētur, & incorporarentur, ad effectū, ut fructus, reditus, & prouentus inter Capitulū, & Clerū prædictos, qui ad numerum quadraginta, & ultra ascendunt pro distributionib. quotidianis Diuinis Officijs interuenientib. dari solitis, æqualiter diuidantur, ex hoc profecto paupertati Capituli, & Cleri prædictorū in aliquo satis opportune cōsuleretur. Quare pro parte Capituli & Cleri prędictorum nobis fuit humiliter supplicatū, qualiter eorū necessitatib. in premissis, opportune puidere de benignitate Apostolica dignaremur, nos igit &c.

Et in d. Cap. Concilij Tridētini legātur similiter hæc alia uerba uidelicet, in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequētes, adeoq; tenues sunt Præbendæ simul cū distributionib. quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorū gradui pro loci, & personarū qualitate non sufficiant, licet Episcopis cum consensu Capituli, uel aliquot simplicia beneficia, nō tñ Regularia, his unire &c.

Cū igit in dicta supplicatione per d. RR. Capitulum, & Canonicos pro dicta unione obtinēda eidem Papæ fuerit expressa illa cā, per q̄ā d. Cōcilio datur authoritas, ēt ordinario de consensu sui Ca
4 pituli, nedum Papæ † Ordinario ordinariorū. c. cuncta per mundum 9. q. 3. tales uniones faciendi, etsi de d. Concilio in eadē supplicatione facta mentio nō fuerit, cū Papæ iura nō allegentur, ex quib. moueatur ad aliquid cōcedendū, prout nec ipse allegat in suis rescriptis, nisi iuri derogetcum oīa iura in scrinio pectoris habere censeatur, prout dicit Roma. in cons. 327. nu. 5. & Petr. de Anch. in cons.
5 293. n. 2. ubi dicit propterea, q Papa † in his, quæ sunt facti errare pōt, non aūt in his, quæ sunt iuris, cū illorū notitiā cēseatur habere. c. 1. de constit. in 6. & l. oīum. C. de testam. Et propterea beneficij qualitates, quæ ei insunt de iure, nō exprimūtur in supplicationibus, cū princeps non prę sumatur illas ignorare, sed quæ de facto, prout dicit Cassad. decis. 12. nu. 8. de preben. Non est dubiū dictā unionē fuisse factā in uim eiusdē Concilij, & ex eo sustineri, cū subsistet illius cā; & reuocatā non fuisse, neq; esse per dictā Regulā Cācellarię; cū in actibus priuatorū id, quod ex nostra uoluntate dependet, intelligimur facere omni iure, quo melius facere possumus per l. 3. & ibi Doct. ff. de milita. testā. & late erat Claudi. in gnosi. gener. tit. 10. cap. 1. in prin. lib. 3. Ad idemque Rebuff. in cons. 75. ante fin. in uer. Igitur. ubi dicit, quòd quis pluribus potest
6 iuuari titulis † per cap. post elect. de concess. præben. Et ideo dixit Menoch. per d. l. in tract. præsumpt. lib. 3. psūmpt. 132. nu. 13. quod in dubio interpretatio sumi debet, ut actus sit firmior. Ad idemque

què idē Menoch.in præsumpt. 14. nu.8. eo.lib.3.ubi dicit, ꝙ actus præsumitur factus secundum iuris cōis dispositionem.

Quodq; Papa fecerit talem unionem in uim eiusdē Cōcilij, patet ex præfatione tam Concilij, q̃ earundem literarum, cum moueatur eadem cā paupertatis dictorū RR.Capituli, & Canonicorū, cū cā

7 † sit quid præteritū, uel initās, quo impellimur, ut aliquid disponamus, prout dicit Bar.in l.quod aūt.nu.2. in uer. causa est.ff.de condit.& demonst. Et ex procemio, seu præfatione appareat de cā finalis dispositionis, prout notat Bar.in l. fin. in princ.& nu.3.in uer.Et sic habes.ff. de hæredib. instit. Bal. in l.1.in princ. ff. de Orig.iuri. Et in l.ut liberis.n.1.C. de collat.Roma.in cons. 16.nu.4.ubi dicit ex statuti præfatione eiusdē dispositionē & mentem restringi, extendi, & declarari. Et Card.in cons. 132.nu.1. Et ꝙ ex præfatione, seu procemio siue legis, siue testatoris, siue contrahentiū, colligatur causa

8 † finalis vniuersalis dispositionis, dicit Ioan.de Anan.in cons.7. num.5. Imol.in cōs.28.nu.2. ubi dicit mentem partium contrahentiū ex præfatione instrumenti colligi.& Dec.in cons.600.n.1.& seq. Et quòd mēs Papæ colligatur ex præfatione rescripti ad supplicationē alterius facti;& ꝙ talis debeat intelligi indeterminata responsio, qualis præcessit petitio, firmat optimè Castren.in cons.3.nu.1.& 2. uol.1.& hæc de primo.

Secundo, quia per d. Regulam reuocatoriā vnionum nō censetur Papam reuocare unionē, de qua in præsenti tractatur, cum fuerit facta in augumētū cultus diuini. Et quia in dispositione generali reuocatoria non est credendū, ꝙ disponens uoluerit comprehendere, quæ cōcernunt augumentum cultus diuini. Et quia non est uerisimile, ꝙ Papa uoluerit per reuocatoriā unionē ēt perpetuam reuocare unionē factā ad augumentū cultus diuini, ut est dictū. Et quia ĩ generali sermone nō cōprehendunt̄ facta ad pias cās;& ita per has rationes dicit Rot. nouiss.fere per omnes fuisse decisum, citādo etiam alias decisiones in decis. 1143. per totam lib.3.& hæc de secundo.

Tertia, quia prædicta duo capita demōstrantia ualiditatē dictę unionis corroborantur, & confirmantur ex supradictis literis sacræ Cōgregationis manu Illust. D. Cardinalis Alexandrini bon. mem. Præfecti Congregationis super Episcopos de ordine eiusdē congregationis, & ex mēte Papæ scriptis R. Vicario Tragu-

9 riē. quibus † esse credendū dubitādū nō est, cū quotidie seruetur de stylo Curiæ, prout dicit Feli.in c. quod super his. nu. 12.de fid.instru. Et quod de consuetudine Romanę Curiæ credatur Cardinalibus de cōmisis ipsis à Papa, dicit Gabriel in suis Conclus.in tit.de proba. concl.5. nu.14. Et hæc de tertio. Per quas literas ordinatur de beneficijs unitis, & uniēdis debere certā summā redituū, seu illorū fructuū applicari seminario Clericorū illius loci, uigore similiter Concilij Tridētini, c.18.§. nec nō beneficia aliquot simplicia sess.23.de reform.

Quarto, quia etsi nō ita clare cōstaret, prout cōstat de ualiditate dictę vnionis ex supradictis; sed esset eorū ius circa eā dubiū, stante d. Regula Cācellariç; nihilominus cū prçfatū Capitulū, & Canonici in uim tituli dictæ unionis, cū à Papa fuerint unita d. Beneficia simplicia, statim adueniēte uacatione ꝑ cesū, uel decesū illa possidētiū, acceperintq; possessionē nomine mensæ Capitularis d. Beneficiorū, qđ facere potuerunt eadē authoritate Apostolica eisdē cōcessa, etsi essent sedi Apostolicę reseruata; prout cauetur expresse circa ꝑdicta oīa in dictis literis unionis uide licet, aut nobis reseruatis, uel in posterū reseruādis &c.& infra, ipsaq; beneficia dispositionis Apostolicæ &c. et infra, Apostolica authoritate tenore pręsentiū ex certa nostra sciētia ꝑpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; ita ꝙ liceat capitulo & Clero prædictis ex nūc prout ex tūc illorū corporalē possessionē ꝑ se, uel aliū, seu alios eorū, & dictę mensę capitulari nominib. propria authoritate liberè apprehēdere, & perpetuo retinere &c. cū talia uerba,

10 † q̃ dāt facultatē intrādi possessionē, non sint collatiua, sed iuris collati in uim unionis prædictæ executiua; prout dicit Old.in cōs.23.nu.4. Et ēt per annū steterint in illorū possessione pacifica, licet aduersari⁹ ꝑ diē antea q̃ illā acceperit, prętendat de dictis beneficijs fuisse prouisum,

uisum, nulla tamen accepta possessione, iusq; suum sit similiter dubium propter dictam vnionem, cum debeat cognosci, & decidi, an dicta unio subsistat, & per consequens an bene, uel male fuerit dictus aduersarius prouisus, cũ ab illius ualiditate, uel inualiditate depẽdeat ualiditas, uel inualiditas suæ prouisionis; nõ est dubium, quod in dicta eorum possessione debent præfati Canonici & Capitulum conseruari, cũ existẽte iure dubio actoris super beneficio, donec cõstare faciat de bono iure suo, conseruari debeat in illius possessione ille, qui possidet, etiamsi in eo ius non haberet, cum possessoris

1 † interfit à sua possessione non amoueri, donec de bono iure suo Aduersarius docuerit, quod fortius procedit, cum possessio possidẽtis beneficium sit ex titulo colorata; prout in casu nostro, cum habeat unionẽ, ita in terminis tenet Rota in decis. 6. sub tit. de re iud. in antiq. Et istud fundamentum tantum sufficit in iudicio præsenti, ut dictus aduersarius excludatur à prætensa possessione; & præfati Canonici & Capitulũ in ea conseruentur.

Quod corroboratur, quia apertè constat de non iure aduersarij, cum stante prefata prouisione Serenissimi Dominij; de qua supra, d. Aduersarius neq; potuerit dicta Beneficia impetrare, neq; de illis possessionem petere, ita lege prohibẽte, cui standum est iuribus vulgaribus: & ad tradita per Rebuf. à cõtrario sensu in consi. 165. col. 2. Et ista sufficiat me dixisse pro bono iure tam circa petitoriũ, q̃ possessorium dictorum RR. Capituli & Clerici Traguriẽn. & ita fuit obtẽtũ.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Excommunicationis late post appellationem interpositam inualiditas proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à comminatione consecutiua ad grauamen.*

2 *Sententia excõicationis ipso iure nulla non ligat.*

3 *Distributiones quotidianæ debentur excõicata, suspẽso, aut carcerato iniusto, ac si in diuinis inseruiret. idẽ in infirmo, & iniuste expulso, si antea solitus erat chorum frequentare, & diuinis interesse.*

CONSILIVM. CX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



DOmini Canonici Collegiatę Ecclesię B. Marię Vtinen. appellare potuerunt à præcepto, seu mandato eisdẽ facto cũ cõminatione excommunicationis p Illust. & R. D. Patriarchã Ordinarium; nedum quod fuerit appellatum et à confirmatione mãdati prædicti de exhibendo librum uocatũ della catena in Archiuio d. Capituli existen. eidẽ D. Patriarchæ; de quo non cõtinetur in literis sacræ Congregationis Illustrissimorũ & R.R. DD. Cardinalium Concilij Tridẽtini interpretũ, cum tantũ illarũ vigore posset petere scripturas & iura pertinentia ad eãm R. Decani eiusdem Ecclesiæ; & non præfatũ librũ, in quo iura diuersa continentur ad præfatũ Capitulũ spectãtia. ad d. per Imol. in c. cum cessante sub nu. 5. & ibi etiam Franch. sub nu. 6. de ap

1 pellat. ubi dicunt, † q̃ si comminatio est consecutiua ad grauamen, dd prætenso, prout in casu nostro, ut quia Iudex præcipit parti, quod aliquid det, uel faciat sub poena excommunicationis, quod tũc potest appellari.

Qua appellatione stante, & de iure subsistente, non est dubium, quod cùm postmodũ præfatus Illust. D. Patriarcha declarauerit excommunicatos præfatos RR. DD. Canonicos, stante quod dicto eius præcepto cum dicta comminatione censurarũ non paruerint, q̃ præfata asserta sententia excommunicationis fuit, & est ipso iure nulla, & illos non ligauit,

2 † neq; ligat per tex. apertũ in c. debeti el 2. & ibi Abb. & Franch. in 1. nota. de appellatio. Et firmat Marant. in suo Specu. luri. in 6. parte in uer. & quandoque appellatur sub. nu. 181. fol. mihi 357. & illa non subsistente, nec possint præfati RR. Canonici distributionibus quotidianis priuari. Idem Marant. in præcitato loco per rationem a contrario, sub numero 179.

Et quod iniuste excõmunicato, suspẽso, aut

5 so, aut carcerato distributiones † quotidianæ debeantur, tanquam si in Ecclesia & in choro inseruiendo diuinis interfuisset, sicut debentur infirmo, & iniuste expulso, si antea solitus erat chorum frequentare, & in diuinis interesse, tenet exp presse Prob. ad Ioan. Monach. in c. 1. nu. 22. & prius ibi Domini. de San. Gemin. nu. 5. & seq. de Cleric. non residen. in 6. Feli. in c. Contumaces, nu. 12. de except. Card. Alex. in c. Contumaces, num. 4. in uer. si suspensio fuisset iniusta 50. distinc. Et uoluit Calde. in cons. 17. in tit. de preben. Et ita teneo, et fuit obtentum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Diuortio supposito sine causa vxoris, an maritus, causa pendente, teneatur ei dare alimenta extra domum, & in qua quantitate.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus dimittens uxorem absque iusta causa, si nolit eam recipere, potest excommunicari.*
2 *Sententia excommunicationis ut contra aliquem ferri possit, quid requiratur.*
3 *Gratia ut locum habere possit, quid requiratur.*
4 *Narrata in rescripto sunt pars gratiæ.*
5 *Dispensatio est odiosa, & stricti iuris.*
6 *Decretum semel ab ordinario non debet aliquo modo rescindi.*
7 *Dispensatio semel facta non est amplius reuocanda.*
8 *Approbatum semel ab aliquo non debet amplius ab eo reuocari.*
9 *Gestum utiliter non potest amplius reuocari.*
10 *Iudex in inquisitione tenet locum partis.*
11 *Iudicari debet de aliquo negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit, alias non ualet iudicatum.*
12 *Consequens qui uult, necessarium antecedens ad illud uelle dicitur.*
13 *Alimenta non dare, aliud non est quam necare.*
14 *Causa matrimonialis dicitur causa status.*
15 *Thori ad separationem quando deueniri possit.*
16 *Maritus quo casu debeat alere uxorem extra domum. & qualia alimenta præstare teneatur nu. 17. & in quanto debeant taxari. nu. 18.*

CONSILIVM CXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN cã Locatella debet obtinere D. Marietta, quia cõstat de iustitia decreti, seu sñiæ excõicationis latę per iudicẽ a quo contra Robertũ Locatellã eius maritum, ex quo in domo propria noluit eã recipere, cũ eã de facto, & absq; aliqua cã de dicta eius domo expulerit, & obsequia maritalia eidẽ præstare, prout tenetur, recusauerit, prout constat mandatis sub cõminatione excõicationis eidẽ factis per ordinariũ Vicentinũ, & personaliter in eius personã executis, ut illã recipere deberet: unũ ui delicet sub die 24. Aprilis anni 1598. Alterũ uero sub die 19. mẽsis Augusti eiusdẽ anni, eidẽ similiter personaliter præsentat. sub die 21. eiusdẽ mensis, prout constat ex processu: cũ non sit dubiũ quod si 1 maritus † absq; iusta cã uxorẽ dimittit, ab Ecclesia, seu per iudicem Ecclesiasticũ posse excõicari, cum illã nec recipere uoluerit, prout dicit Abb. in c. Significasti. nu. 2. de diuorz. cum in eius propriam personã fuerint executa mãdata præfata, prout necesse erat fieri, cum contra ali-
2 quem sñia excõicationis † ferri non possit, nisi in personã præsentetur præceptũ sub eadẽ cõmminatione, seu citetur, uel moneatur, propter grauitatẽ præiudicij, prout dicit Cassad. decis. 1. nu. 2. sub tit. de præbend. Feli. in c. cũ sit Romana, nu. 13. de appellat. Roma. in cons. 482. nu. 5. Idem Cassad. in decis. 12. nu. 2. sub tit. de rescript. latè Tiraq. in trac. de utroq; retract. in tit. 1. 5. q. glo. 2. nu. 4. quod ante eos uoluit Inno. in c. fin. nu. 3. in uer. alias aũt. de eo, q. mittitur in possess. cau. rei seruan. Bal. in l. in actionibus. in antiq. lectu. in §. fi. de in lit. iuran. & Rota. decis. 4. nu. 5. sub. tit. de rescript. in noui. & decis. 1. nu. 4. sub tit. de sent. in noui. & decis. 11. nũ. 1. sub. tit. de dolo & contum. eod.

Et de iustitia eorundẽ pceptorũ, & sñiæ similiter patet, quia cũ obtinuerint præfati Robertus et Marietta, cũ essẽt coniũcti in ter-

in tertio gradu affinitatis per S. D. N. mādari dispensari, ut insimul matrimonium contrahere possent, cū expositum fuerit eandē Mariettā minus cōpetentē dotē habere, & uirū sibi propterea æqualē, nisi consanguineū, uel affinē, cū quo nubere posset, inuenire nō ualeret, & per hoc idem Robertus obtulerit se uelle illā in uxorē ducere cum dicta minus competenti dote, & illam augere uelle, prout auxit de ducatis 290. prout constat de literis apostolicis dispensationis præfatæ; & de instrumento augmenti dotis præfatæ facto in episcopali Cancellariæ Vicentiæ, visisq; dicto augmento dotis facto de dicta summa per R. Vicariū episcopi Vicētiæ executorē, & alijs uerificatis circa gradū affinitatis, ut in dictis literis expositū fuit, & fieri debebat per dictos supplicantes, ut gratia locum habere posset, sicut

3 habuit prout dicit Abb. in c. 2. nu. 3. de rescript. & in c. dudū, nu. 8. & seq. de præsumpt. quod prius uoluit Ioa. And. in c. 1. nu. 17. de litis contest. in 6. & Berbi in cōs. 144. nu. 7. uol. 3. nec mirum, cum narrata

4 in rescripto sint pars gratiæ, prout dicit Verall. in decis. 271. lib. 1. & Paris. in cōs. 138. nu. 1. uol. 4. Et propterea semper rescripta censentur habere illā clausulā, si preces ueritate nitantur, prout dicunt Io. Andr. & Abb. in præcitatis locis, prout & illā habuit eadem dispensatio: quod fortius procedit in casu nostro, cū dispensa-

5 tio sit odiosa, & stricti iuris, prout dicit Dominic. de S. Gemi. in cons. 33. num. 1. quem secutus fuit idem Verall. in decis. 303. nu. 7. par. 2. Et uoluit Aegid. Bellam. in c. cum in cunctis, nu. 19. de electio. per sētiam eiusdē Vicarij dispensari obtinuerunt, ut insimul matrimoniū contrahere possent in facie Ecclesiæ usq; sub die 30. Octobris anni 1593. prout constat similiter dicto process.

Ac præfata dispensatione ut supra obtenta in particulari, ob præfatū augmentū dotis, cū sub hac conditione concessa esset per S. D. N. sicut eadem, postmodū dictæ dispensationis, & contra mentē Papæ ac cōtrarius, & iustitiā, ac dānū dictæ mulieris, & detrimentū animæ suæ idem Robertus renūtiari, seu donari procurauit, & obtinuit per eandem Mariettā ad sui, & suorū filiorū tā natorū, q̄ nasciturorum fauorē, celebrato superinde instrumento publico usq; sub die 6. Nouembris dicti anni 1593. de quo pariter ex actis cōstat. Et deinde sub die 8. eiusdē mensis Nouembris dicti anni 1593. & sic duos dies, postea quam d. Marietta fecit eandē renūciā, seu donationē, matrimoniū in uim dictæ dispensationis, & mandati d. R. Vicarij per Archipresbyterū loci de Balsa num eorum Curatū per uerba de præsenti fuit inter præfatū Robertū & Mariettam contractum, prout constat eo. proces. Et ob dictā fraudē in iudicio d. Robertus insimul permanserint ut maritus & uxor p spatiū quatuor annorū, uel circa, fuerit uocatus per eandē Vicarium, & constitutus ipse dixerit, & cōfessus fuerit nunq̄ ob talem renunciā, seu donati onē habuisse animū faciendi contra mentem Papæ, neq; decipiendi Ecclesiā, neq; officiū eiusdē Vicarij & propterea fuisse, & esse promptū cassare & annullare præfatā renunciationē, seu donationē tam nomine proprio, q̄ suorum filiorū, & tā natorū, q̄ nasciturorū prout tunc illā cessauit, & annullauit, prout cōstat eod. proces. Ac similiter illā cassauit, & annullauit, seu irritā declarauit idē Vicarius, mandando insuper pro tuitione animarum & salute scribendum esse R. D. Archipresbytero Terræ præfatæ Balsani, ut denuo debeat celebrare matrimoniū inter pdictos Robertū, & Mariettā, secretē in domo ipsorū & habitis duobus testib. eligendis per antedictas partes prius ipsos absoluē do ab excessu antedicto, & a censuris, si quas forte incurrerint, prout patet dicto proces. qd̄ facere, seu ordinare minime potuit idē Vicarius, cū matrim prefatum permaneret, & permaneat in suo robore, nedum quia quod perfectū est, prout fuit perfecta d. dispēsatio, cū essent uerificata in ea narrata, & adimpleta conditio augmenti dotis iuxta illius seriē et obreta ad imperfectū ex superueniēti eā dictæ renūtiationis, nō potuit reduci, prout dicit Bal. in cōs. 19. col. 3. in prin. uol. 4. per l. si Gaudentius, quæ optime facit ad casum, C. de cōtrah. emp. & eū secutus fuit Philip. Prob. ī trac. de iure regaliu. q. 48. nu. 6. & seq. trac. uol. 12. fol. 403. ter. vbi etiā subdit ex dicto Roffred. quod illud, qd̄ ordinari⁹ semel decreuit, aliquo mō

non

6 non debet rescindi † per l.quod semel.ff. de decret.ab ordin.facien.& quod facit illud,quod dicit Federic.de Seni.in cōſ. 16.nu. 5; post medium,& nu.6.ubi dicit quod a quocunq; legitime factum durare debet non obstante fine iurisdictionis:& hinc est,qđ in nostris terminis dicit glos.in uer.irritari.in c.ex tua. de fili.
7 presbit. qđ dispensatio † semel facta amplius non est reuocanda;prout etiam dicit Paul. de uitita. q. 10. num. 63. 1.par. tract.tom. 14.fol. 190.Gamba.de auctori. legat.de later.lib. 10.num.445. fol.219. tom. 13.par.2.& Oldra.in conſ. 203. nu. 3.& 4.Et quod illud quod semel appro-
8 baui,amplius reprobare † non possim,firmat per plura iura Io.Monach. in c. nulli.nu.2. de electio.in 6.& eū secutus fuit d.tract.& loco idem Probu. nu. 8. per l. Pomponius.ff.de nego.gest.&c.quod semel,de regul.iuris in 6.& quod factū legitimè retractari nō debeat,licet postea casus euenerit, à quo non potuit incipere,habemus tex.in c.factum legitime, de regul.iur.in 6.

Cum igitur præfata dispensatio fuerit in expressis udrificata & in conditione adimpleta, merito non potuit per dictā renuntiationē seu donationem irritari, nec per iudicē per subsequen. talē ordinationē fieri,nedū per supradicta;uerū et
9 & quia quod vtiliter gestū † est,prout in casu nostro tā per d. Robertū , quam per d.Vicariū, per aliquē ipsorum reuocari, seu irritari non potuit,per tex.in d.l. Pōponius,§.& queadmodū.ff.de nego.gest. ubi tex. dicit , & quemadmodum quod utiliter gestū est, necesse est apud iudicē pro rato haberi;ita omne , quod ab ipso probatum est.

Quibus accedat et de nullitate dictæ reuocationis,& donationis augumēti p̄dictæ dotis cōstare ,ex quo fuit facta clā, & inscio d.Vicario executore ; qui uices Papæ gessit in dispensando , & locū partis tenebat,ad d. per Bal.in l.parētes.nu.
10 5.C.de testib.ubi dicit,quod iudex † in inquisitione tenet locū partis, quod fieri non potuit,& quia eo modo,quo res ligatur,seu conceditur, eo modo debet dissolui,seu reuocari,& non alias,per l. Nihil tam naturale.ff.de regul. iuri. & quia quod omnes tangit ab omnibus approbari debet,p c.quod omnes , de reg. iur in 6.Et quia de vnoquoq; negotio præsentibus omnibus,quos causa contingit,
11 iudicari oportet,alias † nō valet iudicatum.l.de unoquoque. ff. de re iudica. cū non sit dubium , quod si d. Marietta renuntiauisset,seu donasset dictū augumentum dotis in eius præsentia , quod & idē Vicarius reuocasset licētiam datam de matrimonio contrahendo, tanquam cōditione dispensationis non adimpleta.

Et insup accedat, q ex quo duos dies postea,ut est dictū,postq̄ pręfata Marietta fecit dictam renunciationē,seu donationē,matrimoniū contraxerunt,q ab illa per præfatos contrahentes censeatur tacite recessum, & reuocata , cū taciti & expressi eadem sint doctrina l.cum quid. ff.cert.si pet.cum matrimoniū cōtrahere non possent,nisi in uim dispensationis;& dispensatio inter cętera esset sub conditione dicti augumenti dotis concessa,unde cum contraxerint;& sic uoluerint cōsequēs, quod est matrimoniū, necesse est ut ipsi uoluerint necessario antecedens
12 † ad illud ; & sic dictū augumentū dotis permanere,& nō irritari. §. idéque iuris; Instit.quib. ex cau.manumitt.nō lic.l.ad rem mobilem,& l.ad legatū.ff. de procu. Et sic remanet resolutum de ualiditate dicti matrimonij,& per cōsequens de iustitia dictæ snīæ constare, per supradicta.

Deueniendo nunc ad secundum caput, uidelicet separationis quoad torū, & dico de sufficienti causa separationis constare ex duobus, Primo quia idē Robertus absq; causa,& facto expulit de p̄pria domo prædictam Mariettam , nedū semel,sed bis,prout ipse confessus fuit in suis positionibus;& ideo circa probationem non insisto per l. 1.C.& ff.de confes. minime subministrando usq; modo alimenta,quod nō potest procedere nisi ex magno odio,quo eam prosequitur ; cum
13 non dare alimenta † nihil aliud sit , quā uelle necare , & in eam sęuire , per l.necare,& ibi Bar.ff.de liber. agnosc.& Gigas in conſ. 130.num. 5. Secundo, quia ab illo die , quo expulit ipsam de dicta eius domo semper litigarunt , & litigant super ualiditate matrimonij prædicti rōne dicti augumenti dotis, ex qua lite,& augumēto ortam esse inimicitiam

Ff 4 etiam

etiam capitalem, cum causa matrimonia
14 lis † dicatur causa status... & secure nõ possit cũ eo morari, nõ est dubitandũ, ad dicta latè per Alex. in cons. 99. num. 1. & seq. uol. 1. & Guid. Pap. in tract. de præsumptio. num. 32. & quòd propter sæuitiam uiri deueniendum sit ad sententiã separationis cõiugum quoad totum, seu mutuam cohabitationem, dicit Ant. de Butr. in c. literas. nu. 20. de rest. spolia. vbi dicit. qnod propter sęuitias uiri, etiam verborum, mulier non est uiro restituenda, & Abb. in c. 1. nu. 4. ante fi. de diuor. vbi dicit, quod quãdo odio capitali ma-
15 ritus † prosequitur uxorem, iudex debet deuenire ad separationem quoad mutuam cohabitationem, quem ibi secuti fuerũt Card. Alex. in fi. & Alex. de Neuo. nu. 4. & quod quãdo cum marito securè vxor morari nõ potest, debeat ueniri ad tori separationẽ, latè firmat Marsi. in repet. l. vnic. sub nu. 307. & seq. C. de rap. virg. quod prius uoluit Abb. in d. c. literas. nu. 7. & ibi tex. de rest. spoliat.

Et ad illud caput deueniendo alimentorum petitorum in d. cõmissione, dico similiter prædictum Robertũ teneri ad-
16 dandum alimẽta extra eius domũ d. D. Mariettæ; ex quo absq; sua culpa seorsũ ab eo habitat; cum illam de domo propria nedum semel, sed bis expulerit, & noluerit eam recipere, imò excommunicari magis uoluit; prout firmat latè Ant. Cordub. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. n. 34. ff. de lib. agnosc. Cãpeg. in tract. de dote. 2. par. q. 62. quod prius voluerũt in l. quod in uxorẽ. Bal. nu. 2. & Salic. nu. 3. C. de nego. gest. & nouissime Surd. in tract. de aliment. q. 32. nu. 17. tit. 1.

Et talia alimenta debent præstari per maritum secundum uires, seu quantitatẽ
17 dotis, † prout dicit latè idem Cordub. in præcitato loco, cum citatis per eum sub nu. 20. & Cãpeg. in tract. de dote, par. 2. q. 53. ubi dicit id uerum esse, si mulier habet tantum, unde se alere possit ultra dotem, secus si non habet, quia tũc maritus tenetur ultra uires dotis ipsam alimẽtare, & alendam esse uxorem iuxta dotis quantitatem, & illius conditionẽ, uoluit ante Specul. in tit. de dote post diuor. restitu. §. formatis. sub nu. 15. Abb. in c. ex literis, num. 3. de diuor. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter uir. & vxor. §. 11. nu. 15. latè Alex. in l. si cum dotem. §. si autẽ in sæuissimo, nu. 7. qui dicit hanc esse ueritatẽ, ff. solu. matr. Et Roma. in sing. 538. in uer. quod est uerum; & ad rationem quin-
18 que pro centenario † uidetur taxanda. ad dicta per Bern. Henric. in summa ma-
** gis communium conclus. 95. ubi de ma
** gis communi attestatur. lib. 1.

Et sic ex deductis clarè apparet de iustitia sententię Iudicis à quo; & quod inter præfatos coniuges deueniendum est ad sententiam separationis quoad torũ. Ac qualiter dari debeant alimenta per d. Rubertum dictæ eius uxori, considerata eius dote, q̃ est, ut audio, ducati 150. & d. augumẽto dotis ducati 290. ad quinque pro centenario. Nec non condemnãdus est in expẽsis præsentis litis; & quia maritus illas subministrare debet uxori contra eum litigant. præsertim in casu nostro: & quia idem Rubertus est appellans, iuribus vulgaribus. Et ita iudicari obtinui.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Consuetudinis, & pręscriptionis uis doctissime proponitur, cum testium ualidorum & inualidorũ consideratione, in materia alendi prędicatorem tempore Quadragesimæ.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo prater ius usu decem annorum dicitur legitime prascripta.*
2 *Consuetudines antiquæ seruanda sunt.*
3 *Consuetudo est ius.*
4 *Consuetudo dicitur rationabilis, quam non improbãt iura, uel approbant.*
5 *Consuetudo, & pręscriptio in quo differant.*
6 *Separatorum separata est ratio.*
7 *Testes de uniuersitate an admittantur in causa uniuersitatis.*
8 *Testis de suo dicto in consequentiam reportans commodum, dummodo sit propter aliud inductus, non reijcitur, sed probat.*
9 *Legatarius põt esse testis ĩ cã testamẽtaria, et quare.*
10 *Iura non pręsumunt, quod facile quis uelit delinquere, pręsertim in crimine falsi pro modico, sicut pro magno commodo.*
11 *Inducens testes potest eorum dicta impugnare.*
12 *Consuetudo particularis quãdo nõ uiget in loco, sufficit, probare consuetudinẽ locorum circunstantiũ.*

Testes

13 *Testes dicuntur verisimilia deponere, quando deponunt in consonantiam iuris communis.*
14 *Testes probantes de consuetudine immemorabili quot annorum esse debeant.*
15 *Testes vt probent, sufficit quod deponant contenta in articulo esse vera.*
16 *Spatium tanti temporis, cuius initij hominum memoria non existit, habetur loco tituli legitime constituti.*
17 *Decimas possidens in aliena parochia præsumitur in dubio eas occupasse, & possessionem fuisse iniustam.*
18 *Spatium tanti temporis, cuius initij memoria non est in contrarium, quam vim habeat, & num. 19. 20.21.22.23.*
24 *Titulus, & bona fides semper præsumitur in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non est.*
25 *Spolium quando veniat restituendum.*

CONSILIVM CXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Magnificæ cōmunitatis Seraualis Cenetensis Diœcesis de & super expensis faciendis Reuerendo Prædicatori pro tempore quadragesimali prædicanti in dicto loco, dummodo ordinis minorum conuētualium San. Francisci existat, agentis ex vna, ac RR. Guardiani & fratrum eiusdem ordinis Monasterij Sancti Francisci dicti loci sese defendentium parte ex altera, eadem cōmunitas debet obtinere; quia probauit dictos RR. Fratres ex consuetudine rationabili, tam per 40. annos, & multo ante præscripta, quam ex immemorabili consuetudine, & præscriptione ipsos teneri ad alendum præfatum Prędicatorem, prout deponūt Ioannes Maria ferradura annorum 85. secundus testis in ordine examinatus regesto, fol. 12. & seq. & idem in repetitione fol. 57. Magnificus D. Paulus Magdalena annorum 58. Quintus testis dicto regesto, fol. 27. ter. & seq. vbi deponit etiam, quod eidē dabāt quatuor, vel quinq; ducatos & quod de attestatis per eum est publica vox, & fama. Magnificus D. Hieronymus Minutius annorum 75. septimus testis in ordine examinatus reg. fol. 39. ter. & seq. vbi etiam subdit, quòd eidem dabant quatuor, vel quinque ducatos, & quod credit de attestatis per eū esse publicam uocem & famam. Petrus Talponus annorum. 77. fol. 49. & seq. & Magnificus Baptista Perochinus annorum 83. fol. 54. & seq. vltra alios, de quibus infra dicetur, cum dubium nō sit talem consuetudinem ualere etiam contra dictos Regulares, & eorum Monasterium, etsi contra ius commune inducta esset, prout non est, ut infra dicetur, cum sit legitimè præscripta spatio xl. annorum, & vltra, vt est dictum, per tex. in c. fin. & ibi glos. in ver. legitimè, de consuetud. & Ant. de Butr. in c. de quarta, nu. 5. in ver. Hostien. dicit, & alij, de præscriptio. cum
1 si inducta sit præter ius, † vsus x. annorum sufficit, vt dicatur legitimè præscripta, &
* est communis opinio, quam sequuntur etiam Canonistæ; prout dicit idem Anto. de Butr. in repeti. dicti c. fin. nu. 39. in ver. quod decem anni, & in ver. vnde tenent Canonistæ, de consuet. & Ias. in l. de quibus, num. 43. in ver. Secunda est, & in ver. Nam eodem modo, ff. de legib. cum indubitatum sit, antiquas cōsuetudines
2 † seruandas esse, prout dicit Bald. in tit. de Pace Constan. in ver. Imperialis. sub nume. 14. in ver. sicut ab antiquo. l. 1. C. Quæ sit longa consuet. vbi dicit in fine, & ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ: l. si manifestè. C. de seruit. & aqua. l. si in aliam, ff. de offic. Proconf. c. licet, in ver. sicut hactenus servatum est, de for. comper. c. duo simul, & c. dilectus, de offic. ordi. de præscript. c. Ad audientiam, in ver. consueuit, c. 1. in ver. consueuistis, vt lite penden. & in c. auaritiæ. in ver. cōsueuistis. de præbend. Nec de hoc mirandum est, cum consue-
3 tudo † ius sit, c. cōsuetudo, distinc. 1. Instit. de iur. natura. §. constat, & §. ex non scripto, & dicit Innocen. in c. cum ecclesia, col. 2. i prin. in ver. itē si diceret. de caus. possess. & propriet.

Et quod ista consuetudo sit rationabilis, patet, quia ex dispositione Sacri Cōcilij Tridentini cap. 4. in ver. in alijs autem ecclesijs, sess. 24. de reformat. disponitur, ut prædicatores alantur uel ab illis, qui eis expensas præstare tenentur; vel ab illis, qui illas præstare solent: & sic ap-

sic approbat dictam consuetudinem, cũ
dicti aduersarij soleant alimenta præ-
stare dicto Prædicatori, & de iure illa
4 †consuetudo dicatur rationabilis, quam
non improbant iura, vel approbant; pro-
ut dicit gloss. magistralis in d.c.fin.in ver.
rationabilis, & ibi Anto. de Butr. nu. 14.
in prin. & etiam Ioan. Andr. num. 26. de
consuet. vbi dicit sequendo Innoc. quod
omnis consuetudo dicitur rationabilis,
quę non obuiat Canonicis institutis, uel
quam ius sustinet, etiam contra canones,
quod intelligo, si a canone consuetudo
non improbetur per gl. in d.c.fin.in ver.
irrationabilis. in fine; & c. cum venerabi
lis, eod. Card. in Clem. 1. nu. 4. de pęn. &
Alex. in cons. 196. ad fin. vbi extendit ēt
ad consuetudinem futuram, & dicit de
** magis communi, vol. 2. & in dubio prę-
sumendum esse ex iusta causa consuetu-
dinem præcessisse, dicit Bal. in repet. d. l.
de quibus, nu. 98. ff. de legib. 12. distinc.
c. illud, & Ant. de Butr. in d.c. fin. nu. 14.
in ver. Si esset dubium de consuetud.

Neq; obstat, & si de aliquo titulo, vel
bona fide non doceatur per dictam Ma
gnificam communitatem, ut obtinere
possit super dicta consuetudine, prout re
gulariter in pręscriptionibus requiritur,
quia hæc est una de differentijs inter cō-
suetudinem, & præscriptionem, licet
præscriptio se habeat ad consuetudinē,
sicut disponens ad dispositum; cum con-
5 suetudo † sit eiusdem actus repetitio, prę-
scriptio autem sit possessionis continua-
tio temporis lege diffiniti, put dicit Ber-
nar. Compostella in d. cap. fin. in fine, de
cōsuetud. Quia licet in pręscriptione re-
quiratur titulus, & bona fides; tamen in
præscribenda consuetudine non requi-
runtur, prout dicit Bal. in d.c. tit. de pa-
ce constant. in ver. Imperialis, sub nu. 14.
in ver. & scias. Ias. in d. l. de quibus, num.
49. Quod prius ibi voluit Angel. nu. 27.
ff. de legib. Innoc. in c. cum ecclesia Su-
trina, col. 6. post medium in ver. Sed in
pręscriptione, de cau. posses. & propriet.
Hosti en. in summa, de consuet. §. fin. nu.
14. vbi enumerat differentias inter præ-
scriptionem, & consuetudinem, ubi etiā
dicit usum haberi loco tituli; & cum se-
cuti fuerunt Ioan. Andr. in d.c. fi. sub nu.
36. in ver. item in præscriptione, & Ant.
de Butr. nume. 48. in fine, de consuetud.

Et quod testes supradicti rectè depo-
nant super dicta consuetudine, cum di-
cant ita semper obseruari uidisse quoli-
bet anno, excepto uno, cum prædicator
non fuisset dictæ Religionis, & audiuisse
à tanto tempore, quo recordantur, & si-
milia uerba, dicit Bald. in d. repeti. l. de
quibus, num. 11. & nu. seq. præsertim in
ver. interrogatus. ff. de legib.

Neque aliquod obstat, etsi dicti te-
stes, ut est dictum, deponant, quod semel
ibi fuit quidam prædicator ordinis San
cti Dominici; & quod illi expensas fece
runt, & non dicti aduersarij; quia non
propterea per tales expensas illi præsti-
tas fuit derogatum in aliquo d. consue
tudini, cum consuetudo se habeat, ut di-
cti RR. Fratres alere teneantur Prędica
torem, qui pro tempore erit, quatenus
sit eorū ordinis. cum ergo præfatus Prę-
dicator eorum ordinis non esset, illi ali-
menta præstare non tenebantur; & sic in
aliquo consuetudini prædictæ non fuit
cōtrariatum, cum separatorum separata
6 † sit ratio, prout dicit Bal. in l. cum propo
nas, nu. 12. C. de nauti. fenor. Et separata
separato iure censeanī, prout dicit idem
Bal. in l. Nā satis. §. si ego, nu. 1. ff. quem-
admo. seruit. amittat. Vltra quod, quan-
do consuetudo est præscripta, prout in
casu nostro, etsi fuisset dictus Predicator
eiusdē ordinis, prout non fuit, unus actus
etiam publicus, & notorius factus in con
trarium nihil operaretur, licet secus esset
si non fuisset præscripta; prout dicit Bal.
in d. l. de quibus, nu. 91. ff. de legib.

Neq; similiter aliquid obstat, si oppo-
7 neretur, quod ex quo dicti testes † sūt de
vniuersitate dicti loci Serauallis, quod per
hoc probare non uideantur, tanquā in
causa propria deponentes, per l. omni-
bus in re ppria. C. de testib. l. nullus ido-
neus. ff. eod. c. si testes. §. nullus. 4. q. 3. in
fi. & seq. & Rimin. Iuni. in cons. 42. nu. 96.
vol. 1. Quia respōdetur, quod homines dictę
vniuersitatis sunt idonei testes, licet de-
ponant ad fauorem dictæ uniuersitatis,
ex quo ex eorum depositione non perue
nit singulis commodum, seu utilitas sin-
gulariter, cum causa uniuersitatis nō sit
causa singulorum l. in tantum §. uniuer-
sitatis. ff. de rer. diuis. l. si hac. §. qui manu-
mittitur.

mittitur. ff. de in ius uocan. & propterea
non deponant ad eorum particularem
fauorem, sed vti vniuersitatis, ideò admit
tuntur, prout dicit Bar. in d. l. in tm. §. vni
versitatis. ff. de rer. diuis. & in l. si hac. §.
Qui manumittit. ff. de in ius uocan. Cyn.
in l. parentem. n. 3. & ibi et Bal. sub nu. 10.
C. de testib. & idē Bal. in c. cum accessis-
sent, sub n. 29. & seq. de constitu. & respō
* dit Corne. i cōs. 47. n. 7. vbi de kōi. vol. 3.
Neq; obstat huic fundamento, si dica
tur, qđ prefatus Ioannes Maria Serradu
ra secundus testis in ordine deponat ro-
gesto, fol. 13. ter. interrogatus super inter
rogatorijs partis aduersę, si uincerēt cau
sam R.R. Aduersarij, cui incūberet face-
re tales expensas Prędicatori praefato, &
ipse responderit, qđ credit, q teneretur
cōitas praefata: et cū vlterius fuisset inter-
rogat⁹, si ppea crederet eēt tales expēsas
ad ipsum ptinere: Respondit, qđ sic, sed
qđ ad parū teneret, cū sit pauper. & Ma-
gnificus D. Baptista Pelatis quartus te-
stis, fol. 24. ter. similiter deponit super in-
terrogatorijs, qđ credit si aduersarij vince
rēt, qđ tenerent expēsas dare Prędicato
ri, vel plebanos, vel cōitas pfata, & q si ca
su ppea aliquam expēsam deberet sfacere
re cōitas, quod credit ih eis debere con
tribuere suam portionē, & quod ad plus
eidem conueniret facere Praedicatori
vnū pastū ad plus, & forsan qđ in aliquo
non contribueret. Quibus quidem duo-
bus testib⁹, multo maiores numero alio-
rum testium nobiliorum, & verisimiliora
deponētium aduersantur: nam Magnifi
cus D. Pizzoni nobilis dicti loci primus
testis in ordine examinatus regesto, fol.
8. deponit, qđ in tali casu, idest, si uince-
rent aduersarij, credit, qđ dictū Praedica
torē deberēt alimentare R. Episcopus &
Plebani. Magnificus D. Paulus Magda-
lena quintus testis in ordine deponit di
cto reg. fol. 29. qđ credit in tali casu, qđ
Curati illi tenerentur alimēta dare. Ma-
gnifi. D. Thomas de Thomasijs sextus te
stis fol. 34. ter. deponit, q ipse imponeret
talem obligationem Clericis. Magnifi.
D. Hieronymus Minuzzi septimus testis
fol. 40. ter. deponit, q credit in tali casu
spectare ad R. Plebanum pp exempla,
quae vidit in locis circumuicinis, in qui-
bus alūtur praedicatores a Plebanis. An-
dreas soltranus octauus testis in ordine,
fol. 45. deponit, quod in tali casu cre-
dit, qđ incumberet cōitati puidere de
expensis pdicatori, & q credit quod ne-
mo potuisset eum cogere ad contribuē-
dum talibus expensis. D. Baptista Pero-
chinus nobilis dicti loci decimus testis
in ordine examinatus deposuit in tali ca-
su fol. 55. qđ teneretur Episcopus, aut te
nerentur plebani, quia ipsi sunt obligati
puidere de Praedicatore. Et Magnifi. D.
Vitalis Papazzonius ciuis Bononiēsis 12.
testis fol. 60. ter. & seq. deponit, q in tali
casu etiam tenerentur dicti Aduersarij,
cum esset praedicator eorum ordinis.
Quibus depositionibus stantibus, tri-
bus fundamentis respondeo, obiectum p
me adductū nihil releuare ad fauorem
Aduersariorum. Et primo qa etsi testis
8 † de suo dicto in consequentiam repor-
tauerit cōmodū, & vtilitatē, dummodo
pp aliud sit inductus, nō reijcit eius testi
moniū, sed pbat, put p multa iura & au
ctoritates firmat Barbat. in cons. 74. n. 7.
vol. 3. & in cons. ... modum, vol. 2.
& dicit Ias. in l. Quoties, sub nu. 2. C. de
9 indic. vbi dicit qđ legatarius pōt esse te
stis in causa testamentaria, qa non prin-
cipaliter, sed in consequentiam ad eum
spectat commodū, & qđ quilibet pōt esse
testis in causa, i qua nō principaliter ad
eū spectat cōmodū, sed incidēter: & Pur
pu. in l. si qs nu. 10. ff. si cert. petat. ubi di-
cit, qđ testis admittit ad testificādū i cau
sa, qñ principaliter cōmodū ex uictoria,
vel amissione causae nō sentit. cū igit dicti
testes principaliter aliquod cōmodū uel
damnū ex victoria, vel amissione causae
nō sentiāt, sed dicta cōitas: ideo sunt ido
nei testes p supradicta, etsi in cōsequētiā
possunt sentire aliquod cōmodū uel in-
cōmodū, cum cōsequētia nō attēdat: qđ
expresse demonstrat exemplū Ias. desup
adductū: cū legatarius possit testificari i
causa testamētaria, & tn in consequētiā
recipit commodū, cū si sustinetur testm̄,
consequatur legatum, alias non.
Secūdo dī, qđ etsi in testibus ad illos
repellendum consideraret a iure cōmo-
dum, qđ in consequentiam recipere pos
sunt, qđ nihilominus non repellerent in
casu nostro; ex quo cōmodū praefatū est
paruissimum, & non considerabile, cum
sit

sit commodũ in vno anno, & in una quadragesima non teneri ad dandum vnum pastũ tm̃ dicto Prædicatori, & ad id etiã putat quartus testis non posse cogi. Vnde pſumendũ nõ est dictos testes falsum commisisse in testificãdo sup dicta cõsuetudine pp sic paruũ cõmodũ et incertũ, q in consequentiã reportare possint, ad dicta p Alex. in cons. 74. n. 4. in fi. & seq.

10 vol. 1. vbi dicit, qd iuratus non præsumitur, quod facile quis uelit delinquere, pſertim in crimine falsi p modico, sicut pro magno commodo. & quod cesset præsũptio falsitatis in teste pro modica, dicit Crauet. in cons. 65. num. 14. in prin. & in cõs. 75. nu. 16. Quod ante eos voluit Oldrad. in cons. 162. n. 3. vbi dicit, modicitatẽ rei excludere pſumptionẽ fraudis, & facit tex. pſertim in fi. & ibi gl. fin. in c. etsi quæstiones, de simon. vbi gl. pfata dicit pp modica uerisimile nõ esse aliquẽ moueri ad aliquod iniquũ faciendũ, qd indubitatũ et reddit eorũ testimonium super dicta consuetudine, cũ concordet cum tot, & tantis testibus fide dignis.

Tertio respondet in aliqua cõsideratione nõ debere haberi dictũ obiectum, cũ tot testes de super inducti deponant cõtrariũ, videlicet, qd si RR. Aduersarij vincerẽt causã, qd tenerent facere expẽsas dicto prædicatori, aut epis, aut plebani: vnde succedit hec alia iuris cõclusio, q & tm̃ sufficit, qd si testis vnius dictũ vql plriũ à me pductorũ cõtradicat alijs testibus, q p me deposuerũt, mihi non piu dicant, quia etsi approbaui eius, vel eorũ psonas, illũ, seu illos inducẽdo, nõ approbaui eorũ dicta, & impugnare illa possũ,

11 licet à me fuerint inducti, ut dicit late Natt. in cõs. 85. n. 1. in fi. & seq. vol. 2. & prius dixit Paul. de Castr. in l. si qs testibus, in princ. C. de testib. Neuizza in Syl. nu. 119. in ver. Non obstat. & in ver. Quia respõdet, li. 5. fol. mihi 133. Capic. decis. 62. n. 6. Campeg. in tract. de testib. regul. 278. in 1. fallent. Florian. in l. de ætate, n. 9. ff. de pbat. Et qd stari debeat in tali casu melioribus testibus, tenet expresse Bal. oino viden. in c. in nostra, n. 4. in ver. tertius, & ibi et Ant. de Butr. nu. 7. de testib. vbi dicit standũ esse numero, nisi tanta sit dignitas in alijs, vt numero pualeat: & idẽ optimè firmauit Cyn. in l. in

exercendis, ante fin. in ver. Si vero. C. de fid. instrum. Et qd stet dignioribus, dicit glo. in l. ob carmen, in §. testes, in ver. in pari ff. de testib. & glos. in c. si testes, in ver. Eorum, in ver. Dicas ergo, 4. q. 3.

Et quod verisimiliora dicant depone re dicti testes maiores numero, & dignitate, apparet expresse pp duo. Primo qa put deponit ille septimus testis in locis uiciniorihus loci pfati Serauallis, pdicatores ex cõsuetudine aliũtur a Plebanis: vnde si cõsuetudo particularis nõ extaret i dicto loco, quod alerẽt à dictis RR. Aduersarijs, & eorum Monasterio, prout extat, dicit quod tenerent dicti Plebani serauallis, cũ ad cõcludẽdũ cõsuetudinẽ particularẽ alicuius loci, qñ in eo cõsue

12 tudo particularis nõ uiget, sufficit pbare cõsuetudinẽ aliorũ locorũ circunstantiũ, put dicit Imol. licet per verbũ forte, in c. cũ ecclesia Vulterana, n. 4. i vet. vltimo not. de electio. & firmat expresse Cõpostella, in c. 1. n. 7. in ver. Sed cũ, de cõsuetudine, vbi etiam dat plura exempla, qũo extẽdatur consuetudo, & facit gl. in d. 1. in ver. consuetudinẽ. C. quæ sit long. consuet. vbi dicit, quòd sicut trahitur ius scriptum de similibus ad similia, sic & non scriptum ad non scriptum.

Secundo dicti testes deponunt uerisimiliora, qa deponũt in cõsonãtiam dicti Concilij Tridentini desuper allegati;

13 cum testes dicantur tunc uerisimiliora deponere, quando deponunt in consonantiam iuris cõis, prout latè firmat Felyn. in c. in nostra sub nume. 3. de testib. Quod prius uoluit Innoc. in c. Auditis, nu. 4. circa medium, de præscripr. Gozzad. in cons. 79. nume. 11. ad fin. & voluit Petr. de Ancha. in cons. 283. iure statutorum, nu. 4. Gabriel. in tit. de testib. cõclus. 4. n. 29. & idẽ Petr. de Anch. in c. 1. nu. 5. de præscript. in 6. Et de communi dicit Paris. in cons. 67. nume. 112. & seq. vol. 3. & in cons. 88. nu. 33. eod. vol. Cum igitur in casu nostro & dignitas, & numerus testium præualeat, ultra quod uerisimiliora deponant, ut est dictum, dubium non est tale dictum duorum testium nõ debere attẽdi, per supradicta. Et ista sufficiant ad demonstrandum de dicta cõsuetudine. 40. annorum, & vltra legitimè præscripta ad fauorẽ dictæ Magnificæ

commu-

cõitatis militãte plenissime ꝓbatũ. esse.
Deueniendo nũc ac secundũ Caput,
dico dictam consuetudinem ẽt esse im-
memorabilẽ à tato tpe citra, cuius initij
memoria hominum in cõtrariũ non exi-
stit, ꝑscriptam, de qua deponũt super pri
mo. Articulo, & vlt. Magnifi. D. Baptista
Pelatis quarius, testis annorum 69. dicto
reg. fol. 23. & sequen. & Magnificus
D. Thomas de Thomasijs. sextus testis
annorum, 61. dicto reg. fol. 33. ter. Qui q-
dẽ testes bene ꝓbãt de dicta immemora
bili cõsuetudine vt supra ꝑscripta, ad tra
dita ꝑ Glos. ordinariã in vers. memoria.
in c. 1. & ibi Franch. nu. 15. de ꝑscriptio.
in 6. & Bald. de ꝑscriptio. in q. 6. n. 24. cũ
allegatis per eũ, 2. par. 3. par. princ. fol. mi
hi 64. tract. tomo. 17. & Bal. ĩ Auth. quas
actiones, nu. 17. & conclusiuè, n. 18. C. de
episcop. & Cleric. & sint etiam testes
ætatis annorum vltra 60. cum de iure re-
24 quiratur† testes probantes de immemo-
riabili debere esse annorum. 54. vel saltẽ
tanti tẽporis vltra annos 40. quo fuerint
doli capaces tẽpore, quo videre incepe-
runt possidere; & sic saltem probent pos-
sessionem, 40. annorum, & præscriptionẽ
de visu, prout dicit Rebuf. tract. ĩ de de-
cim. q. 13. nu. 99. Quod prius uoluit Dñi
cus de San. Gemin. in c. 1. n. 16. post me-
dium, de ꝑscriptio. in 6. & sufficit de au-
ditu deponere a 40. annis supra, ꝓut de-
posuerũt ĩ casu nostro; ꝓut dicũt Rebuf.
& Frãch. in locis ꝑfatis, etsi se ipsos tñ re
ferẽdo ad ꝑfatũ articulũ, deponãt in eo
25 cõtẽta esse vera, cũ sufficiat testes† sic de-
ponere ad hoc, vt ꝓbent, ꝓut dicit Soc.
iuni. in cõs. 73. n. 13. vol. 2. Alex. in cons.
88. n. 26. vol. 5. Bal. in l. Sed & si possesso-
ri. §. Itẽ si iurauero. ff. de iureiur. Specul.
in tit. de notor. Crimin. §. fama. in fine.
idẽ Bal. in cons. 54. n. 6. vol. 1. Angel. Are
ti. in §. Propterea n. 4. Instit. de inutil. sti-
pula. Dec. ĩ cõs. 110. n. 7. post pri. ĩ ver. cũ
ergo testis, Roman. in l. Celsus, nu. 13. ꝑ-
sertim in ver. põt dici ꝓ concordia. ff. de
vsucap. Aretin. optimè in l. serui electio-
ctione, nu. 5. in ver. vnde nisi dictũ testis.
ff. de legat. 1. Bar. in l. Labeo. nu. 7. in ver.
sed q̃d dicet testis. ff. de supellect. legat.
& idẽ Bal. in l. si defensor. §. qui interro-
gatus. nu. 2. & seq. ff. de Interrog. actio. cũ
vsus tanti temporis, cuius initij &c. ha-
beat uim concessionis, & priuilegij, etiã
in reseruatis principi, & talis consuetu-
do, & longissima obseruantia æquipol-
leat veritati, siue dicamus talem usum,
& obseruãtiam esse consuetudinem, si-
ue præscriptionem tãti temporis &c. cũ
neutro casu requiratur titulus, seu titu-
li allegatio, nec sit necesse docere de ali
qua bona fide utentium, cum præsuma-
tur: pront firmat optimè & latè Alex.
in consil. 6. nume. 1. & seq. volum. 1. cum
16 spatium† tanti temporis, cuius initij ho-
minum memoria nõ existit, habeatur lo
co tituli legitimè cõstituti, id est, ac si de
consensu partis tale ius fuisset statutum,
prout dicit Cardin. in cons. 88. nu. 2. cir
ca medium, in ver. item sine titulo, per l.
hoc iure. §. ductus aquæ, & ibi glos. ff. de
Aqua quotid. & æsti. Et quod in præscri-
ptione tanti temporis, cuius initij &c. nõ
requiratur titulus, ex hoc apparet, cũ ꝑ-
scribens contra illum, ad fauorem cuius
est dispositio, & præsumptio iuris, tenea-
tur probare, uel tempus 40. annorum, &
iustum titulũ; vel tñ tempus, cuius ini-
tij &c. ad effectum, vt probet ꝑscriptio,
& obtinere possit. per tex. in c. 1. de præ-
scriptio. in 6. vbi ponitur casus in præla-
to, qui allegat decimas ꝑscripsisse in pa-
rochia alterius ecclesiæ, nam dispositio,
& ꝑsumptio iuris est in cõtrarium, quod
decimæ pertineant ad illam Parochiã,
intra cuius limites prædia cõsistunt: ideo
17 præsumitur in dubio eas occupasse, † &
possessionem fuisse iniustam. per c. ad de-
cimas, de restitu. spoliat. eod. lib. unde
opus est vltra tempus 40. annorũ, quod
doceat de titulo, qui det causam præscri
bendi, vel de prescriptione tanti tempo
ris &c. Quo casu non requiritur titulus,
prout habetur in d. c. 1. de præscript. in
6. & dicit Card. in cons. 114. nu. 2. & in d.
cons. 88. nu. 2. in ver. Item siue titulo. Et
quod tantum tempus &c. habeat uim
priuilegij, habetur in c. super quibusdã.
§. Praeterea. iuncta glos. super uerbo, non
extat memoria, de verbor. signif. & l. 1. §.
vlt. ff. de aqua pluuia arcen. & dicit
Card. in dicto cons. 88. num. 2. circa me-
dium, & Felyn. in c. cum nobis, col. 2. an-
te fin. de præscriptio. Hinc est, quod ne-
18 dum Imperium, † & iurisdictio, sed etiã
regalia, & easque non possunt compete-
re,

re,nisi ex priuilegio, præscribantur spatio tanti temporis,cuius initij &c. prout dicit Bertach.in tract.de gabell.in 1.par. nume.26.& seq.quem sequitur Bald. de præscript.in dicta q.6.num. 13. 2.par.3. par.princip.fol.mihi.63.tomo.17.&qđ
19 talis præscriptio, seu consuetudo † tanti temporis, cuius initij &c. seu centum annorũ, cũ tps, cuius initij memoria nō existit, centum annorum dicatur, licet Felyn.dixerit. 120.& male, prout firmat Balb.in præcitato loco,num.24.habeat uim priuilegij ex certa scientia à Principe concessi, dicit Bal. in c. 1.n.3. in tit.quæ sint regalia.quem secutus fuit Ias.in l.de quibus,num.43.ff. de legib.& quod propter tantum tempus nō requiratur, quod iustificetur possessio ex titulo, licet ius commune sit contra præscribentem, firmat idem Balb.in præcitato loco,& numero, & quod tãtum tempus,
20 † æquipareturpriuilegio indulto à Cæsare,vel à Papa tradit latè Barbat.in cons. 35.nu.10.& seq.ubi de priuilegio, & effectus tanti temporis latè per tractat.vol. 2.& latè Dec.in consil.85. col. 2. in ver. His tamen non obstantibus,ubi similiter plura dicit de præscriptione tanti temporis, cuius initijs &c. vbi subdit, quod nedũ habeat uim priuilegij,sed & quod per dictum tempus præscribatur etiam
21 Imperium,& quod talis præscriptio † pro veritate habeatur,si non habet aduersatiuam possessionem,dixit,Bald. in c.cum causam,nu.5.de probatio. Quem secutus fuit Dec. in præcitato loco, & quod tñ tempus,cuius initij &c. possit quantũ princeps cũ causa,firmat Andr.de Isern. in dicto c.1.in ver.flumina,nu.8.in vers. item ducere aquam,in titulo,quæ sint regalia.Et quod tantum tempus idem operetur,ac si Imperator concessisset, cũ habeat uim constituti, ut supradictum est;
22 & quod per tantum tempus† &c.præscribantur ea, quæ alias de sui natura impræscriptibilia sunt,& tñ possit, quãtum Imperator eum causa, dicit etiam Iaso. sequendo Iserni. in repet. l. quominus, nu.42.& seq.ff. de flumi. & quod ex possessione, vel quasi tanti temporis &c. in distinctè præsumatur titulus,tñ non allegetur,tenent Angelus in l. si certis annis,nume.4. in ver.si uero est longęua.& Paul.de Castr.nu.2.in ver.Aut ergo. C. de pact.& latè Socin.seni.in consil.127. nu.8.uol.1.vbi etiam addit ex dicto tempore acquiri etiam directum Dominiũ, & quod per tantum tempus acquiratur ius directum, prius uoluerunt Bald.in l. traditionibus,nu.9.& Salic.nu.8.in fine, C.de pact.sequitur Dec.in d. consil. 85. col.2.in ver. & uirtute talis, & quod tale
23 tempus,† cuius initij &c.probata possessione, vel quasi, non requiratur probari de scientia & patientia superioris in p̃scribendis regalibus, iurisdictione, pedagio, & similibus,& in alijs incorporalibus, vt in seruitutibus, in quibus ad p̃scriptionem inducendã requiritur sciẽtia & patientia illius, in cuius præiudicium præscribitur,tenet Balb.in præfato
* loco,num.22.vbi refert de communi; &
** prius esse magis communem & ueram hanc opinionem,firmauit Alex. in dicto cons.6.nu.3.& conclusiuè,num.4. vol.1. Quem secutus fuit Dec. in dicto cõs. 85. col.2.circa medium.Et quod in pręscri-
24 ptione † tanti temporis, cuius initij memoria &c.semper pręsumatur titulus, & bona fides,dicunt Innoc.& Bal.in c.si diligenti.in fine.de præscript.refert, & sequitur Balb.in præfato loco num. 18.& quod pręscriptio resultans ex tanto tempore,cuius initij &c. dicatur iuris & de iure præsumptio, adeo quod non recipiatur probatio in contrarium,licet admittatur probatio, quod non sit lapsum tantum tempus,quod dici non potest in casu nostro,stantibus dictis depositionibus,firmat singulariter Fely.in d. c. eum nobis,nu.7.de præscript.sequendo Ant. de Butr.qui prius hoc firmauit in c. peruenit,nu. 19. ante fin.in ver. Ad tertium qualis sit hæc præsumptio, & conclusiuè in ver.mihi, de censib. & Felyn.secutus fuit Balb.in præfato loco,nu.19.

Et sic ex supradictis manifestissime apparet dictam Magnificam Communitatẽ esse in dicta quasi possessione, ut per dictos RR. Aduersarios & eorum Monasterium alatur prædicator,dummodo sit eorum ordinis pro tempore prædicans in tempore quadragesimali in dicto loco Serauallis,& de ea eosdem RR. Aduersarios eandem Magnificam Communitatem spoliasse, prout deponunt Magnificus

gnificus D. Hieronymus Spiazzonus, nobilis dicti loci primus testis in ordine examinatus regesto fol. 6. & quod sit publicum in dicto loco fol. 8. Magnificus D. Paulus Magdalenæ, quintus, testis fol. 29. Magnificus D. Thomas de Thomasijs sextus testis fol. 34. & Magnificus D. Baptista Perochinus similiter nobilis d. loci decimus testis reg. fol. 55. ter. & qđ est publica vox, & fama. Et ideo aduer-
25 sus præfatum spolium restituendam,† c. 1. c. conquærente, c. cum in literis, de restitu. spoliat. Pute. decis. 232. nu. 4. lib. 1. & Marsil. latè in sing. 21. cum mille concordantibus: & Aduersarios prædictos condemnari in futurum ad seruandam dictam cõsuetudinē iuris remedijs, prout hactenus inuiolabiliter seruata fuit; cum ab ea non debeant, nec possint recedere, p supradicta, Et ita iuris esse censeo, & fuit iudicatum ad fauorem dictę communitatis.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia præcedentis consil. 84. tractatur, & diluuntur obiecta, cum nouis, ex reiteratis considerationibus.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum. 4. ses. 24. de reform. Conc. Triden. loquens in materia præstandi expensas prædicatoribus, declaratur.*
2 *Legi indistinctè loquenti standum est, quando casus non est exceptuatus, etiam si maior ratio sit in vno, quam in alio, quia nec in eo debet fieri restrictio.*
3 *Consuetudines ius aliorum etiam respicientes apud regulares vigere, non est inconueniens.*
4 *Consuetudo rationabilis quæ dicatur, nu. 9.*
5 *Prædicatores seminando spiritualia, licitè capiunt temporalia pro eorum sustentatione.*
6 *Consuetudo valet, quod populus teneatur præstare alimenta prædicatori.*
7 *Consuetudo qualis, & quando requirat scientiam eius, qui potest legem condere.*
8 *Scientia præsumitur ex conuersatione assidua, ex amicitia intensa, & ex publica voce & fama, nec ignorantia probabilis est, quando adest præsumptio scientiæ.*
10 *Consuetudo, cui ius expresse derogat, non tenet.*
11 *Testes probantes de consuetudine immemorabili, cuius ætatis de iure esse debeant.*
12 *Consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria nõ est in contrarium, quam vim habeat.*
13 *Iuri communi præiudicatur per consuetudinem, & illa deficiente, recurritur ad ius commune.*

CONSILIVM CXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



TRIA in effectu obijciuntur per RR. Patres Aduersarios pro eorum defensione in præsenti causa, quam habent contra Magnificam Cõmunitatem Serauallis, vt non cogantur alere prædicatorem eorum ordinis tempore Quadragesimali in dicto loco pro tempore prædicantem.

Primo videlicet, quod talis consuetudo non potuerit induci per RR. Fratres eorum cõuentus Sancti Ioannis in dicto loco existentis.

Secundo, quod dato, quod illam potuissent introducere, quod nihilominus seruari nõ debet, cum sit irrationabilis.

Tertio, quod c. 4. Sacri Concilij Tridentini, sess. 24. de reformat. primo obliget illos, qui de iure tenentur: Secundo qui de consuetudine: & sic ex istis fundamentis pretendunt non teneri: Sed illis non obstantibus tenentur, prout late in alijs allegationibus deductum, & demonstratum fuit.

Et deueniendo ad solutionem primę oppositionis, primo dico illam non militare, quia cum c. fin. in fin. de consuet. generaliter, & indistinctè loquatur de introductione consuetudinis generaliter; etiam & indistinctè intelligi debet; pu c & generaliter loquitur de cõsuetudine allegatum c. 4. Sacri Conc. Tridentini, sess. 24. de reformat. vt habeat locum &
1 inter Regulares,† cum per alia iura, aliter non distinguatur, prout dicit Hostié. in c. 2. n. 4. in ver. & regulariter. Et Abb. nu. 10. de Cleric. excom. ministran. ubi Hostié. dicit, quod regulariter obtinet, quod ius generaliter & indistinctè loquens generaliter, & indistinctè intelligi debet: Idemque uoluit Dec. in c. 1. nu. 55. de pbatio. Caballi. in Milleloq. 52, in prin.

In prin. par. 1. & Alex. in consi. 196. nu. 3. lib. 2. vbi similiter dicit standum esse legi indistinctè loquenti, quando casus nō est exceptuatus. Quod procedit, etiam
5 † quando maior ratio esset in uno casu, quam in alio, quia nec in illo debet fieri restrictio, prout dicit idem Caballi. in dicto loco post prin. vsq; in fi. quod prius voluit Deci. per eum citat. in rub. ff. si cert. petat. in 1. lect. nu. 9. vbi dicit, quod natura generalis sermonis est, quod omnes casus includantur, licet maior ratio sit in vno, quā in alio, & in l. 1. col. 2. post medium. in ver. ista enim rubrica. ff. eod. & in l. emancipatio, nu. 1. post medium, in ver. & ideo. C. de collatio. & in l. unica, nu. 9. C. de sentent. quæ pro eo.

Secundo dico non esse à iure improbatum penes Regulares consuetudines
3 † vigere, ius aliorum etiam respicientes, put colligitur ex tex. in Clem. dudum. §. verum, in illis verbis, videlicet, Necnō consuetudines, statuta, & pacta, de sepultur. vbi Papa reprobat consuetudinem, statuta, & pacta prædicatorum, & minorum fratrum, de non soluendo quartam relictorum plebano parochialis ecclesiæ, & ex dictis à Balb. de præscriptio. in quæst. 14. per totā prim. par. quintæ partis prin. tract. tom. 17. fol. 91. ter. & sequ. Et ex dictis ab Alex. in 6. consi. 196. præsertim, nu. 3. & 16. vol. 2. vltra quod hoc idem appareat ex literis apostolicis per eosdem RR. Aduersarios in actis productis, in quibus Papa dat facultatem Reuerendissimo Generali eiusdem ordinis tollendi in locis dictæ Religionis quoscunque abusus, & prauas cōsuetudines, & per hoc nostram approbando, cum praua non sit, sed rationabilis, vt aliàs fuit dictum, & ostensum, & infra dicetur, & demonstrabitur, cum inclusio unius sit alterius exclusio. l. cum prætor. ff. de iudic.

Tertio, dico qđ illud ex cōsuetudine introduci potest, quod & per priuilegium concedi potest, & rationabilis dici
4 tur consuetudo, † ita arguendo firmat Oldrad. in cons. 172. nu. 2. & tenet Alex. in d. consi. 196. nume. 2. vol. 2. vbi dicit, quod illud, quod piriuilegio concedi potest; ita & consuetudine, & præscriptione potest induci, & quod ea, quæ sūt quæsibilia per priuilegium, possint induci per cōsuetudinem, etiam si solus princeps possit concedere, tenet Ioan. de le Cerier. in tract. de primogen. in 3. conclus. 11. quæst. num. 11. tract. tom. 11. par. 1. fol. 26.

Quod autem per priuilegium concedi possit, quod regulares teneantur alere prædicatorem sui ordinis in loco, ubi habent monasterium pro tempore Prædicantem, prout in casu nostro, nemo dubitare potest; cum non obligentur ad illud, quod facere non debeant ratione suæ Regulæ, & Religionis; cum omnis Religio, seu monasterium teneatur omnes suos Fratres alere, in ribus vulgaribus; sed tantum ad plus illius, quod tenentur, cum tempore quadragesimali Prædicatores de iure nō ab eorum Monasterijs, sed ab alijs ali debeant, cum se
5 minando tales prędicatores spiritualia, licitè capiant temporalia pro eorum sustentatione; prout dicit Abb. in c. cum officij, num. 7. Quem secutus fuit in repet. eiusdem c. Petr. Paul. Paris. nu. 5. de præscriptio: cum non ipsi prædicatores, sed Curati ecclesiarum, extra Cathedrales ecclesias, prædicare populo teneantur, nec in contrarium ualeret consuetudo, cum esset animabus perniciosa, licet
6 valeret consuetudo, † quod populus teneretur prædicatori præstare alimenta, prout dicit Henrich. Bott. in tract. de Synod. Episco. in 3. par. nu. 35. fol. 385. tract. tomo 13. par. 2.

Et quod valeat consuetudo, & dicatur legitima, quod illi, qui alias de iure nōn teneantur præstare alimenta prædicatori, ex consuetudine teneri possint, tenet expresse Pontan. in tract. de Alimēt. c. 13. nu. 10. in ver. posset autem. tractat. tom. 8. par. 1. fol. 451. vbi dicit legitimè ex consuetudine induci posse, vt ad alendum Prædicatorem propriæ Parochiæ, aut alterius proximioris ecclesiæ vicini teneantur; sed de aliquo certo præstando prędicatori vltra alimenta, tanquam improba reijceretur, ac simoniā saperet.

Neq; obstat illud etiam, quod dr per dictos RR. Aduersarios, quod talis consuetudo nō ualeat, ex quo non potuerit induci inscijs illam eorum superioribus sup hoc legē cōcedere valētib⁹, ad dicta

per

per Oldrad.in d.conſ. 172. poſt princip. in fi.& tradit Petr. Rauen.in enarrat.in tit. de conſuetud.ſectio.3.nume. 1. fol.mihi 810. quia ad hoc reſpondetur, talem concluſionem non habere locum in caſu noſtro;cum non in omni conſuetudine requiratur ſcien
7 tia † eius,qui poteſt legem condere,ſed tãtum in illa, quæ expreſſe contradicit legi, quod non facit noſtra conſuetudo, prout dicit idem Oldrad. in dicto conſilio, per iura per eum allegata ſub numero quarto, in verſic.& quod dicitur. Vltra quod etiam in caſu noſtro præſumatur ſcientia, & non ignorantia, ſuorum ſuperiorum talis conſuetudinis, cum quolibet anno ſoleant viſitare eorum monaſteria, & teneantur in tali bus diligentiam adhibere, ut ſciant. vltra quod ij dem aduerſarij confiteantur, quod ſui ſuperiores miſerunt tales prædicatores pro tempore ad prædicandum in dicto loco,ad dicta per Card.in Clem. 1.num.5. in uer.fallit hæc regula, de conſanguin. & affinita.& Bal.in l. 1.num.12.in fi. C.de cadu. tollen.vbi dicit, quòd præſumitur ſcientia
8 † ex conuerſatione aſſidua, ex amicitia intenſa,& ex publica voce, & fama; & quod ignorantia probabilis non ſit, quando adeſt præſumptio ſcientiæ,dicit Bello. in cõſ. 146.numero 16.& quòd ex qualitate facti præſumatur ſcientia, cum ſit tale, quod ad notitiam deuenire ſoleat, tenet Aymo in conſ. 123.numero tertio, & in conſil. 168. numero quinto.& probari etiam ſcientiam per coniecturas, & ſufficere quo quo modo apparere,dicit Paſet.in conſil. 2. numero ſecundo, quod prius uoluit Corne. in conſil, 85.num. 12.volum.3. & quod præſumatur ſcientia in coniucto,in vicino, in habitante in loco,& in conuerſante cum aliquo, dicit idem Paſet.in d.conſ.2.nu.5.& facit Bald. in l.ſi filius,nu.3.C.de petitio.hæredit. vbi dicit,quod ſcientia patris præſumitur præceſſiſſe, ſi ſecundum formam ſtatuti illa requiratur in uenditione facta per filium, & filius mihi rem uendiderit, & eam diu tenui patre patiente. & ſic ex ſupradictis apparet de ſcientia dictorum ſuorum ſuperiorum, ac etiam de conſenſu per eos præſtito in dictam conſuetudinem.

Et quod talis conſuetudo, quod dicti RR.aduerſarij teneantur alere Prædicatorem eorum ordinis, qui pro tempore prædicabit in dicto loco Serauallis tẽpore Quadrageſimali, cẽſeatur in dubio ex iuſta cauſa præceſſiſſe,& ſic eſſe rationabilem, & ſit reſolutio ſecundæ obiectionis vltra deſuper dicta,tenet Bald. in repet. l. de quibus, num.98.ff.de legib. 12.diſtinct. cap. illud, & Anto.de Butr.in d.cap.fina. num. 14. in verſicu.ſi eſſet dubium, de conſuetud.alias allegat.

Et quid plura? imo & non ſolum prædicator præfatus, ſed & omnes fratres habitantes in dicto Monaſterio Sancti Ioannis aluntur ab uniuerſitate dicti loci, ſiue alantur de fructibus bonorum eidem monaſterio relictorum per illos de Scrauallc temporibus tranſactis, & in communi per dictum monaſterium poſſeſsis; ſiue quotidianis eleemoſynis, ultra illud, quod pro eleemoſynis habent in tempore Quadrageſimali intuitu dicti Prædicatoris pro tempore prædicantis;& ſic uideatur ſi talis cõſuetudo fuerit, & ſit rationabilis, cum quod gratis accipiunt, eis non prohibeatur gratis dare ſuis Prædicatoribus, etſi pro alijs laborent,cum & alij pro ipſis alẽdis laborauerint, & in dies de laboribus eorum auxilium præſtent.

Et quod dicta conſuetudo ſit rationabilis, etiam patet, quia a dicto Sacro Concilio Tridentino capitu.4. approbatur ſeſſio. 24. de reforma. cum illa dicatur conſuetu-
9 do † rationabilis,quam non improbant iura,uel approbant,prout dicit glo.in d. cap. fina.in uer.rationabilis,& ibi Anto. de Butr.num. 14.in princip. & Ioan. Andr. num. 6.de conſuetu.alias allegat. & facit Cardi. a contrario ſenſu in Clemen. 1. numero 4. de pœni.ubi dicit, quod ſi ius expreſsè de-
10 rogat conſuetudini, † conſuetudo non tenet. Et idem tenet Alexan.in dicto conſi. 196. ad fi. ubi extendit etiam ad futuram
** conſuetudinem,& de magis communi atteſtatur volum. 2.& quod conſuetudo dicatur rationabilis, ſi non eſt contra legem diuinam,ſeu gentium,uel poſitiuam,& eo ipſo rationabilem apparere,ſi prædictis legibus non contrarietur,prout non contrariatur noſtra conſuetudo,tenet idem Petr. Rauen.in enarrat.in tit.de conſuetu.ſect. 3.nu. 51.fol.823.

Quæ fortius procedunt, cum dicti RR. aduerſarij non ſolum teneantur dicta alimenta dicto prædictori præſtare in vim cõſuetudinis præſcriptæ per ſpatium 40. an-

norum, vt est dictum, sed etiam ex consuetudine ab immemorabili tempore citra introducta: de qua quidem immemorabili cōsuetudine bene deponunt testes super secūdo capite aliarum allegationum causæ huiusmodi introductorum, ad dicta per glos. ord. in c. 1. in uer. memoriam, & ibi Frāch. num. 15. de præscript. in 6. & Balb. de præscriptio. in quæst. 6. num. 24. cum allegatis per eū 2. par. 3. par. prin. fol. 64. tract. tom. 17. & Bal. in Authen. quas actiones, num. 17. & conclusiue, num. 18. C. de episco. & cleric. & sint etiam dicti duo testes ætatis annorum ultra 60. cū in iure requiratur te-
21 stes † probantes de immemorabili debere esse annorum 54. vel saltem tanti temporis vltra annos 40. quo fuerint doli capaces tempore, quo videre inceperunt possidere, & sic probent possessionem, uel quasi 40. annorum, & præscriptionem de uisu, prout dicit Rebuf. in tracta. de decim. quæstio. 13. num. 99. quod prius uoluit Domini. de Sācto Gemi. in d. c. 1. num. 16. de præscriptio. in 6. & sufficit de auditu deponere a 40. annis supra, prout deposuerūt in casu nostro, prout dicunt Rebuf. et Franch. in locis prę-
22 dictis cum consuetudo † tanti temporis, cuius initij &c. habeat uim priuilegij, prout habetur in cap. super quibusdam, §. prætetea iuncta glo. super ver. non extat memoria, de uer bo. significat. l. 1. §. vlt. ff. de aqua pluui. arcen. & dicit Card. in cons. 88. num. 2. circa medium & Fely. in cap. cum nobis, colum. 2. ante fi. de præscriptio. & quod tantum tempus, & talis consuetudo, cuius initij &c. æquiparetur priuilegio indulto a Cęsare, vel a Papa; & propterea faciat licitum, sicut priuilegium, tradit latè Barbat. in cons. 35. num. 10. & seq. ubi de priuilegio tanti temporis latè pertractat, volum. 2. & late Dec. in cons. 85. colum. 2. & quod tantum tempus, cuius initij &c. possit, quantū princeps cum causa, firmat Andr. de Iserni. de feud. in cap. 1. in uersicu. flumina. num. 8. in uersicu. item ducere aquam in tit. quæ sint regalia. Et quòd tantum tempus, cuius initij &c. dicatur iuris, & de iure præsumptio, adeo quod non recipiatur probatio in contrarium, licet admittatur probatio, si diceretur, quod non esset lapsum tantum tempus; quod dici non potest in casu nostro, stantibus dictorum testium depositionibus, firmat regulariter Fely. in d. capi. cum nobis, num. 7. de præscriptio. sequendo Anto. de Butr. qui prius hoc firmauit in cap. peruenit, num. 19. ante fi. in uersicu. ad tertium, & conclusiuè in uer. mihi, de censib. cum alijs per me adductis in alijs allegationibus, quorum auctoritates hic omissas esse uolui, ne repetam, quod alias dixi, ad illas me referendo, quibus addo Dec. in capitu. nouit, num. 81. ubi dicit etiam consuetudinem tanti temporis, cuius initij &c. & priuilegium æquiparari: ad idemque est tex. in dicto capitu. in illis uerbis iuri communi, & ibi glos. in uer. consuetudinem, de iudici. & quod æquiparentur consuetudo & priuilegium habemus text. in capitu. consuestio. 9. q. 3. cap. quia per ambitiones. & ibi etiam glos. in uersicu. antiquas: ubi dicit, quod consuetudo priuilegium inducit, 60. distinct. & quòd talis consuetudo uim habeat priuilegij, dicit Alex. in cons. 196. num. 2. volum. 2.

Deueniendo nunc ad resolutionem tertiæ obiectionis dico, similiter eam in aliquo R R. aduersarios non releuare, cum in illa alternatiua dicti capitu. 4. Sacri Con-
„ cil. Tridenti. in illis verbis. „ Impensis
„ eorum, qui eas præstare, uel tenentur, uel
„ solent, „ non sit recurrendum primo ut prę stent alimenta illi, qui de iure tenentur prædicatori, sed ad illos, qui de consuetudine illum alere tenentur; cum per consuetudinem iuri communi præiudicetur,
23 † & illa deficiente, tunc ad ius commune recurratur per text. apertum in dicto capit. nouit, ibi, nisi forte iuri communi per speciale priuilegium, uel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum; & ibi glos. in in uersicu. consuetudinem in fi. de iudic. & ita interpretata fuit dictum Concilium Sacra Congregatio Illustrissimorum & Reuerēdissimorum DD. Cardinalium eiusdem Concilij Tridentini interpretum super uer. impensis eorum &c. prout Reuerēdissimo D. meo demonstrabitur: & sit resolutio tertiæ & vltimæ obiectionis. Et ita fuit iudicatum, vt in præcedenti consilio dixi.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Electione vnius ex duabus actionibus contrarijs, quod altera cesset.

SVMMARIVM.

1 *Partes quod possint recedere a sponsalibus, & quo modo.*
2 *Actionibus duabus contrarijs ratione finis vni competentibus, per electionem vnius non potest is ad aliam transire.*

CONSILIVM XCIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa Ritia ad vlteriora procedendum non est ex quo cum duæ actiones contrariæ cõpeterent aduersariæ; una uidelicet vt posset petere D. Baptistã Ritium adstringi ad contrahendum matrimonium cum ipsa, stantibus prætensis spõsalibus per eum contractis coram Reuerendis. D. Ordinario, altera uero ut recedendo a sponsalibus prætensis posset agere ob violatam fidem; ex quo commercium carnale cum aduersaria habuit, ut puniretur a clarissimis DD. Iudicibus super blasphemiam eorum arbitrio secundum qualitatem personarum in vim eorum legis. Cum elegerit petere coram dictis clarissimis DD. Iudicibus, ut puniretur ob violatam fidem, nõ est dubium recessum fuisse a dictis sponsa-
1 libus, quod partes † facere possunt, ut in ca. 2. de sponsalibus, & illis censeri renuntiatũ quoad petitionem, quam de præsenti facit vt adstringatur ad contrahendum matrimonium, ad dicta per Innoc. in c. fi. num. 1. in ver. sed secus est, vbi dicit, ꝙ si duæ actiones diuersæ competunt alicui, ueluti de iure communi, & ex officio prætoris, per electionem vnius alteri censetur renuntiasse, de collusio. detegen. & quod quando duæ
2 actiones sunt contrariæ ratione finis, prout in casu nostro, per electionem vnius ad aliam transiri non possit, dicit Archi. in ca. 1. numero 4. ante fi. in uer. nec obstat, & ibi optime glos. in uer. ut asseritis, in uersic. sed in actionibus, ubi expresse dicit, quod si alicui competebant plures actiones, & poterat eligere, qua uellet agere, eligendo vnam si in illa succubuerit, non poterit transire ad aliam, per iura per eam allegata, 13. quæst. 2, & est tex. in l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. actio. & in cap. ut qui duas, & ibi glos. in uers. renuntiare de electio. in 6. & Bar. in l. senatus in princip. & num. 2. & seq. & ibi etiam glos. ff. de accusatio. Et ita fuit obtentum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Instrumenti publici vis quanta sit. Et quod non detur appellatio a pronuntia, prout in cedula de ipsum exequendo.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento publico in actis producto in dubio standum est.*
2 *Constare euidenter dicitur quod apparet ex instrumento.*
3 *Instrumenti publici negatio non impedit illius executionem.*
4 *Instrumenta publica in Italia, ex practica in ea currente habent executionem paratam, sicut sententiæ diffinitiuæ.*
5 *Appellatio non debet admitti cedula clausa, quatenus pronuncietur contra, pro exequendo instrumento.*

CONSILIVM CXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa de Castenedulo, debent homines & commune illius loci obtinere, cum eorum intentio ex instrumẽto publico in actis producto
1 fundata sit, † cui in dubio standum est, l. cũ precibus, C. de probatio. Decia. in cõs. 66. num. 59.

num.59.volum.3. Dec.in consi.488.num. 1.cum instrumentum sit probatio probata, & illud probet, quod cantet; prout etiam notat Angel.in l.interest in fin. C. de solu-
2 tio. & euidenter dicitur constare, † quod apparet ex inspectione instrumenti, prout notat Anto. de Butr. in capitu. cum contingat. in 3. not. de rescript.& in capitu. cum dilecti,numero 3.de donatio. & quod certum dicatur esse illud, & de eo manifestè constare, de quo est instrumentum publicum, dicit Barto. in l. prima, numero octauo. ff. de oper. nou. nunciatio. & idem Dec.in cap.licet causam, sub numero 104. de probatio. & propterea non immerito dixit Bald.in l.2.numero sexto, per totum, C. quando fisc. uel priuat. quod in
3 strumenti publici negatio,† cum sit probatio probata, non impedit illius executionem, Colleriu. de process. execut. in par. 3.cap.1.num.72.iuncto num. 86. fol. mihi 578.& seq.

Et quod in Italia instrumenta publica ex practica in ea currente executionem paratam habeant, sicut sententiæ diffinitiuæ,
4 † firmat Barto.in l.1.nu.8.ff.de eden. quem secutus fuit Andr. Gail.in tract.de Arresti. Imperi.cap. 9. num. 18. A qua recedi non debet,prout dicit Dec. in consil. 11. num. 9.circa finem. Et in capitu. 1. in 1. lectura, nu.83.& seq.de constit.& quod in casu nostro etiam non sit retardanda executio dicti instrumenti,etsi obijciatur per Reuerendum aduersarium de illius falsitate,cum dicat aliter promisisse, quam fuerit scriptum per notarium in d.instrumento,est tex. in l. secunda, & ibi glo.in uersicu.obijcitur.C. de fals.

Et quia aperienda est cedula per Dominum meum, & Procurator aduersarij appellauit, quatenus pronuntietur contra suũ principalem, mandando exequi dictum instrumentum;similiter dico, quod talis ap
5 pellatio † non debet admitti, sicut si facto exequeretur instrumentum, cum ratio differentiæ dari non possit,siue mandetur per pronuntiam exequi instrumentum publicũ si facto illud exequatur, prout in nostris terminis firmat Ant.de Canari.in trac.de executio. instrumen. q.46.quæ est sub nu.83. in uer.tamen uerius est.& quod a sententia de exequendo appellari non possit, magis ** communem opinionem esse, licet quamplures Doctores tenuerint contrarium, firmat Gabriel.in suis Conclus. in tit. de appellat.conclus.4.in uer.contrarium,& nu.2 lib.2. Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Pensiones equitum S. Stephani quod non vacent per contractum matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Plebani fidei de matrimonio contracto plene creditur.*
2 *Pensiones equitum S.Stephani non vacant per matrimonium.*
3 *Data bullæ attendi debet.*
4 *Verba vbi sunt clara; non est disputandum.*

CONSILIVM CXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat,& illuminet intellectum.



Vm D.Pandulphus Torellus eques Diui Stephani pensionem,ut clericus, haberet super parochiali ecclesia Sancti Cassiani de Quinto Taruisinę diœcesis Ducatorum 25. de Camera, & de anno 1595. sub die 21.Ianuarij matrimonium per verba de præsenti in Ciuitate Fani legitimè contraxerit; prout constat ex fide plebani parochialis ecclesię Sancti Saluatoris, qui dictum matrimonium contraxit,
1 cui † plenè credi debet ad dicta per Maschar.de probatio.in concl.673.num. 2. in fi.& nu.18.cum seq. & Ant. Galleat. Malua.in cons.85.nu.17. alias nihil operaretur liber plebani,quem retinere debet pro describendis matrimonijs, iuxta Conc. Trident.ordinationem c.1.§.habeat parochus de reforma. matrim. sess. 24. prout dicunt præfati Doctores in præcitatis locis, vltra quod ab eadẽ parte aduersa in iudicio fuerit producta; dubium non est dictam pẽsionem extinctam fuisse, ad dicta per Gigan. de pens.q.54.num.6.

Neq;

Neque aliquid obstat, si dicatur, quod ex bulla fel. recor. Sixti Papæ V. concessum sit dictis equitatibus, ut non obstante quod vxorem ducant, tales pensiones non
2 vacent, † prout patet ex illis verbis videlicet,, Neque ipsas pensiones &c. Quia ad hoc respondetur ex priuilegio producto, & parte d. D. Pandolphi non solum non constare, quod ipse de anno 1595. 21. Ianuarij, & sic tempore, quo contraxit matrimonium prædictum fuisse equitem; uerum etiam & non fuisse, cum Data dicti priuilegij sit sub die 1. mensis Iunii, eiusdem anni, & sic sex menses postea, vel circa, quæ
3 quidem Data † attendi debet c. eam te, & ibi latè Fely. num. 18. de rescript. & in c. postulati, Hostien. num. 9. Ioan. Andr. num. 5. Innoc. in fi. Anto. de Butr. num. 7. & Bellamer. num. 1. eod. Pet. de Anchar. in cap. motu proprio, colum. 2. in princi. de præben. in 6. & Gregor. Tholos. in enarrat. ad ritu. de rescript. cap. 42. num. 2. lib. 1. fol. mihi 99.

Neq; pariter aliquid obstat, etsi sub die 11. Augusti anni 1594. narrentur in eodē priuilegio nonnulla facta, & gesta, seu probata ad effectum, ut in equitem recipi potuisset, quia talis narratio, & per eum gesta usque sub illa die sicut non faciebant eum equitem, sed alia adimpleri debebant, prout postea sub dicta vltima Data fuit factū, prout dicitur in d. priuilegio; ita etiam operatur, ut pro equite tunc haberi non posset, & dicto priuilegio retinendi talem pensionem non suffragetur, etiamsi postea factus fuit eques ad dicta latè per Felyn. in d. cap. eam te sub num. 2. per totum, de rescript. & facit Giga. dicta q. 54. num. 7. & 8. quod bene etiam demonstrant dictæ literæ Sixti in loco desuper citato per verbum, superuenientem.

Quibus accedat etiam ex priuilegio ipso constare sub ultima Data tantum fuisse factum participem dictum D. Pandulphū dictorum priuilegiorum, & non sub prima,
4 cuius uerba cum sint clara, † de eis disputandum non uenit, iuxta tex. in l. ille aut ille, §. cum in uerbis, ff. de lega. 3. l. continuus §. cum ita, ff. de verbor. obligatio. Et ita consulo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Separatio tori matrimonialis discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Coniugum ad separationem quo ad torum vt possit deueniri, quid requiratur.*
2 *Iudex cogere potest coniuges de facto separatos ad redeundum insimul.*
3 *Tori ad separationem ad instantiam vxoris quomodo deueniri possit.*

CONSILIVM CXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Espondendum quæsito per Illustrissimum Abbatem mihi facto, dico quòd ad separationem coniugum
1 † quoad torum deueniri non potest sine causa legitima & concludente, cum causa grauis dicatur, Paris. in cons. 54. num. 14. & 15. volum. 4. & in tantum hęc conclusio vera est, quod nedum iudex ad instantiam mariti, si de fa-
2 cto essent separati, † coniugem cogere debet per censuras ecclesiasticas ad redeundum cum suo marito, & matrimonialiter cū eo cohabitandum; prout dicit Abb. in cap. tua nos, el 2. num. 2. de iureiu. uerum etiam & ex suo officio tantum, & absque alterius coniugum instātia; prout dicit idem Paris. in d. cons. 54. num. 41. volum. 4. & Gigas in sing. 62. & in sing. 47. in fi. tex. in c. ad id, & ibi not. omnes Docto. de sponsa. ex quibus
3 concludo ad separationem † quoad torum deueniri non posse ad instantiam vxoris, nisi per eam probatum fuerit, seruatis de iure seruandis, coram iudice causas idoneas ob quas ad talem separationem deueniri possit; alias debet cogi per eundem iudicem ad redeundum cum marito, & eidem matrimonialia obsequia præstandum, præsertim eius marito instante; prout mihi in facto præsupponitur per supradicta.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sponsalium de futuro vis, & an dissolui possint. De testibus, & eorum validitate super ea receptis exacte tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Seruientes, & ancillantes veniunt appellatione domesticorum.*
2 *Familiares honesti recipiuntur in testes pro dominis suis.*
3 *Mercenarij & viles non admittuntur in testes pro dominis.*
4 *Testes alias inhabiles quando admittantur, & numero 5.*
6 *Testis patiens plures exceptiones non admittitur etiam in subsidium.*
7 *Testes quales requirantur in causa matrimoniali.*
8 *Testi sibi ipsi cōtrario nō est credendum in aliquo.*
9 *Consulendo & iudicando non est recedendum a communi opinione.*
10 *Testes non confessi, nec communicati tempore debito, non probant.*
11 *Testes patientes plures defectus reijciuntur in totū.*
12 *Adminicula plura ampliant probationem, & plures defectus destruunt.*
13 *Confessio in iudicio pro iudicato habetur, de quo plura ibi.*
14 *Probatio nulla maior quam propria partis aduersæ confessio.*
15 *Confessioni principalis magis creditur, quam mille testibus contrarium asserentibus.*
16 *Matrimonium qualiter contrahatur ex forma Concilij Tridentini.*
17 *Matrimonium nullum, nec etiam vim sponsaliorū habet.*
18 *Amicus vnius partis repellitur a testimonio contra aliam partem.*
19 *Amico magna amicitia coniuncto nulla fides prestatur contra alium.*
20 *Amicia magna idem operatur quod sanguinis coniunctio.*
21 *Confessio extraiudicialis quot testes requirat, & quales.*
22 *Testem sufficit in suo dicto iuris præsumptione concludere.*
23 *Procurator non potest esse testis pro domino, & quare.*
24 *Verbum, volo, quid importet.*
25 *Confessionis actus est reiterabilis.*
26 *Testis vnus deponens de confessione præsente parte facta, vel de facto principali quando faciat probationem semiplenam, & sic perfectam in sua specie.*
27 *Testem sufficit præsumptiue concludere in sua ratione ad hoc, vt probet.*
28 *Conditionis natura est, vt nihil ponat in esse, nisi verificetur.*
29 *Multa dicuntur, quæ non fiunt.*
30 *Sponsalia de futuro qualiter contrahantur.*
31 *Taciturnitas est medium inter consensum & dissensum.*
32 *Testi vario, vacillanti, vel contrario non creditur in aliquo.*
33 *Periuro in quouis capite sui examinis credi non potest.*
34 *Proxeneta, seu mediator non admittitur ad testificandum, nisi vtraque parte volente, etiamsi nullum commodum habeat.*
35 *Matrimonium ad contrahēdum requiritur speciale mandatum.*
36 *Iuramentum requiritur in contrahendis sponsalibus per nuntium, & quare.*
37 *Sponsalia de futuro, seu promissio de contrahēdo potest per contrahentes remitti authoritate ecclesia absque aliqua licentia iudicis ecclesiastici.*
38 *Testis a parte inductus plene probat contra eam, licet deponat per verbum, credo.*

CONSILIVM CXVIII.

Spiritus sancti gratias os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Nascimbona spōsaliorum debet obtinere D. Franciscus Nascimbonus; & quia D. Angela Bottesella aduersaria nō probauit intētionem suā; & quia etsi probasset, fuerunt dissoluta de suo consensu, prout infra patebit; & quia tota eius probatio a testibus ab eadem inductis, & eorum dictis dependet, ideo ad illos, & eorum dicta per ordinem accedam.

Et primo nihil probat Margherita Zanaancilla dictæ aduersariæ prima testis in ordine examinata regesto fol. 1. & seq. cum multas patiatur exceptiones, nam primo ultra quod dixit in fine sui examinis, desiderare suam Dominā uincere causam, est eiusdem Angelæ ancillæ, quæ regulariter pro
1 Domina non probat, cum seruientes † & ancillantes appellatione domesticorum cōprehendātur, prout late dixit Alex. in cōs. 150. nu. 14. volum. 5. c. in literis de tēstib. l. penult. ff. eod. c. 1. et c. accusatores el 3. 3. q. 5. et l. etiam C. de testib. cum alijs adductis per Gabriel. in tit. de testib. conclus. 10. num. 1. et seq.

Nec

Nec dictæ conclusioni aduersatur, si di-
2 catur, quod familiares honesti, † prout sunt familiares Episcopi, Abbatis, vel alicuius Nobilis Domini in testes recipiantur pro Dominis suis, cum non soleant per tales retineri ad eorum seruitia nisi homines pro batæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ. Et propterea non sit uerisimile per aliquem uelle deierare, prout latè dicit Tiraquel. de pœn. tempera. in causa 51. numero 93. & 95. quod ante eum dixerunt Innocen. & Felyn. in cap. in literis, numero quarto. de testib. Bald. & Salyc. in l. 2. C. eod. & Marsil. singul. 5. in uersicu. secundo limita; quia præfata limitatio non se extendit, neque comprehendit personas pauperes, & uiles, seu uilibus officijs deputatas, & mercenarias, prout est præ-
3 dicta ancilla, † quia tales pro Dominis suis non admittuntur ad testificandum, prout dicunt in d. l. 2. Bal. num. 5. & Salyc. nu. 2. in fi. in uer. vnum not. sequendo Innoc. in præcitato c. in literis de testib.

Prout & similiter præfatæ conclusioni, quod seruientes, & Ancillantes non recipiantur in testes pro Dominis, cum appellatione domesticorum comprehendantur, vt supra dictum est, non contrariatur; & si diceretur testes † etiam alias inhabiles ad-
4 mitti, quando ueritas aliter haberi non potest, prout uidetur haberi non posse in casu nostro de rebus occursis in domo dictæ aduersariæ etiam de nocte, prout deponit dicta prima testis ad tradita per Gabriel. in suis Conclusio. in tit. de testib conclus. 7. in princip.

Quia ad hoc respondetur istud procedere, quando ex natura regulari ipsius facti uerisimiliter non possunt occurrere alij testes, † secus si possunt, licet casualiter
5 non interfuerint; & hinc est, quod ad probandum ea, quæ geruntur in capitulo Ecclesiæ, admittuntur illi, qui sunt de capitulo, cum ex natura regulari eorum, quæ geruntur in eo sit, quod non soleant adesse extranei, quod non procedit, quando quis fuit in culpa in non adhibendo ad aliquem actum deliberate faciendum idoneos testes, ad quem potuerunt adhiberi, prout in casu nostro, alias de facili testes inhabiles, & suspecti possent admitti ad probandum id, quod nunquam fuisset, dummodo allegaretur alios testes non adfuisse

& sic aperiretur uia malitijs, & prouisio legis repellentis testes suspectos, & inhabiles, redderetur inanis & elusoria ad dicta late, & optime per Alexand. cum per eum adductis in consi. 152. num. 11. & 12. volum. 5. & in cons. 148. numero 6. & latissimè in consil. 64. num. 4. & sequen. & ibi Addit. volum. 1. ubi etiam subdit numero sexto, esse probandum per inducentem tales testes actu & habitu alios idoneos interuenire non potuisse; & idem Gabriel. d. conclus. 7. num. 5. ubi quamplures accumulat ita tenentes.

Et præsertim hæc conclusio locum habet in casu nostro, cum dicta testis patiatur plures exceptiones, cum tunc nec in subsi-
6 dium admittatur, † prout dicit Gabriel dicto loco num. 10. Marsil. in consil. 102. numero 12. & Grat. in consil. 59. num. 40. & 41. volum. 2. ubi dicit, illud quod dicunt Doctores, quod testes inhabiles admittantur, ubi ueritas aliter haberi non possit, non procedere quando plures non patiuntur exceptiones, uel procedere, si unam tantum patiantur, ac etiam simus in causa matrimoniali, in qua requiruntur testes
7 † probatæ uitæ, & fidelis conuersationis, ita quod non sit uerisimile deierare pro aliqua causa, ita firmat Alexand. in consilio 99. numero 11. volumine tertio, ubi dicit testes ratione uilitatis, ratione contrarietatis, & domesticitatis personarum alicuius fidei non esse, quæ omnia ultra alias exceptiones, de quibus infra dicetur, uerificantur in dicta prima teste, nec ambigendum est, sponsaliorum causas idem priuilegium habere, quod causæ matrimoniales habent, licet inter se diuersa sint, prout dicit Farinac. in tracta. de oppositio. contra testes quæstio. 76. numero vigesimoseptimo, fol. 341.

Secundo non probat dicta testis, quia est sibi ipsi contraria, nam cum super tertio articulo partis aduersæ regesto fol. 1. ter. & fol. 17. in princip. deposuisset, quod Dominus Franciscus iuit ad domum dictæ Angelæ ad tres horas noctis, quæ cœnabat in Camera, & dederit unam ueram eidem Angelæ, dum ipsa testis ibat ab faciendum seruitia in coquina, quod d. D. Franciscus eã uocauit, dicens § Guarde quà, chiamo Dio in testimonio, la Madõna, e te, come io tolgo per mia moglie madõna Angela tua

patrona, facendo la Croce fopra il fuogo
in confirmatione del fuo volere; & dette
immediate la vera à madonna Angela, di-
cendogli ui dono quefta vera, che non uo-
glio fpofar altri, che voi; & uoltandofi à me
diffe, fe tu foffi huomo farefti miglior tefti-
ftimonio: & madonna Angela fi tenne la ue
ra d'oro fudetta, e gli diffe, che vuol dire,
che l'hauete fegnata col coltello, & diffipa-
da, forfe che nõ vi fidate di darmela; & effo
diffe, che l'haueua fegnata, perche la era di
fua ameda Margherita, allaquale doueua
tornargliela, finche ella gli reftituiua alcuni
fuoi raccordi: § & cum dixiffet talia fuiffe
facta in camera, vt eft dictum, cum fuerit po
ftea fuper interrogatorijs eiufdem Domi-
ni Francifci interrogata, fibi ipfi contrarian
do fol. 2. depofuit talia fucceffiffe in coqui-
na, dicendo § Fù in cucina al fuogo, che ma
donna cenaua, non vi erano altri, che loro,
& io, le parole ui hò dette difopra, che l'u-
no & l'altro diffe, & era d'inuerno, & cre-
do che falla di poco, fe non è vn'anno.

Et non folum circa locum eft fibi ipfi di-
cta teftis contraria, fed etiam circa verba;
nam fol. 4. eo. regefto deponit, § Che effo
gli dette la vera, & promife di fpofarla; &
ch'ella tolfe la vera, e diffe in nome di Dio,
& come vi hò detto difopra. § Et tamen
defuper non dixit ipfam dixiffe § in nome
di Dio, § fed alia verba defuper relata. Ac
etiam quia fol. 6, in princ. § Che non hà vi-
fto hauerle dato la fede, ma che è fece quel
la promeffa, quando effo chiamò M. Do-
menedio in teftimonio, che la toglieua per
moglie. §

Quibus contrarietatibus ftantibus in di-
ctis eiufdem teftis, nõ eft dubium in aliquo
8 eidem † non effe credendum, cum neceffe
fit etiam effe periurã, ad dicta latè per Ale-
xan. Styat. cum allegatis per eum in confi.
117. fub num. 44. inter crimi. diuerf. vol. 1.
& Petr. Foller, inter eadem conf. crimi. cõf.
138. num. 1. vbi etiam dicit vario non effe
credendum, & ad concordiam non admitt-
ti, nec reduci dicto vol. 1. & uoluit Bertran.
in conf. 228. nu. 2. uol. 7. & in conf. 85. nu. j.
uol. 1. prima par. & ante eos Specul. in tit.
de tefte. §. 1. num, 89. in fi. l. qui falfo uel ua-
rie, & ibi glo. ff. de teftib. Et quod tefti fibi
ipfi contrario non credatur, & non reduca-
tur ad concordiam de fe ipfo ad fe ipfum,
firmat Aret. in c. cum caufam. num. 12. ubi

* de communi; Ideo alios addere non cura-
ui, cum à communi opinione in iudicando,
9 & confulendo recedendum non fit, † prout
dicit Soc. fenior in conf. 187. num. 9. vol. 2.
Iaf. in conf. 76. num. 3. uol. 3. Dec. in confil.
174. num. 1. in fine, & in conf. 146. num. 7.
& in conf. 229. col. 3. in princ. & Caffad. fu-
per regul. Cancell. decif. 12. nu. 7. & quod
à communi opinione temerarium fit difce-
dere in iudicando, dicit Ripa refponf. 191.
numero 9. fub tit. C. de natur. liber. fol. mi-
hi 212.

Et non folum aliquid non probat prædi
cta teftis ex fupradictis; verumetiã & quia
in fine fui examinis ipfa confitetur, quod in
illo anno fua peccata non fuit confeffa, nec
fanctiffimum Euchariftiæ facramentũ fum-
10 pfit, cum dubium non fit, quod teftes † non
confeffi, nec communicati debito tempore
Pafchatis non probent, prout dicit Ruin. in
conf. 106. num. 6. uol. 5. Roland. à Valle in
conf. 24. num. 3. & feq. vol. 1. Burfat. in con-
fi. 331. num. 39. uol. 3. & tenet Rota tefte
Peregrin. in decif. 339. nu. 3. in nouiff. lib.
3. refert, & fequitur Viui. in fua Sylua com
mun. opin. 91. nu. 3. lib. 3.

Et quod prædictæ tefti aliquid non cre-
datur circa per eam atteftata, cum patiatur
præfatas exceptiones domefticitatis, uili-
tatis, cõtrarietatis & qđ nõ fuerit confeffa,
nec cõicata tẽpore Pafchali, ultra quod de-
pofuerit defiderare fuam Dominã caufam
uincere, ut fupra eft dictum, cum à iure in
11 totum reijciantur teftes † plures defectus
patientes, quia tunc nec coniunguntur ad
aliquid probãdum, etiamfi ueritas aliter de
fui natura haberi non poffit. ad firmata per
Grat. in conf. 59. num. 40. & feq. uol. 2. Ce-
phal. qui dicit omnino reijci propter duos
defectus tantum. in conf. 65. nume. 27. in fi.
& feq. uol. 1. Rimin. iun. in conf. 66. nu. 38.
uol. 1. & in conf. 69. nu. 8. & 9. ubi dat etiã
rationem, dicendo quòd ficut plura admi-
12 nicula † ampliant probationem, ita plures
defectus eam deftruunt, & annihilant. inter
crim. diuerf. uol. 2.

Vlterius aduertendum eft, & hoc tantũ
fufficit pro uictoria obtinenda, quod dicta
teftis dicit ipfum D. Francifcum accepiffe
in uxorem præfatam D. Angelam, cum de-
ponat per hęc uerba defuper relata regefto
fol. 2. in princip. uidelicet, § Guardè quà
chiamo Dio in teftimonio, la Madonna, &

te,

te, come io tolgo per mia moglie madonna Angela tua patrona. § Et infra fol.4. ter. & seq. § Che s'imbattè, che detto M. Francesco andò da madonna Angela, e gli disse, che haueua detto à madonna Lucretia Saluata sua ameda, che haueua sposata & tolta per sua moglie essa madonna Angela, & che le haueua dato la vera, & che sua ameda non lo credeua. § & infra fol.6. in prin. § Che nō hà visto hauerle dato la fede, ma che fede è quella promessa, quando el chiamò M. Domenedio in testimonio, che l'haueua tolta per moglie. §

Et quod fuerit contractum matrimoniū inter ipsam D. Angelam, & præfatum D. Franciscum confessa fuit in iudicio eadem D. Angela coram Episcopo Cenetensi ordinario, à quo obtinuit fieri preceptum, seu monitorium præfato D. Frācisco, quod ex quo cum ipsa matrimonium contraxit cum scientia, & interuentu unius Religiosi, qđ cum alia, neglecto priore matrimonio, contrahere non audeat, nè incidat in adulteriū; quod cum fuerit in iudicio negatum per dictum D. Frāciscum, & assignatus terminus dierum quinque dictæ D. Angelæ ad probandum matrimonium fuisse contractum iuxta forma sacri Concilij Tridentini, aliàs reuocabit præfatum mandatum cum expēsis, præsente dicta D. Angela, & à tali decreto sentiens se grauatā appellauit, prout processu fol.90.ter.& seq.patet.

Quæ quidem confessio sic in iudicio facta coram Episcopo ordinario, & super ea lite contestata, admodum afficit dictam aduersariam, ut ab ea aliquo modo recedere
13 non possit, nec audiri; cum confessus † in iudicio pro iudicato habeatur. per text. in l. 1. C. de confess. & in l. 1. ff. eod. l. generaliter, C. de non numer. pecu. l. cum te. C. de transact. Abb. in c. quærenti. num. 5. de offic. deleg. vbi dicit, confessum pro condemnato haberi in ciuilibus, secus in criminalibus, in quib. dicit semper requiri sententiā; & idē dicit Felyn. in cap. si cautio. num. 24. de fide instrum. & Ant. de Butr. in cons. 68. nu. 19. inter matrimo. diuersorū. volum. 1. Thom. Ferrat. in cautel. 57. num. 2. Marsil. in sing. 257. per totum. Ioan. à Roya. in sing. in fauorem fidei. 205. nume. 2. & in singul. 193. nu. 2. & Aegid. decis. 690. Nec mirum, cum
14 nulla maior probatio † haberi possit, quàm propriæ partis aduersæ confessio, prout dicit Grat. in cons. 50. nume. 4. vol. 2. & Surd. in cons. 105. num. 16. uol. 1. Et hinc etiam dicitur, quod ex quo dicta aduersaria dixit, & confessa fuit in iudicio, quod contraxit matrimonium cum dicto D. Francisco, licet uerum non sit, quod adeo sibi ipsi præiudicauit, quod etsi testes aliter pro parte sua inducti deposuissent, prout nō deposuerūt, videlicet fuisse inter eos contracta sponsalia per verba de futuro, & non matrimoniū, quod inter eos & partem confitentem nulla sit facienda concordia, sed in totum testium probationem per dictam confessionē corruere, ita optimè firmat Roma. in dicto cons. 391. num. 8. quod & prius voluit Innoc. in cap. cum contingat. per eum allegat. num. 2. de offic. delega. Bart. in l. 2. §. creditum, sub num. 7. & seq. ff. si certum petat. & Bal. in prima constit. C. §. quibus num. 9. & & seq. sequitur Gabriel. in suis conclus. sub tit. de testib. conclus. 4. num. 75. in vers. 24.
15 Infertur, ubi dicit, quod magis † credatur confessioni principalis, quam mille testibus contrarium asserentibus. & Vrsill. in addit. ad decis. 364. Afflict. nu. 4. Et quod testes dicantur falsi, quando deponunt contra cōfessionem principalis, & ad concordiam nō possint reduci, & eis nulla fides sit adhibenda, tenet Caputaq. decis. 383. numero 6. & seq. par. 3.

Et quod aliquod matrimoniū inter eos non fuerit contractum, patet ex lectura totius processus, in quo nullibi apparet inter eos per proprium Parochum, seu de ipsius parochi licentia fuisse contractum matrimonium secundum formam sacri Concilij
16 Tridentini, † prout contrahi oportuisset, aliàs nulliter cōtrahatur. per cap. 1. sess. 24. de reformat. matrimo. §. qui aliter, & ita ibi censuit sacra Cōgregatio Illustrissimorum Cardinalium eiusdem sacri Concilij Tridentini interpretum, & dicit Nauar. in consi. 3. num. 2. de clandest. desponsat. vol. 2.

Et quod plus est, prætensum matrimonium, sic nulliter contractum, etsi probaretur inter præfatam Dominam Angelam, & dictum D. Franciscum fuisse contractum, prout nō probatur; non solum non valeret,
17 ut matrimonium, † verumetiam nec haberet vim sponsaliorum, & ita censuit eadem congregatio in dicto §. qui aliter, per hæc uerba, videlicet, Congregatio censuit, matrimonium contractum coram testibus, sed

sine

sine Parocho, aut alio Sacerdote de eius licentia post Concil. Tridentinum non solum esse nullum, sed nec vim habere sponsalium, adeo quod sic contrahentes, ad denuo contrahendum compelli nō possint, & ita etiam dicit Nauar. in d. conf. 3. nu. 3. de clandest. desponf.

Ex quibus remanet resolutum, neq; de matrimonio prætenso probatum esse, neq; de prætensis sponsalibus de futuro, quicquid deposuerint testes pro parte dictę aduersariæ circa prætensam famam, & alia, cū in aliqua consideratione haberi non possint, tum propter confessionem dictæ aduersariæ de dicto contracto matrimonio in iudicio factam, cum nullum matrimonium cō tractum fuerit, ut est dictum; tum etiā quia aliquid prædicti testes non probant.

Deueniendo nunc ad dominā Iacobam Montanaram secundam testem in ordine examinatam, dico similiter nihil probare, nedum quia est amicissima dictæ D. Angelæ; & quod assiduè conuersatur in eius domo, & quod sæpe cum ea comedit, & bibit, prout deponunt testes super secundo articulo pro parte dicti D. Francisci examinati, cum propter magnam amicitiam, quam quis habet cum mea parte aduersa, si pro ea
18 testificetur, † prout in casu nostro, à iure repellatur per l. 3. in princip. in uer. uel amicus ei sit. ff. de testib. Bart. in l. admonendi. num. 37. in ver. uel multum amicus parti. ff. de iureiur. optimè Felyn. in c. quoties, nu. 6. cum allegatis per eum, de testib. ubi dicit propter immoderatam amicitiam in totum testem repelli. Port. Imolen. conf. 94. num.
19 29. & quod amico † magna amicitia coniuncto nulla fides præstetur, dicit Pasett. in conf. 79. num. 2. & in conf. 131. nu. 1. in fi. & seq. Albert. de Malet. in tract. de testib. in
* §. superest. num. 17. ubi dicit hanc esse communem opinionem. Crot. in eod. tracta. sub num. 105. par. 4. & quod si sit magna amicitia coniunctus in totum testis repellatur, cō
* munem opinionem dicit etiam esse Bossi. in eod. tract. de testib. num. 102. quod procedere dicūt Doct. ex hac ratione, quod ami-
20 citia † magna idem operetur, quod sanguinis coniunctio, prout dicit Hector Aemil. in suo tractat. de testibus, numero 7. 8. & 9. folio 157.

Et quia deponit de extraiudiciali confessione eidē facta post litem, quæ uertitur super matrimonio inter D. Franciscum, & præfatam D. Angelam, prout ipsa deponit, nullum contestem haben. de loco & tempore, dum dicit fol. 8. & à ter. quod cum locuta fuisset cum dicto D. Francisco, & eidem dixerit, ut referam uerba eiusdem testis, § Caro M. Francesco douereste acquietar queste cose, che la stà à voi à quietarle; & che lui gli rispose, mio padre è stato causa, che l'hà dato la parola à vn'altra, che uoleua tagliare à pezzi, & doppo certo ragionamento fra di noi, esso mi disse, in summa delle summe madonna Angela ha ragione. § Et in eundem sensum sonant alia uerba, quæ ipsa profert, dictum D. Franciscum eidem dixisse dicto regesto fol. 9. Qua de re dicta testis de dicta extraiudiciali confessione eidē facta parte absente nihil probat, cum ad probandem extraiudicialem
21 † confessionem duo testes requirantur ad minus de loco & tempore contestes, prout dicit Afflict. in decis. 364. num. 4. Bursat. in conf. 166. num. 20. uol. 2. & in conf. 69. nu 28. & seq. uol. 1.

Deueniendo nūc ad Ioannem Mariam de Fabris nonum testem (omissis alijs testibus præter tertium & quartū, de quibus infra dicetur, cum alij nihil considerabile deponant) qui similiter deponit de extraiudiciali confessione dicti D. Francisci absente parte facta, uidelicet, quod ipse promiserit eidē D. Angelæ ipsam ducere uelle in uxorem; & quod illam amplius ducere non uolebat, quia à Concilio ad hoc non adstringebatur; & quod ipsa testis eidem respondit, quod Concilium præfatum determinabat, § Che se lui si maritaua in vn'altra, saria stato adultero, § fol. 29. ter. & seq. & sic deponit concludenter, quod erat maritus dictæ Angelæ. Et hoc quia antea dicto fol. 20. ter. dixit audiuisse totum factum a dicta Angela: & sic ipse concludenter deponit iuris præsumptione, quod audiuit a dicta D. Angela, prout ipsa confessa fuit in iudicio coram ordinario Ceneten. quod dictus D. Franciscus acceperat ipsam in vxorem, cum alias non potuisset eidem dicere, prout dixit, quod accipiēdo aliam vxorem commisisset adulterium, cum adulterium committi non possit absque matrimonio, iu
22 ribus vulgaribus; Et sufficiat testem † in suo dicto iuris præsumptione concludere, prout dicit Felyn. in c. quia verisimile. nu. 6. de præ-

præsumpt. & in cap. cum causam. num. 6. de testib. Bart. in l. 1. nu. 16. ff. si cert. pet. Anto. de Butr. in c. per tuas. num. 8. qui fil. sint legit. Alciat. in cons. 6. num. 28. & seq. lib. 1. Et quod sufficit, quod ratio testis præsumptiuè probet, dicit Aretin. in cons. 73. num. 13. ante fi. & facit Gram. in cons. 45. nu. 18. in crimi. qui dicit idem iudicari de teste prę sumpto, quod de uero. Et non solum propter hoc nihil contra dictum D. Franciscũ non probat, sed tantum probat contra dictam D. Angelam, cum aliquod matrimonium inter ipsos extare non probauerit, ut supra demonstratum est, uerumetiã & quia vltra quod dixerit dicto fol. 20. terg. quòd est consanguineus vtriusque partis, verumetiam & probatur ipsum in primo iudicio esse procuratorem dictæ D. Angelæ, prout constat regesto actorum fol. 93. Cum clarũ
22 sit in iure procuratorem, † licet causa principalis ad eum non pertineat, nec ex ea cõmodum speret, testem nihilominus esse nõ posse pro Domino, nec etiam in causa appellationis, licet nõ sit amplius procurator, prout nec potest pro Domino esse testis Aduocatus, nec proxeneta; etsi nullum cõmodum, nec salarium proxeneta sit habiturus: & similiter nec solicitator causæ: & hoc propter affectionem, quam præsumuntur habere in consequentiam ad causam. ita firmat latè Ias. in l. dictantibus, nu. 17. & seq. ubi plura adducit, C. de testam. latè Aymo in cons. 231. num. 4. in uer. ideo ratione affectionis. Paris. in cons. 58. num. 17. & nu. 84. vol. 4. Cephal. cons. 65. num. 2. uol. 1. Ioan. Ant. Rube. in cons. 73. nu. 7. inter matrim. diuersorum. uol. 1. Petrasancta in sing. 24. num. 5. & Menoch. de arbitr. iudic. libro 1. quæst. 73. num. 5. & seq. Et quod aduocatus, uel procurator in testem non admittatur, pro quo fuit aduocatus, vel procurator, habemus tex. in c. fi. de testib. in 6.

Et non solum ex supradictis non probat, verumetiam & quia est testis unicus & singularis contestem non habens de loco, & tempore circa dictam assertam extraiudicialem confessionem per dictum D. Franciscum eidem, vt prætenditur, factam, etsi alias exceptiones non pateretur, prout patitur ex supradictis; cum nec testes singulares coniungi possint de extraiudicialibus confessionibus parte absente factis deponentes, ut statim dicetur.

Et similiter nihil probat domina Lucretia vxor D. Hieronymi Saluesi decima testis in ordine examinata, quæ similiter deponit de alia asserta extraiudiciali confessione absente parte facta per dictum dominum Franciscum de contracto matrimonio cum dicta D. Angela, dicto regesto fol. 4. ter. & seq. ubi dicit. § Che essendo andata disopra in una sua camera con M. Francesco, esso cauò fuori di scarsella vna carta, & da quella carta cauò fuori vna vera d'oro, & le disse pigliate questa vera, e ui prego che la diate à madonna Angela, & che le diciate, che lei è mia moglie, e che non uoglio altri che ella per mia moglie. § Et quod ipsa talia verba retulit præfatæ D. Angelę, & quod dictam ueram acceptauit; cum talia uerba denotēt matrimonium aliàs fuisse contractum inter præfatam D. Angelam, prout & ipsa dixit in iudicio, ut est dictum, & præfatum D. Franciscum; & non spon-
24 salia de futuro, cum verbum, volo, † adiungatur uerbo pręnotanti executionem actus perfecti; & sic matrimonij exercitium, cum dixerit, § Che lei è mia moglie, § prout firmat Couar. in 4. decret. in 2. par. cap. 4. §. 1.
* num. 4. per totum, ubi de communi, & num. seq. vnde cum Clarum sit aliquod matrimonium legitimum inter ipsos contractum nõ fuisse, nec per talia uerba tunc contrahi potuisse, etsi essent uerè ab eo prolata, nec habere uim sponsalium de futuro, ut supra demonstratum est: Remanet resolutum prę fatam testem aliquid nedũ ex supradictis, verumetiam de dicta extraiudiciali confessione nihil probare; cum ad probãdum extraiudicialem confessionem duo testes contestes de loco & tempore requirantur, ut supra firmatum est.

Neque obstat modo si dicatur, quod de dicta extraiudiciali cõfessione de dicto matrimonio contracto deponunt tres testes, uidelicet D. Iacoba secunda testis; D. Ioannes Maria nona testis; & præfata D. Lucretia decima testis; & per hoc quod uideantur coniungi, licèt sint singulares de loco, & tempore ad plenè probandum, cum tendãt
25 ad eundem finem; & actus confessionis † sit actus reiterabilis; prout dicit Alex. in consi. 53. num. 4. in uer. ergo. vol. 1. & tradit Aymo in cons. 267. col. pen. in ver. confirmantur, ubi dicit, quod ubi debitor fatetur debitum, non est uis in loco, & tempore; & sic

quod

quod quando tempus non est de substãtia confessionis, quocunque loco, aut tempore fiat confessio, quod debitum probatur per testes singulares, cum tunc non noceat testium singularitas. Roma. in cons. 30. nu. 2. & Guid. Papæ q. 544. per totum.

Quia ad hoc respondetur, quòd dicta cõclusio procedit, quãdo testes singulares de loco, & tempore deponunt de diuersis confessionibus, & concordant in facto principali, & principaliter non fuerint inducti ad probandum cõfessionem extraiudicialem, prout fuerunt inducti in casu nostro, prout patet 22. artic. partis aduersæ regesto actorum fol. 28. Sed fuerũt inducti ad aliquod factum probandum per reiteratas confessiones, ueluti debitũ, prout in casu Crauet. loco proximè citato, matrimoniũ, vel sponsalia, seu electionem sepulturæ, prout in casu dictæ quæst. Guid. Papæ: & non ipsas confessiones, quia tunc testes singulares nõ probant; prout uoluit singulariter Paul. de Castr. in cons. 380. incipien. iudex est minister, in uer. item posito. uol. 1. quem secutus fuit Soc. iun. in cons. 99. num. 15. & seq. volum. 2. Et quod tales testes, ex quo sunt singulares de loco, & de tempore de tali extraiudiciali confessione eisdem facta non probent, nec coniungi possint, etsi sint plures, cum quælibet eorum probatio sit omnino imperfecta, licet secus esset, si unus testis deponeret de confessione præsente parte facta, uel de facto principali, & alij de diuersis confessionibus factis parte absen-
26 te, quia tunc testis † de confessione facta parte præsente, seu de facto principali deponens faceret probationem semiplenam, & sic perfectam in sua specie, prout dicit Alex. in cons. 76. num. 4. vol. 6. & Vrsill. ad decis. Afflict. 364. nu. 1. & seq. omnino viden. & tunc coniunguntur, quod nõ potest dici in casu nostro: ita expresse firmat Aymo de antiq. tempor. in 4. par. in sectio. seu uer. sed enim. num. 25. & seq. fol. mihi 268. quod ante eum uoluit Ant. de Butr. in c. licet ex quadam. num. 8. in fin. de testib. & in c. fi. col. antepen. in fi. & seq. de consuet. quẽ secutus fuit Alex. in cons. 68. num. 8. uol. 3. & latius in cons. 180. num. 6. & seq. uol. 2. Paris. in cons. 60. num. 45. uol. 4. & in cons. 153. num. 27. eod. uol. Franc. Curr. in tract. de testib. conclus. 47. adstipulatur Ias. in repet. l. admonendi. sub num. 255. & 256. in uer. per ista considera. ff. de iureiur. quod ante magistraliter uoluit Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. 2. num. 2. & seq. ff. de eden. &
* est communis opinio, prout dicit Alciat. in cons. 2. num. 5. lib. 1. ubi dicit communem conclusionem esse, quod confessio absente parte facta non probatur per testes singulares, etiamsi plures sint, cum non coniungantur, ut faciãt neque semiplenam probationem dictæ confessionis: & quod est ratio, quia quælibet probatio est imperfecta: & idem dicit per eãdem rationem Vasqui. de testam. peten. lib. 1. §. 4. num. 44. & ideo dicit non deferri iuramentum in supplementum. & idem firmat etiam late Afflic. in decis. 364. nu. 2. & seq. vbi dicit ita fuisse decisum in Concilio Neapolitano; ideo alios addere nõ curaui; cum à communi opinione non sit in consulendo, & iudicando recedendum, minusque à decisionibus tantorum patrum.

Vltra quod dicti tres testes nihil probãt, nedum quia patiuntur alias exceptiones, ut dixi in personã dictæ Iacobæ, q̃ est amicissima dictæ aduersariæ, & Ioannes Maria est consanguineus, & procurator dictæ aduersariæ; uerumetiam & quia deponunt de asserto matrimonio, & non de sponsalibus; nam dicta Iacoba, ut supra dixi, deposuit, quod cum fuerit locuta cum dicto D. Francisco post litem motam per dictam Angelam, ipse dixit, quod dicta D. Angela haueua ragione; & sic de asserto matrimonio, & non sponsalibus contestata, ut similiter supra demonstratum est, prout & de matrimonio deponit idem Ioannes Maria, cum dicat dixisse dicto domino Francisco, quãdo cũ eo locutus fuit, quod si ipse duxerit aliã in uxorem, quod esset adulter, cum adulterium committi non possit, nisi inter matrimonio coniunctos; & sic de matrimonio præsumptiuè iuris præsumptione deponit;
27 cum sufficiat testem † præsumptiue concludere in sua ratione ad hoc; vt probet, prout dicit Alciat. in cons. 6. nu. 28. & seq. lib. 1. Aretin. in cons. 73. num. 13. Felyn. in c. quia uerisimile. num. 6. de præsumpt. & in c. cum causam. num. 6. de testib. quod prius dixerunt Bart. in l. 1. num. 16. ff. si cert. peta. & Anto. de Butr. in cap. per tuas. nu. 8. qui fil. sint legit. prout & de matrimonio deponit dicta domina Lucretia Seluata, prout supra demonstratum est.

Ex

Ex quibus resultat conclusio indubitata, non solum nihil probare præfatos testes per supradicta, uerumetiam quia inter præfatum D. Franciscum, & præfatam D. Angelam nullum fuit cõtractum matrimoniũ, vt similiter demonstratum est.

Deueniendo modo ad R. Fratrem Felicem Pãtauinum 13. testem in ordine bis examinatum, dico similiter ipsum in aliquo nõ probare de prætẽsis sponsalib. per plura.

Et primo quia in eius primo examine de aliqua promissione concludente sponsalia de futuro inter præfatos D. Franciscum & Angelam fuisse contracta nõ deponit, cum dicat d. regesto fol. 29. § Io mi ricordo che mẽtre io mi trouauo à Conegliano, venne à trouarmi nel Conuento M. Francesco Zamberlon di quel luogo, & mi pregò, che io douessi dire à M. Angela Bottesella, che lui la uoleua pigliare p sua moglie, ma che allhora non poteua per causa di suo padre, & che io la sincerassi di questa sua volũtà. § Et infra ter. § Venne da me madonna Angela capitulata e ragionando, come io gli dissi la volũtà di detto M. Francesco, secondo che lui mi haueua pregato, & tant. § nã talia uerba sic per eum prolata nullã habẽt promissionem sponsaliorum de futuro, & quia sunt condinonatiua, cum dicat eũ dixisse, quod uolebat ipsam in uxorem ducere, sed quod nunc non poterat propter suũ patrem; & sic remansit suspensa dicta eius uoluntas faciendi, cum talis sit natura con-
28 ditionis, † ut nihil ponat in esse, nisi uerificetur, Caputaq. decis. 130. num. 3. par. 2. & decis. 35. num 4. ea. par. 2. & decis. 298. nu. 6. ea. & adueniente adimplemento tantum remansit libera d. eius uoluntas, nulla per hoc inducta obligatione sponsaliorum, cum antea sub conditione nõ fuerint cõtracta, cum ex his nullum ius acquiratur. Et quia testes deponentes de tractatu, uel de præparatione alicuius rei non probant, qm
29 multa dicuntur, † quæ nõ fiunt, ut not. Bal. in l. cum allegans, nu. 13. C. de usur. & multa tractantur, quæ non perficiuntur, neque ueniunt ad effectum, prout dicit idem Bal. in l. multum interest, num. 5. in uer. quando quod probatur. C. si quis alteri, uel sibi, cũ alijs adductis per Dec. in cons. 11. nu. 1. per totum. sequitur Mascar. de probat. conclus. 126. num. 2. & 3. Et quòd ex tractatu nullum ius acquiratur parti, in puncto firmat Alex. in cons. 13. nu. 7. & ibi addit. vol. 1.

Et quia, etsi dictus D. Franciscus coram pluribus, nedum dicto unico teste, promisisset absolutè, & absq; aliqua cõditione velle dictam D. Angelam ducere in vxorem, & non fecisset fidem fieri de volũtate, prout fecit inter ipsum & dictam Angelam, nulla fuissent contracta inter eos sponsalia de futuro, cum ipsa nullã fecerit pro parte sua promissionem uelle illum in suum virum ac-
30 cipere, cum sponsalia † de futuro contrahantur per mutuum consensum uerbis expressis, promittẽdo unus alteri uelle insimul cõtrahere matrimonium, prout firmat optimè Bal. in l. 1. num. 3. in princip. C. de sponsal. & est tex. formalis in c. si inter virum. §. verum, eo.

Quibus cohæret illa alia iuris conclusio, quod qui tacet, prout tacuit dicta D. Angela, quando fuit eidem relata præfata uoluntas dicti D. Francisci, non dicitur consenti-
31 re, nec contradicere, cum taciturnitas † sit inter medium consensus & dissensus, prout dicunt Dec. Cagnol. & Mayner. in l. qui tacet. in princ. ff. de reg. iur. imò & taciturnitas, quando tractatur de aliquem obligando, præsertim in re graui, prout sunt causæ matrimoniales, seu ad matrimonium tendentes, cum tractetur de statu hominis & specie seruitutis, prout dicit Andr. Gail. pract. obseruat. in obseruat. 94. nu. 6. & seq. & Paris. in cons. 58. nu. 8. ante finem. vol. 4. Taciturnitas non operatur consensum ad aliquem obligandum, prout firmat in d. l. qui tacet, idem Mainer. nu. 5. ff. de reg. iur. & Dyn. in c. is, qui tacet, nume. 3. de regul. iur. eo. in 6.

Et quia idem Fr. Felix fuit bis examinatus ad instantiã partis illum inducẽtis, prout cõstat d. reg. fol. 32. Dico similiter in secundo suo examine per multa, quæ subijciam, nihil probare. Et primo nihil probat, quia idẽ testis variat à primo examine, imò deponit cõtrariũ, & corrigit; cũ in primo examine nõ deposuerit d. Angelã aliquid rñdisse neque promisisse: In secundo autem deponit, & respondisse, & promisisse, vnum alterimediante eius persona, sic officio proxenetæ, seu mediatoris functum fuisse, deponendo folio 33. per hæc uerba uidelicet, § Hora di più mi souiene à dirui in questo negotio, che per saper se io haueuo fatto l'officio, che esso mi haueua imposto cõ M. Angela,

„ Angela, al quale io dissi de sì; & esso mi replicò, che cosa haueua risposto madonna Angela le dissi, che restò tutta consolata, & sodisfatta, & che ancora lei non haurebbe pigliato altro marito, che lui missier Frãcisco; il quale ancora restò sodisfatto, uedendosi assicurato l'uno & l'altro della promessa fatta mediante la persona mia. § Quod in totum est contrarium primo dicto, cum in primo dicto nullus adsit cõsensus, & promissio dictæ D. Angelæ, in secundo autem sic, & ideo aliquid non probat, cum testis non possit ex interuallo corrigere dictum suum, nec uariare, nec contrariũ dicere illius, quod deposuit; alias non ualet nec primum dictum, nec secundum in secũdo examine præstitum, præsertim si fuit de nuo inductus a parte, prout in casu nostro; prout latè dicit Corne. cum allegatis per eũ in cons. 197. num. 22. per totum volum. 2. quem secutus fuit Soci. iun. in consilio 40.

32 num. 14. uolum. 2. & quod si testis † bis fuerit examinatus, & fuit uarius, uacillans, uel contrarius, in aliquo eidem non sit credendum, & dicatur periurus, firmat latè & optimè Alex. Styat. in cons. 117. nu. 44. cum allegatis per eum inter crimi. diuers. volum. 1. & quod si testis dixit contrarium in secũdo examine illius, quod dixit in primo, neutro dicto stetur, prius dixit Specul. in tit. de teste §. 1. num. 72. & uoluit Bal. in Auth. at qui semel num. 7. C. de probatio. ubi dicit propterea necesse esse in uno dicto esse periurum.

33 Et quod periuro † in quouis capite ipsius examinis credi non possit, firmat Alex. * dicens hanc esse communem opinionem in l. si ex falsis, num. 13. C. de transactio. & in cons. 44. num. 7. volum. 2. quem sequitur Dec. in cons. 105. post num. 5. in uer. similiter testis. Grat. cons. 2. num. 18. volum. 2. Rui. cons. 158. num. 29. volum. 5. Catellia. Cott. in suis memorial. in uers. iuramentum est quid indiuiduum. Soc. sen. qui similiter de communi attestatur in cons. 136. num. 9. volum. 1. Marsil. singul. 76. communiter cõclusio. Paris. cons. 88. refe. ens etiam de cõmuni. num. 82. uol. 3. & in cons. 83. nu. 39. volum. 1. Alciat. in l. 1. §. sed etsi mihi, num. 51. in uersicu. si uero, & num. 54. & seq. ff. de uerbo. obligatio. Paset. in cons. 14. num. 7. & seq. refert. & sequitur Clar. in sua prax. crimi. q. 53. num. 8. quod & prius uoluit In noc. in capit. fraternitatis, num. 1. ante fi. & ibi Fely. nu. 21. de heretic. Oldrad. in cons. 37. ad primam quæstionem, nu. 1. Aegid. Boss. in tracta. de testib. in tit. de opposítio. contra testes sub num. 22. Roma. in consil. 505. ad fi. in uer. aut incontinenti. Aymo in cons. 6. num. 14. & Roland. a Valle in cons. 116. num. 19. uolum. 1. & istud fundamentum tantum sufficit ad repellendum prædictum testem, etiamsi aliquid non lucratur, seu nullum commodum habeat, cum præsumatur optare, quod illud, qđ perficit firmitatem habeat.

Vlterius non creditur dicto fratri Feli-
34 ci, & nihil probat, quia proxeneta, † seu mediator non admittitur ad testificandum, nisi vtraque parte uolente, etiamsi nullum commodum habeat, ita firmat per plura Alex. reiectis contrarijs, in cons. 113. num. ** 14. & seq. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem, volum. 1. A qua in iudicando recedi non licet, ut supra firmatum est. Et Alex. concordat Ias. in d. l. distantibus num. 7. & 8. ubi etiam dicit idem procedere propter affectionem, quam habẽt ad causam, in aduocato & procuratore. Aymo qui idem dicit in cons. 281. num. 4. in uers. ideo ratione affectionis in uer. ita similiter Fulgos. in cons. 11. num. 2. & Gerard. de Petra Sanc. in singul. 24. num. 5. ex quibus non uidetur habere locum, quod dicit Floria. in cons. 16. qui tenet, quod proxeneta non potest dici, qui semel fuit mediator, cũ per unicum actum quis non dicatur proxeneta, cum licet cesset nomen, non cessat causa, seu ratio affectionis, ex qua mouentur Docto. ad illum excludendum, imo augetur, cum ex affectione moueatur ad ita agendum.

Et insuper nihil probat idem frater Felix, & hoc tantum sufficit, quia ex quo uidetur dicere, quod mediante eius persona ad inuicem promiserunt prædicti DD. Angela & Franciscus, unus alteri uelle simul contrahere matrimonium, ut supra est dictum, nullam de hoc facit fidem, quia ad contrahendum sponsalia, sicut ad contrahendum
35 matrimonium speciale † mandatum requiritur, prout dicit Dominic. de Sancto Geminia. in cap. fi. num. 2. de sponsalibus in 6. quod quidem mandatum licet possit per testes probari, prout dicit Boer. in decis. 282. in princip. cum pluribus per eum citatis, ita tenen-

tenent. ubi dicit hanc esse magis commu nem opinionem, & sequitur Mascar. in con clus. 1013. nu. 1. Tamen aduertendum est per dictum Fratrem Felicem de tali mādato non probari, prout non creditur testi se possedisse nomine, & de mandato alterius, prout dicit Beninten. in decis. 70. num. 4. & 5. & Mascar. dicta conclus. num. 11. Sed de tali mandato saltem probandum est contra Dominum per unum testem, & iuramentū proprium ipsius procuratoris, seu fratris Felicis; prout firmat Abb. in c. cum pro causa. num. 3. de procurat. Et non solum non probat, quia non constat ipsum fuisse procuratorem ad talem promissionem faciendam, nec recipiendam, ut est dictum, sed etiam quia non constat fuisse prolata verba per dictas partes ad talia sponsalia de futuro contrahendo, mutuum consensum importātia, videlicet, Promitto tibi de mandato talis Domini mei, & nomine eiusdem, quòd ipse ducet te in uxorem, & hoc in animam suā iuro: & uice uersa, quòd mulier respondeat nuntio, videlicet, Promitto tibi nomine Domini tui recipienti, & sibi per te, quod ego ducam ipsum in virum, nisi per ipsum steterit, & hoc iuro, prout firmat Hostien. proferendo eadem formalia verba in summa de sponsalib. §. qualiter contrahantur, in vers. vbi uero, vbi etiam subdit in istis uerbis esse plura specialia, & in vers. tertio. dicit, quòd

36 in contrahendis † sponsalibus per nunciū ideo requiritur iuramentū, quia de alterius facto iuratur. per c. ex literis. eo. & Hostien. secutus fuit Archid. in d. c. fi. in fi. & ibi Ioā. Andr. & Domin. de sancto Gemin. in prin. qui refert etiam post Ioan. And. eadem uerba, de procur. in 6. de quibus cum non constet, dubitandum est aliqua sponsalia inter præfatos non fuisse contracta, per supra dicta, & nihil probare eundem fratrē Felicē.

Redeundo nunc ad D. Hieronymum Salueti quartum testem in ordine inductū per dictam aduersarium, & examinatum; & dico ex attestatis per eum de duobus constare, primo quòd commercium carnale nō habuit idem D. Franciscus cum dicta D. Angela, prout ipse deponit ab eadē respondendo tali quæsito per eam dictum, & confessatum: prout patet regesto fol. 12. tergo. dicens, § E' vero, ch'io andai à casa di madonna Anzola relitta del q. M. Francesco Bottesella, & le dimandai, se per causa di M. Francesco Nascimben mio nepote ella hauesse riceuuto alcun dishonore nella sua persona, & questo le replicai tre, ouero quattro uolte; la mi rispose Signor nò, solamente che da lui era stata baciata. § Cum quo dicto concordat D. Clemens tertius testis fol. 11. tergo. Secundo idem D. Hieronymus deponit fuisse per dictam D. Angelam recessum à quibuscunque prætensis sponsalibus de futuro, si contracta fuissent, prout non fuerunt, cum deponat super 17. capitulo regesto fol. 13. videlicet, § E' vero ch'io con il q. M. Bartolameo Nascimben mio Cognato, mentre viueua, habbiamo fatto officio vna uolta sola con madonna Angela Capitulata, che trouassimo à casa sua, accioche si cōtentasse in caso che venisse da maritarsi à M. Francesco mio nipote, si potesse maritare, & questo perche ella diceua, che M. Frācesco le haueua promesso di torla per moglie; & essa ne rispose, che facesse quello, che à lui pareua, che ella si contentaua, § cum non sit dubium talia

37 sponsalia † de futuro, seu promissionem de contrahendo per contrahentes posse remitti auctoritate ecclesiæ absq; aliqua licentia iudicis ecclesiastici, per c. 2. & ibi Petr. de Anchar. qui præcisè hoc dicit num. 4. in fi. de sponsal. ubi dicit ista formalia uerba, quia ista promissio de contrahendo matrimoniū habet pendentiam de futuro; & quòd possunt contrahentes propria auctoritate recedere; & idem dicit ibidem Abb. num. 5. & Alex. de Neuo. in princ. ubi dicit ita cōmuniter teneri. & hoc idem dicit Hostien. in summa. hoc eodem tit. §. vlt. in uer. item octauo; cum dicat, quod sicut communi cōsensu contraxerunt, ita & communi consensu possunt se absoluere auctoritate ecclesiæ cum ecclesia hoc eisdem concedat absque iudicis auctoritate. per d. c. 2. de sponsal. allegans c. 1. de reg. iur. in antiq. ubi dicitur, quod omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluatur, subdendo idem testis infra fol. 14. hæc uerba, videlicet, § Che il padre ne dette la risposta, che madonna Angela si contentaua, che lui si maritasse, venendo occasione. § Neq; dictus Frater Felix, cum in secundo suo examine de hoc fuisset interrogatus, ausus fuit negare, sed dixit non recordari.

Qua de re cum dictus D. Hieronymus sit testis inductus a dicta D. Angela, nō est dubium

dubium de prædictis plenè probare, cum 38 testem à parte inductum, † contra eandem plene probare, dubitandum non sit, licet deponeret per verbum, credo, prout uoluit Ias. in rubr. ff. de iureiur. sub num. 9. in prin. in ver. Sexto limita. quod prius dixit Rom. in cons. 104. nu. 6. Rimin. iun. in cons. 152. num. 1. & cons. 138. num. 11. & cons. 210. num. 31. uolum. 2. Cephal. in cons. 141. nu. 16. uolum. 1. Socin. iun. in cons. 69. nu. 11. vol. 1. Bero. in cons. 96. num. 2. volum. 3. & adeo uera sit dicta conclusio, quod etiam vnicus restis plene probat contra fiscum illum producentem, etsi deponeret de credulitate, vel de auditu, vt est dictum, prout dicit Bertaz. in cons. 71. nu. 15. cum allegatis per eum. vol. 1. in crimi.

Et ex his fit apertissimè demonstratum aduersariam debere succumbere, & præfatum D. Franciscum obtinere; ex quo per eam non fuit probatum, aliqua sponsalia cũ eo fuisse contracta, etsi cõtracta fuissent, quod omnino uerum non est, fuisse dissoluta, seu remissa. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis ac gloriosissimę Virginis matris Mariæ. Et ita consulo. Et fuit iudicatum in secunda instantia.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Articulorum materia tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli irreleuantes, & impertinentes nullo modo admitti debent per iudicem.*
2 *Iudex non debet admittere aliquid ad probandum quod probatum non releuat.*
3 *Articuli quando dicantur irreleuantes, & notorie non pertinentes ad causam.*

CONSILIVM CXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat & illuminet intellectum.



IN Causa de Notarijs uenit pronuntiandum bene appellatum pro parte D. Lauræ de Notarijs, & male interlocutum per Illustrissimum & Reuerendissimum dominum Iudicem à quo ad fauorem Illustris D. Gasparis Vielmi. Ex quo idem Iudex admisit 16. & 17. articulos, qui omnino sunt impertinentes, & irreleuãtes ad causam; prout infra demonstrabitur: cum quando arti-
1 culi † sunt impertinentes ad causam, & irreleuantes, nec cum solita clausula saluo iure impertinentium, & nõ admittendorum, per Iudicem admitti debeant ad dicta latè per Andr. Gail. pract. obseruat. obseruat. 81. num. 1. & sequen. libro 1. Curt. iun. in cons. 70. numero 8. & Franc. Personal. in suis quæstio. quæst. 11. numero 17. Cum
2 Iudex † ad probandum aliquid admittere non debeat, quod probatum non releuat, idem Gail. in præcitato loco numero primo, & in fin. & addit. ad Abbar. in vers. requireretur. in cap. primo, de frigid. & male-
3 fic. Et intelligo ad causam articulos † esse notoriè impertinentes, & irreleuãtes, quando quoquo modo directè, vel indirectè illi non adminiculantur, idem Gail. in d. loco sub num. 4. cum alijs per eum adductis.

Quod autem dicti articuli directè uel indirectè quoquo modo ad causam etiã probati non faciant, nec producentem releuẽt sic euidenter demonstro: Nam in casu nostro agitur de infringendo matrimonium per uerba de præsenti secundum sac. Concil. Trident. cõtractum cum præsentia proprij parochi, & testium ad id uocatorum in domo dicti D. Francisci de Notarijs patris dictę D. Laurę, inter dictam D. Lauram ex una, & dictum Dom. Gasparem ex altera; prout constat ex petitione facta pro parte dicti D. Gasparis, de qua in processu fol. 3. & seq. & alijs scripturis similiter per partem aduersam productis, de quibus in eodem processu fol. 1. & fol. 2. tergo, & seq. Ad quod infringendum nihil releuat, etsi esset probata, prout probari non potest, cũ non sit vera prætensa inhonestas tam dictę D. Laurę, quam dicti D. Francisci, ac suæ vxoris, de qua in dictis duobus articulis cõtinetur, cum talia matrimonium cõtractum non dirimant; nec contrahendũ impediant iuribus vulgaribus.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Parochia noua in alterius parochia, an, & quando erigi possit, & non, & de non credendo superiori dicenti ita esse, nisi constet.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato, seu priuato prater figuram iudicij facienda est restitutio.*
2 *Spoliatoribus notorijs beneficium appellationis à iure denegatur.*
3 *Decimarum exactio impediri non potest per appellationem.*
4 *Parochia noua erigi non potest in alterius parochia in praeiudicium maioris Ecclesiae, & illius rectoris, nisi ex causa necessitatis, seu magnae incommoditatis.*
5 *Lex quando aliquid dicit, seu disponit ex causa, de causa constare debet, ante quam fiat ordinatio.*
6 *Episcopo, seu ordinario asserenti de causa quando nō sit credendum.*
7 *Iudici asserenti ita esse non creditur, nisi constet ex actis.*
8 *Legis dispositio non habet locum, nisi verificatis omnibus in ea comprehensis.*

CONSILIVM CXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa de Arsedo secunda, Pro rei intelligentia sciendum est, qualiter Reuerendus Dominus Franciscus Columna Archipresbyter parochialis Ecclesiae Sanctae Mariae de Arsedo cum annexis Paduanae dioecesis fuit auctoritate Apostolica de dicta Ecclesia, & de alijs Ecclesijs illi subiectis, & annexis prouisus. Ac qualiter de anno 1587. die 1. Octobris Reuerēdus q. Nicolaus Galerius Clericus Paduan. pro visitatore Episcopi Paduan. se gerens ad instantiam communis, & hominum Villae de Riuallis, & aliarum dictae suae curae subiectarum, lit. consort. nullo iuris ordine seruato, sed de facto, & nulla legitima causa subsistente; deuenit per quoddam suum decretum diffinitiuum, vel uim diffinitiuae habens, seu sententiam, ad deputationem cuiusdam presbyteri Curati in Ecclesia sub inuocatione Sancti Ioannis dictae Villae de Riuallis, illam in Parochialem, seu Curatam erigendo, ac à dicta sua cura dismembrando, & segregando, ac mandauit per modum prouisionis, qualiter per dictum Archipresbyterum eidem nouo Curato singulis annis darentur ducati duodecim ultra oblationes, & legata relicta eidem Ecclesiae Sancti Ioannis pro missis celebrandis, & aliter ipsum grauauit, prout latius in dicto decreto dicitur, & continetur, ad quod relatio impugnari ue habeatur.

Ac qualiter idem Archipresbyter pro sui, & suae Ecclesiae defensione, & reintegratione obtinuit commissionem Apostolicam manu Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Marcelli Aquauiuę, tunc Nuntij Apostolici Venetiarum, causam nullitatis, & iniustitiae eiusdem Decreti, seu sententiae committi suo Generali Auditori cum facultate ipsum Archipresbyterum restituendi, & reintegrandi ad pristinam eius possessionē dictae Ecclesiae, & curae, ac etiam ad exactionem decimarum eidē debitarum, & prout in dicta commissione, de qua in regesto fol. 2.

Ac qualiter per auditorem Generalem Illust. & R. D. Antonij Mariae Gratiani similiter praecessoris fuit sententiatum ad fauorem d. R. Archipresbyteri, & contra aduersarios, ac declaratum vsque sub die 5. Octobris proximè praeteriti praefatum decretum, seu sententiam praefati Visitatoris fuisse & esse nullam, & inualidam; ac propterea eundem Archipresbyterum ad pristinam illius possessionem esse restituendū & reintegrandum, prout ad illam restituit, & reintegrauit, mandando eidem dari, & consignari decimas dictarum Villarum sequestratas, & eidem Archipresbytero debitas, ac in futurum eidem decimas pro tempore debendas similiter dari, & consignari, decernendo & relaxando quaecunque mandata super dicta restitutione, & recuperatione, seu exactione respectiuè quomodolibet necessaria, & opportuna.

Ac qualiter à dicta sententia dicti aduersarij appellarunt, licet causa appellationis non fuerit commissa, & appella-

re non potuerint; & quia vna cum dicto visitatore fuerunt; & sunt notorij spoliatores, qui appellando non audiuntur. Et quia de decimarum solutione tractatur, quæ retardari non potest per appellationem, cum à canone teneatur, ut infra dicetur.

Et quod fuerint notorij spoliatores vna cum dicto visitatore, patet, ex quo idem iudex extraiudicialiter nullo iuris ordine seruato ad instantiam præfatorũ aduersariorum spoliauerit dictum Reuerendum Archipresbyterum de possessione supradictæ Ecclesiæ Sancti Ioannis de Riuallis, in qua reperiebatur, & suorum iurium, ac de quasi possessione exigendi decimas dictarum villarum suæ Curiæ subiectarum, cum non sit dubium, quod si iudex, seu prælatus præter figuram iudicij spoliet, siue priuet, quod facienda est restitutio, † ad firmata per Goffred. in summa Decret. sub rub. de restit. spoliat. numero secundo. Menoch. latè de recuper. possess. remed. 8. num. 8. & sequen. & ita fuit tentum in Rota. Caputaquæ. decis. 186. par. 3. Et similiter indubitati iuris est; quod ex quo sententia lata per Reuerendum Auditorem præcessorem fuit lata super dicto notorio spolio, & mandauerit eundem Reuerendum Archipresbyterum restitui ad pristinam possessionem eiusdem Ecclesiæ, & suorum iurium, ac ad decimarum etiam sequestratarum exactionem; prout restituit; quod aduersarij non potuerunt appellare, cum beneficium † appellationis notorijs spoliatoribus à iure denegetur, ad firmata latè per Roman. per plura per eum adducta in cõs. 324. per totum. & est tex. ad propositum per eum allegat. in c. cum sit Romana. §. fin. de appellatio.

1 (margin, at "tutio, †")

Et quod etiam præfati aduersarij appellare non potuerint; ex quo fuerunt condemnati ad restituendum, & dandum decimas sequestratas dicto Archipresbytero, deductis tantum ducatis. 12. quolibet anno à dicto anno. 1587. usque ad diem prolatę sententiæ prædictæ. Ex quo dictus Archipresbyter non inseruiuit, nec inseruire fecit in cura dictis aduersarijs: ad quam quidem decimarum exactionem impediendum similiter dicti aduersarij appellare non potuerunt, † cum à iure tali casu appellatio excludatur per text. in c. tua nobis in fin. de decim.

Et ut Dominus iudex pergustet bonum ius dictæ sententiæ exequendæ, Dico quòd dictus q. Nicolaus Galerius in uisitatione eiusdem Ecclesiæ auctoritate ordinaria factam non potuit deuenire ad deputationem dicti Presbyteri Curati, prout deuenit, in Ecclesia prædicta Sancti Ioannis dictæ Villæ de Riuallis subiectæ dictæ Curæ, & Archipresbytero Sanctæ Mariæ de Arsedo ad instantiam hominum dictæ Villæ, & aliarum villarum dictæ Ecclesiæ Archipresbyterali subiectarum eidem Curato, assignando per modum prouisionis dictos ducatos. 12. persoluen. per dictum Archipresbyterum vltra oblationes eiusdem Ecclesiæ Sancti Ioannis, & legata relicta pro missis celebrandis in eadem Ecclesia, non uerificatis causis Sacri Conilij Tridentini cap. 4. §. ijs uero, sess. 21. de reformat. neque cap. Ad audientiã. per idem Conc. approbat. de Ecclesias. ædific. nec seruata illorum forma; cũ clarum sit in iure † ad erectionem nouæ parochiæ in alterius parochia deueniri non posse in præiudicium maioris Ecclesiæ, & illius Rectoris, nisi ex causa necessitatis, seu magnæ incommoditatis, uidelicet quando ob distantiam, seu difficultatem itineris Parochiani absque magno incommodo non possunt ire ad maiorem, siue matricem Ecclesiam pro Sacramentis Ecclesiasticis percipiendis, & diuinis officijs audiendis, prout disponitur in allegato capit. Concilij Tridentini, & in dicto capitulo. Ad audientiam, & ibi glos. in ver. Magna difficultate, & Abb. numero secundo, & sequen. ubi dat etiam rationem; & dicit hoc esse regulare, ut noua Ecclesia parochialis non erigatur in alterius Parochia absque causa, cum de iure communi prohibitum sit, & ex causa tantum necessitatis, seu magnæ incommoditatis conceditur, prout dicit dicta glos. & sic de dicta causa magnæ incommoditatis, seu necessitatis, de quibus supra, antequam dictus Galerius deueniret ad dictum decretum, seu determinationem; sibi exactis & processu partibus citatis constare debebat, quod minime fecit; cum quando lex † aliquid dicit, seu disponit facien. ex causa, de causa constare debet, antequam fiat ordinatum, prout dicit Bartol. in l. item si suspectus. ff. de procurat. Dec. in l. 1. num.

l. 1. num. 7. vbi etiam dicit causam deberi inferi, ut actus iustificetur: cum recedatur à regula communi, & ibi etiam Soci. Seni. in princ. C. de eden. Cephal. conf. 421. num. 62. volum. 3. & latè Iaf. in l. prima. num. 58. & ibi latissimè. Purpur. num. 69. & seq. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdic. & optime Alciat. in tractat. de præsump. in regul. 3. præsumptio. 9. colum. fin. in 5. fallent. & latè, & optime in cap. quod sedem sub nu. 13. & sequen. de offic. ordin. ubi etiam dicit distinguendo. ibidem. num. 19. & seq.

6 Credendum non † esse Episcopo seu ordinario asserenti de causa, quando talis assertio tendit in præiudicium tertij, prout in casu nostro, quod prius uoluit Angel. in conf. 107. in fin. vbi dicit, quod licet iudici concedatur à iure, quod possit sibi auocare possessionem alicuius loci litigiosi ob suspicionem, ne partes deueniant ad arma, quod nihilominus ad talem auocationem deuenire non potest, nisi de tali suspicione constet, & discutiatur parte præsente, de cuius præiudicio tractatur: & quod non

7 creditur † iudicio asserenti ita esse, nisi ex actis appareat, quem secutus fuit Cephal. in dicto conf. 421. num. 60. volum. 3. & uoluit Iaf. in l. prima, num. 60. in ver. Ego teneo. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Et sic cum dictus visitator processerit ad dictum Decretum, seu sententiam, non verificata dicta causa magnæ incommoditatis, seu necessitatis a distantia, seu difficultate itineris prouenien. non est dubium recte fuisse iudicatum, & sententiatum per dictum auditorem decretum fuisse nullum, & inualidum, cum fuerit factũ contra formam iuris communis, & illi resisten. per supradicta, vulgata l. non dubium, Cod. de legibus.

Quod fundamentum comprobatur etiã ex illa alia iuris dispositione, quæ habet,

8 quod legis dispositio † locum habere non possit, nisi uerificatis omnibus in lege comprehensis, prout dicit Iacob. Butrig. in l. mancipia, & ibi Fulgos. num. 3. C. de seru. fugit. quod late firmat Felin. in cap. cum nonnulli. sub num. 34. in ver. vbi uerba legis, & in uer. amplia, de rescript. Caballi. in Milleloq. 218. par. prima. & optime Alcia. in cap. cum non ab homine. in 2. lectura, num. 8. in fin. & sequen. de iudic. & Abb. in conf. 42. nu. 1. in ver. oportet, volum. 1. vbi dicit, quod vbi iuris dispositio fundat se super aliena qualitate, necesse est illam prius probari, tanquam fundamentum dispositionis.

Et ista sufficiat me dixisse ad docendum de bono iure dictæ sententiæ auditoris ultra alia fundamenta, quæ coram eo fuerunt adducta pro dicta executione obtinenda. Et cum executor amplius denegauerit exequi præfatam sententiam prædicti auditoris, a tali recusatione fuit appellatum cora Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuntio, & ab eo obtentum fuit prefatam sententiam exequi.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Testium materia in querela contra clericum instituta examinatorum discutitur. Et de vi bonæ famæ.

SVMMARIVM.

1 *Vxor querelantis non probat pro eo.*
2 *Testificari in causa propria nemo potest.*
3 *Testibus, quorum auctores repelluntur, non creditur in aliquo.*
4 *Testibus de auditu auditus nõ creditur in criminalibus ratio nu. 5.*
6 *Minor 20. & 25. an. testis non admittitur in criminalibus.*
7 *Testes quot requirantur ad probandum confessionẽ extraiudicialem.*
8 *Laici & mulieres in delictis criminaliter intentatis ad querelam laicorum contra clericos in testes non admittuntur.*
9 *Inimico aperto, præsumpto, vel de odio suspecto nõ creditur in criminalibus.*
10 *Indicium contra querelatum extinguitur ex bona fama.*
11 *Querelato absoluto, querelans venit in expensis condemnandus.*

CONSILIVM CXXI.

Spiritus sancti gratias os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso processu formato ad querelam Ser Angeli de Villa Pagnani Taruisinæ diœcesis, contra Reuerendũ Presbyterum Iulium de Castello curatum eiusdem villæ; ac testium depositionibus super dicta querela examinatorum, dico dictum Reuerendũ querelatum fore & esse absoluendum & liberandum ab omni, & quocunque prætenso delicto in dicta querela contento.

Et pro huiusmodi causæ intelligentia, duo in facto præmittenda sunt esse uera.

Primo videlicet, quod pars testium contra eundem presbyterum Iulium examinatorum, ultra depositionem Catherinæ, deponunt de auditu ab eadem Catherina vxore dicti Angeli, quæ prætendit fuisse ab eodẽ presbytero adulterata, & de alijs in dicta querela contentis.

Secundo uidelicet, quod altera pars testium deponat de auditu à Thomasio eiusdem presbyteri nepote, quod inuenerit dictum presbyterum se carnaliter commiscẽtem cum dicta Catherina, excepto uno, qui dicit, dictum presbyterum eidem confessum fuisse commercium carnale cum dicta Catherina habuisse, qui quidem testes similiter nihil probant, ut infra demonstrabitur.

Et quoad primum, quod dicta Catherina non probet, in iure clarum est, cum Ca-
1 therina sit vxor † querelantis, & censeri debeat una & eadem persona cum querelante, cum effecti sint una caro, Abb. in c. de illo. num. 2. de eo, qui cogn. consangui. vxor. suæ. Stante maxime quòd testes super fide, quam ipse scribere fecit, deponũt, quod illam fecerit ad effectum, vt dictus Angelus eius maritus querelaret dictum Reuerendum Presbyterum: & propterea minime eidem credi debet; cum nemo in
2 causa propria testificari † possit l. omnibus C. de testib. l. nullus ff. eodem. c. si testes, §. nullus. 4. quæst. 3. Et respondet Marsil. in consil. 12. num. 3. in fin. & sequen. Riminal. iun. in cons. 42. num. 96. volum. 1. Cum absurdum sit in causa propria quem esse testem & principalem; prout dicit Mascard. de probatio. cum accumulatis per eum in conclus. 3. num. 3. & 15. volum. 1. quod fortius procedit. Prout nec credi debet eisdem testibus, qui de auditu ab ea deponunt, & fidem fecisse, de qua in actis, & in ea testes fuisse, & ita ipsam dixisse: Et quia
3 receptum est testibus † in aliquo non credi, quorum auctores repelluntur; cum maioris fidei non possint esse illi, qui dicunt ab ea audiuisse, q̃ illa ipsa sit, quæ dicit: prout dicit Dec. in cons. 82. nu. 1. Aymo in cons. 112. num. 13. & consil. 41. num. 2. & cons. 6. num. 66. in fin. & seq. Castren. in consil. 299. nume. 2. post princ. & in conf. 284. Viso quodam tali quali processu. num. 2. vo-
4 lum. 2. Tum quia testibus † de auditu auditus in criminalibus minime creditur, prout similiter in iure cautũ est, prout dicit Alex. in cons. 72. num. 8. in fin. volum. 1. & cons. 1. num. 4. in fin. & sequen. volum. 3. Marsil. in cons. 76. num. 25. Paris. in cons. 164. nu. 5. uolum. 4. Spec. in tit. de teste §. 1. num. 53. in fin. Bartho. Veronen. in cons. 1. nu. 18. in crim. Domin. de Sancto Gemin. in cons. 142. num. 5. & Aymo in cons. 281. num. 5. in uer. Secundo. Et hoc quoad primum Caput.

Quo uero ad secundum, similiter dicitur testibus deponentibus de dicto dicti Thomasij nepotis dicti presbyteri similiter non credi; & quia sunt testes de auditu auditus, quibus non creditur in aliquo in criminalibus, vt supra dictum est per iura & au-
5 ctoritates allegat. cum testes † testimonium reddere debeant de his, quæ percipiuntur sensu corporeo, nõ de auditu alieno. per l. testium, & ibi not. præsertim per Cyn. num. 7. C. de testib. Castren. in dicto consil. 299. num. 2. vol. 2.

Et quia etsi ipse Thomas contra eundem presbyterum deposuisset, nihil probaret; & quia in testem non fuisset contra suũ patronum recipiendus; & quia etsi potuisset recipi, cum esset vnicus & singularis in suo dicto, nihil probasset, in huiusmodi causa criminali; prout dicit Marf. in cons. 109. nu. 2. seq. Bal. in l. iusiura. sub nu. 9. C. de testib. & in c. tã literis, nu. 4. eo. Natt. cõs. 316. nu. 7. in fi. vol. 2. & Cepha. in cõs. 222. n. 13. vol. 2.

6 vol.2. Et quia erat minor † 20. annorũ, nedũ 25. qui regulariter in causis criminalib. non admittuntur Alexand. cons. 64. nu. 4. volum. 1.

Prout nec creditur alij testi, qui deponit dictum querelatum cõfessum fuisse rem habuisse cum dicta Catherina, quia ad probandum extraiudicialem confessionem alicuius facti, seu delicti; cum à facto, seu deli-
7 cto sit remota, unus testis † non sufficit, sed duo requiruntur de loco & tempore contestes, ita firmat Bursat. in cons. 116. num. 20. volum. 1. Marsil. in l. vnius facinoris. §. testes. nu. 1. & seq. ff. de quæstio. vbi etiam
* dicit nec posse coniungi. & est communis opinio. Alciat. in cons. 2. nu. 5. lib. 1. Carhe. in decis. Pedemont. 79. num. 29. & Alex. cons. 1. nu. 4. in fin. & seq. vol. 3.

Quibus accedet, quod laici, neque mu-
8 lieres in delictis criminaliter intentatis † ad querelam laicorum contra clericos in testes non admittuntur, tex. est in c. ipsi apostο. & ibi Card. Alex. sub num. 1. & Gemi. in princ. & c. testes. §. quoniam. 2. q. 7. C. de
* cetero, in fin. de testib. & est communis opinio. Oldrad. in cons. 145. num. 3. & nouissime Clar. in sua pract. crimi. q. 24. nu. 10. vbi etiam de communi.

Quibus etiam accedat, quod dicti testes sint inimici dicti Reuerẽdi querelati, prout in facto mihi præsupponitur esse probatum, cum clarum sit in iure nedum inimico aperto in criminalibus non esse credendum, ve-
9 rum etiam ne præsumpto, † nec de odio suspecto. ad latè firmata per Ias. in cons. 167. num. 16. uol. 4. Bursat. in cons. 331. nu. 40. uol. 3. & Alexan. in cons. 99. num. 1. & seq. volum. 1.

Et etiam supradictis accedat hæc alia consideratio, quod dicta Catherina sit mulier inhonesta, prout in facto mihi similiter præsupponitur.

Et insuper accedat per publicam uocem & famam probatum esse similiter per testes dictum querelatum fuisse & esse sacerdotem bonæ conditionis, & famæ: prout similiter in facto mihi præsupponitur eundem esse: Etsi adesset aliquod indicium contra dictum querelatum, prout non adest, stantibus supradictis, remansisset extinctum, &
10 adnihilatum † Marsil. in cons. 74. num. 24. in fine. & seq. & in cons. 109. num. 27. in fine. & seq. Roland. à Valle in cons. 16. nume. 23. in fine. & seq. uol. 1. Et prius uoluit Alex. in cons. 89. num. 11. uolum. 3. optimè Ias. in l. 1. nu. 11. C. de legat. & Grammat. in cons. 37. num. 23. & seq. in crimi.

Et cum querelatus veniat ex supradictis absoluendus, merito dictus querelans in
11 expensis venit condemnendus, † latè Mar
* sil. de communi referens, & dicendo in iudicando, & consulendo ita esse tenendum, cons. 36. num. 1. & 2. Et de communi etiam Canonistarum refert Abb. in c. finẽ. litibus. nu. 24. in princ. & ante fin. de dolo, & contum. Arct. in c. Accedans. num. 13. de accusat. Soc. Iun. in cons. 36. num. 14. vol. 2. & Couar. pract. quæstio. c. 27. num. 2. Et hæc sufficiat me breuiter dixisse pro huiusmodi causæ expeditione, & pro absolutione dicti quereleti.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Locationis materia discutitur, & an & quando mercedis remissio facienda sit. Et de condemnatione in expensis.

SVMMARIVM.

1 *Certioratio impedimenti non est necessaria in notorys.*
2 *Locator quo casu teneatur facere remissionem conductori.*
3 *Melius est non soluere, quam solutum repetere.*
4 *Res, sub qua cadit consensus & pretium, est de substantia contractus locationis & conductionis.*
5 *Locator ad quæ teneatur conductori. & nu. 8.*
6 *Locator non potest agere aduersus conductorem, nisi probet pro parte sua contractum adimplevisse.*
7 *Conductori quid liceat non seruato sibi pacto à locatore.*
9 *Pacta dolosa, & contra formam legis facta non seruantur.*
10 *Succumbens ex primis actis, licet primam sententiam pro se reportauerit, in expensis condemnari debet, & quare.*
11 *Iudex appellationis potest condemnare in expensis prima & secunda instantia, stante notoria iniustitia partis.*

CONSILIVM. CXXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Carlesca, Reuerendus Plebanus debet obtinere, & pronuntiari bene appellatum, & male iudicatum; ex quo cum idem Plebanus conduxerit in affictum per simplicem locationem de triennio in trienniũ duraturam à R. Capitulo Concordien. procerto annuo affictu inter dictas partes conuento plures mãsos, seu Terras, uel loca, ex quibus annuas responsiones, seu pensiones à possessoribus illorum bonorum exigere debebat; tamen illas ab eisdẽ possessoribus pro maiori parte exigere minime potuit, etsi proprijs sumptibus, & expensis in iudicio litigauerit, prout apparet ex actis; cum dubium non sit in iure, quod pro illa parte, quam dictarum responsionum exigere non potuit ex iniusto facto Tertij, cum illorum bonorũ possessores soluere noluerint, & ipse, ut soluerent, fecitent litigando quicquid potuit etiam certioratis dictis locatoribus; imo &
1 cum impedimentum notorium erat, † aliqua certioratione ipsorum non indigebat, prout latè firmat Menoch. in cons. 120. nu. 15. cum per eum adductis, vol. 2. per eosdem Reuerendos Aduersarios debet fieri remissio mercedis, seu frumenti, & aliarum rerum, quas occasione dicti affictus idem Plebanus eisdem promisit soluere singulis annis, prout expresse tenet Bar. per iura per eum allegata in l. si vero. §. Item cum quidam. sub num. 3. ff. locat. & condu. Et idem etiam procedit si iusto facto Tertij eidem tales responsiones persolutæ non fuerint, & locatores si potuerint prouidere, nõ prouiderint, & sic conductorem decipiendo, siue etiam prouidere non potuerint, cum in prædicto casu teneantur ad totale interesse: in secundo autem debet fieri pro rata remissio mercedis, prout dicit idem Bar. in prædicto loco, in princ. Et idem etiam procederet, si non facto Tertij, sed eorum lo-
2 catorum idem conductor † non potuisset exigere tales præstationes, per l. cũ plures, & ibi Bar. ff. eod.

Ex quibus expresse apparet de indebita petitione, & prætensione aduersariorum, qui uolebant dictum Plebanum cogi ad soluendum affictum prædictum, & postea repeterer ab illis illud, quod prætendebat ex supradicta causa, cum ius non dicat, quod ille, qui non potest facto iniusto vel iusto Tertij exigere reditus locatos, certioratis locatoribus, & non prouidentibus, uel facto ipsorũ locatorũ, ut conductor grauari possit, quod soluat affictum dicta de causa promissum; & postea quod repetat illud, quod exigere non potuit, sed dicit, quod fiat remissio mercedis; quam dicta de causa soluere promisit pro currenti quantitate redituum locatorum, quos exigere non potuit; & sic ut retineatur pensio promissa pro rata, & quod non soluatur integraliter, & postea pro rata non exactorum redituum repetatur, contra tex. in l. tertia. ff. de compensat. vbi ha-
3 betur, quod melius est non soluere, † quam solutum repetere. Et ideo debet exgrauari per iura desuper allegata de dicta pensione secundum læsionem per eum probatam, de qua in processu. Et in eo, quod affictus depositatus non supplet, debent condemnari ad restituendum dicto Reuerendo Plebano totum illud, quod indebitè dicta de causa persoluit, iuribus vulgaribus; reseruata tamen sibi facultate in sententia repetendi expensas pro bonis recuperandis factas contra illos, qui uoluerint bona ipsa habere per eum recuperata. Et ista sufficiat me dixisse in huiusmodi causa.

Nõ obstat modo, si aduersarij conentur se tueri pro consequenda eorum pætensa pensione, seu affictu, & ne fiat remissio mercedis pro rata bonorum, ex quibus aliquos fructus percipere non potuit idem Plebanus in uim instrumenti locationis inter dictas partes confecti, præsertim in illis uerbis uidelicet, § Di più non intendono essi Signori Canonici & Capitolo esser obligati ad alcuna sorte di manutentione, liberatione, ò conseruatione di qualsi uoglia trauaglio, ò lite, che potesse quouis modo, titolo, ò causa accadere, occorrere, ò interuenire. Le qual tutte cose esse Reuerendo Cõduttore sia tenuto

nuto à tutte sue spese, danni, & interessi far, defender, mãtener, & disbrigare: & in somma essercitar tutto quello, ch'essi Reuerendi Signori Canonici, & Capitolo far potessero per le terre, & affitto predetto: & nõdimeno sia obligato ogni anno non ostante qualsiuoglia caso, ò accidente pagare essi affitti alli suoi tempi debiti: che pagar si sogliono si fatti affitti senza contentione, contradittione, ò eccettione, e lite alcuna, libero, e netto d'ogni intrigo &c.

Primo quia in aliquo non obstat dictum pactũ, seu conuentio, quin teneantur dicti RR. Canonici ad faciẽdum remissionẽ pensionis, seu affictus bonorum, quorum fructus, seu responsiones percipere nunquam potuit idem conductor; cum etsi ipsi dixerunt in dicto instrumẽto nolle teneri, nec obligatos esse, § Ad alcuna sorte di manutentione, liberatione, e conseruatione di qual si uoglia trauaglio, ò lite &c. § Non per hoc se exemerunt, & liberarunt ex dictis uerbis ab obligatione tradendi res locatas, ut ex eis dictus conductor percipere posset debitos fructus, seu debitas respõsiones, quas percipere debebat; cum de substantia contractus locationis, & conduc-

4 tionis sit res, † sub qua cadit, consensus, & pretium; prout dicit Nicol. Mozziu. in tractat. de locat. & conduct. in ver. de substantialibus, locationis, & conductionis. nume. 9. fol. mihi 91. in fine, & seq. & quod res locata per locatorem debeat tradi, tenet expressè Calderin. in cons. 5. in ver. præterea sub tit. de locatio. Nec mirum, cum sicut in uenditione constituitur pretium respectu rei venditę, ita in locatione constituitur pretium gratia fructuum habito respectu ad fructus, & prouentus singulis annis, prout dicit Soc. seni. in consi. 156. numero 10. in fin. uol. 2.

Et non solum tenebantur dicti locato-

5 res † ad tradendum conductori res côductas, seu, ut ex eis dictus conductor percipere posset fructus, seu responsiones à possessoribus bonorum locatorum, sed etiam ad factum, id est, vt conductor frui possit rebus locatis non per simplicem traditionem, sed per patientiam, & per amotionem impedimenti pro tempore conuento, & per hoc patet de iniquitate pacti, & illius nullitate, ut infra dicetur, ita firmat idem Mozziu. dicto loco, num. 10. latè Soci. seni. dicto consi. 156. nu. 10. in ver. Primo enim, vol. 2. Paris. cons. 40. nu. 1. & seq. uol. 1. Franc. Becci. in consil. 45. nume. 19. Calderi. optimè in cons. 5. in vers. Præterea. vsque in fin. sub tit. de locatio. Quod prius uoluit Bar. in quest. 4. incipien. Publicanus, nu. 8. & extat decis. Pedemont. Cacherã. 51. nu. 8. & seq.

Immo & præfati locatores a petitione per eos facta de dicta pẽsione in uim dicti instrumenti locationis excludi debent, stante oppositione facta per dictũ conductorem rei non traditę, & quod rebus locatis uti & frui nõ potuit, cum ex contractu nullo vtroq; obligatorio, pro-

6 ut est iste, non possit agere locator, † nisi prius probet pro parte sua illum adimpleuisse: ita firmat idem Cacheran. dicta decis. 51. nu. 9. & 10. & q; locator non possit petere mercedem pro præterito tempore, si non seruauit cõtractum pro parte sua, tenet etiam Bal. in consi. 325. Iste fuit, vol. 3. de quo meminit idem Becciu. dicto cons. nu. 20.

Et non solum si res locata non præstatur conductori, ut illa uti, & frui possit,

7 eidem conductori † debet fieri remissio mercedis, ut supra dictum est, uerum etiam & locatione durante ab ea recedere potest, ac pro interesse etiam lucri cessantis agere, ita firmat idem Becciu. in dicto cons. 45. num. 20. Socin. sen. dicto cons. 156. nu. 10. in fine, in ver. Tertio loco, vol. 2. Paris. dicto, consil. 40. nu. 2. uol. 1. & Natt. in cons. 261. num. 1. vol. 2. vbi dicit conductorem teneri ad interesse, uidelicet ad restitutionem pretij recepti, prout petit idem Plebanus in præsenti, & ad lucrum, quod ex dicta conductione lucratus fuisset; & quod repetere possit pensiones solutas conductor, si non utatur, & fruatur re conducta; & futuras non teneatur soluere, tenet etiam idem Becciu. in dicto, consil. numero 21.

Deueniendo nunc ad iniquitatem dicti pacti, dico de eius iniustitia, & nullitate euidenter apparere; ex quo dicti locatores noluerunt teneri, nec obligatos

esse ad manutenendum, & conseruandū, conductorem in bonis locatis, vt illis vti, & frui possit, cum de iure expresse ca-
8 ueatur locatorem† teneri non solum ad tradendum rem locatam, sed etiam ad faciendum, ut conductor vtatur & fruatur re conducta; quod si non fecerit conductor ex conducto contra locatorem agere potest per tex. formalem in L. ex conducto, in prin. ff. locat. & l. si merces, §. qui fundum, & §. seq. ff. eod. & du-
9 bium etiā nō sit in iure pacta dolosa,† & contra formā legis facta non seruari. per tex. in L. iuris gentium. §. ait prætor; & ibi Ias. in princ. vbi dicit, pactum dolosum initium non seruari, siue dolus sit commissus tacendo, siue mentiendo, siue simulando. ff. de pact. cum in casu nostro vltra quod dictum pactum initum contra legem, & per hoc corruat, ut est dictum, non caret nec etiam dolo, cum minimè dictum fuerit in dicto instrumento per dictos locatores respōsiones, seu fructus bonorum locatorum esse inexigibiles, prout fuerunt, nō obstante, quod idē Plebanus etiam in iudicio contra eorundem bonorum locatorum possessores egerit pro illorum fructuum, seu responsionum recuperatione.

Et quia succumbunt ex eisdem actis ijdem DD. Aduersarij, dico quod licet sint appellati, quod debent in expensis in tota causa factis condemnari, cum suc-
10 cumbens† ex primis actis licet sententiā primam pro se reportauerit, in expensis condemnari debeat; cum tūc appareat de manifesta iniustitia primæ sententiæ, quæ non excusat à condemnatione expensarum, ita firmat Rota decis. 10. post prin. de dolo & contuma. in noui. Quod etiam expresse tenet Bart. in l. generaliter. §. 1. in fin. ff. de reb. cred. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. nu. 24. in ver. sed tu intellige. C. de iudic. & hāc
* esse communem opinionem dicit Abb. in c. finem litibus, nu. 25. post medium, in ver. aut fertur sententia ex antiquis actis, & ibi Ant. de Butr. nu. 21. ante fin. in ver. si appellatur à diffinitiua, de dolo, & contuma. & ita firmat etiam Mining. cum adductis per eum sing. obseruat. in obseruat. 89. nu. 1. & conclusiuè, nu. 2. vbi etiam dicit ita seruare Came-ram; & Rota Senensis in decisio. 1. crim. nu. 14. post cons. crimi. Zilletti posita. Et debent condemnari in expensis, etiam in prima, & secunda instantia factis, stan-
11 te dicta notoria iniustitia, cum iudex† appellationis hoc facere possit, prout dicit Rota in decis. 25. de senten. & re iud. in antiq. & ita Consulo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Admissio articulorum controuertitur ex causa prout in consilio.

SVMMARIVM.

1 *Conclusum in causa quibus modis dicatur.*
2 *Causa summaria quomodo ab ordinaria cognoscatur.*
3 *Causis summarijs citatio ad sententiam non inducit conclusionem in causa, & quis sit effectus.*
4 *Causis summarijs possunt fieri probationes etiam post conclusum in causa.*
5 *Causa termini assignati quomodo cessare dicatur, & quæ sit ratio, cum ampliatione, nu. 6.*

CONSILIVM CXXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN Causa Carlesca, Articuli pro parte Reuerendi Plebani cum alijs iuribus per eum productis debent admitti; cum resoluta fuerit cedula sententiæ per lapsum mensis, iuxta Decretum Illustrissimi D. vltra quod antea in causa non fuerit conclusum; prout uideri potest ex processu, ad dicta per Felyn. in cap. cum dilectus, ubi ponit sub, numero 27. & sequen. quibus modis in
1 causa † dicatur conclusum, de fid. instr. & glo. in eod. c. in ver. Conclusum; & simus in causa summaria, cum coram ordinario Concordien. fuerit incepta à præcepto de soluendo primam ratam affictus,

affictus, prout dicit Marant. in suo Spec. in 4.par.9.dist.in uer. Et an iudex sit cõpetens.num. 41.fol.mihi. 115. vbi dicit
2 causã summariam † ab ordinaria cognosci, quando tractatur sine ordine iudiciario, ut quia non interuenit libellus, nec litis côtestatio, uel quia incipit à præcepto de soluendo, sicut causæ executiuæ; quod prius firmauit Paul. de Castro in cons.48.nu.2.in prin.uolum. 2. Et expeditum sit in iure, in causis summarijs cita
3 tionem † ad sententiam non inducere conclusionem in causa, & debere quis auditi super nouis Capitulis, & probationibus, citatione ad sententiam facta non obstante, prout dicit expresse Soci. seni. in cons. 190. in fin. ver. Potest etiam Ioannes. vol. 2. Quod procedit, etiamsi in causa conclusum fuisset; cum in causis Summarijs etiam post conclusum in cau
4 sa possint fieri probationes, † prout dicit idem Soc. in præcitato loco, in uer. Prætera; & firmat Felin. in c. cum dilectus, sub nu. 19. de fid. instrum. vbi etiam dat multas alias fallentias ad regulam illius tex. Quod prius voluit Roman. in repet. l. Admonendi. sub num. 22. ff. de iureiur.

Ad idemque facit à fortiori illud, quod dicit Idem Feli. in c. licet causam sub nu. 18. in 3. limita. de probatio. vbi dicit etiam in alijs causis post terminum peremptorium assignatum parti ad probandum, quod possit producere instrumentum coram iudice, per quod notorie probat intentum, quod ualet proba-
5 tio, † ex quo cessat causa termini, idest protelationis iudicij, quem secutus fuit Cagnol. in Auth. si quis in aliquo. nu. 12. C. de eden. & idem dicit ibidem Felin. procedere in testibus, quos quis habet paratos, cum cesset similiter dicta causa prorogationis litis, & idem dicit procedere ibidem in 8. limitatione, si post lapsum termini, si uelit quis uti confessione aduersarij, faciendo positiones, cum non dicatur tendere ad probationem, sed ad probationis releuationem, quod etiam procedit, quando producuntur instru-
6 menta non ad finem probationis, sed ad confirmandum productionem instrumẽti iam facti, prout dicit Cagnol. in dicta Auth. si quis in aliquo. nu. 13. C. de eden. Et ista sufficiant, & ex abundanti hæc ultima dicta sint, cum dicta in principio sufficiant, ex quo sumus in causa summaria, ut est dictum.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Fideiussor an possit discuti ante principalem, & De priuilegijs clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in quo grauari possit.*
2 *Priuilegio inducto in fauorem ordinis non potest renuntiari.*
3 *Clericus non potest grauari, nisi in quantum facere potest.*
4 *Clericus quando non possit excommunicari pro debito ciuili nec carcerari. nu. 5.*
6 *Clericus non debet molestari super exercitio spiritua li pro debitis soluendis.*

CONSILIVM CXXIIII.

Spiritus sancti gratia vs aperiat, & illuminet intellectum.



Euerẽdus Presbyter Hieronymus Vendramenus Fideiussor D. Aloysij de Philippis vigore dictæ fideiussionis in aliquo non potest grauari, nisi prius discusso suo principali, pro quo fideiussit, etiamsi ut principalis se obligauerit, & constito ipsum principalem non esse soluendo; & tunc tantum grauari potest
1 in eo, quod facere potest, † prout in proprijs terminis firmauit Felin. in consil. 9. per totum, & conclusiuè num. 4. Ant. de Butr. cons. 41. in ver. item ut miles, & Staphi. de Signat. Iusti. in uerbo. de commissio. super reduc. pensio. nu. 8. fol. mihi 295. quod procedit etsi priuilegio clericali in instrumento fideiussionis tenuntiasset, prout non renuntiauit, cum tale
2 priuilegium † in fauorem ordinis Clericalis introductum sit, & renuntiari non possit, prout idem Feli. d. cons. num. 5. & Anto,

Anto. de Butr. d. conf. Et quod Clericus
3 † grauari non possit, nisi inquantum facere potest, tenet Capell. Tholos. in decis. 246. Abb. & alij in c. Odoardus de solutio. & Dec. in c. Reprehensibilis. nu. 28. & seq. ubi firmat hanc esse communem opinionem, de appellat. Et communem etiam profert Couar. uar. resolut. cap. 1. num. 9. lib. 2.

4 Et quod clericus, † qui si non sit soluẽdo, prout soluendo non est idem Frater Hieronymus, cum non habeat beneficium, neque patrimonium, excommunicari nõ possit, habemus tex. in d. c. Odoardus, & ibi Abb. Barbat. & alij de solutio. & Aufre. in addit. ad dictam decis. 246. Capellæ Tholos. ante fin. Idemque tenet Couar. in præcitato loco, ubi etiã dicit, quod nec carcerari possit, nec in eo detineri. Et Ant. de But. d. cõs. in fi. Et quod
5 clericus † si non põt satisfacere, quod nõ possit carcerari, excõicari, nec adstringi cedere bonis, dicit Abb. in c. grauis. n. 7. de deposit. & Coua. d. loco. Et latè firmat (excepto qñ esset obligatus in forma Cameræ) sequendo Couar. & alios Farina. in quæst. 27. à num. 65. usque ad numero 71. volu. 1. Et dicit Staphi. de signat. iust. num. 8. fol. mihi 295.

Et quod super exercitio clericali cle-
6 ricus † non debeat molestari pro soluendis debitis, sed illud, quod lucratur debeat pro eosustentando habere, tenet Abba. in cons. 122. nu. 8. uol. 1: Et ista sufficiant pro resolutione præsentis difficultatis.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Clericus defenditur à uarijs culpis, quæ initio consilij patent, cum discussione famæ, & testium.

SVMMARIVM.

1 *Forma procedendi contra clericos, ex Concil. Triden.*
2 *Casus legis ubi est, nullã dubitatio cadere potest.*
3 *Forma legis omissa actus uitiatur.*
4 *Forma omissiõ annullat actum, & quare.*
5 *Negatiua, aliquid non extare in processu, quomodo probetur.*
6 *Fornicatio, quæ est de essentia concubinatus, quomodo probetur.*
7 *Testimonium non reddẽtis bonam rationem sui dicti, ad offensam non ualet. secus ad defensam. nu. 8. & nu. 34.*
9 *Delicti exclusio in dubio præsumitur.*
10 *Probationes quales esse debeant in criminalibus.*
11 *Testes singulares nõn habentes contestes non probãt regulariter. Etsi in genere essent inducti ad aliquid probandum. nu. 12.*
13 *Inimicitia ex quo probetur capitalis ad repellendũ testes etiam in causa heresis*
14 *Iniuria facta uni de familia omnibus fata censetur.*
15 *Testi inimico presumpto non est credendum in criminalibus. Etiam si ueritas aliter haberi non possit. num. 16.*
17 *Inimicus meus capitalis presumitur, qui cum inimicis meis capitalibus commoratur.*
18 *Clerico an, & quando liceat arma portare.*
19 *Arma portans an, & quando puniatur.*
20 *Statutum laicorum contra portantes arma, ligat etiam clericos.*
21 *Legis natura est trahi ad futura, non ad preterita.*
22 *Testes singulares singularitate obstatiua nihil probant. Etiam in causa heresis, num. 23.*
24 *Inimici capitales non probant, etiam in causa heresis.*
25 *Res iudicatæ tractandæ non sunt.*
26 *Testibus affirmantibus regulariter magis creditur, quam negantibus, quod declaratur. & nu. 35.*
27 *Testes negantes preferuntur affirmantibus in criminalibus.*
28 *Testes de auditu auditus non probant in criminalibus.*
29 *Vox uana populi non uenit exaudienda.*
30 *Fama sola est quoddã somnium, & quidam rumor, qui sæpe à ueritate discordat.*
31 *Factum quodlibet probatur per duos testes.*
32 *Probatio bonæ famæ tollit quodlibet indicium contra Reum.*
33 *Testes non redentes causam scientiæ suæ depositionis non probant.*

CONSILIVM CXXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa R. Presbyteri Ioannis Cordouani Visis querela & processibus tã ad offensam quam ad defensam fabricatis, & illis accuratè, & diligenter inspectis & consideratis, mihi uidetur dicendum, ipsum absoluendum, & liberandũ fore & esse à quocunque prætenso delicto, in dicta asserta querela contento.

Et ut

Et vt gradatim pro maiori facti, & suæ innocentiæ intelligentia procedatur, prætensa delicta per ordinem hic annotata esse volui, ut vnumquodque non fuisse commissum ostenso de sua innocentia pateat.

Et primo fuit querelatus, quod ipse carceratus est concubinarius, & quòd propterea missam non celebrat, neque debitis tẽporibus confitetur peccata sua; nec Sãctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumit.

Secundo, quòd incedit in habitu laicali.

Tertio quòd defert arma tam offensiua quam defensiua, etiam archibusios, & etiã pistolas.

Quarto quòd incedit associatus ab hominibus malę qualitatis.

Quinto quòd vulnerauit & percussit multas personas.

Sexto quòd iuit cum officialibus ad retentionem personarum laicalium.

Septimo, quòd affixit libellos famosos contra aliquos nobiles Taruisinos.

Octauo quòd in officio Aduocatiæ contra aliquos solicitando in causis criminalibus comparuit.

Nono, quod fecit, & facit officium exploratoris, & quòd incumbit ad inueniendos homines sicarios, & homicidas, ut faciat interficere modo unum, & modo alium.

Decimo, quod est disturbator pacis.

Circa cuius quidem querelati defensionem primo nobis se offert illa insanabilis nullitas processus defectu iurisdictionis cõtra eundem fabricati; cum fuerit factus & fabricatus Concilio Tridentino resistente,

1 † & contra illius formam, & tenorem cap. 20. causæ omnes, §. legati quoque, sess. 24. de reformatio. vbi legũtur infrascripta verba uidelicet. Legati quoque etiam de latere, nuntij, gubernatores ecclesiastici, aut alij quarumcunque facultatum vigore, non solum episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo iurisdictionem ijs præripere, aut turbare non præsumant: sed nec etiam contra clericos aliasve personas ecclesiasticas, nisi episcopo prius requisito, eoque negligente procedant, alias eorum processus ordinationesve nullius momẽti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur.

Ex qua quidem conciliari dispositione manifeste apparet, quod iste clericus per Dominum meum in huiusmodi tribunali non potuit in prima instantia processari super prætensis delictis dicto Concilio resistente, & processũ contra illius dispositionẽ

2 factũ annullante; cum ubi casus † legis est, ibi nulla dubitatio cadere possit; prout dicit Bal. in l. ancillæ, num. 2. C. de fur. quem sequitur Zasius in cons. 2. num. 60. volum. 2. & contra legem facta quod nulla sint, & pro infectis habeantur, dicit etiam l. nõ dubium, C. de legib.

Neque aliquid obstat, etsi dicatur, quòd in dicto Concilio disponitur, quod supradicti legati de latere, Nuntij apostolici, & alij procedere possint, si requisito prius per eos episcopo, vt procedat contra suum clericũ, ipse procedere neglexerit: quia ad hoc respondetur de tali requisitione, & episcopi negligentia in processu minime constare, prout necesse erat constare facere, cum sit iurisdictionis fundamentum, & de forma

3 eiusdem Concilij, quæ † omissa in totum vitiat ipso iure processum, & acta, siue contra, siue citra formam fiant; prout latè dicit Dec. in c. prudentiam nu. 20. & sequentib. de offic. delegat. vbi etiam subdit num. 25. quòd omissio formæ vitiat actum etiam in actu fauorabili. Et quod omissio † formę

4 annullet actum, cum det esse rei, & faciat corruere totũ processum, si ad vnguem non seruetur, cum nihil addi, uel minui possit, vltra decis. tradit latè Neuizza. in consil. 77. num. 2. Roland. a Valle in cons. 99. nume. 17. vol. 1. Roma. in terminis in consil. 236. num. 8. & Cephal. in cons. 421. num. 46. volum. 3. & quòd talis forma seruata non fuerit, inspectio ipsius processus demonstrat, cum talis negatiua, † aliquid in processu nõ existere sic probari soleat ad dicta per Ia-

5 cob. Butri. in l. 2. C. de error. aduocat. Abb. in cons. 92. num. 3. volum. 1. Cephal. 250. num. 3. volum. 2. Purpu. in cons. 524. num. 10. volum. 2. latè Franc. Hercul. in tracta. de negat. proban. num. 176. & sequen. tract. tom. 4. fol. 21. & Menoch. in cons. 199. nu. 3. volum. 2. & hæc sufficiant quo ad nullitatem processus, & actuum: & ad demonstrãdum tantum ex hoc capite prædictum que relatum esse absoluendum, & liberandum.

Deueniendo nunc ad prætensa delicta, dico similiter de eius innocentia aperte cõstare: nam primo per ordinem incipiendo, dico

dico de prætenso concubinatu inter ipsum & q. Catherinam, de qua in processu, minime probatum esse; cum licet testes deponant, quòd commercium carnale idem que relatus cum ea habuerit, & fuerit eius concubina; prout super secundo articulo processad offensam deponunt 9. testis fol. 27. ter. 10. testis fol. 30. 11. testis fol. 33. 12. testis fol. 34. 13. testis fol. 35. ter. Tamen non per hoc probant de aliquo commercio carnali inter ipsos habito: cũ ad probãdũ actũ
6 cõmercij carnalis, seu fornicationẽ, † q̃ est de essẽtia cõcubinatus, vltra q debeant testes esse contestes de loco, & tempore, debent saltem deponere ad hoc, ut probent de auditu proprio, uidelicet, audiuisse fornicantes insimul commisceri cum concursu etiam famæ, & alijs adminiculis sufficientibus, cum de facili haberi non possint testes de uisu, per tex. in c. præterea, & ibi glo. fin. ante fi. Ioan. Andr. num. 9. Abb. num. 1. 4. & 5. & Io. de Imol. nu. 4. de testib. & facit idẽ Abb. in c. tertio loco, nu. 4. de præsũpt. cum alias testes non dicantur circa huiusmodi commercium carnale bonam rationem eorum depositionis reddere congruẽtem, & concludentem, prout illam reddere tenentur, etiam non interrogati, cum simus in criminalibus, & ad offensam testes fue-
7 rint examinati, † vnde eorum testimonium non valet; prout dicit Salyc. in l. fin. num. 3. C. de probatio. quem secutus fuit Alex. in cons. 15. num. 6. volum. 1. Soc. in tract. Regul. regul. 497. in 5. fallent. fol. mihi 514. Gramma. in cons. 12. num. 12. in crim. Marsil. in cons. 51. num. 10. Nouel. in sua practi. crim. fol. mihi 144. num. 16. & hanc esse cõ-
* munem opinionem firmat Bal. in cõs. 182. num. 2. in princip. volum. 4. & de communi etiam dicit Viui. in Sylua opinio. 895. nu. 1. lib. 3. fol. 20. & de communi etiam refert in fi. appostilla. ad Fely. in cap. cum causam de testib. Marcabr. ad Anguill. in cons. 62. num. 2. inter crimi. diuerso. volum. 2. & de communi etiam refert ita tenendo Clar. in sua prax. crimi. quæstio. 53. num. 22. quod tamen limitant Clar. in præcitato loco in fi. in uer. sed hoc intellige, & Nouell. similiter in loco allegato in uer. quòd limita. vbi dicunt prædictam conclusionem procedere, quando testes deponunt ad offensam, se
8 cus si ad defensam † deponunt, quia tunc dicunt probare fauore rei, etiamsi suorum dictorum non reddant causam scientiæ; &
* esse communem opinionem ibidem dicit Clar. quod prius hoc communiter firmari per omnes criminalistas dixit Viui. in præcitata opinio. nu. 2. lib. 3.

Neque aliquid refert etsi dicta Catherina permansit in domo dicti presbyteri; & quia ab eius patre statim post mortem suæ vxoris, & matris dicti querelati, fuit recepta in domo sua dicta Catherina, ut gubernaret eiusdem domum, & esset in sociam d. Lauræ eius filiæ, & sororis eiusdem querelati: prout in processu ad defensam deponunt trigesimustertius testis fol. 69. trigesimasexta testis dicto process. fol. 74. ter. & trigesimaseptima testis fol. 76. qui optimã etiam causam scientiæ reddunt eorum depositionis. ex quibus depositionibus redditur etiam mendax & periurus pater mariti olim dictæ Catherinæ, qui deposuit, quòd presbyter Ioannes recepit illam in eius domo: & quia per talem retẽtionem in domo dictæ mulieris non infertur iuris præsumptione mala practica concubinatus, præsertim cum ad bonum finem fuerit recepta; cum semper in dubio ius præsumat pro ex-
9 clusione delicti, quando aliquod factum potest † se habere ad delictum, & non delictũ ad dicta per Barto. in l. non solum §. sed vt probari, num. 3. ff. de nou. ope. nuntiatio. late Aymo in cons. 244. num. 4. ad fi. & seq. cum alijs per eum accumulatis. Gramm. in voto 10. num. 31. latissimè Ioan. a Royas de hæret. in 1. par. sub nu. 366. Alex. in cons. 15. num. 7. volum. 3. Marsil. in consil. 104. num. 28. & Menoch. in tracta. de præsump. præsump. 2. nu. 10. & seq. lib. 5. & præsump. 54. num. 23. lib. 6. vol. 2. ad quod eleganter & nunquam obliuioni tradendus facit Salyc. in l. fi. num. 3. in fi. C. de probatio. ubi dicit, quod in criminalibus probationes
10 † adeo debent esse certæ, ut probabiliter non possit persuaderi, uel suspicari de contrario.

Neque aliquid obstat si dicatur, quòd Franceschina famula Bernardi Criuellatoris de Vascano quadragesima secunda testis ad offensam examinata proces. fol. 118 ter. deponat per hęc uerba uidelicet. § Et vna volta hauendo portato al detto prete vn cesto d'vua, visti detta madonna Caterina in letto col prete in la camera non prima, ma l'altra così la matina, & mentre che

io

io fui lì, detto prete si leuò del letto, & si vesti & andò uia. ‹ Et Stephanus Simoncinus q. Francisci de villa Vasconi quadragesimusquintus testis d. proces. ad offensam fol. 128. ter. deponat per hæc veeba uidelicet ‹ & gli hò visto in casa detta Caterina, & vn altra il detto prete in letto & lei, che allhora allhora era uscito, che a punto si zolaua dauanti. ‹ Quia ijdem testes nihil probant: primo quia in eorum dictis sunt singu-
11 lares, † contestes non habentes, ad dicta latè per Marsil. in cons. 109. num. 2. & seq. & per Bal. in l. iurisiurandi sub nu. 9. vbi dicit, tũ mille testes singulares probare, quantũ vnus, imò & quandoque minus, C. de testibus & in c. tam literis, num. 4. Io. Natta in cons. 316. num. 7. in fi. volum. 2. & Cephal. in cons. 222. num. 13. volum. 2. con mille concordantibus. Quæ conclusio proce-
12 dit etiam etsi in genere † inducti essent ad
** aliquid probandum: & est magis communis opinio, prout dicit latè Io. de Amic. adducendo multas auctoritates in cons. 127. num. 1. in uer. tamen magis communis, & num. 3. & seq. reiecta opinione aliorum aliter tenentium; vbi etiam dicit, testes singulores nec admitti ad probandum iurisdictionem decimandi. Et hanc opinionem etiam veriorem esse, ut per testes singulares non probetur aliquid in genere, puta iurisdictio, neque aliquid in vniuersali, firmat Crot. in tract. de testib. in 7. par. num. 139. & conclusiuè num. 140. fol. mihi 432. reiecta similiter opinione aliorum aliter tenentium, cum non sit expresse fundata in iure; & ideo dicit inhæredum esse regulę, quę se habet, quod testibus singularibus non credatur, prout dicit idem Io. de Amicis in d. cons. 127. num. 4. & quod testes singulares in eorum dictis circa tempus, & actus non probent, nec fornicationem, tenet Card. Florent. in cap. qualiter el. 2. §. hunc tamen sub num. 7. de accusat. Glos. sing. ad quam omnes nostri interpretes recurrunt in c. nihilominus, in uer. simul; & ibi Archidia. nu. 1. 3. quæst. 9. & Grat. in cons. 50. num. 10. volum. 2.

Secundo dicitur dictos duos testes aliquid nõ probare, quia sunt inimici capitales dicti querelati, cum dictus Stephanus Simoncinus 45. testis in ordine examinatus, ut est dictum, sit patruus Hieronymi 40 testis, detto il Moro, qui quidem Hieronymus eodem processu ad offensam fol. 110. & seq. deponit, quod fuit verberatus cum quodam ligno; & quod uolebat dare cum stilo, a dicto querelato. Vnde ex talibus prætensis verberibus, & minis sibi illatis per dictum presbyterum nõ est dubium esse suum inimicum capitalem; prout dicit Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 23. in versic. item oritur etiam capitalis inimicitia ff. de quæst. sequendo Bal. in l. in his §. 1. in uersi. ego dico, ff. solut. matri. & quod ob offensionem personæ, prout in casu nostro, oria-
13 tur inimicitia † capitalis etiam sufficiens ad repellendum testes in causa hæresis, sequẽdo supradictos Docto. tenet Franc. Pegna in Directo. Inquisito. in comment. 116. in 12. causa in 3. par. fol. mihi 659. & propterea non solum probari esse inimicum capitalem dicti presbyteri prædictum Hieronymum, cum fuisse uerberatum a d. presbytero in eius examine dicat, & a testimonio repellatur, prout tradit Aymo in consil. 9. nu. 5. in fi. & seq. Luchi. de Curte. in cons. 59. num. 11. & seq. inter crimin. diuers. volum. 1. & Nellu. in tracta. de testib. num. 19. in ver. si testis, fol. mihi 80. verum etiam & prędictum Stephanum eiusdem Hieronymi patruum, vt est dictum, ac etiam Bernardũ Semonlum quadragesimum primum testẽ patrem d. Hieronymi d. proces. fol. 112. & seq. ac Luciam quadragesimam tertiam testem eiusdem Hieronymi matrem, & uxorem d. Bernardi d. proces. fol. 119. ac Dominicum eiusdem Hieronymi fratrem carnalem 46. testem dicto processu fol. 129. ac Franceschinam eorum famulam 42. testem in eorum domo pro ancilla commorãtem, & sic alicui præfatorum desuper mentionatorum in aliquo non esse credendum: cum
14 iniuria † sic uni de familia facta, omnibus de eadem familia facta censeatur, & omnes a testimonio repelluntur contra iniuriãtem, prout dicit Bar. in l. lex Cornelia, nu. 1. ff. de iniur. Ant. de Butri. in c. [illegible] oporteat, num. 27. [illegible] ly. num. 3. in ver [illegible] i. seni. in cons. [illegible] quo capite, [illegible] §. Grif[illegible] Dec. i[illegible] uer. te[illegible] ptius uo[illegible] cit Salyc.[illegible]

15 Nec etiam sit dubitādum nedum testi † inimico aperto non esse credendum in criminalibus; uerumetiam nec præsumpto, nec de odio suspecto, prout firmat latè Iaso. in cons. 167. nu. 16. volum. 4. Bursat. in cons. 331. num. 40. uolum. 3. Alexand. consi. 99. num. 1. & seq. volum. 1. Innoc. in cap. cum P. Manconella, in fi. de accusat. & Aymo in 16 cons. 99. num. 3. quod procedit † etsi aliter ueritas haberi non possit, optime Gramma. in cons. 45. num. 18. in crimi. & Anto. Gomes. delict. in cap. 12. sub num. 20. & quod non debeat credi etiam dictæ Francischinæ, nedum quia est tantum ætatis annorum quindecim in circa & simus in criminalibus: sed quia est ancilla inimicorum dicti querelati, & cum illis in eorum propria domo cōmoratur: cū ꝑ pea & ipsa inimica capitalis 17 d. p̄sbyteri p̄sumatᷣ: cū inimicus meus capitalis præsumatᷣ, qui cū inimicis meis capitalibus commoratur; prout dicit Card. Alex. in cap. accusatoribus, num. 2. & ibi Domi. de Sancto Gemi. num. 1. & Io. a Turrecre. 3. quæst. 5. & uoluit Hosti. in sum. in tit. de accusat. in §. quis possit, colum. 2. post medium, in uer. ergo inimici. & voluit etiam dictus Pegna etiam in causis Sanctissimæ Inquisitionis in d. Cōmet. 116. col. 6. post mediū in 15. causa. Et ex his ostensū sit de aliquo prætenso cōcubinatu nō esse probatū.

Quibus accedat nec etiam d. Catherinā unquam fuisse suspectam de concubinatu prætenso; cum ab ordinario Taruisino nunquam dictus præsbyter fuerit monitus, ut illam dimitteret de domo, seu nō sineret in domo sua practicare, & conuersare sub pœnis, & secundum formam traditam a Sacro Concilio Tridentino in cap. 14. quam turpe sess. 25. de reformatio. prout facere tenentur ordinarij, si quis clericus in domo propria, uel extra eam retinet mulierem suspectam. Quibus accedat depositio Illustrissimi equitis Augustini Bressa processu ad defensam fol. 31. ter.

Circa secundum caput dictæ querelæ, quòd dictus presbyter incederit in habitu laicali, cum nihil de hoc probatum fuerit cōtra eum, prout nec probari poterat, cum semper incederit in habitu clericali, prout eidem conueniebat, nihil dico.

Quo uero ad tertium, quòd portauerit arma tam offensiua, quam defensiua, ac ēt archibusios, & pistolas, prout excepto de pistolis, ipse presbyter in suis constitutis cō fessus fuit portasse; dico quod propterea in aliquo non potest puniri; primo quia ex legitima causa inimicitiæ; & quia quærebant sui inimici ipsum facere interficere, prout processu ad defensam deponit Illustris. Comes Horatius Collalto fol. 2. et magnificus D. Nestor Auocadrus d. processu ad defensam fol. 36. ter. et seq. illa portare possunt: ultra quod inimicitia notoriè constet etiam Domino meo. Vnde licet cleri-18 co † regulariter prohibitum sit arma portare etiam de iure canonico per cap. 2. de uita, et honesta. cleric. cum eius arma regulariter debeant esse lacrimæ: et propterea eorum contumacia crescente per illorum delationem clerici sint excommunicandi, prout in d. cap. 2. dicunt Io. Andr. et Imo. num. 1. et Anto. de Butr. num. 6. tamen ista regula fallit, quando, ut est dictum, ex causa iusta illa deferunt, prout in casu nostro, quia tūc etiam de iure illa portare possunt, prout dicit glo. in uer. clerici arma in d. ca. 2. et ibi Abb. præsertim num. 8. et alij de uita, et honestat. cleric. ultra etiam quod dici possit ex permissu superioris sui illa portasse, cum illa publice portaret; et non fuerit eidem prohibitum, nec super tali delatione molestatus, prout non fuit molestatus: ex quo nunquam missam dicebat, cum suus superior esset informatus de suis inimicitijs, et persecutionibus, prout deponūt, proces. ad defensam 15. testis fol. 34. 17. testis fol. 40. ter. et 30. testis fol. 62. et 31. testis fol. 63. et seq. et propterea ex tali legitima causa sic fuit toleratus.

Secundo respondetur, quod dato sine ueri præiudicio, quòd illa portare de iure non potuisset, prout potuit, ut est dictum, tamen ex quo cum illis captus non fuit, etsi confessus fuerit illa portasse, non potest propterea ex generali consuetudine in aliquo puniri, prout firmat Angel. in l. 1. num. 4. ff. ad l. Iuliam de ui pub. vbi dicit hodie in vsu non esse, ut pro simplici habere, uel 19 portare † arma, pœna alicui inferatur, nisi illa portans inueniatur per familiam. quem latè secutus fuit Clar. in sua pract. crimi. q. 82. in uer. statutum sexto, num. 1. in versicu. et ita etiam hodie. et de eadem consuetudine generali etiam attestatur Anto. Scap. in tracta. iur. non script. cap. 161. lib. 5. fol. mihi 122. et Coua. pract. quæst. c. 33. in fi.

Neq;

Neq; aliquid obstat, etsi opponatur de parte edita per excelsum Consilium de Decem vsque sub die 19. Augusti 1596. contra portantes archibusios longos, & pistolas, quæ videtur etiam comprehendere cle-
20 ricos, cum statutum † laicorum editum cōtra arma portantes liget etiam clericos; & quia concernit utilitatem publicam, & quia clericis prohibitum est arma portare; prout late dicit Ioan. de Platea in §. item lex Iulia, lo 2. per iura per eum adducta sub nu. 108. Instit. de publi. iud. sequitur Ioan. Lupin. in repet. c. per uestras in 2. not. in uersi. sed est num. 13. de donat. inter uir. & uxo. fol. mihi 249. & vtrunque secutus fuit Couar. pract. quæstio. d. cap. 33. colum. fina. in ver. vnde palam fit: per quam l. uidetur dari facultas ut procedi possit contra portantes dictos archibusios per accusationem; & sic non habere locum dictam generalem consuetudinem in huiusmodi Serenissimo Dominio; & dictum presbyterum posse puniri.

Quia ad hoc respondetur dictam legem in casu nostro non uindicare sibi locum, cū non post editionem præfatæ legis archibusios, non dico pistolas, portauerit idem querelatus, sed multo antea, prout apparet ex processu, & suis depositionibus, cum le-
21 gis natura sit † ad futura trahi, & non ad præterita, prout dicunt Bar. in l. illicitas in fi. princip. & Alberic. num. 3. de offic. præsidis. & si post legem contrauenisset, non est dubium, quod in vim illius fuisset punitus, & credo per iudices, quibus illius executio fuit cōmissa, si ad manus illorum peruenisset, non obstante, quod Ioan. de Platea. Ioan. Lupi. & Couaru. dicant in præcitatis locis, quod exactio talis pœnæ in uim talis legis statutariæ pertineat ad iudicem ecclesiasticum.

Quod autem dictus querelatus pistolas neque ante editionem dictæ legis, neque postea portauerit, manifeste apparet, & quia ipse hoc non dixit in suis constitutis; & quia nullus testis ad offensam examinatus de tali delatione deponit, exceptis dictis suis capitalibus inimicis, qui ante editionem dictæ legis ipsum portasse dictas pistolas deponunt; sed quia nedum sunt inimici capitales, ut supra demonstratum est, uerumetiam & testes adinuicem contrarij, & singulares singularitate obstatiua; ideo necessarium esse putaui illorum uerba in substantialibus circa huiusmodi singularitatem referre.

Et primo incipiendo à Hieronymo Semonzo alias Mauro, filio Bernardi de villa Vasconi quadragesimo teste in ordine ad offensam examinato, qui d. process. fol. 112 deponit per hæc uerba uidelicet § Quella volta, che mi dette, come hò detto, detto prè Zuane haueua archibuso lungo a ruota, & vna pistola sotto la mantellina, quale le visti in quell'atto, che mi volse dare, essendoglisi allargata un poco detta mantellina; haueua anco il stil, del quale hò detto di sopra. §

Franceschina autem 42. testis ancilla in domo d. Hieronymi aliter deponit d. processu fol. 118. & dicit d. Hieronymo contrariando § Detto prè Zuane quella uolta anche haueua il stil, & vna ò due pistole, che in particolar non mi ricordo, & io uidi che le cauò dalla cintura auanti che desse al Moro, perche messe prima zò il tabarro e dette pistole; & poi dette ad esso Moro §

Lucia aūt mater d. Hieronymi 43. similiter aliter deponit, & cuilibet præfatorū testium contrariatur, cum d. proces. fol. 121. deponat per hæc uerba uidelicet. § E di più il prete haueua anco una pistola, che in quella uolta non gliene vidi più. E ben vero, che altre uolte, che è uenuto li a Vascon he ne hò visto a portar seco hor una, hor due, e mai è uenuto senza qualchuna di esse, e quella uolta, che dette a mio fiol, io uidi detta pistola del prete sù la tola in camera, doue l'haueua posta detto prete, smontato che hebbe, & prima, che desse a detto Moro.

Stephanus autem patruus d. Hieronymi 45. testis similiter in ordine examinatus aliter deponit, & dicit, fol. 128. § ditto prete quando venne quella uolta a Vascone, e smōtato in cortiuo nostro haueua lo schioppo grande a roda, & due pistole similmente a roda; & anco il stil, ma quando dette al Moro haueua lasciato in Camera sopra il tabarro ò ferrariolo detto archibuso e pistole, e gli andò addosso col baston, tenendo nascosto da drio.

Dominicus autem frater d. Hieronymi & filius d. Luciæ, & nepos dicti Stephani 46. testis in ordine examinatus aliter deponit d. processu fol. 130. ter. & dicit § Doppo che

po che detto prete haueua dato a mio fratello mi occorse andar in casa in camera, visti sotto un balcone in su una cassa due archibusetti piccioli, & uno grãde da spalla, e non sò se erano da roda, ò da foco, perche io non m'intendo di schioppi, e mi sò, che erano del prete, perche in quella camera non pratticaua, se non lui, quando ueniua.

Ex quibus quidem depositionibus manifestissimè apparet de falsitate dictorum testium, cũ sint singulares singularitate obstatiua, dictum unius dictum alterius destruẽdo: cum Hieronymus alias Moro deponat § che prete Zuane nell'atto, che le uolse dare haueua un archibuso lungo, & una pistola sotto la mantellina § Franceschina dicit § che là cauò dalla cintura auãti che desse al Moro § Lucia deponit § che quando dette a suo figliuolo uide la pistola del prete su la tola in camera § Stephanus dicit § che haueua lassato in camera sopra il tabarro detto archibuso & pistola § Dominicus dicit § che uide sotto il balcon in sù una cassa duoi archibusetti piccioli, & un grande § cum non sit dubium, quòd in uno instanti non poterat pistolam, seu pistolas, quam seu quas ipsi testes dicunt, dictũ presbyterum portasse, & secum habere, prout dicit Hieronymus, & illas supra tabarrum esse, prout dicit Franceschina, nihil de camera dicendo; & esse in camera supra tabulam unam pistolam tantum, prout deponit Lucia, & esse archibusum longum cum duabus pistolis supra tabarrum in camera, prout deponit Stephanus, & esse supra cassam unum archibusum cum duabus pistolis, prout deponit Dominicus. Qua quidem singularitate obstatiua stante, cum vnius dictum eneruet dictum alterius, cum diuersimode deponant super actu, seu re indiuisibili: & hæc fuit singularitas testium Susannæ; non est dubium in aliquo prædi-
22 ctos testes non probare † ad dicta per Bal. in rub. de contro. inuestitu. sub num. 2. ad fi. quem secutus fuit Barbat. in consil. 40. num. 29. in princip. uolum. 3. Caccialup. in repetit. l. admonendi sub num. 91. in uersic. tertia ff. de iureiu. idem Bal. in cap. licet causam, num. 11. de probatio. & Aymo latè in consil. 267. sub num. 3. & seq. & facit Saly. in l. testium num. 15. in uer. semiplene, C. de testib. & quòd nihil probent tales testes
23 † etiam in causis hæresis; in quibus multa specialia propter enormitatem delicti, & fauorem fidei inueniuntur in iure firmat Io. a Roya. in singul. in fauorem fidei 103. nu. 6. in uer. quando cum contrarietate. Et in tract. de hæresi. assertio. 6. num. 122. in uer. tria sunt, parte 2. fol. mihi 92. & Simanch. de catholic. institutio. in tit. 64. de testibus numero 62.

Et non solum dictis testibus in aliquo non est credendum, quia sunt singulares singularitate obstatiua, ut est dictum uerumetiam & quia sunt inimici capitales eiusdẽ presbyteri, prout similiter supra firmatum
24 est; quibus non creditur, † etiamsi in causa hæresis contra eum deposuissent, prout firmat Eymeri. in Direct. Inquisi. in d. q. 67. 3. par. & ibi Pegna. in d. comment. 116. in princip. ubi dicit ita communiter teneri: & idem Pegna. ad titul. de defensio. reorum in comment. 28. col. 3. ad fi. & seq. d. 3. par. fol. mihi 481. Zanchi de hæretic. cap. 13. nu. 3. & ibi latè Addit. in uer. conspiratores vel inimici capitales; quod prius firmauit Hostien. in summa, in tit. de accusat. §. quis possit, colum. 3. in uersic. admittitur, & uoluit Archidia. per Eymer. citatum in capit. ut officium columna 2. ante medium, in uersicu. debent etiam inquirere, de hæretic. in 6.

Quibus accedat etiam ad demonstrandum dictum præsbyterum habuisse legitimã causam deferendi arma, q Dominicus de . . . . qui interfuit homicidio fratris d. presbyteri uolebat etiam ipsum presbyterum interficere, prout d. proces. ad defensam deponit 25. testis fol. 53. 26. testis, fol. 55. ter. & 30. testis fol. 60. ter. & seq. Et ex his ostensum et probatum sit dictum querelatum unquam non portasse pistolas, neque archibusios, neque alia arma prohibita post legis præfatæ editionem, sed antea, et ex legitima causa a iure approbata, ac ex permissu sui Episcopi, seu superioris pro tempore existentis, ut est dictum.

Quo uero ad quartam imputationem, cum in totum tollatur per testes ad defensam eiusdem presbyteri tam super articulo de eius bona qualitate, et fama deponentes, quam super alijs, nihil dicendum esse putaui.

Quo uero ad quintam imputationem similiter nihil est dicendum; et quia dictum

Hiero-

Hieronymum alias Moro non fuit probatum percussisse; & quia etsi vulnerauit Maggum, fuit iam sententiatiasti; & ideo in praesenti vlterius aliquid dicendum nõ
25 duxi, cum de rebus iudicatis † pertractandum non sit.

Quo uero ad sextam imputationem, quod cum Birruarijs iuerit ad retentionẽ delli Rouerradi cum quadam barba, vt dicitur, apostiecio, & alias laruatus, prout deponunt ad offensam birruarij, qui in tali retentione interfuerunt, prout dicto processu deponunt primus testis fol. 12. ter. secundus testis fol. 15. sextus testis, qui fuit unus de retentis fol. 23. ter. & sequen. octauus testis fol. 26. ter. & 34. testis fol. 74.

Tamen de cõtrario fuit probatum pro parte dicti querelati, uidelicet, quod non ipse, sed dictus Rochus eius cognatus cum dicta barba aposticcio & laruatus iuerit ad dictam retentionem, & quod ipse permanebat in lecto aegrotus, & omnino inhabilis, ut potuisset tali retentioni interuenire; & quod tam in illo sero, quam de mane fuerit uisus in lecto aegrotus, prout deponũt processu ad defensam quartus testis fol. 14. & fol. 25. ter. 23. testis fol. 50 ter. 24. testis fol. 52. & 32. testis, qui illum medicabatur de roctura fol. 65. ter. ex quibus testibus non est dubium probatum esse illum, qui interuenit in dicta captura, non fuisse presbyterum Ioannem, sed eius cognatum, & ipsum interuenire non potuisse, ex quo aegrotabat de dicta roctura, & medico de qualitate morbi deponenti standum sit, unde succedit hic illa conclusio, quòd licet regulare sit testibus
26 † affirmantibus magis credi, quam totidem negantibus, vel pluribus; tamen hoc fallit fauore absolutionis, & rei; cum duobus magis credatur attestantibus delictũ non fuisse commissum, quam duobus alijs vel pluribus deponentib. cõmissum fuisse, ita firmat Rom. in l. in illa in fi. sub nu. 49. ff. de verb. oblig. quod & prius voluit Bal. in l. data opera sub num. 44. C. de his, qui accusa. non poss. allegant pellegrinam gl. in c. clerici. 81. distinct. & Ias. in rub. sub
27 num. 8. & quòd testes † negantes praeferantur affirmantibus in criminalibus, ut sequatur absolutio rei, tenet Archi. in l. prima, §. fina. colum. 3. sub nu. 2. & seq. ff. de uerbo. oblig. & ex his sublata fuit dicta sexta imputatio.

Quo uero ad septimam, circa libellos famasos, cum de hoc fuerit cognitum, & dictus querelatus absolutus per excelsum Consilium de Decem, nihil ulterius dico cum non egeat.

Quo uero ad octauam, dicitur, quòd si presbyter Ioannes vadit coram iudicibus laicis, hoc facit ex necessitate suarũ litiũ, & non quia procedat contra alios in criminalibus, prout deponit septimus testis, qui optimã causam sciẽtiae reddit, cum dictus presbyter utatur opera sua, cum incumbat litibus, & negotijs palatij d. processu ad defensam fol. 22. ter. & 14. testis eodem processu fol. 33.

Quo uero ad nonam, cum nihil probatum sit contra eundem querelatum de cõtentis in ea, nihil dico.

Quo uero ad decimã, quòd idem presbyter sit disturbator pacis, prout uidentur deponere processu ad offensã super 12. articulo 3. testis, f. 18. ter. qui de auditu auditus deponit. 4. testis fol. 20. in fi. & seq. qui similiter deponit de auditu auditus. 15. testis d. proces. fol. 41. ter. qui pariter de auditu ut supra deponit. 18. testis eo. proces. fol. 45. & seq. qui similiter de auditu auditus deponit. 22. testis, qui pariter de auditu auditus deponit d. proces. fol. 51. 23. testis d. proces. fol. 53. ter. qui similiter de auditu auditus per ciuitatem deponit. 24. testis similiter de auditu per ciuitatem. & 27. testis, qui similiter de auditu auditus deponit fol. 60. Quos quidem testes sic de auditu auditus † deponentes, cum simus in cri-
28 minalibus, nihil probare, ambigendũ non est, prout dicit Alex. in cõs. 72. nu. 8. in fi. vol. 1. & in cons. 1. nu. 4. in fi. & seq. vol. 3. Mars. in cons. 76. nu. 25. Paris. in cõs. 164 nu. 5. uol. 4. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 53. in fi. Ang. de Castro in cons. 94. nu. 23. & seq. inter crim. diuers. uol. 1. Barth. Vero. in cons. 1. nu. 18. in crim. Domi. de S. Gemi. in cons. 142. num. 5. & Aymo in cons. 281. nu. 5. in uer. secundo.

Quae cõclusio etiam procederet, etsi testes, qui deponunt per ciuitatem dici, deponerent etiam ita esse famam, cum nihilominus diceretur uana uox populi, † &
29 non fama, quae non uenit exaudienda per l. decurionum, C. de penis, cum aliquam

probabilem præsumptionem non afferat, unde originem traxerit dicta fama, seu talis credulitas, uel quod dicitur, ad dicta per Bar. in l. de minore §. plurimũ sub nu. 30. ff. de quæst. quem secutus fuit Abb. in c. nostra nu. 12. de cohabit. cler. & mulier. Aymo latè in cons. 260. nu. 7. Ias. in cons. 2. nu. 34. in uer. præterea, uol. 3. ubi etiam
30 dicit, quod sola fama † est quoddam somnium, & quidam rumor, qui sæpè a ueritate discordat, secundum Bal. in l. uigilanti, col. 2. de præscrip. & idẽ Ias. late in cõs. 78 nu. 20. eo. uol. 3. & in cons. 167. num. 18. vol. 4. Bal. in l. proprietatis, nu. 3. C. de pbat. Aret. in cons. 65. nu. 2. in fi. in uer. nec fama. & Ang. in l. ea quidẽ in fi. in uers. & prædicta C. de accusat. & Abb. in ca. cum causam, nu. 6. in uer. ego dico, de testib.

Et quid plura, probatum fuit de contrario per d. presbyterum uidelicet, semper ipsum fecisse bonum officium, & persuasisse dominis . . . . vt fieret pax inter ipsos, & dominum Iacobum Bellũ, & Hieronymum Tirettam; prout optime deponunt testes pro parte sua examinati, bonã causam eorum depositionis etiam reddentes, uidelicet d. processu ad defensam 6. testis fol. 20. & 34. testis fol. 70. ter. in fin. & seq. & Primus testis fol. 1. ter. & seq. cum non sit dubium, per duos testes quolibet
31 factum † huiusmodi probari; cum maior numerus testium a lege non desideretur per l. ubi numerus ff. de testib. ca. in omni in fi. eod. & probatur ex nouo testamento Ioan. c. 8. col. 1. Et ex his sublata sit etiam in isto capite prædicta querela; & ostensũ sit, dictum querelatum pacem procurasse inter prædictos nobiles Taruisinos.

Quibus omnibus accedat ad demonstrandum innocentiam dicti presbyteri, quod ipse per quã plures testes Illustres, religiosos, & omni fide dignos probauit ipsum semper fuisse & esse hominem probum, bonum, religiosum, ac bonę conscięntiæ, & famæ; prout d. processu ad defensam deponit primus testis fol. 3. ter. 14. testis fol. 33. ter. 16. testis fol. 38. 17. testis fol. 41. & fol. 39. ter. & seq. 18. testis fol. 43. 20. testis fol. 46. ter. 21. testis fol. 47. ter. & sequen. 22. testis fol. 49. 27. testis fol. 57. ter. & seq. 26. testis fol. 59. ter. & 34. fol. 71. ter. Ex qua quidem probatione bonæ uocis, vitæ, conditionis, & famæ adnihilatur, & tollitur quod uis indicium,
32 † si quod contra ipsum extaret etiam sufficiens ad torturam, prout non extat, ad dicta per Iaso. in l. 1. num. 11. omnino uiden. C. commu. de legat. Alexan. in consi. 89. num. 11. volum. 3. Grammat. in consi. 37. num. 23. & sequen. in crimi. Marsil. in consil. 74. num. 24. in fi. & seq. & in consi. 109. num. 27. in fi. & seq. ubi quamplures allegat id tenentes & in cons. 128. num. 32. Roland. a Valle in cons. 16. num. 23. in fi. volum. 1. & prius voluit Bal. in l. fina. num. 16. in fi. C. de probatio. Aymo in consil. 99. num. 11. Tobi. Noni. in consilio 101. num. 20. & Soci. iun. in consi. 61. numero 40. volum. 2. quòd habet locum etiam in atrocioribus delictis. Paris. in cõsil. 163. num. 16. & seq. volum. 4. Riminal. iun. in cons. 290. num. 3. volum. 3. & Hondode. in consilio 100. numero 20. in fine.

Neque aliquid obstat, etsi dicatur pro parte Curiæ & fisci uice uersa probatum esse de mala qualitate, & fama dicti querelati; prout uidentur deponere in processu ad offensam 15. testis fol. 40. ter. 19. testis fol. 47. ter. 22. testis fol. 51. & 23. testis fol. 53. ter. Et ꝙ propterea ꝙ dicta probatio suæ honæ, uocis, uitæ, & famæ eum releuare in aliquo non debeat: quia
33 ultra quod dicti testes † non reddunt causam scientiæ eorum depositionis; & per hoc aliquid non probent, prout reddere tenentur, etiam non interrogati, iuxta tradita per Gramma. in consil. 26. num. 12. & seq. in crimi. & Ioan. de Amic. in consi. 131. num. 2. per totum, qui dat thema, quo modo deponere debeant ad hoc, ut testes de fama probent; quod prius uoluit Bart. in l. de minore §. plurimum sub num. 19. & seq. & ibi etiam Marsil. num. 41. ff. de de quæstio. Aret. in cons. 122. num. 3. Aymo in consilio 41. numero quinto, Maran.
* in cons. 69. num. 3. & est communis opinio, prout dicit Imol. in l. hæredes palam numero primo, in fin. ff. de testam. tamen etamsi rectè de ea deponerent, eorum depositio in aliquo non debet attendi; & quia testes pro parte dicti presbyteri sunt plures numero, & digniores, prout est uidere ex eorum lectura, bonam causam ẽt scientiæ reddentes; etsi testes ad defensam examinati in criminalibus, licet

causam

causam scientiæ non reddant suarum de-
positionum; nihilominus probent; quam-
uis secus sit in testibus ad offensam exami-
34 natis † ad dicta latè per Clar. in sua praxi.
crimi. in quæstio. 54. in fi. ubi in utroque ca
* pite attestatur de communi. Et quia in
concursu probationum malæ uocis, & fa-
mæ contra reum, ac bonæ uocis, & famæ
ad rei fauorem fact. probatio malæ famæ
attendi non debet, sed debet stari probatio
ni bonæ uocis, & famæ fauore rei: quod
fortius procedit, quando testes pro reo de-
35 ponentes super bona fama sunt † plures
numero & digniores, prout in casu nostro.
Ita egregie decidit Bald. dicendo etiam ita
seruari in practica l. fin. num. 15. ibi ex hoc
deciditur, usque in fi. ff. de ferijs, & in l. qui
accusare. num. 4. in uersicu. secundo, C. de
eden. & in l. sacrosanctę num. 7. C. de epi-
scop. & cleric. & in l. diuus numero primo,
in uersicu. quarto ff. de testam. milit. vbi pa-
riter dicit esse nota. quia ita tenent asseffo-
res, & Aduocati. Sequitur Fely. in cap. in
nostra num. 12. in uersicu. & nota, de testi-
bus, & uoluit Petr. de Anch. in capit. cano-
num statuta sub nume. 295. de constitutio.
Iaso. in consil. 78. num. 27. volum. 3. quod
etiam uoluit prius Barto. in d. l. de minore
§. plurimum sub. num. 26. ff. de quæst. Rui.
in conf. 51. nu. 19. volum. 5. Roland. a Val-
le in conf. 63. num. 38. & seq. uolum. 2. latè
Marf. in conf. 18. nu. 40. Abb. in c. cum in
tua num. 3. de sponsal. & Cuma. in consilio
136. num. 3. in fi. & seq. ubi etiam dicit per
probationem bonæ famæ per potiores te-
stes numero vel dignitate, non obstante
quod mala fama sit probata, quod iudex
non debet procedere ad inquisitionem.
Quem secutus fuit Parif. in consil. 163. nu.
16. & seq.

Et ex his omnibus sic congestis tam in facto, quam in iure probatum, & demonstratum sit de innocentia dicti R. Carcerati quoad omnia prætensa delicta in querela contenta; & ipsum absoluendum & liberandum esse ad laudem Indiuiduæ Trinitatis. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V.I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Processus criminalis contra religiosum ex pluribus defectibus impugnatur, cum testium discussione, & præsumptionum consideratione, & apostasiæ declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio specialis vt contra aliquem formari possit, quid requiratur.*
2 *Condemnari nemo debet de iure sine accusatore.*
3 *Infamia succedit loco accusatoris.*
4 *Inquisitio specialis ad pœnam contra regularem, infamia non pracedente, non sustinetur, & numero 6.*
5 *Inquisitio generalis ad quem effectum fiat.*
7 *Negatiua ex inspectione actorum probari solet.*
8 *Testes deponentes super fama debent reddere bonam causam scientia, etiam non interrogati.*
9 *Populi vox vana non est exaudienda.*
10 *Fornicatio qualiter probetur per testes.*
11 *Testes singulares in eorum dictis de diuersis locis, temporibus, ac actibus deponentes de aliqua fornicatione non probant.*
12 *Testes non reddentes bonam rationem non probant.*
13 *Ratio, quam reddit testis sui dicti, attenditur: & qualis debeat esse vt attendatur, nu. 14.*
15 *Verba generalia omnia includunt.*
16 *Prouissio generalis quoad inclusionem idem operatur, quod specialis.*
17 *Verba generaliter & simpliciter prolata ab homine non recipiunt restrictionem.*
18 *Testes deponentes de facto proprio plenam fidem faciunt.*
19 *Testis iuratus si est falsus in vno, nec in alijs ei creditur in eodem dicto, & datur ratio.*
20 *Testes viles, pauperes, & abiecti non sunt idonei in criminalibus.*
21 *Actus quando potest se hàbere ad exclusionem & inclusionem delicti, illa præsumptio capienda est in dubio quæ excludit.*
22 *Probationes quales esse debeant in criminalibus.*
23 *Probatio bonæ famæ inquisiti quid operetur & possit.*
24 *Apostatare quando quis dicatur.*
25 *Carcer iustum metum inferre dicitur.*
26 *Periculo nemo se exponere debet.*
27 *Monachus potest ob iustum metum habitum monachalem dimittere absque incursu apostasia.*
28 *Monachus dimittens habitum absque iusta causa,*

vel illum portans coopertum habitu seculari vel clericali, statim efficitur apostata, & est ipso iure excommunicatus.

29 *Dispositio iuris non separat, quæ rationis nexus connexit cum ampliatione, nu. 30.*

31 *Casus omissus a constitutione remanet in dispositionem iuris communis.*

32 *Apostasia in quo consistat.*

33 *Religiosus ex quibus cognoscatur claustrũ exiisse iusto timore pulsus.*

CONSILIVM CXXVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa R. fratris Marchetti aliqua condemnatio cõtra eum sequi non potest: & quia processus contra eum ex officio formatus de iure non sustinetur: & quia etsi sustineretur, quod non est, aliquod delictum per eum fuisse commissum probatum non fuit: etsi probatum fuisset, quod negatur; quia per suas probationes sublatum fuit omne indicium, nedum probatio aduersus ipsum militans, prout inferius apparebit.

Et quoad primum dicitur processum non sustineri; quia per R. P. Fratrem Vincentium Commissarium, & Visitatorem Generalem Prouinciæ Sancti Antonij cõtra eundem Fratrem Marchettum processum fuit ex officio; prout constat in principio eiusdem processus, aliqua infamia contra eum super prætensis delictis per eum commissis non præcedente, prout præcedere requirebatur ad effectum, ut inquisi-
1 tio specialis † ad pœnam contra ipsum formari posset, alias inquisitio formata non procedit per text. in capitu. qualiter, el 2. de accusatio. & habetur in capitu. inquisitionis, §. 1. eod. & in capitu. 1. & 2. eodem titu. in 6. capitu. licet Heli post princip. de simon. & est text. in capitu. Deus omnipotens, omnino uiden. 2. quæstio. 1. & uoluit Specul. in titu. de Inquisit. §. 1. in princi. Barto. in l. congruit, num. 3. in versic. quædam est Inquisitio specialis, ff. de offic. præsid. Bald. in titu. de pace Constan. in §. damna, num. 3. Alexan. in consil. 12. num. 1. volum. 7. Salyc. in l. quod promulgatio, C. de offic. præfec. vrb. & late Cuma. in consilio 136. in princip. quos refert & sequitur latissimè Marsil. in consil. 117. num. 5. in fin. & sequen. & latè Tiraquel. de pœni. tempera. aut remitte. in causa 53. num. 2. in ver. & de iure canonico.

Neque est mirandum, cum de iure sine
2 accusatore nemo condemnari debeat † per l. scripto. §. si quis accusatorem nõ habeat, & ibi glo. in versic. non debet, ff. de mune. & honor. Bart. in l. congruit num. 3. in princip. ff. de offic. præsid. & Gand. de malefic. in rubr. quid sit accusa. num. 2. ubi dicit sine accusatione non procedere criminis cognitionem, uel pœnæ impositionem; exceptis casibus ibi per eum enumeratis, in quibus iudex ex officio procedere potest per inquisitionem. & Imo. in cap. 1. num. 3. vt eccle. benefi. sine diminutio. conferan. &
3 propterea infamia † succedit loco accusatoris, & iudici in iudicio assistere debet, sicut accusator, cum illa accuset, prout dicit Bald. in l. ea quidem num. 55. omnino uidendus, C. de accusa. vbi etiam subdit, quod talis infamia debet esse in loco iudicij, cum tendat ad illius ordinationem, & quod non sufficeret, si in alio loco existeret.

Quæ conclusio procedit etiam si inquisitio specialis ad pœnam formetur contra re-
4 gularem, † prout in casu nostro formata fuit, quia infamia non præcedente non sustinetur, prout optime firmat Abb. in capit. olim, sub numero nono, omnino uiden. de accusatio. ubi etiam respondet ad illos, qui uidentur tenere contrarium, ut eorum opinio habeat locum in inquisitione generali in uisitatione facta, in qua proceditur infamia non præcedente, ut si reperiatur Abbas culpabilis, remouetur ab administratione per capit. in singulis cum sequen. de stat. regul. & hoc idem dicit habere locum in secularibus, per iura per eum allegata. Et quòd dispositio dicti capitu. olim, procedat nedum in inquisitione facta contra Abbatem; sed generaliter super statum Ecclesiæ circa corrigendas personas, & obseruantiam regularem: quo casu sine infamia ad inquisitionem proceditur, prout dicit Ioan. Andr. ibi. numero nono. Nec de hoc dubitandum uidetur, cum ex inquisitione non uideatur, ut quis possit condemnari, cum fiat ad inuesti-

uestigandum, non ad puniendum; & ut viam præparet Inquisitioni particulari,
5 † prout dicit Tiraquel. in præcitato loco, numero tertio, in uersicu. sed Felyn. quod prius ante eum uoluit Innoc. per eum allegat. in capitu. bonæ el 1. numero quinto, ubi dicit sic seruare totum Mundum. de elect. & uoluit idem Abb. in cap. graue nimis, numero 9. præsertim circa medium usque in fi. de præben. & Abb. in d. cap. olim. ut ad pœnam contra regularem formari non possit specialis inquisitio, nisi præcedat infamia, sequitur Ioan. de Anan. num. 13. & 14. de accusat. & idem uoluit Socin. in cap. qualiter el 2. num. 463. in uersic. secundo casu, & num. 464. & sequen. eod. & Duena. in fallen. regul. in regula 298. incipien. fama seu infamia in 18. fallen. post prin. fol. mihi 287.

Et adeo hæc conclusio in iure uera est, ut contra aliquem etiam regularem per su-
6 pradicta ad pœnam inquisitio † specialis formari non possit, nisi infamia præcedente super prætensis delictis: quòd si formetur illa non præcedente, & delictum probatum esset, nihilominus inquisitio non præiudicat, nec de delicto puniri potest: per text. in capitu. Inquisitionis, §. tertiæ dubitationis, in illis verbis uidelicet, ad hęc respondemus, & ibi etiam Felyn. numero decimo, in fin. ubi rationem assignat. de accusatio. Specul. in titu. de Inquisitio. §. tertio. numero vigesimotertio. ante fin. in uersicu. nec Inquisitio, Marsil. latè in dicto consilio 117. numero septimo. Grammati. in consilio 38. num. 2 3 in crimin. Ioan. de Arno. in Soliloquio 65. Duena. in dicta regula 298. incipien. fama, seu infamia inprima ampliatio. fol. mihi 285. Paul. Merend. in consilio 92. numero tertio, inter crimin. diuerso. volumine secundo, & Clar. in sua pract. crimin. quęstio. 5. num. quarto, in princip.

Et quod de aliqua infamia, nec in dicto processu specialiter formato constet militare contra dictum Reuerendum fratrem Marchettum inquisitum, patet eius lectura: in quo aliquis testis non deponit ipsum esse diffamatum de prætensis delictis, prout de iure deponere tenetur ad hoc, ut de
7 infamia probet: cum talis negatiua † ex inspectione processus probari soleat ad dicta per Iacobi. Butri. in l. secunda. Cod. de ero. a duo. Abb. in consilio 92. numero tertio. volumine primo. Imol. in capitu. in præsentia, numero 22. de renuntiat. Cepha. in consilio 250. numero tertio, volumine secundo. Purpura. in consil. 524. numero 10. volumine secundo, latè Franc. Hercula. in in tracta. de negatio. proba. sub num. 176. & sequen. tracta. tomo 4. fol. 21. & Menoch. in consilio 199. numero tertio, volumine secundo.

Neque aliquid obstat huic fundamento etsi dicatur, quod Hieronymus Petri textor pannorum sericorum 13. testis in ordine examinatus regu. fol. 15. deponat per hæc uerba uidelicet. § Et oltre che detto testimonio sà questo di certa scientia, è fama publica, che detto frà Marchetto tiene mala prattica con detta Marina, e la gouerna, e tiene come sua moglie. § Et frater Bernardus de Clugia 17. testis deponat reg. fol. 18. . . . . . . quia tales testes de aliqua fama, seu infamia non probant, cum adhoc, ut testes probent de fama, seu infamia alicuius, debeant primo deponere ita dici audiuisse ab omnibus de populo, seu maiore parte illius, uel uiciniæ, nominando etiam aliquas personas, a quibus dici audiuerunt ad effectum, ut uideatur, an infamia erigat caput ab honestis, & a fide dignis, an a maleuolis, maledicis, & suspectis. Et debent etiam deponere de causa, ob quam fama exorta est, ut inspici possit an sit uox populi, quæ non uenit exaudiēda, per l. decurionū. C. de pen. & nō sufficere ad probandū de fama testes deponere ita publice dici, uel ꝙ ita est publica uox & fama: cū per talia uerba testes super fama deponentes nō dicantur reddere bonā causam sciētiæ, cum ab uno tantū potuerint hoc audiuisse publice dici, quam red-
8 dere debent etiam non interrogati, † prout dicit quoad omnia requisita latè Ioan. de Amic. in consil. 131. numero secundo per totum, omnino viden. Grammati. similiter uidendus in consilio 26. numero duodecimo, & sequen. Barto. in l. de minore, §. plurimum, sub numero 19. & sequen. & ibi Hippol. de Marsil. numero 41. ff. de quæst. & Barto. secutus fuit Areti. in consil. 122. num. 3. Aymo in consilio 41. num. 5. idem Io. de Amic. in consil. 60. nu. 11. & in consil. 151. num. 2. Robert. Marant. in consil. 69. nu. 3. & hanc esse communem opinionem

dicit Imo. in l. hæredes palam, numero primo, in fi. ff. de testam. a qua in iudicando & consulendo recedendum nõ est, prout fecit Dominus meus: & dicit Socin. sen. in cons. 187. num. 9. volum. 2. Dec. in consil. 174. num. 1. in fi. & Cassad. super regu. Cancell. decis. 12. num. 7.

Et quod testes vltra prædicta requisita ad hoc, ut de fama seu infamia probent, inter cætera debeant deponere de aliqua probabili præsumptione, unde fama originem traxerit, alias de ea non probant,
9 cum dicatur vana uox † populi, & non fama, quæ non uenit exaudienda, vt est dictum, tradit late Barto. in dicta l. de minore, §. plurimum, colum. vltima, in uersicu. ex hoc dico, ff. de quæstio. ubi dicit, quod si fama est solum probata ex voce populi, non probata aliqua præsumptione, ex qua fama originem traxerit, quod non probat, sed dicitur magis vana uox populi, quæ nõ venit exaudienda per dicta l. decurionum, ad quam omnes Docto. recurrunt, Cod. de pœni. & tantum dicit coadiuuare probatio nes factas. Quem secutus fuit Abb. in capitu. vestra, num. 12. de cohabitatio. cleric. & mulie. Aymo late in consil. 260. num. 7. Iaso. in consil. 2. num. 34. in versicu. præterea, volum. 3. & in cons. 78. num. 20. eod. volum. 3. Bal. in l. proprietatis, num. 3. Cod. de probatio. Aret. in consil. 65. num. 2. in fi. in versic. nec fama. Idem Ias. in cons. 167. numero 18. volumine quarto, Angel. in l. ea quidem in fin. in uersicu. & prædicta, Cod. de accusatio. & idem Abb. in capitu. cum causam, num. 6. in uersic. ego dico, de testib.

Ex quibus sic congestis manifestè apparet, quoad primum fundamentum de nullitate, & inualiditate asserti processus contra eundem inquisitum, aliqua infamia super prætensis delictis non præcedente formati, & quòd propterea ex eo aliqua condemnatio sequi non possit contra eundem inquisitum, etsi de aliquo prætenso delicto esset probatum, prout non fuit.

Nunc accedendo ad secundum, & tertium fundamentum, dico aliquod delictum per dictum fratrem Marchettum fuisse commissum non probari; nam fere omnes testes contra eum examinati, ultra quod sint singulares in eorum dictis & depositinibus, tendunt ad demonstrandum, quòd dictus inquisitus commercium carnale habuerit cum donna Marina, de qua in processu, per hæc media, videlicet ex quo sæpè sæpius per plures annos ipse iuit, & conuersatus fuit in eius domo, miserit ad domum suam farinam, uinum, & similia; quia non per hoc probatur de aliquo commercio carnali inter ipsos habito,
10 nam ad probandum † fornicationem, est de essentia concubinatus; ultra quòd testes debeant esse contestes, saltem debent deponere de auditu proprio ad hoc, ut probent, uidelicet audiuisse fornicantes commisceri, cum concursu etiam famæ, & alijs adminiculis concurrentibus, cum de facili non possint haberi testes de visu. per text. in capitu. præterea, & ibi glos. fina. ante fin. & ibi Ioan. Andr. numero nono, Abb. numero primo, quarto, & quinto; & Ioan. de Imo. numero quarto, de testibus, & facit idem Abb. in capitu. tertio loco, numero quarto, de præsumptio. & quod
11 testes † singulares in eorum dictis de diuersis locis, & temporibus, ac actibus deponentes de aliqua fornicatione non probẽt, firmat Cardina. Florenti. in capitu. qualiter, & quando el 2. in §. hanc tamen sub numero septimo, de accusatio. glos. singula. ad quam omnes Docto. recurrunt, in capitu. nihilominus, in uersicu. simul. & ibi Archi. numero primo, tertio, quæsti. nona. & Grat. in consilio 50. numero decimo, in fi. volum. 2.

Ex qua conclusione tollitur etiam omnis fides Iulio de Constantino nono testi ad offensam examinato, & Lucretiæ Viduæ decimæ testi similiter ad offensam examinatæ; & quia in eorum dictis sunt singulares; & quia non concurrit cum eorum dictis aliqua infamia, neque indicia; ultra quod deponunt de suspicione commercij carnalis, non autem de auditu proprio: & in eo quod dicunt, quòd dicti testes sciunt, quod dictus frater Marchettus habet commercium carnale cum dicta Domina Marina, non reddunt rationem eorum depositionis congruentem & concludentem; prout est uidere ex eorum lectura; quam reddere tenentur etiam non interrogati, cum simus in criminalibus, alias etiam ex hoc capite
12 non ualet testimonium † eorum, prout

ut dicit Salyce. in l. fina. numero tertio, Cod. de probatio. quem secutus fuit Alex. in consil. 15. numero sexto, volumine primo, & Marcabrun. ab Anguil. in consilio 62. numero secundo, inter crimin. diuerso. volum. 2.

Et hoc idem, quod dicitur contra dictos duos testes, quòd non reddant eorum depositionis causam scientiæ; & propterea non probent, habet etiam locum in omnibus alijs testibus ad offensam examinatis; cum aliquis eorum circa dictum commercium carnale, de quo conati fuerunt deponere, similiter bonam & concludentem causam scientiæ non reddant; cum non sit du-
13 bium, quod ratio, † quam reddit testis sui dicti, attendatur, prout dicit Fely. in capit. quoties, numero nono, de testibus. Guido Papæ in singul. 895. Alexand. in consilio 100. numero quinto, circa medium, in uer. dictum, volumine primo. Catelli. Cotta. in suis memorialibus, in uersic. testis facit, per totum, & Bald. in repet. l. de quibus, num. 123. in fi. ff. de legib. & in consilio 219. numero 2. volumine 4. ubi dicit, quòd ratio & causa scientiæ, quam reddit testis, limitat, modificat, & restringit eius dictum: & propterea, quòd magis statur rationi, quã dicto: & quòd in teste magis attendatur ratio, quàm dictum, dicit etiam Abb. in consilio 83. numero vigesimoquarto, volumine primo, & dixi rationem testis, quam red-
14 dere debet, † debere esse congruentem, & concludentem: quia etsi illam reddunt, sed sit minus sufficiens & iusta, non attenditur, cum reddita non censeatur; prout dicit Tind. in tracta. de testibus sub numero nono, fol. mihi 187. quod prius uoluit glos. in l. palam §. circa in uersicu. fine causa, post medium per eum allegata, ff. de dol. mal. exceptio. ubi dicit causam non uideri redditam, si non est sufficiens. Alexand. in dicto consilio 100. numero quinto, circa medium in uersicu. nam dictum, volumine primo. & idem voluit Iustin. Rube. in dicto tract. de testibus parte tertia, num. 115. fol. mihi 654.

Vltra quod etiam dicti duo testes conuincuntur de mendacio, & periurio in eo, quod dicunt, quod dictus Reuerendus inquisitus permansit etiam de nocte in domo dictæ Marinæ; cum per testes ad defensam examinatos probatum fuerit contrarium, probando negatiuam loco & tempore coarctatam; prout ex infrascriptis depositionibus apparet: nam Reuerendus Pater Magister Bernardus Iordanus decimusoctauus testis deponit per hæc verba videlicet § Io hò uisto frà Marchetto leuarsi a matutino ogni uolta, & anco assistere alle altre hore frequentemente, purche non sia stato impedito ò per malatia, ò per altri negotij del conuento: § Quod intelligi debet, quando ob negotia impeditus extra ciuitatem Venetiarum exstitit, cum ob negotia, si in hac ciuitate illis incumberet, non per hoc permaneret extra monasterium. & Reuerendus frater Leonardus vigesimus quartus testis similiter ad defensam examinatus deponit per hæc uerba uidelicet § E ben uero questo, che in dieci, ò dodici anni, che io son stato di famiglia quì alla vigna, oue era anco frà Marchetto della istessa famiglia, & era Priore di questo Conuento, tuttauia l'hò ueduto sempre leuarsi di notte al matutino solito dirsi doppo la meza notte; se però lui non è stato impedito da qualche infirmità. § Et Reuerendus frater Ludouicus Grigis trigesimus testis deponat § mentre son stato Guardiano alla vigna, & mentre anco son stato di famiglia di detto loco, hò uisto sempre per ordinario leuar detto fra Marchetto al matutino, & sollicitare il Coro di giorno, & di notte. § Cum dubium non sit, quod si in omni nocte per tantum tempus uiderunt dictum fratrem exstare in choro ad matutinum, quod non potuit dormiuisse in domo dictæ Marinæ; cum talis ne-
15 gatiua cadat in sensu testis, & verba † generalia omnia includant. Rebuff. in tracta. de testibus in glos. secunda, numero septimo, fol. mihi 466. & Aymo in consilio tertio, numero primo, & Bertrand. in consilio 72. numero secundo. 6. prin. volumine septimo, & facit Dec. in capitu. primo, in prima lectura, numero nono, in fi. de constitu. & idem operetur generalis prouisio quan-
16 tum † ad inclusionem, quantum specialis. Idem Dec. in capitu. sedes, numero 34. de rescript. & idem Aymo in consilio 162. numero primo, in uersicu. sed præmis-
17 sis. Et quod uerba † generaliter & simpliciter prolata ab homine non recipiant restri-

restrictionem, dicit Rui. in conf. 150. num. 13. volum. 3. & in conf. 111. numero primo, eod. volum.

Prout & conuincuntur de mendacio & periurio illi alij testes, qui deposuerunt in processu ad offensam; quod dictus inquisitus fuerat inuentus de nocte a Biruarijs etiam cum armis. Et quod ad instantiam Santi Arigonis & Petri ab oleo fuerit relaxatus; cum ijdem Sanctus 19. testis, & Petrus ab Oleo 21. testis in processu ad defensam examinati hoc negent, & attestentur nunquam de nocte inuenisse dictum inquisitum.

Prout etiam cōuincitur de mendacio & periurio Frater Petrus de Venetijs 19. testis, cum deposuerit, quod cum eo in habitu seculari de nocte idem inquisitus iuerit ad domum Clarissimi Prioli, in qua domo tanquam amicus conuersare solet idem frater Marchettus: Cum idem Clarissimus Dominus Ioannes Priolus 34. testis, ac Clarissima Domina Laura Priola eius vxor 33. testis in eorum depositione hoc negauerint, dicēdo, ꝙ nunq̄ uiderūt d. fratrē Marchettū in alio habitu, q̄ suo regulari. Vltra quod probatum fuerit, dictum Fratrem Petrum esse infamem, prout deponit 30. testis ad defensam examinatus.

Prout & conuincuntur de mendacio & periurio primus testis, qui deponit, quod cum esset cum Aloysio Spagnoletto in calle morta, uidit, quòd dictus frater Marchettus exiuit de barca solus cum saccola & mantello, & suo pileo in riuo Sancti Iosephi, & quod iuit in domo dictæ Marinæ, & ibi permansit. Cum contrarium probatum fuerit per testes ad defensam examinatos, uidelicet, ab aliquo de dicta calle nō posse uideri riuum Sancti Iosephi.

Vltra quod dictus Aloysius secundus testis ad offensam cum eo non concordat, cum non deponat, quod uiderit exire de barca in dicto riuo præfatum inquisitum, sed tantum quod vidit īre dictum inquisitum in domo dictæ Marinæ, & cum dixisset, quod erat solus uidens, quod etiam in hoc falsum dixerit, postea se retractauit & dixit, quod sibi uidetur, quod erat associatus. Et sic destruitur etiam in hoc depositio dicti primi testis; vltra quod probatum fuerit per plures testes, quod dictus Iacobus est inimicus capitalis dicti inquisiti, reddendo etiam causam, & quod dixerit, quod ipse ipsū querelauerit; & dictus Aloysius etiam deposuerit, quod ad instantiam ipsius testificatus fuit.

Prout & de mendacio & periurio conuincitur etiam Andreana 16. testis, quæ deponit processu ad offensam, quod de omnibus necessarijs subueniebat dictus inquisitus dictam Marinam; & tamen per testes ad defensam probatum fuit, videlicet Dominum Iacobum Permundā vigesimumquintum testem, qui per plures ipse prouidit dictam Marinā de farina, cū ipse eidem daret pecuniam etiam ante tempus, ultra quòd per plures testes etiam probetur, quod dicta Marina est mulier commoda, & quæ non indiget auxilio alterius, ut uiuere possit. Et illud idem, quod deponit dictus Permunda, deponit etiam Petrus ab eo nominatus quintus testis ad defensam examinatus, imo & ipse addit, quod de proprijs pecunijs dictæ Marinæ, & ab ea eidem datis pluries expendit pro ea emendo oleum, vinum, carnes, & alia necessaria. Et etiam addendo, quòd pluries ad instantiam dicti Reuerendi inquisiti, quando erat Guardianus in monasterio deserti, quòd ipse portauit farinam ad domum dictæ Marinæ, ut faceret panem pro eodem monasterio; & quod cum illum fecisset, etiam illum portauit ad dictum monaste-

18 rium. Qui quidem testes † cum deponant de facto proprio; dubium non est plenam fidem facere; prout dicit Afflict. in decisio. 369. numero septimo, Salyce. in l. si quis decurio. sub numero quarto, in princip. C. ad leg. Corne. de fals. Marsi. latè in sua practic. crimina. in §. diligenter, num. 130. in fi. & sequen. Socin. iuni. in consilio 61. numero octauo, in uersicu. præterea, vol. 1. & Bartho. Vero. in conf. 16. num. 14. volum. 2. in crimin.

Et non solum supradictis testibus non debet credi in eo, in quo de mendacio, seu falsitate, & periurio conuincuntur, ut est dictū; uerumē nec in qualibet alia parte suarū depositionū, cū in totū corruat eorū exa-

19 men ratione iuramenti † per eos præstiti, cum indiuisibile sit, prout dicit Innoc. in c. Fraternitatis. num. 1. in ver. si autem, & ibi Feli. nu. 21. de hæret. Oldrad. in conf. 37. ad primam quæstionem. numero 1. Aegid. Bossi. in tract. de testib. in tit. de opposi. contra

tra testes, sub nu. 22. fol. mihi 494. Et hanc
* esse communem opinionem dixit Alex. in
l. si ex falsis. sub num. 13. ubi refert de com
muni. C. de transact. & in cons. 44. num. 7.
volum. 2. Quem secutus fuit Dec. in consil.
105. post nu. 5. in ver. similiter testis. Grat.
in cons. 12. num. 18. vol. 2. Catell. Corta. in
suis memorial. in ver. Iuramentum est quid
indiuiduum. Soc. Sen. qui similiter de com-
muni attestatur in cons. 136. num. 9. vol. 1.
Mars. late in singul. 76. communis conclu-
sio. Paris. in cons. 88. referēs etiam de com-
muni. sub nu. 82. vol. 3. & in cons. 83. num.
39. volum. 1. Alciat. in l. 1. §. sed etsi mihi
num. 51. in ver. si vero; & num. 54. & seq.
ff. de verbo. oblig. Pascl. in cons. 142. nu. 7.
& seq. refert & sequitur Clar. vbi etiam de
communi in sua practica crimin. quæst. 53.
numero 8.

Quibus accedat, quod fere omnes testes
ad offensam dicti Reuerendi Inquisiti exa-
minati sunt viles, pauperes, & abiecti, qui
20 in causis criminalibus idonei † testes non
sunt, ad dicta per Alex. in cons. 15. num. 2.
& seq. uol. 3. late Mars. in cons. 65. num. 30.
Ruin. in cons. 149. num. 34. in fin. & sequ.
uol. 5. & in cons. 150. nu. 12. post medium.
eo. vol. quod & prius firmarunt in c. si quis
testium. Ant. de Butr. in fi. & Ioan. de Imol.
num. 4. de testib. refert, & sequitur Roland.
à Valle in cons. 16. nu. 22. uol. 1. Et in atro-
ciori casu idem firmauit idem Mars. in cōs.
28. nu. 19. & seq.

Neque aliquid obstat etsi dicatur, quod
idem Reuerendus Inquisitus confessus fue
rit, quod à pluribus annis citra semper ipse
iuerit, & conuersatus fuerit in domo d. Ma-
rinæ; quia non pro hoc iuit ad domum suā,
ut commercium carnale cum ea haberet,
prout quam plures testes ad offensam exa-
minati conati fuerunt deponere, sed ut ei-
dem auxiliaretur in rebus suis, cum fuisset
frater iuratus sui mariti, & pro cognata eā
haberet, & semper iuerit associatus ab ali-
quo religioso, qui semper eorū colloquijs
interfuit, & cum eis permansit, de rebus ho
nestis semper loquendo, & de necessitati-
bus dictę Marinę, prout quamplures testes,
qui illum associarunt ad defensam exami-
nati deponunt. Et clarum sit propterea in
domo sua ad malum finem, nec ad commer
cium carnale cum ea habendum conuersas-
se. Vltra quòd & ita esset etiam præsuman-
dum; etsi dicti testes præsentes eorum col-
loquijs, & q. dū ipse inquisitus permanebat
in eadem domo, interfuerūt ad eorum præ-
sentiam, non deponerent, stante bona fama
utriusq; ut infra dicetur: cū semper illa præ-
21 sumptio † capienda sit in dubio, quæ deli-
ctum excludit; non illa, quæ delictum inclu
dit; quādo actus gestus potest se habere ad
exclusionem & inclusionem delicti, ad di-
cta per Bar. in l. non solum. §. sed ut proba-
ri. nu. 3. ff. de noui. oper. nuntia. late Aymo
in cons. 244. num. 4. ad fin. & seq. cum alijs
per eum accumulatis. Gramm. in uoto. 10.
num. 31. latissimè Ioan. à Roya. de hæreti.
sub nu. 366. in 1. par. Alex. in cons. 15. nu.
7. uolum. 3. Mars. in cons. 104. num. 28. &
Menoch. in tract. de præsumpt. præsumpt.
2. num. 10. & seq. lib. 5. & præsumpt. 54. nu.
23. lib. 6. vol. 2. Ad quæ facit illud, quod
eleganter dicit Salic. in l. fin. num. 3. in fin.
C. de probat. ubi dicit, quod in criminali-
22 bus probationes † adeo debent esse certæ,
vt probabiliter non possit persuaderi, vel
suspicari de contrario.

Quibus accedat ad tollendum quodcun
que indicium, & præsumptionem, si quod,
vel qua haberi posset ex processu, & testi-
bus ad offensam examinatis, prout non ex-
tat, neque haberi potest contra dictum in-
quisitum: quòd per quamplures testes fide
dignos, & omni exceptione carentes super
4. & 5. articulis, ac 11. ad eius defensam
examinatos probatum fuit, tam dictam d.
Marinam fuisse & esse mulierē honestam,
bonæ qualitatis, & famæ, ac Sanctissima Sa
cramenta Confessionis, & Eucharistiæ fre-
quentantem; quam fuisse & esse dictum R.
Inquisitum bonæ qualitatis, vocis, & famæ
tam penes religiosos suæ religionis, quam
penes alios illum cognoscentes, & plures
gradus, & onera in dicta sua religione sem-
per laudabiliter & rectè exercuisse. Ex qui-
bus probationibus non est dubium omne
23 in contrarium indicium, † si quod extaret,
etiam sufficiens ad torturam, prout contra
eum non est, tolli, & annihilari; prout firmat
Mars. in cons. 74. nu. 24. in fin. & seq. & in
cons. 109. num. 27. in fin. & seq. vbi quam
plures allegat id tenentes; & in cons. 129.
num. 32. Roland. à Valle in d. cons. 16. nu.
23. in fin. & seq. vol. 1. Et prius voluit Alex.
in cons. 89. num. 11. vol. 3. optimè Ias. in l.
1. num. 11. C. commu. de legat. Bal. in l. fin.
in fi.

in fi. C. de probat. Gram. in conſ. 37. num. 13. & ſeq. in crimi. & Aymo in conſ. 99. nu. 11. Tobi. Non. 101. nu. 2. Soc. iun. in conſ. 61. nu. 40. volum. 2. & Rimin. iun. in conſ. 190. num. 3. vol. 3. & idem Aymo. in conſ. 244. num. 6. Quæ concluſio fortius procedit in caſu noſtro, cum & pro parte etiam dictæ mulieris probatum ſit de dicta eius honeſtate, ac ſua bona uoce, & fama, ac laudabili uita.

Et per hoc remanet reſolutum, dictum R. Inquiſitum ex ſupradictis debere omnino abſolui, & liberari: cum aliqua probatio contra eum alicuius prætenſi delicti non exiſtat.

Deueniendo nunc ad prętenſum Caput Apoſtaſiæ commiſſæ per dictum Inquiſitũ, ſuper qua ſui ſuperiores uidẽtur facere magnum fundamentum; ex quo non obtemperauit ſuo Commiſſario, qui illum proceſſauit, cum in uim obedientiæ eidem factæ non ſe transtulerit ad monaſterium Montagnanæ, & ibi de familia permanſerit, prout eidem fuerat ordinatũ: ſed à religione præfata, & ab obedientia diſceſſerit, & ſe abſentauerit. Et quidem prima facie uidetur dicendum, quod idem inquiſitus in apoſtaſiam inciderit; ex quo per plures menſes abſque licentia ſuorum ſuperiorum extra clauſtra permanſit licet in habitu regulari, & cum animo redeundi ad religionẽ, prout cauetur in conſtitutione eiuſdem religionis cap. 2. fol. 14. in ver. Intelligimus, vbi legũtur infraſcripta verba, videlicet. Intelligi-
24 mus autem apoſtatantem † omnem, qui ſine licentia, vel contra obedientiam ſuperiorum ſuorum per terras, loca, ſeu patrias cum habitu, & ſocio, uel ſine utroque ierit, vel vagabundus diſcurrerit: ac generaliter abſque eiuſdem ordinis licentiã, quomodolibet à Conuentibus diſcedens: Tamen in contrarium eſt veritas in caſu noſtro; cũ ipſe Inquiſitus à ſua religione, & ab obedienna ſui ſuperioris temere non diſceſſerit, ſed ex cauſa timoris futuri carceris, prout tenor obedientiæ præter & contra ordinem & conſuetudinem ſuæ religionis ſibi factæ, & datæ, & lectæ coram teſtibus indicabat; imo expreſſe demõſtrabat, prout teſtes eiuſdem Religionis de huiuſmodi obedientijs notitiam & ſcientiam habentes ſuper eadem depoſuerunt; prout deponit R. Frater Franc. de Spello, eiuſdem Religionis alias Guardianus Hieruſalem, & Secretarius prouinciæ Italiæ, per hæc verba, videlicet. § L'obedienza lettami da V. S. non è di forma ordinaria, & che ſi ſuol fare comunemente, e dalla qualità di detta obedienza ſecundo l'vſo della noſtra Religione poteua frà Marchetto probabilmente ſuſpicare di Carcere, & d'altro caſtigo. § Et frater Bonauentura de Arco Guardianus ad præſens Conuentus Sancti Frãciſci a vinea alter teſtis deponat per hæc verba, uidelicet, § La forma dell'obedienza lettami nella noſtra Religione non s'uſa; ſe non per qualche coſa importante, & eſſendo ſtata preſentata à Frà Marchetto detta obedienza probabilmente doueua ſuſpettare non ſolo del carcere, ma anco di peggio, & tanto più quanto contra eſſo Frà Marchetto era formato vn proceſſo; e ſe loro lo uoleuano ſotto, non doueuano tener queſto modo, ma tener l'ordinario, che è di mandar un obedienza ſimplice con littere con carità, come ſi ſuol ſare ordinaria-
25 mente. § Cum iuſtum metum carcer † dicatur inferre, per l. qui in carcerem, & ibi Bar. num. 1. ff. quod met. cau. Portiu. Imol. in conſ. 5. nu. 5. Et Roland. à Valle in conſ. 2. num. 47. & ſeq. uol. 1. Et ſufficiat probare iuſtam cauſam timẽdi; cum nemo ſe de-
26 beat exponere periculo, † prout dicit Imo. in c. bonæ, el 1. n. 1. poſt prin. de electio. Et confirmatur ex nouo teſtamento exemplo Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ioan. c. 10. in fi. vbi dicit, quod cũ Iudæi quęrerent eum apprehendere, ipſe exiuit de manibus eorum. Et cap. 8. in fin. vbi dicit, quòd cum Iudæi tuliſſent lapides, vt iacerẽt in eum, abſcondit ſe, & exiuit de templo. Vnde ſicut
27 monachus † habitum monachalem ob iuſtum timorem dimittere poteſt abſque incurſu apoſtoſiæ. per c. 2. & ibi gloſ. in ver. temere. ne cleri. uel monach. in 6. tex. & glo. in c. penult. in uerſ. cauſa. de uita, & honeſt. Cleric. Anto. de Butr. in c. tuæ fraternitati. nu. 6. de apoſta. & tenet late Franc. de Platea in tractat. de excommu. in rub. de religioſis, qui temere habitum ſuæ religionis dimiſerint, §. 9. num. 3. tract. tomo 14. fol. 352. & B. Ant. ſimiliter in tract. de excommu. cap. 53. num. 3. eod. tomo fol. 379. refert & ſequitur Maſcard. de probat. concluſ. 112. num. 13. lib. 1. Et facit Card. in Clem. 1. nu. 22. de elect. cum abſque iuſta

cauſa

causa si illum dimitteret, uel coopertum habitu seculari, vel clericali portaret, statim
28 efficeretur apostata, † prout dicit Franch. in d.c.2. num. 2. ne cleric. vel monac. in 6. Calcan. in cons. 123. num. 1. in fin. ubi dicit
* hanc esse communem opinionem, & esse etiam ipso iure excommunicatum. Idem Franc. de Platea in præcitato loco. num. 1. & 2. Et idem Mascard. in præcitata Conclus. num. 1. & seq. & nu. 6. & seq. vbi refert similiter de communi. Ita quoque in casu nostro licuit dicto R. Inquisito absque in cursu apostasiæ à dicta Religione & obedientia discedere, stante dicta iusta causa, & timore carceris, cum militet eadem ratio in dictis decretalib. descripta, & sit generalis nõ dico extẽsiuè sed per merã iuris dispositionẽ, prout dicit Bal. in c. quia. 5. ante fi. de iudi. vbi dicit, quod quæ rationis nexus
29 † connexit, dispositio iuris non separat. Et quod non solum hoc contingit per extensionem sermonis, sed verius per tacitam dispositionem eiusdem legis. Et in repet. l. de quibus. num. 105. in uer. Item nota. ff. de legib. Domin. de Sancto Gemin. in c. gratia. num. 4. post medium. in ver. vbi est ergo. de rescript. in 6. Curt. iun. in l. admonendi. nu. 41. in ver. ex qua ratione. ff. de iureiuran. latissime Tiraq. in repet. l. si unquam. in ver. libertis. sub num. 45. per totum, qui more suo quam plures allegat. C. de reuo. donat. l. his solis. in illis verbis, satis tacitè cautum putamus. Et ibi Bal. num. 1. in prin. C. eod. & optime Contar. in repet. l. diffamari. c. 4. in prima limitatio. num. 35. & seq. C. de ingenua. manumiss. fol. mihi 414. & Rota in decis. 18. ad fin. in ver. maior tamen pars, de concess. præben. in nouis. & tex. in l. nõ pos-
30 sunt. ff. de legib. Quæ conclusio † etiam locum habet in correctorijs & pœnalibus. latè Ias. in Auth. quas actiones. num. 17. & conclusiue. num. 22. in ver. ista regula fallit. C. de sacrosanct. Eccle. Paris. in cons. 69. num. 164. uol. 3. & Contar. in præcitato loco. num. 36. & Giga. de pensio. quæstio. 86. nume. 12. & sequen. licet huiusmodi duabus ampliationibus causa non egeat.

Neque aliquid opponi potest huic nostræ conclusioni desuper firmatæ de dicta constitutione: & quia constitutio non loquitur de illis religiosis, qui iusta causa, & timore ducti à Religione & ab obedientia discedunt; sed simpliciter disponit contra exeuntes & discedentes de religione, & ab obedientia, nihil addendo: quæ propterea intelligi debet de illis, qui temere & sine iusto rimore, & causa discedunt; nec in casu non comprehenso expresse; imo nec per identitatem rationis in constitutione prædicta contra formam iuris communis, & in casibus ab eo decisis se extendat constitutio: Et quia talis constitutio interpretationem passiuam recipit à iure communi: & quia in alijs casibus uindicat locum etiam in præiudicium iuris communis; cum aliter ope-
31 rari nõ posset in dubio: Et quia casus † omissus à dicta constitutione in dispositione iuris cõmunis remanet, prout optime quoad omnia tradiderunt Barba. l. omnes populi. sub num. 60. ff. de iust. & iure. Bal. in d. cap quia. 5. in fin. de Iud. & Alex. in cons. 55. in fin. in ver. Sed in casu nostro, vol. 7. l. si vero. §. de uiro. ff. solut. matri. & l. commodissime. ff. de libe. & posth. Et quod in omnibus dispositionibus seruetur, quod casus omissus remaneat in iuris communis dispositione, etsi aliquãdo militet etiam maior ratio, dicit Bologn. in cons. 15. num. 29. cum per eum citatis.

Et quod dicta cõstitutio operetur in dubio contra ius commune, cum aliter operari non posset, patet: nam præfata constitutio declarat apostatas omnes illos, qui discedunt de dicta religione & ab obedientia cum habitu & socio, uel sine utroq; & per loca, seu patrias, uel vagabundus discurrerit, & generaliter absque eiusdem ordinis licentia quomodolibet a Cõuentibus discedens: nulla habita distinctione, an habeat animum redeundi, uel non, ad religionem, uel extra eam permanendi: & tamen de iure aliter procedit, cum si religiosus discedat vel tanquam vagus, seu propter prælatorũ rigorem, uel aliquid huiusmodi, à religione, non tamen animo discedendi, nec causa extra eam permanendi; sed propter libidinẽ uagandi, aut aliquid simile; non per hoc dicitur apostata, sed fugitiuus, & uagus, cũ
32 apostasia † consistat in retrocessione à religione: & ꝑ hoc qui retrocessioni à religione nunquam consensit; nunquam apostasiam incurrit; sed tantum incurrit peccatũ inobedientiæ & rebellionis contra præceptum prælati exeundo, sicut etiam stans in Claustro, & nolens pertinaciter obedire prælato aliquid iuste præcipienti, rebellis est,

est, & non apostata, prout firmat Caiet. in 2.2. Sancti Thomæ q. 12.art.1.in ver.in eodem primo articulo.uersiculo secundo,fol. mihi 34.Quem secutus fuit Nauar.in cons. 1.nu.7.sub tit.de aposta.lib.5.uolum.2. ubi refert formalia verba eiusdem Caieta.

Quibus accedat dictum iustum timorem futuri carceris incussum fuisse; & quia fuerat anteà processatus per eundem superiorem, qui eidem fecerat dictam insolitam obedientiam ex officio,aliqua infamia non præcedente;& per consequens contra formam iuris,& iustitiæ: prout super primo & secundo capite demonstratum fuit. Et quia probatum fuit, quod idem iudex testes ad defensam dicti Inquisiti deponētes in processu offensiuo redigere noluit, quod minime facere debebat,præsertim cum esset religiosus,& pro habenda veritate de uita inquisiti inquireret, quæ omnia indicabant malum animum superioris,& timorem præfati futuri Carceris auxerunt.

33 Et quod ex tali timore motus † fuerit dictus Inquisitus, patet etiam expresse, cum statim habuerit recursum ad S.D.N. pro curatorem, cum ætas non fineret per se ipsum comparere coram Sanctissimo,qui cōcurrit in iurisdictione cum omnibus prælatis, & propterea de huiusmodi recursu nihil dici potest, prout dicit Nauar. in consil. 75.num.51.sub tit.de reg. lib. 3. volum. 2. à quo obtinuit rescriptum directum Illustrissimo & Reuerendissimo Card. Mathetio eiusdem Religionis protectori, ut illi gratificaretur; cum petierit sibi iudicem dari non suspectum,cum fuerit processatus,ut est dictum: neque in dubium hoc refricari potest, cum appareat ex lectuta memorialis, seu supplicationis pro parte eiusdem inquisiti Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Nūtio, ac ab eodem Illustrissimo D. Nuntio eidem Illustrissimo Cardinali protectori trānsmissi,& ab eodem protecto re remissi eidem Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuntio,causam præfatam iuxta mentem Papæ delegando, & ipsi gratificādo. Et hæc sufficiant pro defensione dicti R.Inquisiti.& ita fuit iudicatum.

Franc.Monaldus V.I.D.de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Decimarum solutio pro beneficio ad quem spectet.

SVMMARIVM.

1 *Damna et incommoda eum sequuntur,quē sequuntur commoda & emolumenta.*
2 *Obligari quis censetur prout ius disponit, nisi aliter expresse caueatur.*
3 *Decimas de bonis Ecclesiasticis soluere tenetur,qui fructus percipit.*
4 *Libelli conclusio attenditur.*
5 *Separatorum separata debet esse ratio.*
6 *Prælatus an,& quando possit venire contra alienationem à se factam de bonis Ecclesiæ.*

CONSILIVM CXXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat & illuminet intellectum.



IN causa de Francenico dubitandum non est,quin R. D. Iacobus de Purlilijs teneatur soluere decimas, quas pro eo soluit R. D. Franciscus Piccius Plebanus Ecclesiæ de Francenico de quartesijs Burgorum Brugnarię, cū illas dictus R.D. Iacobus exegerit in vim transactionis inter eos factæ, cum trita sit regula in
1 vtroque iure, eum † incommoda seu damna sequi, quem commoda, & utilitates sequuntur, & econtra c.qui sentit,de reg. iur. in 6.l.secundum naturam,& ibi late Cagn. usque ad num.2.Dec.nu.1. Mayne. nu.2. ff.eod. licet talis transactio non ualeat,cum non fuerit facta cum auctoritate & de licentia Episcopi. Rebuff. in tract. de decim. q. 13.num.20.22. & 25. & 35. iunctis dictis sub.nu.15.& 17.fol.mihi 36.& seq.

Et cum quis censeatur obligari in suis
2 obligationibus,prout ius disponit, † nisi aliter expresse caueatur, Crauet.cons. 77.nu. 9.Castren.cons.271.nu.2.in prin.vol.1. & cons.371.num.3.in prin.vol.2.l.sed nisi, & ibi glos.ff. de iure dot.attento quòd de iure ueniunt persoluendæ, decimę Serenissimo Dominio à percipiētib. quartesia,ultra qđ

Dica-

Dicitur etiam in uim dictæ transactionis d. D. Iacobum Aduersarium ad illas persoluendas se obligasse; cum ex natura contractus ueniat etiam solutio decimarum stanti bus iuribus supradictis. Ad quæ etiam videatur Bal. in l. Epistola §. pactum in 2. not. ff. de pact. præsertim cum illa exigat in uim dictæ transactionis uti suo clericatui Sancti Nicolai de Brugnaria spectantia & pertinentia.

Neque obstat, si diceretur, quod ex quo in vim dictæ transactionis dicta quartesia Burgorum Brugnariæ spectans dicto clericatui; & per consequens dicto Aduersario, uti illius possessori, & quod per hoc dictus D. Franciscus Plebanus de Francenico nō debebat dictas decimas Dominis Collectoribus decimarum persoluere; cum per alium exigerentur quartesia, sed illos remittere, ut exigerent à D. Iacobo Aduersario eorundem quartesiorum exactore: cum decimæ imponantur ratione fructuum, & redi
3 tuum beneficiorum; & ille decimas † persoluere de eisdem bonis Ecclesiasticis teneatur, qui illorum fructus percipit, ut est dictum ad extrauag. commu. Bonifacij Octaui incipien. Declarationes §. soluentium & §. declaramus, & per totam eandem extrauag. de decim.

Quia ad hoc respondetur, quod ex quo dicta quartesia exigenda, & habenda à dictis Burgis Brugnariæ sunt annotata & descripta in libro Ecclesię in quo sunt annotata bona Ecclesiarū Parochialis Ecclesię de Francenico, prout constat in processu in actis producto, cuius est possessor d. D. Frāciscus agens, & nō clericatus præfatus Sancti Nicolai possessus per d. D. Iacobū Aduersarium, quam annotationem, seu catastū tantum debent respicere DD. Collectores decimarum, & non pacta, & transactiones clericorum de bonis Ecclesiasticis factas tāquam priuatas obligationes: bene potuerunt, & debuerunt dicti DD. Collectores conuenire, prout conuenerunt dictum D. Franciscum pro dictis decimis habendis, possessorem dictæ Ecclesiæ de Francenico, cui sunt annotata & descripta dicta quartesia Burgorum de Brugnaria, cum talis transactio eis nō noceat, nec illam sequi teneātur, ad tradita in terminis per Io. Andr. in c. cum instantia, omnino viden. nu. 4. de censib. & est tex. in auth. de duob. reis. §. fit enim, & ibi glo. in verb. pepigerint. licet d. Franciscus habet actionem dictas decimas recuperandi contra dictum D. Aduersariū, in vim dictæ transactionis, cū per illam cōcessum sit ei ius quartesandi, prout pro illius recuperatione egit, & agit, & non resistendi dictis Collectoribus, ne illas persolueret, cum dicti Burgi Brugnariæ sint annotati suæ Ecclesiæ, ut est dictum, prout egregie dicit idem Ioan. Andr. in præcitato loco, & habemus l. Epistola §. pactū per eum allegatum, & ibi Bar. Bal. & Castren. ff. de pact.

Nec dicta transactio propterea confirmabitur si per D. Iudicem condemnabitur dictus Iacobus ad persoluendum decimas pro eo persolutas dictis collectoribus de quartesijs, quę exegit idem presbyter Iacobus uigore dictę transactionis.

Primo quia in libello, seu petitione pro parte R. Plebani de Francenico producto tantum fuit petitum, & in eo cōclusum principalem ex. condemnari ad soluendum dictas decimas, nulla facta petitione, seu instantia, quod pronunciatur super ualiditate, vel inualiditate dictæ transactionis, quæ conclusio † attendi debet, Innoc. in c. super 4
literis, num. 3. ante fin. in ver. dicimus tales libellos, de rescript. & Cuman. consl. 42. nu. 1. in fi. cum super non petitis sententia ferri non possit; cum si feratur nulla sit, prout dicit Corne. in cons. 188. num. 3. vol. 3. & Hostien. in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 6. de causa possess. & propriet. cum libello debeat esse cōformis, & quo ad rem petitam, & quo ad causam, qua petitur, & quo ad modum, ut petitur, prout dicit Lanfran. de Orian. in sua prax. iudici in c. 10. num. 16. de Interlo. appella.

Et per hoc lata sententia condemnatoria contra Aduersarium, vt teneatur persoluere eidem Plebano dictas decimas ab eodem pro eo solutas in uim dictæ transactionis, quæ fuit producta per modum causæ, & ad docendum de actione, quam habet dictus Plebanus contra dictum Aduersarium, cum nemo sine actione experiatur l. si pupilli §. videamus ff. de negot. gest. Nō per hoc infertur eandem transactionē per sententiam approbari, cum super illā principaliter non iudicetur, sed D. Iudex iudicet, & iudicare debeat de causato à transactione, quæ sunt decimæ petitæ, tanquam onus

onus annexum dictis quartesijs, prout demonstratum est: non de causa, quæ est ipsa transactio; cum a partibus adhuc non im-
5 probetur, & separatorum † separata debeat esse ratio Bal. in l. si maritus num. 3. C. de donat. inter uirũ & vxorũ, Iacob. de Aren. in l. cum proponas in fin. C. de nau. feno. & Castren. in l. fin. nu. 2. C. de Calumnia.

Secundo, & quod hoc sit uerum patet etiam ex alio fundamento, nam cum dictus Plebanus agat in uin dictæ transactionis pro consequendis dictis decimis, utitur dicta transactione, prout est, & prout partes illam fecerunt; nec illa utitur cõtra factum proprium, sed illam conseruat, prout est, nihil roboris addens.

Sed quia fauore Ecclesiarum à iure cõcessum est, ut prælatus, qui talia bona alie-
6 nauit † in præiudicium suæ Ecclesiæ, non obstante alienatione, & contractu celebrato, possit uenire contra alienationem præfatam absolutè, & absque aliquo impedimento, maxime quando in contractu alienationis per eum non fuit præstitum iuramentũ, prout non fuit prestitũ in casu nostro: prout hoc expresse dicit Io. Andr. in c. cum uenissent. num. 18. de Instit. Abb. c. 2. num. 4. in ver. Ioan. Andr. de iureiur. glo. in uer. quod quis, in c. quod quis, & ibi Ioan. à Turr. 35. q. 9. Imo dicit ipse Abb. in præcitato loco, quod etiam posset agere; etsi iuramentum præstiterit de non contraueniendo. Ergo donec non impugnauerit dictam transactionem quandocunque illam impugnare potuerit stantibus supradictis, non obstante quòd per sententiam in illius uim cogatur Aduersarius ad soluendum dictas decimas, cum illius vsus, uti valida, idem operaretur, ac si illam non produxisset, cum donec non petatur declarari nulla & inualida, quod facere potest, semper sit permansura in suo robore: & ideo dico procedendum esse ad petitam condemnationem decimarum persoluendarum per dictum Reuerendum Iacobum dicto Plebano per supradicta.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Restitutionis in integrum vigore commissionis materia controuertitur.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ non retardatur ob petitam restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam. et numero 2.*
3 *Opinioni Doctorum grauiorum standum est.*
4 *Opinio DD. de Rota seruanda est in practica, etsi cõmunis opinio esset in contrarium.*
5 *Commissio quando dicatur habere uim libelli.*
6 *Mandati fines diligenter seruandi sunt.*
7 *Commissio litis facit litis pendentiam.*
8 *Restitutionem in integrum gratiosam aduersus rem iudicatam, absque probatione legitimæ causæ, solus Papa in signatura gratiæ concedit.*
9 *Clausula cõmissionis, audiat talis, et iustitiã faciat, quid operetur.*
10 *Clausula rescripti, concessum ut petitur, quid importet.*
11 *Lis quando dicatur haberi pro derelicta.*

CONSILIVM CXXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Sancti Martini de Vitellago pars aduersa non debet audiri super sua prætensa commissione restitutionis in integrum ad retardandam executionem sententiæ latæ ad fauorem Plebani parochialium Ecclesiarum Sanctæ Mariæ de Albaredo, & Sãctæ Fuscæ de Casa Corba inuicem unitarum Taruisinæ dioecesi, cum fecerit transitum in rẽ iudicatam per desertionem appellationis ab ea per partem aduersam interposita, & introducta in huiusmodi Tribunali usque sub Nuntiatura olim Illustrissimi D. Nuntij Campegij, & sic per spacium quatordecim annorum, uel circa; & quia antea pro parte dicti Plebani fuit petita, & commissa per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Nuntium D. meo executio, constito de re iudicata eiusdem sententiæ: vnde etsi postea petatur restitutio in integrum aduersus rem

rem iudicatam, non retardetur executio
1 † sententiæ; ita firmat Cæsar de Grassis in decis. 1. num. 14. sub tit. de restit. in integr. ubi dicit etiam ita pluries fuisse tentum in Rota plures decisiones allegando, quod ante eum ita fuisse resolutum in Rota etiam dicit Card. Pute. in decis. 285. lib. 2. Lancillot. in tractat. de Attentat. in 2. par. c. 18. sub tit. de attent. restitu. in integrũ. penden. num. 116. licet minus considerate ab hac opinione ex decisione 85. Benintend. sub num. 17. & seq. uideatur recedere, ut infra dicetur. Et tenet expresse Ripa, quem allegant Graff. & Card. Pute. in l. 4. §. condem natum ante num. 31. ver. aliquando petitur restitutio. ff. de re iud. vbi etiam subdit in fi. hoc procedere, etsi ante petitam executionem fuerit petita restitutio in integrum, dummodo iudex ex probabilibus coniectu ris suspicari possit restitutionem in integrũ peti per calumniam. ff. de re iud. prout aperte per calumniam peti patet in casu nostro, stante lapsu quatordecim annorum, in quo tempore nunquam aduersarius curauit eau sam appellationis expediri, nec reformari sententiam arbitrariam, si fieri posse putabat: Et non est etiam dubium, quod semper tacuisset, si non fuisset commissa causa executionis, cum sit in possessione, vel quasi exigendi quartesia, quæ dimittere tenetur in vim dictæ sententiæ, ac in antea percepta restituere. Et sic clare patet, quod tantũmodo petijt prætensam causam restitutionis per calumniam committi ad differendam sententiæ executionem, & non ad procurandam causę expeditionem, cum sit in possessione, ut est dictum, & restituere nollet præfata quartesia.

Et quod executio sententię non sit retardanda, etsi prius petatur in integrum restitutio, quam eiusdem sententiæ executio, si malitia potest excogitari petitam esse ad
2 differendum tantum executionem, † vt est tex. in c. suscitata. de restit. in integr. Et latè firmat Franc. March. in decis. 54. num. 8. & seq. vol. 2. quem secutus fuit Caballi. in mil leloq. 775. & Guid. Pap. q. 215. num. 7. Et Aufre. ad decis. 54. Capell. Thol. in ver. crederem, ubi dicit inter cætera, quod ubi malitiose petitur restitutio, ut res dilataretur, quod tunc fiet executio; imo & quòd talis restitutio in integrum petita, & ex gratia concessa, prout prætenditur in casu nostro, non impediat executionem, tenet idem Pute. dicendo sic in Rota fuisse resolutum in decis. 456. per tot. lib. 2.

Neque primæ conclusioni primo loco firmatæ, dum fuit dictũ, quod ex quo prius est petita sniæ executio, illa retardari non possit p petitã restitutionẽ postea ĩ integrũ, per auctoritates Rotę ibi adductas; aliquid obstat illud, quod dicit Benintẽd. in decis. 85. num. 15. & seq. Quem secutus fuit breui manu Lancill. in præcitato loco nu. 117. & seq. nullam mentionem faciendo de dictis decis. eidem ignotis. Et quia idem Benintend. in d. decis. 85. num. 15. vsque in fi. imo à num. 11. usque in fin. magis recitat opiniones Doct. quam decidat. Et quia etsi decideret cõtrarium illus, quod pluries decidit Rota Romana, prout habetur in dicta decis. non esset dubium, quod non veniret attendendum, & ratione subiectæ materię, numeri Doct. excellent. ac grauitate Rotæ Romanæ Auditorum, ac Tribunalis su-
3 perioritatis, cum opinioni eorum Doctorum, † qui grauiores sunt, standum sit, prout dicit Alex. in cons. 13. nu. 15. cum per eum allegatis. vol. 1. Et quod recedendum non
* sit ab opinione Rotæ, cum pro communi reputetur secundũ Grauat. ad prax. Octau. Vestr. cap. 1. de producti. iuri. num. 18. fol.
4 mihi 151. Imo & quod opinio † Dominorum de Rota seruanda sit in practica, etsi communis opinio esset in contrarium, propter illorum auctoritatem, dicit Imol. in c. olim. num. 13. ante fin. in ver. & propter auctoritatem, ut lite non contesta. Et dicit addit. ad Dec. in l. iura sanguinis. in ver. contrariam. num. 7. post medium, in ver. & ubi est decis. Rotæ. ff. de reg. iur.

Sed redeundo ad primum fundamentũ, quod dicta executio fuerit petita per dictũ Plebanum, antequam petita fuerit restitutio in integrum, patet per commissionem signatam ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuntio, & eidem D. meo præsentatam, & in uim illius causa introducta, cum ex ea commissum fuit, ut constito de re iudicata, seu narratis in ea, exequatur sententiam, de qua agitur; cum tales executiones faciẽdæ dependeant à uoluntate & iurisdictione principis, ab eo sunt committendæ, & tunc dicitur executio petita, quando ab eo petitur per commissionem, & committitur, cum
5 talis commissio † uim habeat libelli, prout latè

latè dicit Barba.in conſ.38.num.17.in uer. Capiò modo.vol.2. Et quòd ſuper tali reſcripto ſeu libello iudex iudicare debeat, ſi petitio in eo contenta patitur, cum fines mādati diligēter ſeruandi ſint,
6 † firmat expreſſe Innoc.in c.ſuper literis.nu.3.per totum, de reſcript.& eum ſequitur Bal.in d.præſcriptione. num.23.C.ſi contra ius vel utilit. vbi dicit, quòd omnes, & ſolæ exceptiones, quæ impediunt proceſſum cauſæ, ut rei iudicatę, iuſiurandi, & tranſactionis, impediūt proceſſum literarum.

Ad idemque facit illud, quod dicit fuiſſe reſolutum in Rota, Caputaq.deciſ.6. nu.
7 2.par.1. ubi dicit litis † commiſſionem litis pendentiam facere: Et idem dicit Rota nouiſs.deciſ.28.nu.2.par.3.

Vlterius dico dictam cōmiſſionem partis Aduerſæ aliquam iuriſdictionem circa prætenſam reſtitutionem non tribuere: & quia non fuit petita in corpore commiſſionis reſtitutio in integrum, prout de iure prout peti debebat, cum reſtitutionem in integrum gratioſam aduerſus rem iudicatam, abſque probatione legitimæ cauſæ, ſo-
8 lus Papa † in ſignatura Gratiæ concedat, cum per eam ius alteri auferatur; & quia ſi fuiſſet petita, non fuit commiſſa, cum non ſufficiat illam petere, ſed oporteat illam cōmitti, prout dicit in ſimili Rota deciſ. 28. alias 358.de reſcript.in nouiſ.ubi dicit, qđ ſi in commiſſione petatur, quod procedatur in cauſa profana ſimpliciter, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, licet prædicta uerba non fuerint cancellata, nec aliquid eorundem, ſi ſignatura tantum habeat, audiat talis, & iuſtitiā faciat; quod
9 uigore iſtius cōmiſſionis † non poterit procedere ſummarie &c. prout petebatur, quia hoc non videtur commiſſum, imo neglectum; quod ſi Papa uoluiſſet, id expreſſiſſet, ſequitur Gozzad.in conſ.83.nu.9. in fin. Alex.conſ.94.nu.2.& 3. vol.2.& Marcabru.ab Angui.in conſ.42.n.16.& Math. Brun. in tract. de ceſſio. bonor. quæſtio.9. nu.17.& ſeq.

Neque aliquid obſtat, etſi dicatur; quod in dicto reſcripto adeſt verbum, cōceſſum,
10 ut petitur, quia talis † reſcriptum non extenditur ad petita contra ius, Mathe.Brun. in tract.de ceſſio.bonor.quæſtio.9. nu. 12. & ſeq. & ſic ad reſtitutionem gratioſam, nec mirum cūm reſcripta iuſtitiæ ſint ſtricti iuris, & ſtrictiſſimè ſint interpretāda, prout dicit Caputaq.deciſ.153.nu.1.& ſeq. par. prima. Et quid plura? quod dictus Aduerſa-1
rius ex quo per tantū tempus non fuit proſecutus præfatam cauſam, ꝑ habeatur
11 † pro derelicta dicit Caſſa. deciſ.5.per totum.in tit.vt lit. penden. ubi dicit in fin. ita fuiſſe reſolutum, & propterea cenſuiſſe Rotam in illo caſu poſſe procedere ordinarium in conferendo beneficium, ſuper quo lis erat, abſque uitio litigioſi: & per cōſequens aduerſarium non eſſe audiendum. Et iſta ſufficiant pro huiuſmodi cauſæ reſolutione. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulſinio.

ARGVMENTVM.

Reſcripta Principum qualiter intelligi debeant.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua qualiter probari ſoleat.*
2 *Monaſterium obligatur pro mutuo accepto per Abbatem, & in eius utilitatem conuerſo.*
3 *Reſcripta Principum qualiter ſint intelligenda.*
4 *Reſcripta imitantur ius commune.*
5 *Principis uoluntas talis præſumitur, qualis eſſe debet.*
6 *Forum quod quis ſortiatur ratione contractus.*
7 *Reſcripta ſumunt uires ex præſumpta mente concedentis.*
8 *Reſcripta Principis magis ſunt improprianda, quam quod ex illis præiudicium tertio inferatur.*
9 *Effectum ubi habemus, non curamus de modo.*

CONSILIVM. CXXIX.

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Nhærendo reſponſionibus factis per R. Patrem Abbatem Sancti Michaelis de Candiana Ordinis Sācti Saluatoris ad motiua propoſita per Reuerendiſſimum Patrem Generalem, ac RR. Patres Viſitatores eiuſdem ordinis circa depoſitum per eundem Abbbatē ſingulis annis faciendum, de quo in eiſdem motiuis.

Et

Et quoad primum mihi uidetur dicendum illud in facto non subsistere, cum Papa licet mandauerit in suis literis depositum fieri singulis annis; non per hoc dixit, seu addidit in eisdem literis, prout in dicto primo motiuo dicitur, illud fieri debere ex introitibus, & bonis dicti Monasterij; quia Papa hoc non dixit; prout patet ex lectura earundem literarum in illis verbis,
1 videlicet Volumus autẽ &c. Cũ talis † negatiua sic probari soleat, prout dicit Iacob. Butrig. in l. secunda. in ver. Nam apportabit librum. C. de error. Aduoc. Abb. in cõsilio 92. numero tertio, volumine primo, Cephal. in consilio 280. numero 3. volumine secundo. Purpur. in consilio 524. nume. 10. volumine secundo. latè Hercul. in tract. de negat. proban. sub numero 176. & seq. & Menoch. consilio 199. numero 3. volumine secundo. Et propterea licet à principio depositum fuerit factum in ciuitate Venetiarum de pecunijs mutuo acceptis per dictum Abbatẽ, dico satisfactum fuisse mãdato Papæ in dictis literis contento, cum à iure non prohibeatur, Abbatem mutuo pecuniam accipere pro necessitate sui monasterij, & illam conuertendo in illius vtilita-
2 tem monasterium obligatur, † prout dicit Innoc. in cap. primo, post princ. de deposit. quem sequitur Franc. Niconic. in allegat. 41. numero primo, vbi dicit omnes sequi Innoc. in dicto loco par. secunda, Cardin. in Clemen. prima, numero 27. in ver. Trigesimo quæro, de reb. eccles. non alien. & in consilio 110. in fin. & Dec. in cons. 36. colum. 6. in princ. & quia ex quo à iure communi conceditur, non censetur à Papa sublatum dicto Abbati per dictum rescriptum,
3 cum hoc non dicat, cum rescripta † principum ita intelligi debeant, quod nemini faciant iniuriam in iure publico, vel priuato, prout dicit Bal. in l. ex facto, numero 6. in princ. ff. de vulg. & pupil. & semper ad intellectum iuris communis referri debeant, prout dicit Petr. de Anch. in consilio 404. numero secundo, in fin. & num. 3. & Abb. in cap. Causam, quæ numero primo, in ver. primum dictum, de Rescrip. cum ius com-
4 mune rescripta † imitentur, idem Bal. in loco præcitato nu. 2. Et sic remanet firmum, dictum D. Abbatem pro dicto deposito faciendo potuisse pecuniam mutuo accipere; & mandato Papæ paruisse per supradicta. Vltra quòd (prout dicitur *in responsionibus*) fuerit restituta quantitas pecuniæ mutuo acceptę de redditibus monasterij per dictum Abbatem, antequam depositum fuerit translatum, & factum in vrbe, licet talis restitutio nihil referat ad casum, cum Papa tantummodo mandauerit, quod illud, quod auctoritate Apostolica de dicto Monasterio obligaretur, eadem auctoritate liberaretur, nihil ulterius ordinando.

Quo vero ad secundum probabiliter similiter dicitur, cum dictus Reuerẽdus Abbas in primo anno fecerit depositum in hac ciuitate Venetiarum de scutis ducentis, paruisse rescripto, & mandato Papæ, cum Papa ordinauerit cum effectu, quod si non potuisset extingui census pro quantitate quingentorum scutorum quodlibet anno decẽnio durante; & sic quoad dictum Monasterium Candianæ de scutis ducentis, quod fieret singulis annis de eadem quantitate depositum in tot locis montium non vacabilium, minime dicendo plus in vrbe, quam in ciuitate Venetiarum, quoad dictum Monasterium Sancti Michaelis, quod potuerit in ciuitate Venetiarum facere tale deposi-
5 tum, cum principis † voluntas talis præsumatur esse, qualis esse debet; prout dicit Feli. in cons. 31. num. 7. Et propterea quod ex quo per dictum Abbatem contractus præfati census fuerit factum in hac ciuitate Venetiarum, & hic sit faciẽda illius extinctio, seu solutio: & propterea sortitus hic fuerit
6 forum ratione talis contractus, † & conueniri possit, prout dicit Ant. de Butr. in c. Dilecti filij. nu. 4. & ibi Abb. nu. 5. & 6. de foro compet. ubi dicit idem Abb. nõ solum hoc procedere quoad id, quod principaliter uenit in ipso cõtractu; sed etiam quoad necessaria: Et sic si extinctio census hic debet fieri quoad scuta duo millia, quomodo præsumẽdum est S. D. N. uoluisse quo ad istam quantitatem depositum fieri in vrbe, & non in hac ciuitate Venetiarum, cum si in vrbe fiat, multis expensis & damnis grauaretur, & grauari posset dictum Monasterium Sancti Michaelis circa translationem pecuniarum, & alia, quod in totum est alienum à tenore præfatarum literarum, prout patet in illis uerbis videlicet, Vt igitur minori cum dispendio &c. Quod fortius uidetur habere locum fundamentum in casu nostro; cum
7 rescripta † sumãt vires ex præsumpta mẽte

concedentis; prout dicit Feli. in d. conf. 31. nu. 6. Sequendo Innoc. in c. cum ecclesiasti ce, nu. 2. de exceptio. ad quod facit, quod rescripti principis magis sint impropriãda verba, quam ex eo tertio præiudicium
8 inferri, † prout dicit Giga. in conf. 84. num. 6. Et dato sine ueri præiudicio, quod depositum deberet fieri in vrbe, tamẽ ex quo in termino primi anni hic fuit factum, & in secundo anno vtrunque depositum translatũ fuerit in urbe, non est dubium menti & mãdato Papæ fuisse satisfactum; cum ubi ha-
9 bemus effectum, † non curemus de modo, quia effectus magis inspicitur, quã modus, l. 3. & ibi. Bal. in prin. C. de institut. & substitutio. Gramm. decis. 36. nu. 74. Et quòd dummodo habeamus certitudinem, non uideatur curandum de modo, tenet Imol. in l. quoties. §. si quis nomen. sub num. 34. ff. de hæred. instit. Et ista sufficiant pro præfatorum motiuorum resolutione.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Causæ ecclesiasticæ quod in prima instantia sunt cognoscendę coram ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Causæ ecclesiasticæ in prima instantia tractandæ sũt coram ordinario.*
2 *Iurisdictio uidetur abdicata per delationem appellationi.*
3 *Appellari non potest a tarditate iudicis in procedendo, & assignatur ratio.*
4 *Potestas confirmandi electionem quando deuoluatur ad superiorem.*

CONSILIVM. CXXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.


N causa Canonicatus Ceneten. causa venit remittẽda episcopo Cenetensi Ordinario, cum in prima instantia ab eo auferri
1 non possit † per cap. 20. Sacr. Concil. Tridentini, Causæ omnes, sessi. 24. de reformat.

Neq; aliquid obstat, etsi per eius Generalẽ Vicarium appellationi corã eo interpositæ à denegata iustitia per D. Hieronymum
2 Sarcinellum fuerit delatũ, † adeo quod uideatur inquantũ potuit a se abdicasse oẽm iurisdictionẽ, & in totũ causam ẽt super negotio principali deuolutam esse suo Tribunali, per tex. in c. cum appellationibus, §. si verò, de appellatio. in 6.

Quia ad hoc respõdetur per tale decretũ 3
præfatũ Vicariũ aliq̃ iurisdictionẽ, neque cãm à se non addicasse, cũ non esset iudex causæ huiusmodi; & quia fuerat allegatus suspectus per parte D. Cornelij Sarcinelli; Iuspatronatus, de quo agitur, prętendentis; prout constat de scriptura recusationis, ob idq; in uim literarũ eiusdẽ episcopi Cenetensis, de quibus constat d. rege. cãm præfatam subdelegauit R. D. Aemilio Gratiano Prothonotario Apostolico; prout constat actu delegationis. Qui quidẽ cũ fuerit similiter allegatus suspectus pro parte dicti D. Cornelij Sarcinelli, prout constat similiter ex actis, & de scriptura recusationis, idem Aemilius Gratianus iudex delegatus ut supra iustis de causis abdicauit à se omnẽ iurisdictionem, & causam remisit eidem Vicario uigore literarũ præfati episcopi delegantis. Qui quidem Vicarius etiam de nouo stante dicta remissione facta per Reuerendum D. Aemilium Gratianum eandem causam in forma delegauit Reuerendo & Ex. D. Leandro . . . . . de Coneglano prout cõstat similiter de actu delegationis. Qui quidem R. D. Leander prædictam delegationem acceptare noluit, prout cõnstat eius literis directis eidem Reuerendo Vicario episcopi Cenetẽsis. Qui quidem Reuerendus Vicarius licet habuerit ordinationem & commissionem præfatã causam delegandi à præfato Illust. & R. D. Episcopo, videns à duobus, quibus illã delegauit, fuisse recusatũ illam iudicare, & sibi remissam, eandem causam eidem Illust. & R. D. Episcopo per suum decretum remisit sub die 12. Augusti pręsentis. 1598. prout constat regesto fol. 32. tergo, vnde etiam per talem remissionem in totum desijt esse iudex idem Vicarius ad dicta per Abb. in cap. licet, numero tertio, de offic. delegat. nedum quia episcopus eidem ordinauerit, ut illam delegaret alicui non suspecto D. D. Sarcinellis, prout dicitur in dictis literis;

abdi-

abdicando propterea eidem omnem iurisdictionem huiusmodi causam cognoscendi. Et sic cap. praefatum cum appellationi, de appellat. in sexto, facit contra partem aduersam, cum dictus Vicarius non esset iudex; & sic in aliquo per praefatum Decretum non potuit iurisdictioni ordinariae dicti Episcopi praeiudicare deferendo dictae appellationi, nec à se iurisdictionem abdicare, cum circa causam praedictam aliquam iurisdictionem non haberet in cognoscendo neque ante, neque postquam praefatam causam remisit.

Quibus accedat etiam, quod à tarditate iudicis in procedendo non potest appel-
3 lari; † sed bene recurri ad superiorem per viam simplicis querelae, cum retardare propriè non sit grauare, prout dicit Bal. in l. fin. §. illud, sub numero tertio, Cod. de tempore. appellat. Quem secutus fuit Felin. in capit. querelam, numero decimo, in fin. de iureiuran. Et quod etsi superior renuit etiam sine legitima causa electionem confirmare, adeundus sit superior, qui confirmatori terminum assignet ad confirmandum, & illo elapso, si non confirmauerit, potestas
4 † deuoluatur ad superiorem, firmat Abb. in cap. Postquam num. 8. de electio. Et ista sufficiat me dixisse pro dictae causae remissione eidem episcopo ordinario.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Processus super denuntia innixa litteris sine subscriptione formatus impugnatur. Et quid requiratur ad procedendum in criminalibus contra presbyterum, et alium.

SVMMARIVM.

1 *Processus ad formationem vt in criminalibus deueniri possit, quid requiratur.*
2 *Testi inducto à fisco, seu Curia plene credi debet, etiamsi deponeret de credulitate, vel de auditu.*
3 *Consequens qui vult, necesse est vt velit necessarium antecedens ad illud.*
4 *Factum lege resistente est nullum.*
5 *Delicti notificatio facta ab incerto authore extraiudicialiter, & suppresso nomine notificantis, est inualida.*
6 *Testis de auditu auditus nihil probat.*
7 *Deponenti de facto proprio est plene credendum, maxime si cum eius dicto concurrant aliquae coniecturae, & indicia. nu. 8. 9.*
10 *Testes vt probent de fama aut infamia alicuius, quid requiratur.*
11 *Populi vana vox non venit exaudienda. & numero 14.*
12 *Testes debent reddere bonam causam scientiae etiam non interrogati. & nu. 13.*
15 *Mulierem corruptam dicenti incumbit onus probandi.*
16 *Mulier non coniuncta praesumitur virgo, nisi contrarium probetur.*
17 *Superior infamia subditorum non debet delectari.*
18 *Probationes concludere debent necessario.*

CONSILIVM CXXXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Reuerendi Presbyteri Pauli Canonici non videtur aliquo modo potuisse ueniri ad formationem processus contra eundem, prout fuit deuentum per Reuerendissimum Ordinarium Parentinum, ex quo fuit denunciatus per quasdam literas absque nomine scribentis transmissas dicto Reuerendissimo Ordinario, in quibus dicitur, quod dictus presbyter stuprauerit Iurinam filiam Ioannis Misis puellam. Et quod eadem Iurina propterea fuerit vulnerata à suo fratre Antonio cum quodam pugione, cum in actu commercij carnalis ipsam inuenerit cum dicto presbytero. Cum indubitata conclusio iuris sit, & totius mundi practica, contra aliquem non posse deueniri ad
1 formationem processus † per iudicem, si fuerit querelatus de delicto facti permanentis, prout est stuprum praefatum, & sunt vulnera, homicidium, incendium, & similia; quorum delictorum vestigia remanere solent; nisi prius iudici constet de corpore delicti, prout dicit Clar. in sua practi. crimin. quaestio. quarta, numero quarto, praesertim in fine, vbi expresse adducit ca-

sum nostrum, dicendo quod illud, quod dictum est de homicidio, quod antequam iudex deueniat ad aliquem actum, illi debeat constare de ipso homicidio, habet etiam locum in omnibus similibus delictis, ac in stupro illato puero, uel ui illata puellę, ut inspiciantur partes pudendæ per obstetrices, uel chirurgos, vel alias personas, prout quotidie fieri dicit. Et ubi tales personæ referant cum iuramento se credere stuprum illatum, vel puellam corruptam fuisse, satis dicatur constare de delicto quo ad hoc, ut contra delinquentem procedi possit, quod prius dixerunt Blanc. in sua praxim. crimin. numero quiuto, & conclusiue numero sexto, fol. secundo, & sequen. ubi dicit, quod ita se habet communis practica. Nouell. in praxim. crimin. fol. 79. numero primo, & secundo, ubi dicit, quod ita seruat consuetudo; & idem dicit Iodoch. similiter in sua praxim. crimin. cap. 75. numero secundo, in fin. & seque. fol. mihi 60. Et quod hæc sit communis practica totius Mundi dicit Ioan. de Amic. in consil. 131. nu. 7. & ita etiam obseruari dicit Boss. in tit. de delicto. nu. 2.

Neque aliquid refert, si diceretur, quod fuit denuntiatus, quod in actu carnali fuit inuentus cum dicta Iurina idem presbyter Paulus; & quòd propterea eadem Iurina à dicto eius fratre fuerat vulnerata; & non quòd fuerit ab eo stuprata. Quia ad hoc est facilis responsio: nam cum dicta Iurina esset virgo, & pro uirgine haberetur, prout dicit primus testis, cui plene credi debet, etiamsi deponeret de credulitate, uel audi-
2 tu, cũ sit inductus à fisco, seu Curia; † prout dicit expresse Bertaz. cum accumulatis per eum in consilio 71. numero 15. volumine primo, in crim. § Et che sia donna da bene } deponit & 2. testis, & quinta testis in fin. Non est dubium, quod si dictus denuncians denunciauit, quòd carnaliter fuit cognita à dicto presbytero, quòd necesse sit, ab eo fuisse stupratam: & sic cum effectu de stupro ipsum denunciasse; cum virgo esset, & præsumatur à iure, ex quo non fuit alteri iuncta per auctoritates infra allegandas in fine tertij fundamenti: cum qui
3 vult † consequens, necesse sit, vt velit necessarium antecedens ad illud. §. idemque iuris. Instit. quibus ex cau. manumit. non licet. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procurat. cum consequens stare nõ possit absque necessario antecedenti, ad dicta per Bald. in l. Conuenticulam, columna 4. in ver. Item est locus. C. de episcop. & cleric. & Aymo in consilio 76. numero 27. & consilio 202. numero 29. Cum ergo per dictum Reuerendissimum Ordinarium deuentum fuerit ad formationem processus contra eundem presbyterum super prætensa corruptione, & practica carnali, de qua supra; non constando Curiæ episcopali, quod dicta Iurina fuisset corrupta, prout necesse erat cõstari facere ante formationem processus per auctoritates desuper adductas; & per tex. in l. prima, §. item illud, ff. ad Sillania. in illis verbis, dum dicit, nisi constet aliquem esse occisum &c. subdendo etiam liquere igitur debet &c. non est dubium dictum processum fuisse & esse nullum & inualidum, & aliquem effectum pa-
4 rere non posse, cum fuerit factus † lege resistente per l. non dubium C. de legibus, & cap. 2. in fi. de testib. & contra practicam totius Mundi, ut est dictum, à qua recedi non debet. Dec. in consilio 11. num. 9. circa fin. & in c. 1. in prima lectura. nume. 83. & seq. de constit.

Vltra quod etiam uigore dictarum literarũ, cũ sint sine subscriptione notificatarũ saltem in processu, à iure improbetur posse per iudices procedi ad cognitionem delictorum, etsi procedatur, processus ipso iu-
5 re remanet nullus, & inualidus, † etsi de delicto plene probaretur, prout firmat Clar. in d. sua prax. crim. quæst. 5. num. 4. præsertim in uer. Neque in hoc attenduntur. vbi dicit, neque in hoc attẽduntur notificationes factæ extraiudicialiter, neque illæ, quæ fiunt ab incerto auctore, & suppresso nomine notificantis. Et ibi etiam subdit ita pluries fuisse per Senatum iudicatum. Et est text. in cap. Inquisitionis. §. tertiæ dubitationis ante fin. in uer. nec ad petitionem, & ibi gl. de accusatio.

Et licet supradicta sufficere deberẽt pro defensione dicti presbyteri Pauli; tamen de sua Innocentia demonstrare uolo, etiãsi contra ipsum potuisset procedi, prout non potuit, ut est dictum, ex processu ipso; nam totus processus restringitur ad quatuor capita.

Primo

Primo videlicet, quòd dicta Iurina fuerit vulnerata ab Antonio eius fratre cum pugione in vigilia Sancti Antonij: et quia ipsam inuenerit in commercio carnali cum d.R. Presbytero Paulo.

Secundo, quod idem presbyter sit diffamatus in loco Montonę, quòd prægnatem reddiderit dictam Iurinam.

Tertio, quòd fuerit baptizzata quædam creatura à q. Reuerendo presbytero vindo innuendo quod fuerit filia eiusdem Iurinæ.

Quarto, quòd post præceptum eidem presbytero Paulo factum ipse conuersatus fuerit in domo Iurinæ prædictæ.

Et deueniendo ad resolutionem præmissorum, quod nihil probetur quo ad primum caput ultra ea, quæ dicta sunt, manifeste apparet, quia omnes testes examinati de auditu auditus deponunt: quos quidem testes nihil probare, cum depo-
6 nant de auditu auditus, † vt est dictum, indubitati iuris est, prout dicit Alexand. in cons. 72. numero 8. in finem. volumine primo, & in consil. primo, numero 4. mihi volumine 3. Marsil. in consilio 76. nume. 25. Paris. in consilio 164. numero 5. volumine quarto. Specul. in tit. de teste. §. primo, numero 53. in finem Angel. de Castro. in consilio 94. numero 23. & sequen. inter criminal. diuersorum, volumine primo, Bartho. Veronen. in consilio primo, numero 18. in crimi. Domi. de Sancto Gemin. in consilio 142. nu. 5. & Aymo in cons. 281. num. 5. in ver. secundo.

Quæ conclusio fortius procedit in casu nostro, cum ab Antonio filio Ioannis Missi, quem dicit audiuisse illam hac de causa vulnerasse, hoc negetur, allegans aliam causam: & idem neget etiam Apolonia septima testis eius ancilla, quæ facto interfuit, & con eo concordet etiam eadem Iurina in sua depositione; cum quibus etiam concordat primus testis, qui facto occurrit: Cum dubium non sit dictis Antonio & Iurinæ tanquam de facto proprio depo-
7 nentibus esse plene credendum, † prout dicit Salicet. in l. si quis decurio. sub numero quarto, in princi. C. ad leg. Cornel. de fals. Marsil. in sua pract. crimin. in §. diligenter. numero 130. in fine, & sequen. Socin. iun. consilio 61. numero octauo, in verbo præterea, volumine primo Afflict. decis. 369. numero septimo. Bartho. Veronen. in consilio 16. numero 14. volumine secundo, in ciuili. Et valde corroborat hanc conclusionem Ias. licet simpliciter eam non teneat, ut infra dicetur, in l. admonendi, numero 94. ff. de iureiuran. Et Aluar. Valas. in suis consulta. rerum iudicat. in Regno Lusita. Consulta. 73. in princip. Et licet nonnulli Doctores simpliciter non habeant prædictam conclusionem pro vera; tamen in hoc omnes concordant; quòd si cum dicto testis, qui de facto proprio deponit, concurrunt aliquæ coniecturæ, uel indicia,
8 quod plenè probet, nemo dubitet, † prout dicit Ias. in præcitata l. Admonendi sub numero 96. in finem. & uidetur velle Castre. in l. quicunque ad fin. C. de serui. fugit. & firmat dictus Aluar. Valas. in præcitato loco, numero quarto, in ver. aut vero, & seq. fol. mihi 139. & latè tradit Socin. in fallent. regularum iuris in regul. 507. in ver. testiū. in secunda limitatione, quæ est in fine. fol.
9 mihi. 519. ubi dicit uni testi † esse plene credendum de facto proprio deponenti concurrentibus cum eius dicto alijs indicijs: cum ergo in casu nostro concurrant nedum indicia, quæ afferuntur per primum testem, qui facto occurrit, sed & semiplena probatio, quæ affertur per dictam Apoloniam, quæ facto præsens fuit, & illud narrat, non est aliquod dubium esse plene credendum dictis Antonio & Iurinæ: Et sic aperte constare non fuisse vulneratam, eo quia fuerat inuenta in commercio carnali cum dicto presbytero Paulo, sed alia de causa, prout ipsi deponent.

Quo vero ad secundum, quòd dictus presbyter reddiderit prægnantem dictam Iurinam, similiter aliquid contra eundem non probari, dubitandum non est; nam secundus testis deponit de auditu auditus, quòd dicta Iurina fuerit grauida, neminem nominando. Tertius testis deponit, quòd est fama, quod dicta Iurina fuerit reddita pręgnans à dicto presbytero Paulo. Quartus Testis de auditu auditus similiter deponit neminem nominando, quis prægnantem reddiderit. Sextus testis deponit, quod dicitur publice, Iurinam esse grauidam, sed ignorare cu-

 ius,

ius. Septimus testis similiter de auditu auditus deponit neminem nominando. Octauus testis autem deponit, quod vulgus dicit, quod dicta Iurina fuerit reddita prægnans à dicto presbytero Paulo, sed quòd ipse hoc ignorat. Decimus autem testis deponit, quod murmuratur esse grauidam. Vndecimus testis deponit, quod publice dicitur, quod Iurina fuerit reddita prægnans à dicto presbytero Paulo. Quibus testibus inhærent quintus, septimus, nonus, & decimus, tertius, testes, qui deponunt, quod murmuratur in loco Montonæ, quòd dictus presbyter Paulus commercium carnale habeat cum dicta Iurina; cum ambigendum non sit illos testes, qui de auditu auditus deponunt, nihil probare, ut supradictum est. Prout & aliquid non probant alij testes, qui uidentur de fama deponere, cum uere de ea concludenter non deponant, ut statim dicetur. Et multò minus alij testes, qui deponunt de mormorio; nam ad hoc,
10 ut testes † probent de fama, seu infamia alicuius debent primo deponere ita dici ab omnibus de populo, seu maiore parte illius; seu uicinæ nominando etiam aliquas personas, à quibus dici audiuerint ad effectum, ut videatur, an erigat caput ab honestis, & à fide dignis, an à maleuolis, maledicis, & suspectis personis. Et debent etiam deponere de causa, ob quam fama exorta est, ut inspici possit, an sit uana
11 na uox populi, † quæ non uenit exaudienda. per l. decurionum. C. de pœnis. uel fama. Et non sufficere ad probandum de fama, testes deponere ita in loco publice dici, uel quod ita est publica uox, & fama; cum per talia uerba non dicantur reddere bonam causam scientiæ, cum ab uno tantum potuerint hoc audiuisse publicè dici;
12 quam reddere † debent etiam non interrogati, prout dicit Ioan. de Amic. omnino viden. in consilio 131. numero 12. per totum. Gram. similiter viden. in cons. 26. nu. 12. & sequen. & ante eos Bar. in l. de minore. §. plurimum. sub numero decimonono, & sequen. & ibi Hippol. de Mars. numero 41. ff. de quæstio. & Bart. secutus fuit Aret. in consilio 122. numero tertio, Aymo in consilio quadragesimoprimo, numero quinto. idem, Ioan. de Amic. in consilio 60. numero vndecimo, & in consilio 151. numero secundo, Robert. Marant. in consilio 69. numero tertio. Et hanc
* esse communem opinionem dicit Imol. in l. hæredes palam sub numero primo, in fine, à qua in iudicando & consulendo, recedendum non est, cum simus in criminalibus; licet aliter tenuerit Rota in suis
13 causis ciuilib. † Cassad. decisio. tertia. sub titulo de probatio. & illam sum solitus sequi in ciuilibus propter Rotæ auctoritatem, prout dixi latè in consilio meo. 78. numero 33.34. & seq. vol. 1.

Et quod testes ad hoc, ut de fama probent inter cætera debeant deponere de aliqua probabili præsumptione, unde fama originem traxerit, alias de ea non probent, cum dicatur uana vox populi, & non fama, quæ non uenit exaudienda, ut est dictum, tradit latè Bartol. in dicta. l. de minore. §. plurimum, columna vltima, in ver. & hoc dico. ff. de quæstio. vbi dicit,
14 quod si fama † est solum probata ex uoce populi, non probata aliqua præsumtione, ex qua fama originem traxerit, quod non probat, sed dicitur magis uana uox populi, quæ non venit exaudienda per l. Decurionum: & tantum dicit coadiuuare probationes factas: Quem secutus fuit Abb. in capitulo vestra. numero 12. de cohabit. cleric. & mulier. Aymo latè in cõsilio 260. numero septimo. Ias. in consilio secundo, numero 34. in ver. præterea, uolumine tertio, & in consilio 78. numero 20. eodem uolumine tertio, Bald. in l. proprietatis. numero tertio, Cod. de probat. Aret. in consilio 65. numero secundo, in fine. in uer. nec fama. Idem Ias. in consilio 167. numero 18. volumine quarto, Angel. in l. ea quidem. in fin. in uer. & prædicta. Cod. de accusat. & idem Abb. in capit. cum causam. numero sexto, in uer. Ego dico de testibus. Ex quibus remanet resolutum, nec dictum presbyterum Paulum esse diffamatum, quod prægnantem reddiderit dictam Iurinam; & quia testes de tali infamia concludenter, & prout de iure requiritur, non deponunt; & quia non adducunt aliquam probabilem præsumptionem, unde originem traxerit, prout est dictum requiri, per auctoritates desuper adductas. Et quid plura, forsan

quod

quod & hodie constare potest Curiæ epi-
scopali de virginitate dictæ Iurinæ; quam
virginem esse etiam præsumitur à iure, cum
ista qualitas insit naturæ; & dicenti esse
15 corruptam † incumbit onus probandi per
ueras probationes; & sic dictæ Curiæ epi-
scopali, prout per multas auctoritates, ubi
* etiam attestatur de communi, firmat Fului.
Pacian. in tract. de probat. in cap. 2. nu. 4. 5.
& 6. omnino viden. lib. 2. Et prius hanc es-
* se communem opinionem dixit Abb. in
cap. 1. nu. 5. & ibi etiam Socin. qui similiter
dicit de communi. numero 6. de adulter. &
stupr. optime Alb. in cons. 37. numero 2. in
ver. neque de eius uirginitate. vol. primo,
vbi dicit præsumptionem iuris esse semper
pro virginitate, nisi probetur contrarium.
16 Et quod mulier, † quæ alteri non fuit con-
iuncta, præsumatur uirgo, tenet etiam Ia-
cob. de Sancto Georgio in l. circa. numero
6. ff. de probat. & idem etiam firmat Ber-
mond. in tract. de public. concub. in rub. de
stupro. num. 9. in ver. sed quid si stuprator,
vbi etiam refert de communi. Et Franch.
in cap. 1. num. 2. de cleric. coniug. in 6. Et
propterea de corruptione ipsius prius pro-
bandum erat pro parte Curiæ & fisci, ne
sub incerto, & contra iuris regulas fabrica-
retur dictus processus contra eundem pre-
sbyterum, & in præiudicium honoris & fa-
mæ dictæ puellæ, cum facilis sit, qui de fa-
17 cili credit, & superior † infamia subdito-
rum delectari non debeat, prout dicit Spe-
cul. in titu. de Inquisitio. in §. secundo,
numero 12.

Circa vero tertium fundamentum, cum nihil in specie fuerit dictum de dicto presbytero Paulo per testes super huiusmodi capite examinatos, nihil dico, cum non egeat defensione, ubi non est offensio. Prout etiam & nihil dicendum uenit circa quartum fundamentum ad defendendum ipsum presbyterum circa prætensam contrauentionem præcepto eidem facto vsque sub die 2. mensis Decembris 1596. non contrauenisse, ex quo nullus testis dicat, quod post dictum tempus ad prefatam domum eiusdem Ioannis Misis iuerit, prout
necesse esset, ut concludenter testes depo-
nerent adhoc, ut dici posset ipsum contra-
18 uenisse, cum necessario probationes † con-
cludere debeant. l. neque natales. C. de
probatio. c. in præsentia, eod. & l. non hoc
C. unde legit. Et quod dictus testis ad hoc, ut probet, quod necessario concludere debeat, alias non probet, dicit Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. nu. 20. in uer. contrarium. ff. de quæstio.

Et ex his puto absoluendum & liberandum prædictum Reuerendum Presbyterū Paulum ab omnibus prætensis per Curiā. Et ita consulo.

Franc. Monaldus I.V.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Iudex, coram quo est porrecta petitio, data incidenti exceptione perreum, an debeat retardare processum, donec cognoscatur super incidenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudici ex discussione incidentis prius facta aperitur via ad pronunciandum super principali, sententiando sic tacite, etiam super incidenti.*

2 *Causa, seu quæstiones duæ principales quando sunt, & vna incidit in aliam, ita quod est principalis ad aliam, & ex decisione incidentis dependet decisio alterius causæ, seu quæstionis æque principaliter motæ in diuersis iudicijs, licet coram eodem iudice, quid debeat ipse iudex facere, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

3 *Processus coram eodem iudice principalis, & incidentis, non debet retardari in procedendo.*

4 *Incidens quando dependet à principali, an processus retardari debeat.*

5 *Causa pendente coram ecclesiastico super illegitimitate, non debet iudex laicus procedere super petitione hæreditatis, & assignatur ratio.*

6 *Argumentum ita procedit de toto quoad totum, sicut de parte, quoad partem.*

7 *Dos non subsistit, neque alia eius promissio occasione matrimonij facta, nisi matrimonium fuerit iudicatum validum.*

8 *Statutum de dote lucranda non habet locum, si matrimonium non valet.*

9 *Dos non potest stare sine matrimonio.*

CONSILIUM CXXXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Valeria resoluendo dubium datum, dico quòd in primis, & antequã super petitione actoris pronuncietur, licet nõ retardetur processus, qđ debet videri & cognosci per iudicem de exceptione incidenti per reum conuentum in eadem causa proposita, per quam perimitur ius actoris, cum ex incidentis discussio-
1 ne prius facta aperiatur uia iudici † ad pronunciandum super principali, sententiando sic tacite etiam super incidenti. per text. in cap. primo, & ibi Abb. num. 5. post Calderi. numero 17. & Petr. de Anch. numero 5. & Imol. num. 4. de ordi. cogni. Et sic licet per oppositionem exceptionis peremptoriæ per reum conuentum facta in eadem causa non retardetur processus super principali, sed super vtroque in dicto casu per iudicem procedatur eodem tempore, vt est dictum, & dicit Specul. communiter obseruari propter litiu̅ faciliorem expeditionem, in tit. de teste. §. qualiter. num. 20. in ver. Sed opponitur, quem sequitur Abb. in dicto cap. primo. num. 8. in ver. aut sumus: tamen negari non potest, licet unico contextu super principali & incidenti procedatur, & pronuncietur, quod in cognitione, talis exceptio peremptoria non præcedat cognitionem principalis, cum per eam perimi possit, & tolli per supradicta.

Quod tamen non procedit, quod pronuntiare possit iudex eodem tempore super principali, & incidenti, & sit resolutio
2 dubij, quando sunt duæ principales † causæ, seu quæstiones, & vna incidit in aliam, ita quod est principalis ad aliam, & ex decisione incidentis dependet decisio alterius causæ, seu quæstionis, æque principaliter motæ in diuersis iudicijs licet coram eodem iudice prout in casu nostro, cum tunc de incidenti, antequam cognoscatur de alia causa, per iudicem cognosci, & pronuntiari debeat cum retardatione processus alterius causæ, quod procedit tam in ciuili quam in criminali causa; prout expresse distinguit, & firmat Abbas in capit. Tuam. numero quinto, post medium in ver. opponi. Quod prius ibidem voluit glos. quam ipse sequitur in ver. dependentem, præsertim ad finem.

Neque huic obstat illud, quod dicit ibidem idem Abb. numero sexto, præsertim post medium, in ver. natura enim causæ. vbi dicit, quòd si agatur coram eodem iudice, qui habeat iurisdictionem suf-
3 ficientem, quòd processus † retardari non debeat in procedendo; & quod in vtraque causa tam principali, quàm incidenti potest procedi, quod ante eum uoluit ibidem Innocen. in fine, licet per verbum, forte, quem secutus fuit similiter ibidem Ioan. Andr. numero quinto. Quia illud, quod dicunt prædicti Doctores, debet intelligi, quando talis exceptio incidens opponitur per reum in eodem iudicio & instantia coram iudice habente iurisdictionem cognoscendi etiam de incidenti, seu
4 peremptoria exceptione, † & non quando sunt duæ causæ diuersæ æque principaliter motæ, prout in casu nostro, cum ex decisione nullitatis matrimonij dependeat decisio alterius causæ, an res petitę peti possint tanquã à matrimonio ualido dependentes: Quia tali casu retardari debet processus talis causæ per ea, quę dicit Abb. in d. c. Tuã, nu. 5. & præfata glo. desuper allegata.

Quæ conclusio clarior apparet ex diuersitatis ratione à primo casu, dicto c. 1. de ordi. cogni. in princ. similiter adducto, cum ibi dicatur, quod vnica sententia terminari possit tam principalis causa, quam incidens exceptio perimens ius actoris, cum obiectiue in eodem iudicio opposita fuerit per reum.

In hoc autem secundo nostro casu duæ sententię requiruntur; & prius etiam debet pronuntiari super causa incidenti, quam super alia, prout dicit Abb. in præcitato loco in d. c. Tuam, quod nõ dicitur per eũ in primo casu, & d. c. 1.

Et per hoc etiam appareat militare eandem rationem retardandi processum in prima causa, uidelicet, ut parcatur expensis, & laboribus, cum dictæ causæ unica sententia terminari non possint, sed duæ requirantur, ut est dictum, prout considerant pro ratione

tione cum alia, quam dant, ut euitetur intricatio processuũ, prædicti Doctores, Innoc. Ioan. Andr. & Abb. d. num. 6. desuper citato, quando dicunt per iudicem
5 † laicum nõ esse procedendum super petitione hæreditatis, donec per iudicem ecclesiasticum nõ fuerit determinatum super quæstione incidenti illegitimitatis, cum sicut in illo casu ita quoque in nostro debeat prius, licet coram eodem iudice agatur, cognosci, & pronuntiari per eundem iudicem super tali causa nullitatis matrimonij, quam super causa rerum petitarum per aduersarium a matrimonio prædicto dependentium, cum ubi militat eadem ratio, militet & eadem iuris dispositio iuribus vulgaribus.

Neque hoc debet habere aliquam difficultatem, cum non sit dubium, quod si introducta fuisset dicta causa super nullitate matrimonij, quando fuit mota lis super prętensis rebus occasione eiusdem matrimonij contrahendi, ut dicitur, promissis; quod non potuisset introduci per ea, quæ dicuntur per dictam glo. & Abb. in d. cap. tuam, num. 5. desuper citati: quod pari modo in præsenti debet retardari ulterior processus cum fuerit postea intentata dicta causa super nullitate matrimonij, cum argumentũ,
6 † quod procedit de toto, quoad totum, procedat de parte quoad partem per l. quæ de tota, ff. de rei uendic. cum dubium etiam nõ sit de dote mulieris, seu de aliqua alia re occasione matrimonij marito promissa per eũdem maritum post iudicium intentatum super nullitate eiusdem matrimonij pertra-
7 ctandum non esse, cum dos † non subsistat, neque aliqua alia promissio occasione matrimonij facta, nisi matrimonium fuerit iudicatũ validum, ad dicta late per Barba. in cons. 71. num. 21. & seq. volum. 2. ubi dicit, dotem & donationem occasione matrimonij promissam nomen dotis & donationis non mereri, cum matrimonium sit nullum, & de facto factum, per Auth. de nupt. §. adscriptio, quod ante eum in d. Auth. uoluit Ang. ubi dicit, quod ubi matrimonium de facto contrahitur, & extat statutum, quod vir debeat lucrari tertiam partem dotis pręmoriente uxore in matrimonio, quod cum non sit vir, nec matrimonium iuris, sed facti non est dos, nec nomen dotis; & sic cessant
8 verba statuti, † & per consequens illius dispositio cessat: quod ante eos dixit Bal. in l. 1. in princi. C. de condict. ob caus. ubi dicit, quod si statutum disponit de dote lucrãda, quod ad hoc, ut statutum habeat locum, requiritur, ut matrimonium ualeat, alias non lucrabitur dotem. Nec est mirum, cum dos
9 † non possit stare sine matrimonio, prout dicit Corn. in cons. 86. num. 2. in princip. volum. 1. allegat. l. dotis promissio, & l. promittendo, ff. de iure dot. Et ita consulo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Processus Episcopi contra regularem impugnatur, tam ratione ordinis conciliaris, quam constitutionis ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum quid disponat, ut Episcopus contra regularem procedere possit.*
2 *Delictum ut dicatur notorium, quid requiratur.*
3 *Notorium debet semper procedere a scientia certa.*
4 *Episcopus ut possit punire regularem, quæ requirantur.*
5 *Intentionis suæ fundamentum quilibet probare debet.*
6 *Iudici dicenti aliquid quod ex actis non constat, non creditur.*
7 *Processus, & sententia, factus, & lata forma iuris non seruata est nullus, & nulla.*
8 *Probationes in manifesto probando fieri debent super veritate illius facti manifesti.*
9 *Manifestum quid dicatur.*
10 *Negatiua probatur ex inspectione processus.*
11 *Condemnari ut quis possit in vim testium, quid requiratur.*
12 *Inquisitus, vel accusatus de crimine, ut possit diffinitiue condemnari, quid requiratur.*
13 *Testes de auditu non probant in criminalibus.*

CONSILIVM CXXXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.


Sententia lata per Illustrem & Reuerendissimum D. Episcopum Parentinum contra R. fratrem Hieronymum . . . . , Ordinis Camaldulensis, uenit declaranda nulla,

nulla, & inualida, nedum quia fuit lata cõtra formam Sacri Concilij Tridentini, & Priuilegiorum dictæ Religionis; verumẽt & quia nihil probatum exstitit contra d. R. Condemnatum, nedum quia testes parte non citata fuerunt recepti & examinati; ue rumetiam & quia etsi essent legitimè examinati, aliquod delictum per eum fuisse cõmissum non probant.

Et quoad primum, quòd contra eũdem regularem per dictum Reuerendum Episcopum processum fuerit contra formam Sacri Concilij Tridentini patet; nam ex dispositione eiusdem Concilij c. 14. sess. 25. de reformat. requiritur, quod antea quam
1 Regularis † non subditus Episcopo, qui in tra claustra monasterij degit, & extra deliquerit, per Episcopum puniri possit, neglig̃ete suo superiore ab Episcopo certiorato, & eidem termino præfixo ad puniendũ, & quod ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Cum igitur in casu nostro ex toto processu euidenter appareat, nedum ali- & quod notoriũ delictum, unde scandalum ortum habuerit, per dictum regularem nõ fuisse commissum, uerumetiam nec occul-
2 tum; cum delictum † notorium dici nõ possit, nisi habeat testem uniuersum populum, vel maiorem partem illius, qui uiderit, uel præsens fuerit, uel altero sensu corporali im mediate perceperit secundum facti naturam, ita quod nulla tergiuersatione celari possit; & oporteat, quod loco & tempore ita sit clatum, quòd testes decipi non possint; & hoc, ꝙ locus sit publicus, corã multis astantibus; & propterea quæ occulte
2 fiunt in domo, † cum de facili probari non possint, notoria dici non posse firmat optime dicendo prædicta uerba formalia Ant. de Butr. in tracta. de notorio, num. 14. atti.
3 2. & quòd notorium † semper debeat procedere a scientia certa, firmat Aegid. in decis. 736. num. 4. & propterea ea, quæ sunt notoria, probatione non indigent, prout di cit Bar. in l. ciues, num. 1. & ibi Alexand. in Add. C. de appellatio. & idem Alex. in l. si uero, §. qui pro rei, num. 6. ff. qui satisda. cogant. & Alberi. in l. 1. num. 2. ff. de in integr. restitu. & propterea Sacrum Concilium in d. cap. 14. non permittit Episcopis, ut super delictis occultis per regulares inquirant in eorum diœcesi contra regulares; sed quod ipsos puniant, negligentibus suis superioribus, ab eisdem certioratis, punire, si adeo no torie deliquerint, ut scandalo populo sint; cum talia crimina examinatione nõ egeãt, & propterea illico deueniatur ad punitionem iuxta tex. in c. 1. §. fane ad fi. de censib. in 6. & sic tria copulatiue requiruntur, ut
4 Episcopus † punire possit regularem: & quod notoriè deliquerit; & quod ex tali delicto oriatur scandalum; & quod eius superior certioratus neglexerit punire; quæ omnia erant probanda in dicto processu per dictum Episcopum fabricato, cum quis se fundat super aliqua re, cum sit fundamen-
5 tum † suæ intentionis, illam probare tenea tur, prout dicit Boeri. in decis. 23. num. 67. Mascard. de probatio. conclus. 824. nume. 14. volum. 2. & in conclus. 1352. num. 2. & Aufr. ad decis. Capell. 313. num. 4. & seq. & latè Purpur. in consil. 70. num. 8. & seq. volum. 1. cum nec credatur iudici † aliter
6 dicenti, si ex actis non constat, prout dicit Angel. in cons. 10. in fi. & Dec. latè in cons. 188. num. 20. quę notorietas delicti, & per consequens scandali ex eo prouenien. cum defuerint, & deficiant in casu nostro, merito dicta sentẽtia una cum toto processu nul
7 la & nullus est, † cum fuerit lata & fabricatus contra formam dictæ legis conciliaris, & illa resistente per text. in l. non dubium, C. de legib. Dec. in c. prudentiam, num. 10. de offic. deleg. Neuizza. cum accumulatis per eum in cons. 70. num. 6. & in consil. 77. num. 2. & seq. usque ad num. 5. Roland. a Valle in cons. 99. num. 17. uolum. 1. & latissime in cons. 72. a num. 54. usque in fi. vol. 3. & Roma. in cons. 236. num. 8. omnino viden.

Et quod fuerit etiam processatus d. R. frater Hieronymus, & dicta sententia nulliter lata contra formam dictorum priuilegiorum eidem Congregationi per felic. recordat. Pij Papę V. concessorum; inter cætera super declaratione dicti cap. 14. Sacri Concil. Tridentini sess. 25. expresse patet ex uerbis eorundem priuilegiorum, in uer. quoniam vero, ubi habetur, quòd ex quo ex nimia episcoporum sibi irrogata auctoritate ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subijcere omnino studeant, ac decreto Concilij prædicti edito confisi ipsos regulares uarijs grauaminibus afficiant; ideo statuit prohibendo ordinarios prædictos etiã in casu dicti Concilij sub quouis prętextu,

occa-

occasione, vel causa innouare, nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse, nisi propter manifestum scandalum: adeo quod non solum requiritur, quod ita notorie deliquerit regularis, ut populo scandalosus sit, prout dicitur in dicto Concilio; sed quod scandalum manifestum sit ex notorio delicto proueniens: & cum in manifesto probando de-
8 beant fieri probationes † super ueritate illius facti manifesti, prout dicit Alex. in d.l. si.uero, §.qui pro rei, num.8.ff. qui satisd. cogan.& prius dixit Bar.in d.l.ciues, in fi.C. de appellat.& idem Alex.in conf.82.num. 4.in ver, sed per productionem, volum.1.
9 & manifestum † dicatur illud, quod factum est publice, & sit notum pluribus, prout dicit idem Alex.in d.l.si uero, §. qui pro rei, num.5.in uer.manifestum, & debeat procedere sicut notorium a scientia certa, prout dicit idem Aegid.in d.decis. 736. num. 4. euidenter apparet talem probationem manifesti delicti, quod commercium carnale idem frater Hieronymus habuerit cum q. Catherina de Coridico, & quòd eam pregnantem reddiderit, prout fuit condemnatus ex processu contra eum formato, non probari, prout ex eius lectura apparet, cum
10 ex illius inspectione talis negatiua † probetur; prout dicit Purpu. in conf.824.num.10 volum.2. Abb.in conf.92.num.3.volum.1. Cepha.in conf.250.num.3.volum.2. Menoch.in conf.199.num.3.volum.2.& Hercul.in tracta.de negati. proband. sub num. 176.& seq.& per consequens etiam per dictum Episcopum processum fuisse contra formam dictorum priuilegiorum; & eius sententiam fuisse, & esse nullam, & inualidam, per desuper adducta: quibus addo c. 2.in fi.de testib.

Et quod dicti asserti testes contra eundem fratrem Hieronymum recepti, & examinati per dictum D. Episcopum nihil probent, etsi de aliquo prætenso delicto per eū commisso deposuissent, prout non deposuerunt, ex quo pro informatione curiæ fuerint recepti, & examinati ipso non citato, & in iudicio comparente, non fuerint ipso citato uel præsente repetiti: & quod in illo-
11 rum vim ad aliquam condemnationem † cōtra eundem deueniri nō potuerit, tenet expræsse Clar.in sua prax.crim.q.11.num.2. presertim ad fi.& in q.45.num.13.& num. 14.& in q.50.num.4.ante fi.& in q.49.nu. 8.in c.2.de testib.

Quod autem dicti testes, etsi potuisset processari idem frater Hieronymus per d. D.Episcopum, prout nō potuit, vetantibus id dictis Concilio Tridentino, & priuilegijs, & ipso citato, uel præsente fuissent examinati dicti testes, seu repetiti, prout non fuerunt, quod aliquod delictum per eum fuisse commissum non probent, & condemnari non potuerit, patet expresse: nam ad ef-
12 fectū, ut inquisitus, † vel accusatus de crimine possit diffinitiuè condemnari, requiritur unum de tribus; uidelicet uel quod sit sponte confessus; uel quod sit testibus necessario, vel præsumptiuè concludentibus iuris præsumptione, idest, a iure approbata conuictus; vel quod conuictus sit indicijs, & indubitatis, quæ faciant iuris, & de iure præsumptionem, contra quam probatio in contrarium non admittitur, prout habeantur, & colligutur in l.qui sententiam, C. de pœn.l.2.C.quor.appellat. non recipiunt.l. fi.& ibi Bal.num.2.& 5.C.de probat.ff. de custod.reor.l. si confessus, et ita ad literam allegans eadem iura firmat Paul. de Castr. in conf.299. visa inquisitione suprascripta, nume. 1.volum. 2. quæ omnia non est dubium deficere in casu nostro: cum de aliqua eius confessione in processu non constet; nec quòd testibus necessario, vel iuris præsumptione concludentibus fuerit conuictus; vel quòd sit conuictus indicijs, et indubitatis, quæ faciant iuris, et de iure præsumptionem; cum omnes testes deponant tantum de auditu auditus, etiam a dicta Catherina, quòd dictus frater Hieronymus cum ea rem habuerit, et ipsam pregnantem reddiderit. Qui quidem testes † de auditu in criminalibus minime probant; prout dicit Alexan.in consi.72.num.8.in fi. volum. 1.et in conf. 1.num.4.in fi.et seq. volum. 3. Marf.in conf.76.num. 25. Parif. in consil. 164.num.5.volum.4. Specul. in tit. de testib.§.1.nu.53.in fi.Ang.de Castr.in conf. crim.94.nu.23.et seq.vol.1.Barthol.Vero. in conf. 1.num.18.in crim.Domi.de S.Gemi.in conf.142.nu.5.et Aymo in conf.281 nu.5.in ver.secundo. Et hæc sufficiat pro bono iure d. Reuerendi condemnati me dixisse.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio

ARGV-

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, vis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, exequi debet.*
2 *Remedium vt quis audiri possit contra sententiam, quæ transitum fecit in rem iudicatam.*
3 *Sententia non valet contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*

CONSILIVM CXXXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa Cleri Verbenici venit pronuntiandum appellationem aduersariorum a sẽtentia contra eos, et ad fauorem mei principalis lata fuisse, et esse desertam ob lapsum nedum biennij, uerumetiam et triennij; cum sentẽtia appellata fuerit lata vsq; de anno 1593. die octaua mensis Martij; et propterea fecisse transitum in rem iudicatam, et exequi
1 debere † per tex. in Auth. ei qui, C. de tempor. appellat. Clem. sicut, et Clem. si appellationem, de appellatio. et latè Dec. in cõsi. 436. num. 20. et seq.

Nec aduersarij vlterius in huiusmodi causa audiri possunt, nisi per viam restitutio
2 nis in integrum in vim rescripti, † glo. in d. Auth. in uer. manet, circa medium; quam ibi sequitur Bar. nu. 3. et Dec. in præcitato loco num. 21.

Neq; aliquid obstat, etsi per dictum R. Principalem meum fuit in actis instatum post dictam desertionem ad expeditionem causæ huiusmodi deueniri, nihil dicendo de dicta desertione, quia per hoc in aliquo sibi non præiudicauit, quin postea petere potuerit pronũtiari super dicta desertione, et sententiam ad eius fauorem latam exequi, imo etsi sententia lata fuisset, prout nõ fuit per D. meum infirman. sententiam iudicis a quo, nihil valuisset, cum censeretur lata a non suo iudice, ex quo lex fingat nõ
3 appellatum fuisse; et sententia † contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, lata non valeat; ita glo. in Clem. si appellationem in uer. appellato, et conclusiuè in glos. seq. in uer. appellatus: quas ibidem latè sequitur Card. num. 1. 2. et 3. de appellatio. Et ita consulo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo cui competat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo concedi debet possidenti, & ex quibus alijs causis, num. 2.*

CONSILIVM CXXXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

ILlustrissimum Episcopum Taruisinum nõ videtur potuisse obtinere mandatum de manutenendo quoad omnes ecclesias unitas et annexas Præpositruræ, seu Abbatiæ de Neruisia, vt in dies aduenientе illarum vacatione conferre possit, ac si non essent de iurepatronatus Illustrissimorum Comitum de Collalto, prout sunt, cũ nullam quasi possessionem illas conferendi Episcopus habeat, excepto vnius, vel duarum ecclesiarum, quas indebite cõtulit post decretum Illustrissimi Episcopi Parentini Visitatoris Apostolici etiam nulliter fact. non citatis, nec vocatis patronis ad docendum de eorum iurepatronatus, cum nemo manuteneri valeat, nisi prius in actis docuerit possessionem vel quasi rei, vel iuris habe
1 re, super qua petit mandatum † de manutenendo, cum fundetur in possessione illud petentis; prout pluries censuit Rota noua. Illustrissimus Paleot. in decis. 482. in 3. par. libro 3. et August. in decisio. 1194. et in decis.

decis. 1362. ead. par. et lib. et Cantu. in decis. 58. par. 2.

Neque obstat si dicatur Episcopum habere dictum Decretum Visitatoris, quia illud non dat possessionem, vel quasi dictarum ecclesiarum, ad dicta per August. in decis. 1362.

Et ideo dictum mandatum de manutenendo per dictum D. Episcopum obtentum, debet moderari, & restringi ad possessionem, uel quasi, quam probabit habere per supradicta, praesertim ex dicta decisio. 58.

Et similiter debet consimile mandatum
2 † de manutenendo concedi dictis Illustrissimis DD. Abbati & Comitibus pro manutentione eorum possessionis, vel quasi, in qua reperiuntur, stante praesertim sententia lata per Illustrissimum Nuntium Apostolicum Venetiarum post dictum Decretum Visitatoris, & de illorũ iuribus in iudicio discusso, citato Vicario dicti Episcopi, & litis Consortibus, per quem fuit sententiatum Ecclesiam de Fosalonga, quam in concursu miserat idem D. Episcopus, tanquam suae collationi ordinariè subiectã, extare iuspatronatus dictorum Comitum de Collalto, facit Puteu. decis. 61. lib. 3. Et ita consulo.

Franc. Monaldus V.I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Consuetudinis uis breuiter perstringitur.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudini quomodo censeatur derogatum, & non.*
2 *Ant. de Bu. r. & Feli. sententia circa derogationem consuetudinis declaratur.*

CONSILIVM CXXXVI.

Christi nomine Inuocato, eiusque gloriosissimae Virginis matris Mariae.



AD pauca me restringendo. Resoluendo dubium mihi propositum, dico RR. Monialibus Sancti Laurentij Venetiarum, cum ex consuetudine immemorabili sexcentorum annorum, & vltra soleant eligere Abbatissam perpetuam in eorum monasterio, non videri obstari Bullam felic. record. Gregorij XIII. disponen. ad tres annos tantum eligi debere, etiã consuetudini in contrarium existenti derogando; quia per talem derogationem non censetur dictae immemorabili consuetudi-
1 ni † derogatum, ad firmata late per Abbat. in cons. 26. num. 4. & seq. volum. 2.

Neque praemissis videntur obstare dicta Felyn. in c. accedens colum. 5. in 3. fallent. de rescript. & Abb. in 3. notab. & Ant. de Butr. num. 6. per eum citat. in cap. cum
2 ex officij, eo. quia loquuntur, † quando lex a principio resistit consuetudini etiam immemorabili introducendae; & non quando superuenit lex illam inueniendo introductam, prout in casu nostro. Et ita censeo salua correctione.

Franc. Monaldus V.I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententiae latae super processu formato contra clericum in visitatione nullitas proponitur, & doctissime ex multis impugnatur.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio quomodo indicetur praesumpta, non notoria.*
2 *Poena qualis imponatur clerico pro simplici fornicatione.*
3 *Clericus vt pro fornicatione incurrat poenas canonum, quid agendum sit.*
4 *Armorum delatio est omnibus prohibita.*
5 *Arma deferentes non puniuntur nisi capiantur, & num. 6.*
7 *Clericus vt pro lusu aleae puniatur, quid requiratur.*
8 *Poenis duabus affici quis non debet.*
9 *Laici an, & quando possint clericos accusare, seu quaerelare.*
10 *Laici non possunt testificari contra clericos in delictis criminaliter intentatis, etiam vbi non adsset copia clericorum, vt in villis, & nu. 11.*
12 *Testimonium ferre prohibitus propter reuerentiam personae, contra quam fert, examinatus non facit indicium, & nu. 13.*
14 *Laici & mulieres quare non faciant indicium ad torturam contra clericum in iudicijs criminaliter intentatis.*

Clericus

15 *Clericus an possit torqueri.& nu.16.*
17 *Ordinarius quid possit facere in visitatione ad clericos corrigendos.*
18 *Infamia succedit loco accusatoris, & iudici assistit in iudicio, sicut accusator.*
19 *Damnari nemo debet sine accusatore vero.*
20 *Iudex vt per inquisitionem possit procedere, quę requirantur.*
21 *Banniti, ratione pœnalitatis, non possunt accusare, nec querelare aliquem.*
22 *Damnatus de crimine publico non potest accusare.*
23 *Processus formatus canone resistente est nullus.*
24 *Visitatori non conceditur a iure, vt contra aliquem ex officio formet processum in visitatione super veritate criminis, & ad ipsum puniendum, nisi legitima infamia præcedente, quæ loco accusatoris habetur.*
25 *Facultas non datur vexandi homines ex abrupto.*
26 *Faciens aliquid, etiam publice, causa amenitatis, excusatur.*
27 *Accusator quilibet illegitimus accusare potest suā iniuriam prosequendo.*
28 *Accusatus, vel inquisitus de crimine, vt puniatur, quæ requirantur.*
29 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*
30 *Testes non sufficit probare de inimicicia in genere.*
31 *Inimicuṡ præsumitur qui non salutat eum, quem salutare solebat.*
32 *Testes plures si de aliqua re deponūt diuerso modo, illis est magis credendum, qui verisimiliora deponunt.*
33 *Amicus quilibet præsumitur ex naturali ratione.*
34 *Causa cessante debet præsumi effectum cessasse.*
35 *Testis dans confessem non probat, si confessus negat.*
36 *Inclusio vnius est aliorum exclusio.*
37 *Testes deponentes de auditu auditus non probant in criminalibus.*
38 *Fama bona inquisiti probata quid operetur in criminalibus.*

CONSILIVM CXXXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Zamparia Criminali euidenter apparet sententiam latam per Illustrissimū & Reuerendissimum D. Iudicem a quo, contra R. presbyterum Ioannem Baptistam Zamparium fore, & esse declarādā nullam, & inualidam, seu reuocandam, & annullandam, causis, & rationibus infra allegandis & demonstrandis.

Et primo considerandum est, quod dictus Reuerendus Carceratus processatus fuit ex officio per dictum Illustrissimum & Reuerendissimum D. Iudicem a quo, siue eius Reuerendum Vicarium tunc Generalem Auditorem, & Locumtenentem in visitatione facta de ecclesia parochiali Loci Latisanę; prout constat aperte ex processu.

Secundo, quod contra eundem fuit processum in vim querelæ datæ per D. Baptistam Alberghettum.

Tertio, quòd etiam fuit processum contra eūdem presbyterum in vim querelę datæ per D. Zacchariam.

Et quoad primum processum in visitatione factum dico, quòd etsi inuenit d. Visitator ipsum presbyterum infamatum de tribus prætēsis delictis, uidelicet primo quod in domo propria detinuerit sex menses ante dictam visitationem quandam Catherinam, per plures menses, ut eidem inseruiret & cum ea carnaliter se commiscuerit. Secūdo, quòd scloppos detulerit per locum & territoriū Latisanæ. Tertio, quòd ad aleas luserit; prout & eademmet delicta commisisse ipse confessus fuit in suis constitutis; quod nihilominus non potuit puniri in aliquo quoad duo prætensa delicta delationis armorum, & ludi: quo uero ad tertium non sic grauiter, prout fuit punitus, puniri potuit.

Et primo, incipiendo a prætenso delicto commisso in personam Catherinæ prædictæ dico, quòd etsi dictus Carceratus detinuerit in domo propria ante dictam visitationem per aliquot menses dictam Catherinam iuuenem, suspectam de incōtinentia, vt eidem in eadem domo inseruiret; & q̄d etiam illam aliquando carnaliter cognouerit; usque ad dictam visitationem non per hoc permansit in notoria fornicatione, sed in præsumpta; prout dicit Goffre. in sua sūma in tit. de cohabit. cleric. & mulier. in fi.
1 vbi dicit, quod si clericus † iuuenis & cupidus secum habeat euidenter in domo iuuēculam, & suspectam, non notoriam esse fornicationem, sed præsumptam. Et propterea non potuit puniri, nec condemnari, nisi in pœnam suspensionis, vel pecuniariam tātum, & non exilij, prout fuit condemnatus, & hāc esse veriorem opinionem, quoad pęnam

nam suspensionis, & ab ea in practica non esse recedendum, & forensibus vsibus esse receptam, dicit Cla. in §. fornicatio. sub nu.
2 3. & quod hodie imponatur poena † suspensionis, vel pecuniaria pro fornicatione simplici per clericum commissa, dicit Paul. Girland. in tracta. de poeni. omnifa. cortu. in q. 9. num. 3. tracta. diuers. fol. mihi 454. quod & prius placuit Abb. in cap. ut clericorum sub num. 8. et seq. de vita, & honest. clerici cui suspensioni, seu alteri poenae simili iam uidetur satisfactum; cum fere per annum permanserit, & adhuc permaneat carceratus, & suspensus.

Et quod veniret puniendus dictus presbyter tali poena suspensionis tantum, & nō aliter, probatur etiam alijs iuribus: nam cle
3 ricus † debet moneri, si detineat fornicarias ad effectū, vt incurrat grauiores pœnas per canonem inflictas, quain non est pœna suspensionis prædictæ, veluti suspensionis, & priuationis beneficij, si non pareat monitus fornicariam dimittendo per tex. in cap. sicut, & ibi Abb. num. 2. & c. si autem, de cohabit. cleric. & mulier. & voluit Goffre. in d. summa eod. titu. num. 2. & quod ad effectum, vt ab homine augeri possit poena nonis contra clericos fornicantes, requiratur monitio, tenet expresse Imol. in cap. sicut, nu. 3. de cohabit. cleric. et mulier. quod bene apparet etiam ex Sacri Concilij Tridentini dispositione c. 14. quam turpe ses. 25. de reformat. vbi præcedentibus monitionibus, et contumacia moniti, augetur pœna.

Deueniendo nunc ad secundum caput, dico, quod licet delatio armorum sit omni-
4 bus prohibita, † prout dicit Angel. in L. 1. num. 4. ff. ad leg. Iul. de vi publi. præsertim clericis; cum crescente contumacia per illorum delationem sint excommunicandi; prout dicit in c. clerici Ioan. Andr. et Imo. nu. 1. et Anto. de Butr. num. 6. de vita, et honesta. cleric. ac clericis Venetiarum, et eiusdē diœcesis sit etiam prohibitum per costitutionem Synodalem vltimo loco factam de anno 1578: quæ reperitur sub cap. 9. cuius verba sunt hæc; cum arma clericorum sint orationes, diuina officia, et semen diuini uerbi, non autem gladij, pugiones, et his similia; statuimus, et ordinamus, quod nullus audeat portare arma offensiua, vel defensiua sub poena amissionis armorum, carceris ad arbitrium nostrum, ac soluendi ducatos decem ipsos capientibus, quos soluere teneantur, antequam exeant de carceribus.

Tamen ex generali consuetudine introductum est, ut deferentes arma, etsi probetur eos arma detulisse, non puniantur, nisi cum armis ipsis reperiantur, ac capiantur,
5 † ita firmauit Angel. in l. 1. num. 4. ff. ad leg. Iuli. de ui publi. quem latè secutus fuit Cla. in sua prax. crim. quæst. 82. in uer. statutum, 6. num. 1. & seq. vbi de magis communi, & consuetudine generali approbata: quod etiam attestatur Anto. Scap. in tract. iur. nō script. in cap. 161. num. 12. lib. 5. fol. mihi 122. & quòd de generali consuetudine quis spoliari non possit armis, nisi cum ipsis armis capiatur, dicit Conar. pract. quæstio. cap. 33. in fi. quæ fuit canonizzata in d. c. 9. Synodali, cum dicat, quòd clerici capti arma debent amittere, & capientibus debent soluere ducatos decem, quod esse non potest, si cum armis non capiantur; & propterea per talem delationem armorum non poterat ex officio processari, nec contra eum inquiri, & per consequens nec in aliquo puniri, stante dicta generali consuetudine, & capitulo Synodali, ad firmata per Clar. in loco prædicto, & Marsi. in sua prax. crim. §. pro complemento, num. 24. in uer. sed si statutum, & seq. vbi ponderat similia verba dictæ constitutionis in præmio dando capto-
6 ribus. Et quod si † statutum disponit, quod inuentus de nocte cum armis puniatur, non habeat locum, vt quis puniri possit, nisi cum armis fuerit inuentus, & capiatur, tenet Bello. vbi dicit esse communem opinionem in cons. 49. num. 4.

Et deueniendo ad tertium, dico similiter, quod etsi confessus fuit dictus carceratus ipsum ad alcas aliquando lusisse; quod nihilominus non potuit, nec potest pro tali ludo, etsi in consuetudinem habuerit ludere, in foro iudiciali puniri, cum velit in posterum abstinere, licet mortaliter peccauerit, & de peccato sit paratus poenitentiam agere, cum antea ab eodem ordinario, ne
7 luderet, non fuerit monitus, prout † moneri oportebat ad effectum, ut in poenam Canonis incideret per tex. in c. Episcopus, & ibi glos. penul. Domini. & Cardina. Alex. sub num. 1. 3. & in fi. 35. dist. cum monitio illud operetur, prout dicit idem Card. in d. cap.

cap. num. 3. in uer. quòd si duxerit, ut quis euitet pœnam, si antequam condemnetur debet moneri, & monitus desistit, quod & uoluit in fi. d. c. & hoc idem ibidem similiter in fi. placuit Domini. de Sancto Geminia. vbi dicunt, quod si ex legis dispositione apparet, quòd pro prima uice quis delictum committendo non debeat puniri, prout in casu dicti tex. in quo requiritur monitio, antequam clericus pro ludo alearum puniri possit, quod puniri non debet, etsi de delicto constet, cum antea non fuerit monitus.

Et sic ex omnibus supradictis euidenter apparet, quòd de dictis prætensis delictis in aliquo non potuit puniri dictus carceratus, nisi in pœnam suspensionis, uel aliquam modicam pecuniariam propter dictam fornicationem tantum, vt est dictum, ad quarum aliquam minime hodie æquum est deueniri; nedum quia ex se ante visitationem dimiserat dictam Catherinam; verumetiã & quia fere per annum de facto dictus Inquisitus permansit carceratus, & suspensus, multas expensas, & damna patiendo, vnde compensari debet dicta magna pœna carceris, & suspensionis, ac expensarum, & dãnorum passorum cum multo minori pœna suspensionis, vel pecuniaria, quàm meruisset, & de illa exgrauari, ne duabus pœnis
8 † afficiatur, prout dixit Gramma. in consil. 63. num. 4. in fi. & seq. in crim. quem secutus fuit Ioan. Vinc. Homded. in consil. 96. num. 38. in fi. & seq. & placuit Cels. Vgon. in cons. 62. num. 11.

Accedendo nunc ad querelas per d. D. Baptistam, & Clarissimum D. Zacchariam desuper mentionat. contra dictum carceratum præsentatas, pro intelligentia veritatis operæpretium esse duxi tres conclusiones antea firmare, ut appareat, quid circa eas sit de iure statutum.

9 Et prima sit conclusio, quod laici † non possint clericos accusare, seu querelare; nisi illos pro sua, uel suorum iniuria accusauerint, seu querelauerint, vel de criminibus exceptis, uidelicet crimine læsæ maiestatis, hęresis, simoniæ, secundum quosdam sacrilegij, dilapidationis bonorum ecclesiarum, & tunc etiam cum distinctione, videlicet, si laici bono zelo accusent & non ex odio, ac sint bonæ opinionis accusando clericos nõ infamatos, nec suspectos de eodem delicto excepto; quia si clerici essent vitæ suspectę, etiam laici malæ vitæ admitterentur ad illos accusandum. Et quoad primum, quod non possint accusare clericum, nisi pro sua & suorum iniuria, tex. est apertus in cap. de cætero, & ibi omnes Doctores, de testibus, & quoad vtrunque dicunt Abb. in ca. cum P. Manconella, num. 5. & 6. & ibi glo. in uer. laicus Anto. de Butr. num. 8. vbi enumerat expresse, quinam sint casus excepti, Hostien. num. 1. & seq. Ioan. Andr. num. 3. & Innoc. num. 4. de accusatio. glo. in d. sum-
** ma in uer. quod vero, vbi dicit de communiori 2. q. 7. Henric. in d. cap. de cætero, nu. 8. & Imol. num. 1. & 2. de testib. & late Foller. in sua pract. crim. Cano. sub cap. 4. de accusatione porrecta, num. 43. & sequen. fol. mihi 41.

Secunda sit conclusio, quod licet laici
10 † pro sua & suorum iniuria possint accusare clericum, ut supradictum est, tamen est etiã uerum, quod licet possint accusare, non tamen possunt laici contra clericum testificari in delictis criminaliter intentatis per tex. in d. c. de cætero, in fine, & ibi omnes præsertim Henric. num. 3. in uer. si quęris, de testib. tex. in cap. ipsi apostoli, & in c. seq. 2. q. 7. & hanc esse communem opinionem dicit Oldra. in cons. 145. nu. 3. Couar. pract. quæst. cap. 18. num. 2. in uer. secundo illud,
* ubi similiter attestatur de communi, quos secutus fuit Cla. in sua prax. crimi. quæstio. 24. num. 10. in uer. præterea; & cum simus in casu Canonum & communis, pro dicta conclusione iudicandum esse, dubitandum non est, ad dicta per Zasi. in consil. 2. num. 60. volum. 2. ubi dicit, quòd ubi est tex. nulla dubitatio cadere potest, 9 à communi opinione in iudicando recedendum non sit, prout dicit Cassad. decisio. 12. super regul. Cancell. num. 7. Pasct. consil. 99. num. 5. & Franc. Turza. inter communes diuersorum, sub tit. de contrahen. stipulati. num. 145. vol. 2. fol. mihi 368.

Et intantum hæc conclusio uera est, quod etiam habet locum in loco, vbi non adesset copia clericorum, puta in villa, quia tunc nec laici admitterentur ad probationem, licet aliter uoluerit Abb. in d. cap. de cætero sub num. 3. de testib. prout dicit Felyn. ibidem sub num. 4. & 5. & communem opinionem esse contra Abb. dicit Aret. in d. c. de cætero, nu. 10. in fi. & seq.

Quod & procedit, ut nõ solum laici, etsi

alij

alij testes clerici propter angustiam loci haberi non possint, non admittantur ad plenā
11 probationem, verumetiam nec faciant † indicium ad torturam; prout dicit Aret. in d. c. de cætero sub nu. 12. & seq. cum propter duo laici repellantur testificari contra clericos in delictis contra eos criminaliter intētatis, videlicet, & quia repelluntur tāquam suspecti, & quasi inimici; & propter reuerētiam gradus, & sanctioris vitæ; cum si quis
12 prohibetur † ferre testimonium propter reuerentiam personæ, examinatus non faciat nec indicium per iura & auctoritates per eū adduct. Licet aliter voluerit Abb. in eo. c. nu. 5. quem ibidem secutus fuit Fel. nu. 7 Soc. in tract. fallēt. in reg. 500. in uer. testes in 4. fallent. Carre. in sua pract. crim. in uer. vltimo, an testis, nu. 19. char. 57. ter. vbi vo-
13 luerunt, quod licet laici † non admittantur ad plenam probationem cōtra clericum in delictis contra eum criminaliter intentandis, tamen admittantur ad faciendum indiciū ad torturam. Sed contra Abb. pro Aret. facit & optimè Gram. in cons. 3. nu. 10. & seq. in crim. vbi dicit quod si lex resistit examini testis, prout in casu nostro, prout firmat Felyn. d. num. 5. quod si fuerit examinatus, non facit nec indicium, omnino viden. &
14 quod laici, † neque mulieres faciāt indicium ad torturam contra clericos in delictis criminaliter intentatis examinati, cum prohibeantur examinari, nedum quia suspecti censeantur, & quasi inimici, uerumetiam & ob reuerentiam, vltra Aret. in præcitato loco, firmat Addit. ad d. Abb. in d. c. de cætero, num. 5. in uer. optimè. & hanc conclusionem expresse etiam firmat Castren. in cons. 284. numero secundo, & quarto, volum. 2. & prius voluit Bar. in d. l. 1. §. diuus Antoninus, & in l. 2. ff. de quæst. & magis clarè in l. maritus in prin. ff. eo. & Ant. Gomes. in c. 12. delicto. num. 20. & sic ab hac opinione aliquo modo non puto recedendum; præsertim cum hæc conclusio corro-
* boretur ex hac alia communi conclusione,
15 quæ se habet, quod clericus † aliquo modo non possit torqueri, etsi mille indicia cōtra eum extarent, nisi alias de illo delicto, de quo imputaretur, & extarent indicia, esset diffamatus, ꝓut singulariter dixit Abb. Antiq. in c. grauis de deposito, quem ibidē secuti fuerunt Ioan. Andr. nu. 12. & Card. Floren. nu. 4. vbi dicit d. Abb. communiter approbari. Rip. resp. 1. nu. 3. sub tit. de adul. & purgat. Cano. fol. mihi 139. ubi dicit, quod etsi mille indicia extarent contra clericum, quod nō potest torqueri, nisi de eodem delicto sit infamatus, & in d. capit. grauis. hoc idem firmarunt Ant. de Butr. in fi. & Ioan. de Imo. num. 9. Collecta. in cap. vt clericorum, vbi etiam dat rationem, dicens, propter honores clericos non torqueri, de vita & honest. cleric. Ioan. de Anan. in c. 1. nu. 7 de clerico percus. sequitur Fely. in cap. veniens. num. 4. de testib. & in cap. de hoc, nu. 2. de simon. in c. cum oporteat, num. 7. ante fi. de accusat. ubi dicit singulariter esse no-
16 tandum nullum genus indiciorum † esse sufficiens ponendi clericum ad torturam, nisi sit infamatus. & in cap. vniuersitatis, num. 2. de sentent. excommu. Caball. in Milleloq. 896. num. 4. par. 2. adstipulatur Bosiu. in sua Prax. crimin. in titu. de indic. & considerat. ant. tortu. sub num. 34. vbi pariter
* dicit de communi, & ita in practica bis obtinuisse dicit Marsil. in sing. 55. & l. penult. num. 76. ff. de quæstio. & in l. edictum, num. 9. ff. eod. & in sua prax. crimina. §. nunc videndum sub nume. 51. Barbat. in consilio 47. colum. 19. in fi. & seq. volum. 1. & hanc conclusionem valde commendat & corroborat Ias. dicendo per eam posse euadi quē a tortura, omnino viden. in l. magistratibus, sub num. 7. ff. de iudic. quod dictum etiam pro notabili refert, & sequitur Abb. modern. in c. cum in contemplatione, sub nu. 6 de reg. iur. Dec. in c. at si clerici. nu. 126. de iudic. Aret. in c. tertio loco in fi. de probatio. Alex. in apostil. ad Barto. in l. fi. in uersi. veniamus ad indicia specialia, vbi pariter
* dicit ita communiter tenere Canonistas, ff. de quæstio. Donat. Afina. in Ench. conclusio. siue regul. in uersic. clericum. lib. 5. fol. mihi 391. & late Cels. Vgon. in consilio 62. numero 10. & sequen. & ita seruari dicit Paris de Pute. de synd. in cap. 3. incipien. mandauit Rex Potestati. sub num. 7. & conclusiue num. 8. fol. mihi 341. & ita seruare Curiam Burdegalen. dicit Boer. in decis. 163. hancque conclusionem latè firmat Diaz. in sua pract. crimi. Cano. in cap. 117. omnino uiden. & Duen. in tract. fallēt. in reg. 190. col. penult. in uersic. contrariam
* tamen, ubi quamplures Doctores accumulat. Viui. qui similiter communem profert in sua Sylua opin. 90. lib. 1. & idem Diaz.

pariter viden. in reg. 12. incipien. confessus de crimine in 3. sublimitatione primæ limitationis fol. mihi 19. & Monti. in sua prax. crimi. in regul. prima, num. 41. adeo quod stante tantorum patruum auctoritate, & communi, dubitandum non sit dictam conclusionem, & in iure, & in practica esse veram & sequendam; prout latè dixi in meo cons. 1. sub nu. 77. & seq. & nu. 80. & seq. extendi etiam habere locum, etsi generalis cõsuetudo in contrarium extaret.

Tertia sit cõclusio, quod etsi ordinarius
17 † in visitatione nulla infamia præcedente possit gradatim, & summariè inquirere sine iudiciali strepitu de vita, & moribus clericorum, ut eos corrigat pro salute animæ secũdum formam capit. 1. §. sanè usque ad uer. quod si, de censib. in 6. non ut puniat; prout dicit Duen. in reg. 298. in sexta fallent. fol. mihi 286. latè. Specul. in §. quando, num. 6. sub tit. de inquisit. Marian. Socin. in tit. de visita. sub num. 28. fol. mihi 695. & Franc. Paris. in eod. tracta. de visita. in 7. questio. 2. par. num. 9. & sequen. & Paul. Fusc. in singul. 24. in uersic. Episcopus, & talis inquisitio dicitur præparatoria, prout firmat Specu. in d. §. quando sub nu. 9. in uer. præparatoriam.

Tamen verumest, quod non potest idem ordinarius molestare nec inquietare clericum in eum citando, vel carcerando occasione cuiusuis prætensi delicti, nisi illum in visitatione inuenerit de illo delicto in dicta inquisitione generali & præparatoria diffamatum a ueridicis, & fide dignis personis, non autem a maleuolis, suspectis, & vilibus;
18 cum infamia † succedat loco accusatoris, & iudici assistat in iudicio, sicut accusator, prout dicit Bal. in l. ea quidem, nu. 55. C. de accusa. & Card. Alex. in c. de accusatione, nu. 41. in fi. 2. q. 8. (omisso pro nunc articulo, an visitator teneatur formare aliam inquisitionem specialem super veritate delicti) ad firmata per enndem Specul. in d. §, quando sub nu. 12. per totum in d. tit. de inquisit. tex. est in d. c. 1. §. sane, in uersi. quod si, & ibi glos. in uersicu. de aliquib. & Dominic. nu. 4. & Filipp. num. 2. de censib. in in 6. per c. qualiter el 2. de accusatio. Petr. de Anch. in consil. 253. num. 2. Gramma. in consil. 38. num. 21. & seq. in crimi. Paul. Merend. in cons. 92. nu. 3. inter cons. diuer. volum. 2. Petr. Duen. in regul. 298. in prin. & in uer. ratio; ubi dicit, quod nemo debet
19 sine accusatore damnari, † & ideo quod oportet, quod adsit uerus accusator, si proceditur per uiam accusationis; aut fictus, si proceditur per uiam inquisitionis, scilicet infamia, quæ habetur loco ficti accusatoris, ubi etiam habetur de suis ampliationibus, & fallentijs regulæ fol. mihi 285. Marsil. in consil. 117. num. 5. in fi. & sequen. Clar. in sua prax. crimi. quæstio. 5. num. 3. in fi. & seq. ubi attestatur de pluribus resolutionibus factis per Senatum Mediolani in conformitate cõclusionis huiusmodi. late Gãd. in tract. malefic. sub rub. quomodo de malefic. cognosca. per inquisitio. nu. 6. & seq. ubi
20 dicit sex requiri ad hoc, ut iudex † per inquisitionem procedere possit, & ea omnia dicit de iure canonico seruari ibidem sub sub nu. 10. paulo ante finem fol. mihi. 278. Ioan. de Anan. in d. cap. qualiter el 2. num. 21. in uer. & ideo de accusatio. Ioan. Andr. in c. cum. oporteat. num. 7. & sequen. eod. Abb. in cap. quoniam, num. 1. in uer. hoc dictum, de testib. Dec. in cõs. 174. uol. 2. post
* princip. et hanc conclusionem communiter sequi Canonistas dicit Card. Alex. in c. de accusatione num. 41. in fi. 2. q. 8. quod optima ratione introductum fuit a iure, pro ut dicit Clar. in d. quæstio. 5. num. 4. in uer. hoc autem, videlicet ad refrenandam malitiam, et propter prauitatem iudicum, quia si alias daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad sui libitum, possent multos indebite uexare, quod ferẽdum non est, et iura abhorrent.

Quibus tribus præmissis Conclusionibus stantibus, primo dico, quòd Clarissimus Dominus Zaccharias non potuit querelare dictum presbyterum; nedum quia non querelauit pro sua, nec suorum iniuria, cum alias non admittatur ad accusandum, seu querelandum clericum, ut supra firmatum est; uerumetiam et quia est capitaliter bannitus a loco Latisanæ, et toto Serenissimo DD. Venetorum Dominio, cum
21 banniti † similiter ratione pœnalitatis accusare, seu querelare aliquem non possint; prout dicit Bald. in rubr. Cod. qui accusa. non poss. sub numero quinto, quod et prius uoluit Cyn. in l. reos sub numero 9.
* Cod. de accu. ad quæ facit illa alia communis conclusio, quæ se habet, quòd criminosus de crimine publico damnatus,

per

22 † per sententiam non admittatur ad accusandum; prout dicit Boer. in c. 1. nu. 23. & conclusiuè nu. 25. & seq. de accusat. quem secutus fuit Clar. in sua pract. crim. quæstio. 14. num. 15.

Et quod dicitur de domino Zaccharia, dicitur etiam de dicto Domino Baptista, qui similiter est bannitus capitaliter, & excepto de iactu scloppi, non querelauit pro sua, nec suorum iniuria: & propterea corruunt tam querelæ præfatorum D.D. Zachariæ & Alberghetti; quam processus superinde formati; & super illis aliquod fundamentum fieri non potest; cum ipso iure omnia sint nulla, attento quòd canone resistente fuerint receptæ querelæ, & pro-
23 cessus formati † per text. in l. non dubium, C. de legib. Roland. a Val. in cons. 16. nu. 16. vol. 1. & Mars. in cons. 128. n. 8. & in sua prax. crim. in §. secunda, nu. 87. & seq. vbi etiam dicit post sententiam posse opponi.

Et quod dicitur processus esse ipso iure nullos, & inualidos, ex quo ad querelam laicorum etiam bannitorum fuerunt formati, clericum criminaliter querelando, non pro sua, nec suorum iniuria, quod a iure penitus interdictum est: similiter dicitur esse nullos & inualidos, etsi ordinarius & visitator dicat illos etiam ex officio fecisse; quia, vt su-
24 pra dictum est, visitatori † non conceditur a iure, ut contra aliquem ex officio formet processum in uisitatione super ueritate criminis, & ad ipsum puniendum, nisi legitima infamia præcedente, quæ loco accusatoris habetur, ut supra firmatum est.

Et intantum hæc conclusio uera est, quod etsi de delicto aliquo contra aliquem per testes, uel alio modo probatum fuerit; proutin casu nostro, cum dictus Carceratus confessus fuerit associasse aliquos, qui nonnullos pullos furto subtraxerunt, & quòd aliquando laruatus incessit, contra quem processum extitit per uiam inquisitionis nulla infamia præcedente; quod nihilominus de talibus prætensis delictis sic probatis non poterit, nec potest puniri, cum processus corruat ipso iure; quod si
25 non esset, daretur ex abrupto † facultas multos indebite uexandi; prout dicit Clar. in præcitata quæstio. quinta, numero quarto, in princip. ubi dicit Senatum plures sic malestatos, & processatos absoluisse, & iudices grauiter reprehendisse: quod uoluit Specul. in §. tertio numero 23. ante fi. sub titu. de inquisit. et est tex. apertus in capitu. Inquisitionis, §. tertiæ dubitationis de accusatio. ad stipulatur Marsil. in consil. 117. numero septimo, Ioan. de Amon. in Soliloq. 65. Paul. Merend. in dicto consil. 92. numero tertio, inter consilia crimina. diuersor. uolumine secundo, Gramm. in consilio 38. numero uigesimotertio, in crimin. et Petr. Duen. in prima ampliatio. fol. mihi 285.

Et sic manifeste apparet etiam dictum R. Carceratum in aliqua pœna non potuisse, nec posse puniri, etsi præfatos furtum pullorum committentes associauerit, etsi laruatus incesserit aliquando; cum de prætensis duobus delictis nō erat infamatus, nec fuit accusatus ab aliquo, qui suam, uel suorum iniuriam prosequeretur per supradicta, ultra quòd etsi fuisset infamatus, eo quia laruatus incessisset aliquando, et potuisset pro cessari; non potuisset propterea puniri; cum quæ aliquando iocose fiunt, non cōsue uerint obligationem inducere; et qui cau-
26 sa amænitatis aliquid facit, † etiam publicè excusatur: et ita firmat Card. in Clem. 2. nu. 4. de uita et honestat. cleric.

Deueniendo nunc ad querelam per d. D. Baptistam datam pro sua et suorum iniuria super archibusata, qua fuit uulneratus una cum eius uxore; quam dare credo potuisse, etsi sit capitaliter bānitus (ut audio)
27 cum quilibet illegitimus accusator † suam iniuriam prosequendo accusare possit, ad dicta per Bal. in rub. C. qui accus. non poss.
* sub num. 2. et est communis opinio: prout dicit Villapa. in repet. l. 22. cap. 50. sub nu. 4. in uersic. limita hanc Theori. ad fi. quem sequitur Clar. in dicta sua prax. crimina. q. 14. nu. 2. et pariter dico propterea in aliquo non potuisse, nec posse puniri; cum nedum probatum nō fuerit tale delictum per dictum Carceratum commissum fuisse; uerumetiam nec aliquod indicium contra ipsum extare, ut infra patebit.

Et quod probatum non fuerit prædictū carceratum tale delictum commisisse, patet ex deficientia alterius ex tribus probationibus, quibus delicta probari solent; nam ad effectum, ut quilibet accusatus, uel in-
28 quisitus † de crimine aliquo diffinitiuè cōdemnari possit, requiritur unum de tribus, uidelicet, uel quod sit sponte cōfessus,

vel quod sit testibus necessariè, uel præsum
ptiue iuris præsumptione, idest a iure appro
bata, conuictus; vel quod conuictus sit in-
dicijs, & indubitatis, quæ faciunt præsum-
ptionem iuris, & de iure, contra quam non
29 admittitur probatio † in contrarium, prout
habetur, & colliguntur in l. qui sententiam,
C. de pœnis l. 2. C. quorum appellatio. non
recipiunt l. fina. & ibi Bald. num. 2. & 5. C.
de probatio. l. si confessus ff. de custod. reor.
& ita ad literam allegans eadem iura fir-
mat Paul. de Castr. in consilio 299. visa in-
quisitione supradicta numero primo, volu-
mine secundo. cum igitur in casu nostro
quælibet præfatarum probationum defi-
ciant, vt supradictum est merito non est du-
bitandum, non fuisse probatum, prout nec
probari potuit, cum illud dictus carceratus
non commiserit.

Et quod aliquod indicium non extet cõ
tra dictum Reuerẽdum Carceratum patet,
nam primo conati fuerunt aduersarij pro-
bare velle inimicitiam esse inter dictum D.
Alberghettum, & d. presbyterum Ioannẽ
Baptistam per quamplures testes ad offen-
sam examinatos, videlicet per octauum te-
stem reg. B. fol. 22. ter. per decimum testem
fol. 28. per duodecimum testem d. regesto
ad offensam fol. 32. per decimumtertiũ te-
stem fol. 33. ter. & per decimumsextum te-
stem d. reg. fol. 39. ter. qui quidem testes mi
nime de tali inimicitia probãt, nedum quia
constanter eam non affirmant; uerumetiam
eo quia non probant de qualitate inimici-
tiæ, nec de causa; prout tenentur testes de-
ponere ad effectum, vt probent, cum nõ suf
30 ficiat de inimicitia † in genere deponere,
prout dicit Bal. in l. si quis testibus, num. 17
& seq. C. de testib. & in c. constitutus in fi-
ne de rescript. quem secuti fuerunt in tract.
de testib. diuers. Crott. num. 104. par. 7. fol.
mihi 428. vbi dicit in specie esse probandã
inimicitiam, & eius qualitatem: & Campeg.
in reg. 409. in uer. decimo quinto. fol. mihi
607. & quod debeat causa inimicitiæ pro-
bari ad effectum, ut inimicitia dicatur pro-
bata, tenet in eodem tract. Iusti. Rube. sub
numero trigesimoseptimo, par. tertia fol. mi
hi 649.

Et non solum constat, quod per dictum
D. Aduersarium non fuit probatum de
dicta inimicitia, uerũetiam & per quam plu
res testes examinatos pro parte dicti Re-
uerendi Carcerati fuisse probatum, tam an-
tea quam dictus querelans cum sua uxore
fuisset ut supra vulneratus, quam postea, fuis
se amicos præfatos Dominos Alberghet-
tum, & Reuerendum Zamparium, ac insi-
mul strictè practicauisse, & conuersasse, &
eidem dictum Reuerendum Zamparium
inseruiuisse in factoria; prout deponit pri-
mus testis ad defensam examinatus reg. C.
fol. 1. ter. secundus testis fol. 4. tertius testis
fol. 7. ter. quartus testis fol. 9. ter. quintus te
stis dicto fol. 12. ter. & sextus testis dicto
fol. 15. ex quibus quidem depositionibus
præfatorum testium manifestè apparet de
amicitia prædicti Reuerendi Carcerati cũ
dicto D. Alberghetto; ad quæ faciat illud.
quod firmat inter alia Campeg. in præcita-
ta reg. 409. ad præsumendum inimicitiam,
vbi dicit in versic. quinto, eo ipso quem ali-
31 cuius inimicum † præsumi, si ipsum non sa-
lutat, quem salutare solebat: ergo a contra-
rio sensu eo ipso, quòd aliqui insimul con-
uersantur, insimul comedunt, & unus pro
alio negotia gerit, non est dubium de eorũ
amicitia probari.

Imo etsi testes aduersarij de inimicitia
concludenter deposuissent, prout non de-
posuerunt, nec probarunt, eorum depositio
nibus nõ obstantibus, melius diceretur per
præfatos testes examinatos ad defensam
de eorum amicitia probatum extitisse; cum
32 si plures testes † de aliqua re deponant di-
uerso modo, illis testibus magis creden-
dum veniat, qui verisimiliora deponunt se-
cundum omnes; prout dicit Fely. in cap. in
nostra, sub num. 3. de testib. & Paris. in con-
silio 67. num. 112. & in consilio 88. nu. 22.
vol. 3. Gozzad. in cons. 79. num. 13. & veri-
similiora dicũtur illos testes deponere, qui
deponunt in consonantiam iuris commu-
nis; prout latè firmat ibidem Fely. & prius
voluit Innoc. in c. auditis, nu. 4. circa mediũ
de præscriptio. Gozzad. d. cons. 79. nu. 11.
& voluit Petr. de Anch. in cõs. 283. iure sta
tutorum nu. 4. Gabriell. in suis Conclus. in
tit. de testib. conclus. 4. nu. 29. & idem Petr.
de Anch. in c. 1. nu. 5. de præscrip. in 6. & de
cõmuni dicit Paris. in cons. 6. nu. 112. & seq.
vol. 3. & in cons. 88. nu. 33. eo. vol.

Et quod in consonantiam iuris deponãt
magis testes deponentes de amicitia, quam
inimicitia, cum quilibet præsumatur ami-
33 cus † ex naturali ratione, & omnis ini-
micitia

micitia sit contra ius naturale, constat ex dictis per Bal. in d. l. si quis testibus ante fi. nu. 17. C. de testib. & in ca. constitutis in fi. de rescript.

Cum igitur constet de prædicta amicitia inter eos, non est dubium cessare omnē præsumptionem, quòd illum vulnerauerit,
34 cum cessante causa, debeat præsumi effectum cessasse, capitu. cum cessante, de appellatio.

Secundo conatus fuit d. D. querelans per alios testes uelle probare, q in illa sera fuit visus d. R. Carceratus mittere in eius scloppo nonnullas ballinas, ex quo cū ballinis fuerat vulneratus d. querelans: & cum sup hoc fuisset examinatus magnificus D. Augustinus Capitaneus Loci, qui deponit vidisse d. Presbyterum mittere dictas ballinas in eius scloppo, prout patet regesto B. fol. 22. & cum dederit in contestem D. Perducium Donatum, qui ibidem cū eo erat, & examinatus negauerit vidisse ponere in dicto scloppo per dictum Carceratum dictas ballinas, prout constat eius depositione d. regesto B. fol. 26. ter. & fol. 27. ter. in
35 fi. non est dubium aliquam fidem † non facere; prout dicit Hiero. Magon. decis. Lucen. 17. nu. 9. & seq. & prius voluerunt Bursat. in cons. 69. nu. 26. & seq. vol. 1. Bal. in c. cum causam, nu. 17. de testib. & in l. testium nu. 12. & ibi Saly. nu. 7. C. de testib. Campeg. in tract. de testib. reg. 410. in fi. Gram. in cons. 26. nu. 20. & in cons. 38. nu. 27. & seq. in crim. Cephal. in cons. 233. num. 24. vol. 2. refert, & sequitur Mascard. in tract. de probat. in conclus. 1368. nu. 1. volum. 3.

Et quid plura? probatum fuit per quamplures testes ad defensam examinatos, qd̄ eo tempore, & eo instanti, quo fuerunt vulnerati dictus Alberghettus, & eius vxor, quod d. R. Carceratus erat in eius domo propria & quod de domo propria non potuit cum scloppo illud trahendo eos uerberare ratione per eos adducta; prout deponunt regesto C. secūdus testis fol. 3. tertius testis fol. 6. ter. quartus testis fol. 9. quintus testis fol. 10. & sextus testis fol. 14. ter. ex qua probatione tollitur nedum omne indicium, si quod contra ipsum extaret, prout non est; verumetiam & omnis suspicio; cū
36 inclusio † vnius, sit aliorum exclusio l. cum prætor ff. de iud. & in claris nō sit opus cōie ctutis l. continuus §. cū ita ff. de verb. oblig.

Quibus accedat, quod similiter de alijs prætensis delictis, super quibus non potuit d. carceratus processari, ut supra dictū est, non fuit pariter aliquid probatum, etsi aliqui de auditu super aliquod ipsorum deposuerunt; cum clara sit iuris conclusio in casis criminalibus, testes † de auditu auditus
37 deponentes aliquid non probare; prout dicit Alex. in cons. 72. nu. 8. in fi. volum. 1. & in cons. 1. num. 4. in fi. & seq. volum. 3. Marsil. in cons. 76. num. 25. Paris. in cons. 164. num. 3. volum. 4. Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 53. in fi. Angel. de Castr. in cons. crim. 94. num. 23. & seq. volum. 1. Bartho. Vero. in cons. 5. num. 18. in crimin. Dominic. de Sancto Geminia. in consil. 142. num. 5. & Aymo in cons. 281. numero quinto, in uer. secundo.

Accedat & insuper, quod probatur per quamplures testes dictum R. Carceratum fuisse, & esse hominem probum, ac bonum religiosum, & nunquam aliquam molestiā alicui intulisse. Primus testis regesto ad defensam C. fol. 2. secundus testis fol. 5. ter. tertius testis fol. 8. quartus testis fol. 10. quintus testis fol. 13. ter. sextus testis fol. 15. ter. quæ quidem probatio bonæ qualitatis, vocis, & famæ; & quod alicui molestiam nunquam intulerit, operatur, quod et si aliquod indicium † extaret contra dictū querelatum, etiam sufficiens ad torturam, prout non est, ut supra demonstratum fuit, tolleretur, & adnihilaretur, ad dicta per Marsil. in cons. 74. num. 24. in fi. & seq. & in cons. 109. num. 27. in fi. & seq. vbi quamplures allegat id tenentes, & in cons. 129. num. 32. Roland. a Vall. in consilio 16. numero vigesimotertio, in fin. & sequen. volumine primo. Et prius voluit Alexand. in consilio 89. numero 11. volumine tertio, optimè Ias. in l. 1. numero 11. omnino viden. C. commu. delegat. & Bald. in l. fina. num. 16. C. de probatio. Grammat. in consilio 37. numero 23. & sequen. in crimin. & Aymo. in consilio 99. numero 11. Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Electione irrita, an, & quando ad aliam deueniri possit.

SVMMARIVM.

1 *Electio in Abbatem propter inobedientiam electi, est nulla.*
2 *Peccatum mortale infamem quem facit de iure canonico.*
3 *Superiores regularium in puniendis suis subditis nõ seruant iuris ordinem.*
4 *Inobedientia aggrauatur ex non facta pœnitentia iniuncta.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Ttñ alias per Reuerendos Patres diffinitores habentes auctoritatem eligendi Abbatem Monasterij Sanctorum Quatuor de vrbe, solemniter more solito cõgregatos, adhibitis solemnitatibus, quæ in huiusmodi electionibus adhiberi solent, propositis personis eiusdem religionis & electo Antonio in Abbatem, videatur per hoc exclusa via alium eligendi in eadẽ Abbatia per tritam regulam, quod semel placuit, de reg. iur. in 6. cum alijs accumulatis per excelentissimum ex. Consultorem.

Tamen dico, quod ex quo dicta electio fuit cassata, & annullata ob inobedientiam
1 † incursam per d. electum, quæ peccatum mortale est, ad dicta per S. Tho. in 2. 2. q. 105. art. 1. & Abb. in c. ex parte, de verb. si-
2 gnific. quod peccatum mortale † infamem quẽ facit de iure canonico, ad firmata per Bal. in l. vlt. c. ex quib. cau. infam. irrogat. & Ioan. de Anan. in cap. testimonium in fi. de testib. infamibusque clauduntur portæ dignitatum & per hoc erat etiã ineligibilis, ad dicta per Card. Alex. in cap. vnum §. in epistola, dist. 25. merito potuit deueniri ad aliam electionem in personam R. D. Philippi, per ca. considerauimus, et ibi Abb. in 4. not. de electio.

Neque obstat, si diceretur, quod in dicta cassatione electionis non fuerit vocatus d. Antonius per d. RR. PP. Præsidentem, & diffinitores, & per hoc quod non valeat, quia dicitur, quod Regulares superiores in
3 † puniendo, seu procedendo contra suos subditos non seruant iuris ordines, ad dicta per Alci. in c. perniciosã nu. 47. de offi. ord.

Quibus etiam accedat, quod alias, vt audio, fuit pœnitentiatus d. Antonius ob consimilem inobedientiam, cum noluerit reddere obediẽtiam suo Abbati: & etiam fuit pœnitentiatus, quia adiuit iudices seculares contra eundem suum Abbatem, & incurrerit censuras ecclesiasticas, & adhuc pœnitentia, seu pœnitentiæ iniunctæ perdurant, cum illas non fecerit, neq; faciat; ex quibus
4 fuit aggrauata dicta inobedientia, † & fortius potuit deueniri ad dictam priuationẽ, seu potius declarationem, cum esset ineligibilis.

Et ideo dico, quod dicta secunda electio facta in personam d. R. Philippi fuit, & est valida.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENVTM.

Inhiberi an possit ante cognitionem super admissione appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Inhiberi an, & quando possit ante cognitionem admissionis appellationis, &* nu. 2.
3 *Iudex quando imminet periculum potest inhibere.*
4 *Appellare licet de iure a grauamine tam iudiciali, quam extraiudiciali.*
5 *Delegatus ad vniuersitatem causarum est similis ordinario.*

CONSILIVM CXXXIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Ominus Auditor Generalis Illustris. D. Nũtij Venetiarũ legitime processit, etsi antequã cognosceret cepisset, an appellatio reiecta p Vicariũ Illustris. D. Epi Paduam esset

esset admittenda nec ne, eidem Vicario inhibuit, quia licet hoc regulariter fieri non
1 possit per iudicem appellationis † c. Romana §. si vero, & §. seq. ubi Franch. num. 2. de appellat. in 6. per Sacrum Conc. Tridenti. approbat. c. 7. sess. 22. de reform. tamen cũ causa coram eodem auditore introducta sit incidens, & præiudicialis, ne inter præfatos raptorem & raptam matrimonium sequatur, prout prædictus Vicarius contrahi volebat, & ad hũc effectum illam cõstituit, antequam ipsa dotetur a raptore, prout te-
2 netur, & debet, ad dispositaper idem † Cõcilium cap. 6. sess. 24. de refor. potuit idem auditor statim absque aliqua causæ cognitione illi inhibere ad dicta per Lap. in allega. 60. col. 2. in fi. & seq. vbi sic limitat dispositionem d. c. Romana, quod præsertim debet procedere, vbi tractatur de impediendo actum irreiterabilem, quo casu receditur a regulis iuris, ad dicta per Alex. in l. 3. §. in amittenda num. 6. ff. de acquir. possess. & cum quando imminet periculum, iudex
3 † possit inhibere, tradit latè Fely. in rubr. de treug. & pace sub num. 12. vsque in fi. vbi dicit, ex auctoritate Rotæ, quòd ratione imminentis periculi potest delegatus inhibere, ne quid innouetur, etiamsi causa nondũ sit adeo incepta, quod sit in statu inhibẽdi.

Prout nec etiam eidem auditori obstat aliud cap. 1. §. in causis sess. 13. de reforma. ex aduerso allegat. per dictum Vicarium. Quia nõ sumus in cã criminali, sed ciuili, cũ tractetur de dote, & de impediendo matrimonio, ne sequatur inter raptorem & raptam: & causa criminalis pendeat coram Illustrissimis DD. Potestate, & Capitaneo Paduæ.

Prout & similiter non obstat ca. 20. eiusdem Concilij, sess. 24. de reforma. per eundem Vicarium allegatum; ex quo licet de
4 iure appellare † a grauamine tam iudiciali, quam extraiudiciali, Marant. in suo Specu. in 6. par. in uersi. & quandoque appellatur nu. 278. & sufficit causam allegatam in appellatione esse verisimilem, prout est in casu nostro, tex. in ca. bonæ ad fi. & ibi glo. in ver. ex verisimilibus, de appellationibus. Et cum tale grauamen matrimonij faciendi esset irreparabile per diffinitiuam ex eodem Conil. talis appellatio admittitur.

Prout nec impedit iurisdictionem dicti Auditoris, quin procedere potuerit in ista causa, licet criminalis non sit, cap. 2. sess. 13. de reformatio. similiter ex aduerso allegat. quia ipse habet eandem iurisdictionem in Serenissimo Dominio Venetiarum in causis appellationis, quam habent Vicarij Episcoporum in eorum diœcesibus, cum Illustrissimus Nuntius sit per S. D. N. Dele-
5 gatus † ad vniuersitatem causarum; qua de re est similis Ordinario; & habet iurisdictionem habitu & actu in solut. ut Ordinarius, Rui. conf. 5. colum. 5. in princip. vbi atte-
* statur de communi; & in conf. 60. num. 12.
* vbi similiter esse communem dicit volum. 5. Bero. in cap. quoniam contra num. 154. in fi. in uer. quid iuris autem sit de delegato, de probat. refert & sequitur Mandos. in cõ miss. deput. adiunct. in uersi. adiunctum post princip. vltra quòd etiam expressè idem Illustrissimus D. Nuntius habeat in suis facultatibus: ideo vlterius non insisto.

Ex quibus apparet Auditorem præfatũ rectè in causa huiusmodi processisse; & Vicarium Paduanum teneri ad parendum inhibitioni, & ad dandum copiam constituti prædicti. & ita sentio.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Iuris præsentandi facultas ex quibus cognoscatur.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus seu præsentandi quasi possessio ex quibus acquiratur.*
2 *Patronatus iura quõ sustineantur, ex Concil. Trid.*

CONSILIVM CXXXX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Viso processu in causa præsentationis factæ ad simplex beneficium, clericatũ, seu Capellã S. Mariæ de Broc co nuncupatũ de fara diœcesis Cenetẽsis de persona R. & excellẽtis philosophiæ Doctoris D. Iosephi Mãzoni per D. Michaelem de fara ciuem Taruisi-

num ius patronatus, & præsentandi habentem ad dictum beneficium, quando pro tēpore vacat, in curia episcopali Ceneten. agitato, ac dictis, exceptis, & petitis per D. procuratorem fiscalem eiusdem curię super eodem beneficio, mihi videtur dicendum dd. DD. Michaelem, & ab eo præsentatum debere obtinere; cum idem D. Michael reperiatur in possessione vel quasi iuris præsentandi ad d. clericatum, seu capellā exclusis prætensis per d. D. procuratorem fiscalem.

Quæ quidem quasi possessio iurispatronatus, & præsentandi ad dictum simplex clericatum seu capellā, quod sit penes d. D. Michaelem de fara, nedum patet ex pluribus præsentationibus diuersis temporibus per suos antecessores factis, de quibus late constat in d. processu; verumetiam & per vltimā pręsentationē per ipsum, & q. Frācīscū eius fratrē tanquā veros patronos factam de persona R. D. Rogerij Bozza corā Illustri & Reuerendissimo D. moderno Epō po Cenetensi sub die 20. mensis Iunij anni 1591. institutione inde secuta, & eiusdem clericatus capta possessione, & uti d. clericatus habitus Rector, reputatus, & mortuus, prout constat in processu prędicto, cum per vnicam pręsentationē institutione inde secuta acquiratur quasi possessio iurispatrona 1 tus † seu præsentandi, prout dicit in nostris terminis Dec. in cons. 117. col. 3. in ver. ꝙ aūt. & in cons. 124. in princi. Corn. in cons. 47. nu. 4. in ver. & ideo vol. 3. Purpu. in cōs. 267. nu. 9. & seq. Puteu. decis. 192. num. 1. lib. 1. & antea prius dixerunt Feder. de Seni. in cons. 234. nu. 4. & Oldr. in cons. 312. nu. 2. & in fi. & habemus not. glo. in c. cum ecclesia, in uersic. in trium, de cau. possess. & propriet. stante, ꝙ dicta præsentatio habuerit de iure requisita, cum fuerit facta sub bona fidē a vero patrono, prout patet ex præsentationibus antecedentibus per plures Episcopos pro tempore existentes ad missas l. iuste. ff. de acquir. possess. per modernū episcopum admissa institutione inde secuta & pro Rectore eiusdem capellę, dum uixit, habito, prout tradit magistraliter Cald. in cons. 12. sub tit. de iure patro. quod cons. sequi Rot. dicit Verall. in decis. 338. & seq. par. 2. & Ripa de communi asserit in d. c. cū ecclesia sub nu. 90. & seq. de causa possess. & propric.

Et istud fundamentum tantum sufficit, vt d. D. Michael manuteneat̄ in dicta quasi possessione dicti iurispatronatus & præsentandi, ac per eum pręsentatus vt instituatur de dicto beneficio, non obstantibus deductis, & prætensis per d. D. Fiscalem ad impediendum admissionem dictæ præsentationis, & institutionem d. D. præsentati. Cū in præsenti de continuanda possessione, vel quasi tractetur, quam habet acquisitam etiā nedum ex præcedētibus præsentationibus dictus D. Michael, sed ex dicta ultima præsentatione, ut est dictum, de qua nemo spoliari debet. Et de proprietate iuris patronatus prædicti in præsenti non tractetur: vltra quod Concilium Tridentinum eidem suffragetur etiam super proprietate, seu petitorio, cum disponat sub c. 9. sess. 25. de re-2 for. patronatus † iura sustineri, si doceatur de illius titulo, fundatione, vel dotatione ex authentico documento, uel ex multiplicatis pręsentationibus, prout dictum fuit in casu nostro, licet non cōtinuatis, cum quòd sint continuatæ, non dicit Concilium, sed ꝙ sint plures. Sed quia in præsenti tractatur de conseruando quasi possessorem dicti iuris patronatus in sua quasi possessione, quā etiam acquisiuit multos annos post editionem dicti Concilij. Vltra quòd literæ antecessorum episcoporum probant dictum ius patronatus fuisse acquisitum ex dotatione, & fundatione dictis DD. de Fara, quibus stari debet, cum eorum prouisiones & institutiones super hic narratis fundatę sint argum. Clem. 1. de probatio. Hocque idem demonstrat sententia in actis producta. Et ista sufficiat in huiusmodi breui, & clara causa me dixisse.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Appellationis materia ab interlocutoria in criminalibus a grauamine ante diffinitiuam tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio conciliaris in materia appellationis in criminalibus perpenditur.*

2 *Attentata an, & quæ considerentur in appellatione*

inter

interposita in criminalibus ab interlocutoria Episcopi, seu Vicarij.
3 Dubitatio cadere non potest, vbi est casus legis.
4 Lex scripta seruari debet, etsi dura sit.
5 Appellatio datur à grauamine irreparabili per diffinitiuam.
6 Ordinarius potest causam per se alteri delegatam ad se auocare, nec ab hac auocatione datur appellatio. Assignatur ratio. nu. 7.
8 Appellatio non datur ab actu facto per iudicem secundum iuris dispositionem, seu canonicas sanctiones.
9 Executio iuris non habet iniuriam.
10 Requirere non debemus plus, quam lex requirat.
11 Appellari quando possit coram iudice ad quem, vel honesta persona.
12 Iudex debet iudicare secundum acta & probata.
13 Arbitrorum ad electionem per partes deueniri potest, vbi iudex est suspectus.
14 Iudice dato suspecto debet statim proponi recusatio.
15 Suspitionis causa debet proponi ante litem contestatam.

CONSILIVM CXLI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluendo dubium in causa de Michaelibus datum, Dico, quod ex quo per Sacrum Concilium Tridentinum cap. 1. §. in causis, sess. 13. de reformat. aperte disponitur, quòd in causis criminalibus ab Episcopo, seu illius Vicario ante diffinitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunq; grauamine non appelle-
1 tur: † nec Episcopus, seu Vicarius appellationi huiusmodi tanquam friuolæ deferre teneatur; sed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, ac omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili contraria non obstante, ad vlteriora
2 valeat procedere, nisi grauamen † huiusmodi per diffinitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiua appellari non possit, hos duos casus tantum excipiendo, quòd Episcopus Cenetensis potuit ad vlteriora in causa procedere, & ad diffinitiuam sententiam deuenire contra presbyterum Antoniū appellantem, absq; uitio attentatorū, sua appellatione à citatione dicti Episcopi, ac ab alijs prætēsis grauaminibus interposita, nec non citatione à Curia D. mei cum inhibitione relaxata, ac in personam dicti Episcopi prius executa, non obstantibus, stante dispositione, & permissione prędicti Cōcilij, de qua supra dictum est, cum
3 vbi casus legis † est, ibi nulla dubitatio cadere possit, prout dicit Bal. in l. ancillæ. nu. 2. C. de fur. Quem sequitur Zasi. in cons. 2. num. 60. vol. 2. & Anch. in cons. 371. nu. 4. vbi etiam nedum dicit, quòd vbi casus legis est, ibi nulla dubitatio cadere possit, sed
4 etiam subdit, quod ubi lex † scripta est, seruari debet, etsi dura sit, quod dici non potest in casu nostro; & idem dicit Dec. in cons. 452. ad fin. Aymo in cons. 273. nu. 4. in ver. circa quartum: & nouissime Franc. Becci. in cons. 1. nu. 3.

Neque obstat, quod dicitur in motiuo, quòd ex quo prædictus Episcopus dictam causam delegauerit Episcopo Feltrensi, ut prætenditur pure, et non conditionatiue, quod pro nunc non discutio, cum non referat, quod illā auocando & citando dictum presbyterum, grauamen irreparabile per
5 diffinitiuam intulerit, † & per hoc potuisse appellare ad dicta per Bal. in l. 2. C. de Episcop. audien. vbi dicit, quòd appellari potest secundum Canonistas, si citatur non citandus, et esse in vno de casibus, in quibus præfatum Concilium admittit appellationem; & per consequens reuocationi attentatorum locum esse.

Quia ad hoc respondetur, quòd causa delegata ab ordinario alicui, ab eo potest idem ordinarius pro libito suæ uoluntatis
6 illam ad se auocare, † seu delegationem reuocare: nec à tali auocatione, seu reuocatione datur appellatio, cum appellare in dicto casu sit actus contrarius legi, per tex. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. vbi dicitur, iudicium solui uetante eo, qui iudicare iusserat; & est ratio, quia in his, quæ pertinent ad solam auctoritatem ordinarij, & non ad ius partis, sicut est delegatio, non procedit
7 appellatio, † quia ex iuris officio, & ex mera auctoritate ordinarij sit delegatio & reuocatio, & est liberi arbitrij, prout expresse respondit Bal. cons. 111. uol. 5. Quem secutus fuit Marant. in suo Specul. in 6. par. in uer. quandoque appellatur. sub num. 362. fol. mihi 376.

Quod procedit nedum in ordinario, qui habet pinguem & latam iurisdictionem, sed etiā in delegato, si postquam in totum subde-

subdelegauit causam à sede Apostolica si-
5 bi commissam re integra delegationem reuocauerit, cum tunc subdelegationem reuocando, non intelligatur efficaciter iurisdictionem subdelegatam trãsiuisse, ex quo illa vsus non fuerit, per tex. in c. quamuis, de offic. delegat. in 6.

Et quando appellatio interponitur ab actu per iudicem facto secundum iuris dispositionẽ, seu canonicas sanctiones, quod
8 non procedat, † habemus tex. in c. consuluit, & ibi Franc. num. 3. Abb. num. 4. Card. Alex. num. 5. de appellat. Marant. in præcitato loco. num. 336. & idem Card. in c. ad nostram. num. 4. eod. vbi dicit, à sententia legis non appellari, quod prius ibidem voluit Bal. nu. 4. & ratio est, quia ius neminem
9 grauat; & hinc dicitur, qđ iuris † executio non hẽt iniuriã. l. iniuriarum. §. iuris executio. ff. de iniur. & dicit Franc. in d. c. consuluit num. 3. in fin. & propterea nec pœna legis appellatur. l. si qua pœna. post princ. & ibi glos. in ver. de pœna, vers. Tu dic tertio, & Bart. num. 1. vbi de communi ff. de verb. signif. Abb. & Franc. in d. c. consuluit. nu. 4. Card. nu. 5. & Dec. nu. 22. de appell. & c. quia nos, eod.

Et hinc etiam procedit, quòd nos non debemus requirere plus quã lex requirat,
10 † imo termini, qui placent legi, nobis placere debent, & contenti esse debemus de eo, in quo lex figit pedes, prout optimè dicit Bal. in l. omnes populi. num. 6. ff. de iust. & iur. l. fin. & ibi not. Barto. per illum text. quod illud, quod licite factum est, pœnam non meretur. ff. quod quisque iur.

Quibus stantibus nõ opus est modo demonstrare assertam appellationem interpositam coram Domino meo, uti iudice ad quem, non subsistere, prout ex isto capite etiam non subsistit, cum ex supradictis reijciatur; attento quod coram iudice ad quẽ, vel honesta persona tunc demum appellari
11 † potest, vel quãdo iudex à quo est absens, vel eius copia haberi non potest, vel timetur, alias appellatio non valeret, Aegid. decis. 8. num. 6. & seq. & decis. 3. in princ. de appellat. Franc. in c. appellatio. num. 3. eod. in 6. Card. Alex. in c. iustus metus. in princ. & num. 14. extra eod. & Milis. in ver. appellatio debet fieri coram iudice.

Neque potest dici, prout in motiuo dicitur, dictum præsbyterum ex iusto metu nõ appellasse coram dicto episcopo iudice à quo, quia aliquem iustum metum non habuit, ex quo semper plures uices ob causam huiusmodi comparuit coram eodem episcopo, & eius Vicario, petendo, & obtinendo plures dilationes, & plures defensiones faciendo, vltra quod semper in causa habuerit eius procuratorem, prout ex lectura processus videri potest.

Neque aliquid obstat, quod dicitur in dicta appellatione de recusatione iudicis; & quia in facto minime verum est, quòd dictus Episcopus vnquam, vt suspectus, fuerit recusatus in causa huiusmodi, prout ex
12 lectura processus videri potest, & iudex † secundum acta & probata iudicare debeat. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsid. Et quia quando iudex allegatur suspectus, debet allegari coram eo causa suspicionis, & tunc deuenitur ad electionem arbitrorum per
13 partes, † cũ adsint in casu nostro circa probationem causæ suspicionis, alias si iudex procederet ex meo officio, deueniret ipse cum recusante ad electionem arbitrorum præfatorum, prout cauetur in c. cũ speciali; & ibi latè Card. Alex. num. 3. vbi dicit in recusatione formam dicti c. debere seruari ex dicto Bal. alias non valeret recusatio; & ideo ibidem sub num. 6. dixit Abb. quòd à iudice suspecto non potest recedi per appellationem, cum habeat suspicio remediũ præfatæ recusationis.

Quibus accedat, quòd recusatio iudicis debet statim fieri, quod se præbet occasio recusationis; nam si episcopus est coniunctus querelantibus, prout in dicta appellatione dicitur, licet verum nõ sit, clarum est, quod tempore querelæ erat coniunctus eisdem: modo si sic est, cum dictus presbyter per plures annos citatus, uocatus, constitutus, retentus in ciuitate Cenetæ assignata loco carceris, relaxatus ab ea super huiusmodi causa se defenderit coram eodẽ episcopo, & eius Vicario generali, clarũ est, quod nec formiter non potuisset præteritis diebus ex dicta causa, etsi esset vera, pront non
14 est, illum allegare suspectum, † ad dicta per Card. Alex. in d. c. cum speciali. nu. 21. de appellatio. ubi dicit, quod necessario statim dato iudice suspecto debet proponi recusatio, Concordat Marchisa. in prax. commiss. in commiss. 3. de adiunct. dand. c. 1. nu. 20. in ver. id tamen intellige. Et prius Couar.
practi.

practi.quæst.cap. 26. num.2. in ver. quod si
* causa recusationis, ubi dicit de communi.
Specul. in titu. de appellat. §. qualiter.sub
num. 14.c. inter Monasterium, de re iudic.
ybi post princ.dicit,ante litis ingressum esse
15 causam suspicionis proponendam:† Et idē
disponit Lapertissime.in prin. C.de iudic.&
idem voluit glo.in l. fin.in ver. Intra triduū.
eod.& Auth.offeratur.C.de litis contestat.
* & est communis opinio, prout latè firmat
Couar.pract. quæst. d. cap. 26.num.2. vbi
quam plures allegat id attestantes, & Marche.dicto loco num. 20. fol. mihi. 103. Et
ista sufficiant pro resolutione præfati dubij,videlicet,& quod dictus presbyter non
potuerit appellare, nec episcopo inhibere:
& per consequens eidem licitum fuisse ad
sententiam diffinitiuam cōtra eundem presbyterum deuenisse; nec reuocationi alicuius prætensi attentati locum esse. Et ita
consulo.

Franc. Monaldus I.V.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Matrimoniales causas, & legitimitatis ad iudicem ecclesiasticum spectare, ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimoniales spectant ad iudicem ecclesiasticum.*
2 *Causa legitimitatis sunt fori ecclesiastici.*
3 *Sententia lata super legitimitate quibus præiudicet, & quibus non.*
4 *Ius acquisitum per sententiam est reuocabile quo ad non uocatos.*
5 *Causa matrimonialis est grauis, & assignatur ratio.*
6 *Sententia in causa filiationis, & ingenuitatis omnibus præiudicat.*
7 *Sententia lata super matrimonio facit ius quo ad omnes.*
8 *Sententia lata super legitimitate an, & quando præiudicet alijs.*
9 *Præsens in iudicio non est uocandus nec citandus.*
10 *Litis ad examinationem, & ad iudicium qui uocandi sint, & non.*
11 *Tractantes causas concernentes causam matrimonij & legitimitatis remittendi sunt ad ecclesiasticum.*

CONSILIVM CXLII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluēdo dubia mihi proposita in causa de Michaelibus, Dico causas matri-
1 moniales † spectare ad iudicem Ecclesiasticum clarum esse per tex.in c.accedentibus,de excessi. Prælat. & in c. multorum.35.q.6.& dicit Sacr.Conci. Tridenti. in can. 12.sess. 24.per hæc verba,videlicet, si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices Ecclesiasticos anathema sit.

Et non solum causæ matrimoniales spectant ad iudicem Ecclesiasticum, uerum
2 etiam & omnino causæ legitimitatis † per tex.expressum in c.tuā, de ordin. cogni.& c.lator.qui filij sint legiti.& utrobiq; Doct. & Inno.& Card.in c.causam. el 2. num. 14. qui filij sint legiti.& ibi etiam Card. Zabarella,vbi Innoc.dicit, quod licet iudex Ecclesiasticus de hæreditate nōn debeat iudicare,tamen pēdente legitimitatis quæstione non permittitur procedere iudex secularis.

Quo verò ad sententiam super legitimitate latam dico non omnibus præiudicare,
3 † sed tantummodo illis, inter quos lata est, prout dicunt Inno. Host. Ioan. And. Ant.de Butr. Abb. & alij in d.c. causam. el secundo, qui filij sint legiti. & dicit Ant.de Butr. sub num. 14.circa medium in ver.vel dic.& ibi Card. Alex.nu.4.

Et propterea si illi, contra quos talis sententia non fuit lata. volunt se opponere sententiæ,audiuntur ad opponendum,cum ius
4 † acquisitum per sententiam quoad non uocatos sit reuocabile, ex quo non fertur omnino sup vera & integra probatione, prout dicunt in d.c.causam. Anto.de Butr.nu. 14. in uer.uel dic,& ibi Card. Alex.num.4.qui filij sint legiti.

Sed quia in casu nro mihi præsupponitur, qđ non fuit principaliter actū,nec sentētia lata super legitimitate,sed super matrimonio, & in consequētiam super legitimitate, uidetur aperte dicendum, quod dicta senten-

sententia faciat ius quoad omnes, & omnibus præiudicet, & quia talis sententia super matrimonio principaliter non fertur, nisi ex plena probatione, quam sit causa gra-
5 uis, † cum agatur de causa spirituali, & de quasi statu hominis, & in ea requiruntur probationes luce meridiana clariores, sicut in causa criminali, prout latè dicit Grat. inter consilia, matri. diuers. cons. 25. num. 22. vol. 1. Zasi. inter eadem cons. matr. cõs. 12. num. 27. & seq. nu. 26. vol. 2. & quia qualitas declarata respicit omnes vniformiter, & non est restringibilis ad personam agentis, sed est quasi popularis, vt in filiatione, &
6 ingenuitate, † in quibus si feratur sententia, omnibus præiudicat, prout latè & optime dicit Anto. de Butr. in d. c. causam el 2. col. penult. in ver. dic quandoque, & in colum. vlti. in ver. potest ergo dici. & quod sen-
7 tentia † lata super matrimonio faciat ius quoad omnes, tenet expresse Bal. in l. ingenuum. num. 14. & num. 17. ubi etiam adducit alios casus, in quibus sententia facit ius quoad omnes, & dat rationem. ff. de statu
8 homi. & quod sententia † etiam lata ad interesse priuatum super legitimitate, si est lata cum eo, cuius principaliter interest, præiudicet etiam alijs, dicit Feli. in c. quamuis. nu. 9. de re iud.

Nec erant tempore latæ sententiæ Domini Aduersarij præsentes in iudicio tunc
9 vocandi, seu citandi, † per tex. in l. 1. §. denuntiari autem. ff. de vent. inspiciend. cũ ibi dicat iurisconsultus, illi tantum litem denũtiandnm esse, qui primum locum obtinet in successione, non his, qui substituti sunt, nec his, qui spem obtinendæ hæreditatis, etiam ex testamento, habuerint. Et his adstipulatur Bart. in l. diem. num. 1. quem ibi secutus fuit Angel. & Roma. in l. in cõcedendo. nu. 6. ff. de aqua pluuia arcend. asseueran. non esse citandum substitutum ad causam, quæ cum herede instituto tractetur super rebus, quæ substituto restituendæ sunt ex voluntate testatoris, & hinc dicit tex. in l. ex contractu. ff. de re. iudi. quod sententia lata contra institutum nocet substituto. Hoc ipsum cõstare videtur ex eo, quod ad iudicium, & li-
10 tis examinationem tantum uocandus † est ille, quem negotium tangit principaliter, nõ autem sunt citandi illi, quos in quandam consequentiam litis diffinitio potest attingere, quibusue nocere, aut prodesse potérit, prout latè dicit Iaso. adducendo plura exempla in l. si quis nec causam. num. 7. ff. si cert. petat. per glo. sing. quam ipse allegat, & dicit ab omnibus esse approbatam in l. de uno quoque. ff. de re iudi. & latè Alex. in cons. 86. num. 3. & 4. vol. 2. & proprerea dixit optimè Bal. in rub. de rescript. num. 12. quod illi, qui casu, uel in consequentiam lædi possunt, non sunt citandi, quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, & quia nondum habent aliquod ius in processu.

Et cum in præsenti DD. Aduersarij, ut mihi præfertur uelint audiri super eorum prætenso iure dico, quod debent remitti iudici Ecclesiastico, cui & de matrimonio &
11 de legitimitate cognoscere † spectat, & quod alias inter alios agentes super dicta causa matrimoniali, & legitimitatis in consequentiam cognoscit ad dicta per Inno. in cap. humilis. numero quarto, in uer. & nota, de maiori. & obedient. & l. si prauiter. ff. de libera causa. Et ista sufficiant pro præfatorum dubiorum resolutione, Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Beneficium vacare non per ingressum Religionis; sed per professionem, ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ingrediens religionem retinet beneficium, quod habet, & fructus percipit.*

2 *Religionem ingrediens non potest renuntiare Beneficium, nisi ante duos menses professionis, & de consensu superiorum: & an, & quando Episcopus illud valide conferre possit.*

3 *Beneficium an, & quando resignari possit per ingredientem religionem.*

4 *Professio Clericorum, etiam inconsulto superiore, inducit tacitam uacationem, & renunciationem Benefecij.*

CON-

CONSILIVM CXLIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



PRæsuppositis dubijs mihi per Reuerendum Abbatē Sanctæ Mariæ Carcerū Ordinis Camalduleñ. transmissis, de quibus per illorū resolutionē apparet.

Ad primum respondetur, quod Clericus
1 † habens Beneficium siue simplex, siue Curatum, ingrediens Religionem illud retinet, sicut antea, & fructus percipit. Flam. Parisf. de resignat. Benefi. lib. 3. quæst. 13. num. 3. & prius dixit Domi. de Sancto Gemin. in c. Beneficium nu. 1. de regular. in 6. & Paul. de Castr. in cons. 432. cum statutum. num. 4. in uersi. nam Beneficium. uol. 1. & in eo per alium inseruire debet, donec professionem emiserit, idem Flam. Parisf. dicto loco. num. 8.

Ad secundū dicitur nō posse renuntiare
2 Beneficium † intra annum probationis, nisi ante duos menses professionis, & de cōsensu superiorum, nec potest nihilominus Episcopus illud alteri conferre, nisi postquam professionem emiserit, ne contingat postea, si professionem emittere nollet, uel nō possit, carere & Monachatu, & Beneficio, ita firmat idem Flamin. Parisf. d. quæst. 13. nu. 4. 5. & 7. ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de regular. cap. 16. ubi dicit sæpius Sacram Cōgregationem præfatum cap. Concilij censuisse habere locū etiam in renuntiatione Beneficij, & Episcopum illud non posse conferre, nisi post factam professionem, & Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 6. colum. 2. & præsertim prædicta procedunt, cum clericus fuerit ordinatus ad Titulum eiusdem Beneficij, cū propterea
3 † illud resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficij Titulum sit promotus, & tunc resignatio tantum admittitur, quatenus habeat aliunde, unde commode uiuere possit, prout quotidie seruat Curia ex dispositione eiusdem Concilij cap. 2. sess. 21. de reformat.

Ad tertium dicitur per resolutionem secundi esse resolutum, cum ideo non possit renuntiare Clericus Beneficium antè emissam professionem, & renuntiatio facta non teneat, ut si contingat nō profiteri, uel quia nolit, uel quia non possit, beneficio non priuetur, unde uiuere possit in sæculo, ut dictū est, & hinc dixit idem Flami. Parisf. d. tract. lib. 7. q. 14. nu. 28. quod professio Clericorum † etiam inconsulto superiore inducit 4
tacitam renuntiationem, & uacationem Beneficij, cum per eum citatis, & hæc dicit esse communem opinionem, & sic per ingressum Religionis ante professionem illud retinet, & ad illud, non profitendo, redire potest, per supradicta: Et ista sufficiant.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Mulier recedens à viro, cum quo non consummauit matrimonium, an ad eum redire teneatur, & ad quid.

SVMMARIVM.

1 *Confessio debet acceptari à iudice cum sua qualitate.*
2 *Vxor vt restituatur viro tanquam spoliatò, quid requiratur.*
3 *Mulier an sit restituenda viro citra copulam.*
4 *Excommunicatio est medicinalis ante contemptum.*
5 *Testis debet deponere de his, quæ percipit per appropriatum sensum, alias non probat.*
6 *Testes recitantes verba ab alio prolata non probant, si non concordant in verbis.*
7 *Testes licet in substantia concordantes, si de formalitate verborum deponant, & vnus ab alio dissentiat, non probant.*
8 *Vxor recedens a viro, in quo dicatur illum spoliare.*
9 *Decretum factum contra formam iuris est nullum.*
10 *Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.*
11 *Lex prohibens appellari prohibet ad vtrunque effectum, tam deuolutiuum, quam suspensiuum.*

CON-

CONSILIVM CXLIIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Corbetta Domina Francischina uxor Domini Orphei debet declarari in sententiam excommunicationis incidisse iuxta formam sent. & comminationis eidem fact. in mandato, ex quo illi non paruit redeundo ad habitandum cum Domino Orpheo eius viro, iuxta c. literas. §. porrò, & §. quod si non habeat, & ibi Abb. nu. 29. de restitu. spoliat.

Neque aliquid obstat, quod Dominus Orpheus cũ ea non consummauerit matrimonium, dum ipsa per aliquot dies in domo eiusdem Orphei cohabitauerit, & quia illud non consũmauit, quia ipsa noluit, prout ipse dixit respondendo posit. cui credi
1 debet, cum † confessio cum sua qualitate debeat acceptari à iudice, cum illa se fundet. Alex. in cons. 87. nu. 1. vol. 1. Lapu. allegat. 94. num. 6. in ver. quarto, & Salic. in l. vni. num. 7. in ver. oppon. quarto, & num. 8.
2 C. de confess. Et quia ad hoc, ut uxor † viro restituatur tanquam spoliato, non requiritur, quod matrimoniũ fuerit consummatum, prout ex aduerso dicebatur per c. ex transmissa, & c. ex conquestione de restitu. spoliat. sed quod per verba de præsenti fuerit factum, & mulier cum marito cohabitauerit, & debita seruitia matrimonialia citra copulam præstiterit per c. ex parte, & ibi glo. in ver. commodo destituta, & optimè Abb. nu. 22. usque ad nu. 26. eo. ubi etiam dicit dictum c. ex transmissa, & cap. ex conquestione, in quibus ponderatur copula ad hoc, ut fiat restitutio, debere intelligi, & habere locum, quando petitur restitutio & quo ad copulam, & quo ad alia, attento q͂d si maritus matrimoniũ non consummauerit quoad copulam, non possit dici spoliatus, nec restitutionem petere, prout quoad copulam non fuit mandatum restitui in casu nostro, sed tantum quoad cohabitationem, & alia seruitia matrimonialia citrà copulã.

Et quod mulier sit restituenda viro spo-
3 liato † citrà copulam, etiam si prætendat matrimonium esse nullum ex capite consanguinitatis, & probationes offeratur in promptu ad hoc, ut alia debita seruitia eidẽ præstet, dicit tex. in d. c. literas §. porrò, & ibi Abb. num. 26. in fin. & sequen. de restitut. spoliat.

Neque etiam debet differri dicta excom
4 municatio, cum † medicinalis ad salutem sit, non autem mortalis ante contemptum c. 1. in primis verbis de senten. excommu. in 6. & c. multi, & ibi glo. in uer. mortalis, & in ver. medicinalis 2. q. 1. ex quo post relaxationem dicti mandati præfata mulier ad fugiendam iustitiæ executionem dixerit præfatum eius uirum uerba minatoria de eã occidendo dixisse, ac eam meretricem esse, & propterea securè cum eo morari nõ posse, & quia nihil probauit, ut infra demõstrabitur, & quia restitutio non retardatur, nec excommunicatio, etiam si mulier dicat in promptu habere probationes ad impediendam restitutionem & excommunicationem, & multo minus quando non habet prout in casu nostro, per tex. in d. c. literas. §. porrò, vsque in fin.

Et quod testes pro parte dictæ mulieris examinati nihil probent patet, nam primus testis dum interrogatur de uerbis prolatis à dicto Domino Orpheo, officium testis excedendo iudicat de illius opinione, dum dicit, Volendo inferire, che l'habbia detto, & infra, uolendo inferire, che detta Francischina era una puttana, quod testis facere
5 non potest, cum † debeat deponere de his, quę percipit per appropriatum sensum, alias non probat Bart. in tract. de testibus. num. 12. testis dixit, & num. 20. testis super aliquo. Oldr. cons. 210. num. 6. Menoch. in cons. 82. nu. 161. vol. 1. Magoni. decis. Florent. 2. nu. 36.

Prout neque aliquid probant secunda, & tertia testis, cum sint singulares, & contrariæ in referendo uerba prolata à Domino Orpheo (in absentia tamen dictæ eius uxoris,) nam prima testis deponit uidelicet, § & interrogãdolo, se era donna da mal fare, mi disse de sì. § tertia uero testis aliter deponit, § & dicit ho ben sentito, che hauendolo interrogato mia ameda, se era una puttana, lui disse madonna sì, § cum nõ
6 sit dubium testes † aliquid non probare, cũ recitant uerba formalia ab aliquo prolata, prout in casu nostro, si non concordant etiã in cor-

in cortice uerborum, prout firmat Anto.
de Butr.in c.nihil num.2.ubi dicit sic de fa-
cto fuisse iudicatum, & ibi etiam Abb.nu.
2.de uerb. signifi. Alber. de agno. catholi.
assertio.quæst.34.nu.47. & quæst. 35.nu.
8.latè Ruin.in cons.149.nu. 30. in uerbo.
non probant,& nu. 31. uolum.5. ubi dicit,
7 quod ex quo testes † deponunt de formali-
tate uerborum, & unus ab alio discrepat,
quod etsi in substantia concordent, quod
non probent per auctoritates per eum ad-
ductas,& Menoch.d.cons.82.num.160.&
quod testes in aliquibus uarij nõ probent,
nec in his in quibus sunt concordes, dicit
idem Ruin.in cons.158.nu.10.uol.5.

Neque aliquid obstat illud,quod oppo-
nebatur dicto mandato eidem Francischi-
næ præsentato, ut debeat redire ad domũ
dicti sui Mariti, alias cit. ad uidendum se
declarari excummunicatam; dum diceba-
tur fieri non posse, ex quo dicta Frãcischi-
na à sententia olim Domini Auditoris ap-
pellauerat, cum nihil debeat innouari, ap-
pellatione interposita: quia ad hoc respon-
detur, quod dicta Francischina de iure ap
pellare non potuit, cum sit notoria spolia-
trix,cum de facto discedendo de domo di-
cti sui mariti, in qua reperiebatur post con-
tractum inter eos legitimè matrimonium,
dictum eius maritum de possessione marita
8 li,in qua reperiebatur † quod ad seruitia,&
alia excepto copula,spoliauerit,prout dicit
Roma.in cons.324.num.2.& seq. per text.
formalem in cap. cum sit Romana.§.fin.de
appellat.

Neque etiam aliquid obstat,etsi dicatur
dictum auditorem dictæ appellationi detu
9 lisse, quia dictum decretum † delationis tã-
quam contra formam iuris factum in præiu
dicium dicti Domini Orphei fuit,& est ip-
so iure iniquum & nullum per l.non dubiũ.
C.de legib.& nunquam transit in rem iudi
catam, nec aliquem effectum executionis
merebatur,neque meretur. Barba. in cons.
16.num.33.& seq.uol. 2. & Feli.in c. inter
cæteras.num.10.de re iudi. & ideo fuit su-
per illius iniquitate,& nullitate aditus Illu-
strissimus Dominus Nuntius, qui & adiri
10 potuit, cum sit † delegatus ad uniuersitatẽ
causarum,& iudici ordinario æquiparetur,
prout dicit Abb.in c.qualiter.el primo, nu.
6.de accusat.qui illud reformauit deferen-
do prædictæ appellationi tantum quoad
effectum deuolutiuum, non autem suspen-
siuum, licet esset sublata ad utrunque effe-
11 ctum,cum quando lex † prohibet appella-
ri, prout in huiusmodi spolio, ad utrunque
effectum appellationem tollat, prout dicit
Dec.rubr.de appellatio.nu.19.& Roland.
à Valle in cons.77.num.17.uol. 2. & ideo
dicta Francischina tanquam inobediens iu
ri, & iudici debet declarari in sententiam
excommunicationis iuxta dictam commi-
nationem incidisse, ut à peccato resipiscat
per supradicta. Et ista sufficiant.

Franc.Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Matrimonij causa tractatur quo ad illud impugnandum ratione metus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio in contrahendo qualis libertas requiratur.*
2 *Matrimonij tria bona excluduntur à metu.*
3 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum.*
4 *Metus ut excuset,qualis esse debeat, & quod totum in hoc resideat in arbitrio iudicis. num. 5. in quo consideratur persona metum patientis.nu.6.*
7 *Metus amissionis matris inducit iustum timorem ad inualidandum actum.*
8 *Minæ parentum idem operantur quod metus præcisus, & sunt sufficientes ut matrimonium dicatur ipso iure nullum.*
9 *Matrimonium non probatum nullum non inualidatur.*
10 *Velle liberum in eligendo non dicitur habere qui alterius voluntatem habet sequi.*
11 *Testis qui deponit aliquid audiuisse à principali, vel ab eo,qui factum tractauit,probat.*
12 *Mater & alij consanguinei admittuntur in testes tam ad ualidandum,quam ad inualidandum matrimonium.*
13 *Matri quantum credatur in probando matrimonio filiæ,vel dissoluendo.*
14 *Pauper quando non arceatur à testimonio.*

CON-

CONSILIVM CXLV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.


N causa Muaccia breuitati studendo, prout consultorem decet, dico duplici capite matrimonium alias de anno 1593. contractū inter D. Petrum de Anna reum conuentum ex una, & Dominam Camillam Muacciam de, & super illius nullitate actricem ex altera fuisse, & esse ipso iure nullum & inualidum.

Primo quia non fuit contractum à proprio Parocho aliquorum præfatorum.

Secundo quia per uim, & metum & ad illud contrahendum deuenit eadem Domina Camilla, ut infra demonstrabitur.

Et quoad primum, quod non fuerit cōtractum à proprio Parocho alicuius contrahentium patet, nam præfatus Petrus cohabitabat tempore contracti asserti matrimonij, prout & credo hodie cohabitare in Parochia Sanctorum Apostolorum, prout patet testimonialibus Sacristæ S. Iacobi de Luprio pceß. fol. 56. & apocha super asserto matrimonio confecta per D. Gasparem Cacciam nomine dictę Dominæ Camillę, & dictum D. Petrum à patre eiusdem Petri subscriptam, de qua in processf. fol. 54. Præfata autem Camilla erat de Parochia Sancti Leonardi, cū in ea permanserit tam per multos annos in vita patris, quam postea; & postquam fuit mortuus, fuit posita in Monasterio Monialium Clodiæ, prout deponit nonus testis proce. fol. 43. & fol. 44. 10. testis fol. 45. 11. testis d. processf. fol. 47. & 48. & fol. 49. & Plebanus Sācti Leonardi, octauus testis fol. 40. & 41. Quod etiam comprobatur ex testimonialibus Sacristæ eiusdem Ecclesiæ Sancti Leonardi, in quibus attestatur qualiter de anno 1589. die quinta Octobris obijt in dicta contrata, in qua habitabat pater eiusdem Dominæ Camillæ, de quibus constat procesf. fol. 50. & quid plura? quod eadem Parochia Sancti Leonardi sit eiusdem Dominæ Camillæ Parochia etiam patet, quia cum ipsa voluerit eleuare successionem præfati sui patris post illius mortem, fuerunt factæ stridæ in Parochia Sancti Leonardi tāquam eius Parochia per officium proprij, prout patet testimonialibus eiusdē officij dicto processf. fol. 51. ultra depositionem præfati Plebani Sancti Leonardi, de qua procesf. fol. 41. ter. in fin. & sequen.

Et quod dicta Domina Camilla esset eiusdem Parochiæ Sancti Leonardi, & nō Sancti Iacobi de Luprio, in qua fuit factū assertum matrimonium per illius Plebanū, prout patet supradictis testimonialibus eiusdem Ecclesiæ Sacristæ, de quibus in processf. fol. 56. euidenter ex illis demonstratur, cum licet in illis fuerit dictum, quod dictus Petrus de Anna esset de Parochia Sanctorum Apostolorum, dicitur tamen præfatam Dominam Camillam esse, neq; de dicta Parochia Sācti Iacobi de Luprio, neque alterius, prout necesse erat dicere ad effectum ut constaret similiter de qua Parochia esset, prout D. Gaspar Caccia ausus fuit in apocha per eum confecta super asserto matrimonio nomine pręfatæ Dominæ Camillæ cum dicto Petro, cum dixerit, quod dictus Petrus esset de Parochia Sanctorum Apostolorum, dicere, quod dicta Domina Camilla esset de eadem Parochia Sancti Iacobi de Luprio, cum esset in eius domo non animo ibi commorandi, sed vt alicui nuberet, & ad hunc finem tantum in ea à sua matre conducta, cum de Monasterio Monialium ciuitatis Clodiæ ipsam eduxisset, cū in eo à die, quo discessit de dicta eius Parochia Sancti Leonardi usque quo fuit conducta in domo dicti Domini Gasparis permanserit, prout deponit Domina Barbara mater dictæ Dominæ Camillæ septima testis processf. fol. 32. & seq. & fol. 35. & sequen, primus testis fol. 3. ter, secundus testis fol. 9. 3. testis fol. 12. tergo & fol. 13. quintus testis fol. 21. tergo & fol. 22. & 9. testis fol. 43. & 44. & sic super hoc capite in facto constat, quod dictus Dominus Petrus erat de Parochia Sanctorum Apostolorum, & dicta Domina Camilla de Parochia Sancti Leonardi, & quod matrimonium inter ipsam, & dictum Petrum fuit factum per Plebanum Sācti Iacobi de Luprio, qui alicuius contrahentium nō erat Parochus, licet domus Domini Gasparis Cacciæ, in qua ad effectum nubendi, & nō permanendi fuerat, postquā de Monasterio Clodiæ

Clodiæ discessit dicta Domina Camilla esset in parochia prædicta Sancti Iacobi de Luprio, cum ad effectum, ut quis alicuius Parochiæ dicatur, necesse sit, ut in illa Parochia habeat domicilium, seu habitationem animo ibi permanendi, & cohabitandi, & non discedendi, prout habebat dicta Domina Camilla, cum non esset in propria Domo, sed alterius, ut est dictum, ad dicta latè, & optimè per Abb. in cap. nostra num. 10. in uer. unde pro clara, & num. 11. de sepultur. omnino uiden. Quibus accedat ad corroborationem prædictorum, quod statim, quod d. Domina Camilla uidit dictum Petrum, cum eidem ipse displiceret, & nollet ipsum in eius maritum accipere, dixit quod uolebat redere in Monasterium prædictum Clodiæ, prout deponit d. D. Barbara eius mater dicto process. fol. 36. & Domina Orsetta sexta testis fol. 26. ter. ubi deponit ex literis transmissis à dicta Domina Camilla audiuisse ipsam dixisse, quod eius uoluntas erat permanendi in dicto Monasterio Clodiæ, & non se maritandi, & sic apparet omnino non esse de Parochia Sancti Iacobi de Luprio, cum in ea nullam cohabitationem haberet, neque animum cohabitãdi, & sic matrimonium præfatum fuisse, & esse ipso iure nullum ex dispositione Sacri Concilij Tridentini cap. 1. de reformat. matri. sess. 24. §. qui aliter quam præsente Parocho, ubi deponitur, quod qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu ordinarij licentia, & duobus uel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, auferendo ab eisdem consensum contrahendi, prout dicit Io. Guille. Aceruâ. ad leges Taurin. tertia, sub num. 194. & subdendo huiusmodi cõtractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat, & ibi etiam ita censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium, qui decreta Cõcilij Tridentini interpretantur, ubi dicit matrimoniũ contractum coram testibus, sed sine Parocho, aut alio Sacerdote de eius licentia post Concilium Triden. non solũ esse nullũ, sed nec habere uim spõsaliũ, adeo qđ sic cõtrahentes ad denuo contrahendũ minime cõpelli possint, & hæc de primo capite, & nullitate.

Quo uero ad secundum dico similiter euidenter constare per uim & metum pro parte dictæ Dominæ Camillæ contractum fuisse assertum matrimonium cum d. Domino Petro, prout plurimum testium depositionibus apparet, cum deponant semper præfatam Dominã Camillam recusasse, & apertè omnibus dixisse, & protestatum fuisse etiam flendo sæpe sæpius, & tam ante quam contraheretur præfatum matrimonium, quam postea, donec aufugit de domo præfati Petri ipsum in suum maritum nolle accipere, & quod nunqam consentiret, attestando ad illud contrahẽdum coactam fuisse uerbis minatorijs tam à dicto Domino Gaspare Caccia, qui omnino uoluit, ut acciperet prefatum Petrum in maritum, prout eidem Petro illam in uxorem dandi promiserat absque tamen consensu, & interuentu tã d. D. Camillæ, q̃ suæ matris, prout patet ex chirographo super tali promissione ab eodem Domino Gaspare cum dicto Petro, seu eius patre confecto process. fol. 54. & super secunda positione confessus fuit idem Petrus, & 3. testis deponit d. proce. fol. 13. ter. & seq. & 4. testis fol. 17. ter. & 7. testis, quæ est Mater eiusdem Dominę Camillæ fol. 33. quam similiter à dicta eius matre, prout optime deponit secũdus testis super 5. art. d. process. fol. 9. ter. & fol. 13. 3. testis fol. 14. ter. & seq. 4. testis fol. 17. ter. & fol. 18. & fol. 19. per totum, & fol. 20. quintus testis f. 23. per totũ 6. testis fol. 25. & fol. 26. per totum, fol. 27. per totum, & fol. 28. 7. testis, quæ est mater dictæ Dominæ Camillæ f. 31. per totũ, fol. 32. f. 34. & à ter. f. 37. per totum, & fol. 38. per totũ. 10. testis fol. 47. ultra primũ testẽ.

Quibus depositionibus stantibus cum in matrimonio contrahendo requiratur om-
1 nimoda libertas, † ita ut consensus sit cum qualitate libertatis, alias ipso iure matrimoniũ non teneat tanq̃ metu contractũ, prout dicit gloss. in c. notificasti in uer. licentiã 35. q. 5. quam pro notabili ad hoc ponderat Abb. in c. Abbas. nu. 8. p̃sertim in uer. item probatur, quod metu: causæ & in c. cùm locum, sub. nu. 6. in fin. & nu. 7. de sponsalib. ubi rationem reddit, & dicit tria bona ha-
2 bere matrimonium † uidelicet fidem, prolem, & Sacramentum, quę omnia excludũtur à metu. Card. in c. gemma n. 2. in princ. in uer, ex quo. eo. sequitur Riminal. Seni. in

conf. 15. num. 8. uolum. 1. & latè, & optimè Boer. in conf. 20. num. 38. in fin. & seq. plura pulchra adducendo, non est dubiũ præ-
4 fatum matrimonium † tanq̃ metu contractum ipso iure nullum fuisse, & esse, prout dicit Abb. & esse communem opinionem glo. & Doct. utriusque iuris in d. c. Abbas num. 8. quod metu. caus. Card. Alexand. in d. cap. cum locum. num. 6. de sponsali. optimè Barth. Veronen. in consilio 16. num. 4. uolum. 2. in ciuili, Boer. d. conf. 20. nu. 43. ubi similiter de communi, & nu. 50. Marsil. in sing. 347. in princ. latè Bursat. qui dicit
** hanc esse magis communem opinionem, in conf. 72. num. 21. vol. 1. & ante eum esse
** magis communem opinionem dixit idem Riminal. in d. conf. 15. nu. 8. uol. 1.

Et licet nostri interpretes dicant metum † debere esse talem, qui cadat in constantem virum, veluti mortis, vel corporis cruciatus ad hoc, vt dicatur iustus metus ad actum rescindendum, prout dicit Menoch. de arbitra. iudi. casu 135. in prin. lib. 2. Abba. in conf. 77. num. 1. vol. 1. & prius Riminaldus Seni. d. conf. 15. num. 1. & seq. vol. 1. & Barth. Veron. d. conf. 16. num. 6. & sequen. uol. 2. in ciuili, & totum residere in
5 arbitrium † iudicis, prout dicit idem Rimi. d. conf. 15. nu. 6. Deci. in l. in omnibus causis præfato num. 7. ff. de regul. iur. latè Menoch. in præcitato loco cum allegatis per eum in ver. rectè itaque. & Veron. d. consil. 16. num. 10. ac minorem metum requiri in muliere, quam in uiro, & in iuuene, quam in
6 sene, & ideo considerandas personas, † quibus metus infertur ad hoc, ut uideri possit quisnam dicatur iustus metus, prout dixit
* ita communiter teneri Abba. in d. conf. 77. nu. 2. & sequen. quod prius uoluit Dec. in d. l. in omnibus causis num. 3. Rimin. Seni. d. conf. 15. num. 22. volum. 1. & Osascus in conf. 453. nu. 10. Ferret. in conf. 296. num. 16. ubi similiter de communi, & Menoch. in præcitato loco, in ver. iudex ergo.

Tamen ex quo nedum dictus Dominus Gaspar uim intulit eidem Dominæ Camillæ, ut acciperet dictum Petrum in eius maritum contra eius uoluntatem, prout dicũt præfati testes, etsi illa semper illum accipere recusauerit, verumetiã, & dicta eius mater, quæ super 5. art. fol. 34. per totũ dicit infrascripta verba, videlicet § Questa è la verità, come è l'Euangelio, cioè che se bene io lasciauo venire là in casa il detto Meser Pietro, Camilla non lo uoleua vedere, e diceua à ogn'uno, che le parlaua di detto matrimonio da farsi, ch'ella non lo voleua in modo alcuno per marito, & che Iddio l'inspiraua di non pigliarlo, e continuamente piangeua, dicendo il mio cuore mi predice, che non lo toglia, ꝑche non hauerò mai bene seco, e di più si lamẽtaua meco, ch'io gli lo facesse tor per forza insieme col Signor Gasparo § & iterrogata subdit § io la minacciauo, & una uolta anco le diedi un schiaffo, perche ella si lamentaua così dicendole io se non lo toglieua, che l'abbandonarei, & andarei in loco, si che ella non saperia doue fosse, & che non l'hauerei tenuta per figliuola § non est dubium
7 talem † metum, seu timorem amissionis matris, licet non sit mortis, uel corporis cruciatus, iustum metum, & timorem inducere ad actus nullitatem, prout in nostris terminis firmat Boer. d. conf. 20. num. 52. Et facit ad idem Rolan. à Valle in cõs. 2. nu. 66. & 68. vol. 1. Soc. iun. consil. 77. nu. 73. & seq. vol. cum alijs citatis per Menoch. d. casu 135. num. 6. & seq.

Et quod minæ parentum idem operen-
8 tur, quod metus † præcisus, & sint sufficiẽtes, vt matrimonium dicatur ipso iure nullum, dicit Angel. de Vbal. inter matrimoni. diuers. conf. 46. num. 2. & num. 1. vol. 2. & Angel. de Castr. inter eadem. conf. 36. nu. 2. eo. vol. 1.

Et non solum per supradicta matrimonium præfatum fuit, & est ipso iure nullum, verumetiam & quia præfatum matrimoniũ fuit contractum metu reuerentiali Matris, per quem quidem metum, licet aliter non
9 probato, matrimonium † non inualidetur, per tex. not. & ibi Bald. & Salic. in l. si patre cogente. ff. de ritu nupt. quos secutus fuit Marsil. in singula. 347. post princi. in ver. matrimonium, Iaso. in §. qua dupli. nu. 62. & ibi addit. Inst. de actio. & Vasqui. contro. illustri. cap. 35. nu. 18. in ver. diuersorum est lib. 1. Tamen si constare potest causa cognita, prout constat in casu nostro, quod ob metum reuerentialẽ cõtraxerit d. Domina Camilla, cum probatum fuerit, & ante contractũ matrimonium præfatum, & postea verbis & signis dixisse, & demonstrasse, nolle in suum maritũ præfatũ Petrũ, plorando, fugiendo, & voluntatem suã ex-

presse

presse declarando, ut supra dictum est, etiã ex isto capite fuit, & est ipso iure nullum, & ita limitant Doct. præfatum dictum, prout dicit Marsi. in sing. 147. in ver. sed hoc dictum, quod ante eum dixit Abb. in cap. non ne col. penult. ante finem in ver. sed hoc mihi, etiam conclusiue in uer. & secũdum hoc posset solemniter limitari, & nu. 2. de præsumpt. ubi dicit cap. vni. §. fin. de desponsa. impub. in 6. limitari, ut filij non habeantur pro consentientibus, si causa cognita constiterit ob reuerentiam parentum filium, vel filiam tacuisse tempore contracti matrimonij, quod dictum in d. c. non ne refert etiam & sequitur Felin. sub num. 8. & de eo facit magnum festum, dicens quod nunquam obliuiscaris hoc dictum, quia istud dictum ipse alibi non legit, & quod est aptum infringere mille sponsalia, & hoc dictum refert, & sequitur, dicendo præsertim in fœminis habere locum, Vasqui. præcitato c. 35. numero 21. lib. primo, & idem optimè voluit prius Anto. de Butr. in cap. cum virum. numero 6. & seq. de regular. ubi dicit, quod ubi requiritur omnimoda libertas, vt in actibus huiusmodi spiritualibus, quod etsi uerbera non præcedant, quod inducitur inualiditas actus, & quod non dicitur alij
10 quem habere liberum uelle † in eligendo, quando habet sequi uoluntatem alterius, quem secutus fuit in nostris terminis Angel. de Castr. dict. consil. 24. num. 2. in ver. quinimo. ubi dicit, quod si probetur sola contradictio filiæ, licet non probetur, quod Pater eam verberauerit, quod matrimoniũ per eum postea contractum, est ipso iure nullum.

Neque aliquid obstat si opponeretur, quod quintus testis deponit de auditu a d. Gaspare Caccia, dum eidem dixerit, quod dicta D. Camilla nolebat accipere in suum maritum præfatum Petrum, & quod propterea se affligebat, & plorabat, cum regulariter testis de auditu non probet: quia ad hoc respondetur.

Primo quod quam plures alij testes deponunt de ui, & metu illati per dictum Dominum Gasparem in personam dictæ Dominæ Camillæ: unde & fine eius dicto probata est plusquam plene intentio præfatæ Dominæ Camillæ. Secundo respon-
11 detur, quod testis † qui deponit aliquid à principali audiuisse, uel ab eo, qui factum tractauit, probat, prout dicit Caputaq. decis. 267. lib. 3.

Prout nec aliquid opponi potest dictæ D. Barbaræ matri d. Dominæ Camillæ, etsi pro filia deposuit, præsertim stante paritate eiusdem Petri cum d. eius filia, quia
12 respondetur, quod tam mater, † quam alij consanguinei tam in coniungendo, quam in disiungendo matrimonium in testes admittuntur, prout dicit Felin. in cap. in literis numero sexto, post medium. in ver. & per hoc considera. de testibus, ubi dicit in matrimonio etiam consummato disiungendo admitti matrem in testem, & similes, ac familiares honestos, & uoluit Rota, Caputaq. decis. 276. num. 7. 8. & sequen. part. 3. & est tex. in cap. videtur. qui matr. accusa. possunt, & in cap. uidetur 35. quæst. 6. per quæ iura expresse docetur etiam consanguineos, scilicet matrem, & alios affines in huiusmodi causis matrimonialibus tam in coniungendo, quam in separando matrimonium admitti.

Et non solum matri dictæ Dominæ Ca-
13 millæ † debet credi in his, in quibus cum alijs testibus concordat, sed & in his, in quibus de facto proprio deponit circa dictum metum illatum, uerba dicta, & alapã datam ad hoc, ut sequeretur ut matrimoniũ, & ꝗ plene probet, dicit Sali. in l. si quis decurio sub numero 4. in princ. C. ad lege. Corneli. de falsi. Marsi. latè, & optimè in sua pract. crimin. in §. diligenter num. 130. in uer. facit etiam, & numero 131. omnino uiden. Soc. iun. in consilio 61. nu. 8. in uer. præterea uolum. 1. Dec. in cons. 342. in uer. prima. Afflict. decis. 369. nu. 7. Barth. Veron. dicto cons. 16. num. 14. in uer. imo plus etiam dico in ciuili. Porti. Imol. in suis conclusio. conclus. 5. in ver. limita quando unus li. 1. & ante eos uoluit Castre. in l. quicunque in fin. per glo. ibi. C. de serui. fugiti. & hanc partem tenet etiam Gabriel. in suis conclusio. sub titul. de testib. conclus. prima, num. 8. & nu. 22. & ita etiam tenet Iaso. in l. cunctos populos. nu. 60. C. de summa. Trinit. & fide Catholi.

Prout pariter nec aliquid obijci potest alicui præfatorum testium, & si sit pauper, quia per hoc non arcetur à testimonio
14 † pauper in his, in quibus requiritur idoneitas circa fidem, quia pauper fidelis admittitur in testem, cum paupertas non sit

 de

de genere malorum, prout dicit Bloria. in l. testium. nu. 3. in uer. sed si illis, ff. de testib. quem secutus fuit Zasi. in cons. 2. nu. 31. & seq. uol. 2. Ruin. in cons. 158. nu. 27. ubi di-
* cit sic communiter teneri. uol. 5. Et ista sufficiat me dixisse pro huiusmodi causæ expeditione ad laudem indiuiduæ Trinitatis. Et ita fuit iudicatum per R. D. Vicarium sede uacante Capituli Patriarchalis Venetiarum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Delatus de multis hæreticalibus dictis & factis exactissime defenditur ad ipsum subleuandum ab abiuratione & pœna, testiumque materia discutitur ad eorum reprobationem.

SVMMARIVM.

1 *Testis de auditu ab alio non admittitur.*
2 *Testes de quibus testificari debeant.*
3 *Vario non est credendum, nec est ad concordiam reducendus.*
4 *Testi dicenti in secundo examine contrarium eius, quod dixit in primo, non creditur in ullo dicto.*
5 *Testi sibi contrario non creditur.*
6 *Testes ad hoc ut probent de verbis propositionum hæreticalium, cum de illis est quæstio, & attendi debeant; oportet quod de illis formaliter deponant.*
7 *Testis depositio qualis esse debeat.*
8 *Verisimile quod non est, est quædam falsitatis imago.*
9 *Iudex non debet dare fidem non verisimili.*
10 *Testis dicto quando non sit standum.*
11 *Testis an, & quando possit dictum suum corrigere ex internallo.*
12 *Memoria labilis est.*
13 *Torturæ quando locus sit, uel non.*
14 *Hæreticus quando quis censendus sit, vel non.*
15 *Pœna in imponenda Reis attenditur tempus delicti, non sententiæ.*
16 *Minores recte pœnitentes benignius recipiendi sũt, & quare.*
17 *Necessitas facit licitum, quod non est licitũ in lege.*
18 *Confitens plura an, & quando damnandus sit.*
19 *Confessioni generali ut incertæ standum non est.*
20 *Confitens factum hæreticale, & negans intentionẽ impiam est damnandus, & quare.*
21 *Reus in crimine hæresis quando, & ad quid torquendus sit.*
22 *Reus quando non confitetur, neque negat, non potest actor super hoc se fundare.*
23 *Confitens homicidium qualificatiue an poterit puniri pœna ordinaria.*
24 *Præsumptio una tollitur per aliam.*

CONSILIVM CXLVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Illustrissimi & Reuerendissimi DD. In causa D. Antonij ad præsens carcerati, pro illius clara intelligentia primum deueniendum esse duxi ad depositiones testium contra eum examinatos, ut uideatur, an plene probent de attestatis per eos; uel quanta fides illis adhibenda sit: Et deinde ad eius constitutum & confessiones: Quibus cognitis facile apparebit, de quibus reus constituatur.

Et primo deueniendo ad querelantem dico ipsum contra præfatum delatum non uideri aliquid probare; cum dicat in eadẽ querela, process. fol. 1. quòd eidem dictum fuit, quòd dictus delatus dicebat multa verba hæreticalia, præsertim in præiudicium sanctę Missæ, & Regularium: Et quod fuit seductus à Petro Christino eius patruo. Cũ
1 dubium non sit testem † de auditu ab alio, seu de auditu auditus in causis huiusmodi, sicut in alijs causis criminalibus, non admitti, prout late firmat Simanc. de Cath. Instit. in tit. 64. nu. 39. & seq. ubi plures auctorita-
2 tes ad id adducit; cum testes † debeant dicere testimonium de his, quæ præsentialiter, & ueraciter nouerunt, & uiderunt: per tex. in c. testes. 3. q. 9. Et quòd tales testes in criminalibus non admittãtur, dicit Alex. in cons. 72. num. 8. in fin. uol. 1. & in cons. 1. nu. 6. uol. 3. & Marsi. in cons. 76. nu. 25.

Primus autem testis examinatus sub die 29. Ianuarij anni 1594. deponit dicto process. folio 3. præfatum delatum, cum loqueretur secum de Missa, eidem dixisse, ut illius uerba referã: § Che nõ haueria dato un bezzo à trar d'una balestra al Sacerdote mentre alciaua il Santissimo Sacramento; perche non credeua in esso Santissimo Sacramẽto; & anco in niente della nostra fe-

de: ma

dema che teneua la setta di Caluino: & che Pietro suo barba l'haueua instrutto in essa sua legge.} Et cum interrogatus fuerit de loco, & de contestibus, dixit dictum delatum eidem dixisse talia verba in Colonia, & quod erat ibi præsens. H.

In alio vero eius examine cum iterum fu per hoc examinatus fuerit sub die vltima Decembris de anno 1598. & sic quatuor annos postea, de quo in d. proc. fol. 4. videtur ipsum variare, & esse sibi contrarium circa contestem, quem affirmatiue in d. primo examine dixit interfuisse. Quia cum fuisset interrogatus, quando cum eo locutus fuit contra Missam idem delatus, sicut dixerat in alio eius examine, ipse respondit, quod illa verba idem Antonius eidem dixerat in Colonia, & quod si non erat presens. H. nescit quis fuerit: sic dubitatiue, & sub incerto deponendo in isto secundo examine circa contestem; cum tamen in d. primo examine affirmatiue, & indubitanter deposuerit, ꝙ fuerit præsens. H. ut est dictum. Vnde ob dictam uariationem, & contrarietatē non videtur esse aliquid credendum dicto testi, cum, & necesse sit in uno periurū, etiam periurum esse in alio, prout dicit Alex. Stiati. cum allegatis per eum in cons. 117. sub nu. 44. inter cōsilia criminalia diuer. uol. 1. Petr. Folle. inter eadem crim. cons. 138. nu. 1. vbi
3 etiam dicit uario † non esse credendum: & ad concordiam non reduci, nec admitti. eo. vol. 1. Bertran. in cons. 228. nu. 2. vol. 7. Et in cons. 85. nu. 1. vol. 1. par. prima, Specul. in tit. de test. §. 1. nu. 89. in fin. & quod si te-
4 stis † dixerit contrarium in secundo examine illius, q̃d dixit in primo, neutri dicto stetur, dicit idem Specul. in præcitato loco nu. 27. Et uoluit Bal. in auth. atqui semel. n. 7.
5 C. de probat. & ꝙ testis † sibi contrario non credatur, & non reducatur ad concordiam de se ipso ad se ipsum, dicit Aret. in c. cum cām. nu. 12. vbi de cōi. de testib. & est tex. in l. qui falso, vel uariè, & ibi glos. ff. eod.

Et licet idem testis postquā deposuit, ꝙ non uidit, quod dictus delatus fecerit aliq̃ rem hæreticalē, subiungat d. proc. fol. 4. ter. } Ma molte uolte mi parlò dicēdo, che noi altri Catolici teneuamo delle cose uane, che non erano vere, delle quali hora nō mi ticordo } Tamen non uidetur aliquid probare per dicta verba; cum ad hoc, ut testes
6 † probēt de uerbis propositionum, cum de illis sit quæstio, & ueniant attendenda, & ponderanda, oportet quod de illis formaliter deponāt, prout optime dicit Alberti. de Agnos. asser. Catho. in q. 34. nu. 47. cum allegatis per eum. & in q. 35. nu. 8. Royas. de hæret. part. 2. assert. 6. nu. 129. & seq. & Pegna. in direct. Inquisit. in 3. par. in commen. 111. col. 3. in fin.

Deueniendo ad 3. testem, dico nihil scire de d. delato d. procef. f. 5. ter. Quartus vero testis, qui uidetur esse querelās, similiter d. procef. fol. 7. deponit nihil aliud de dicto delato scire, q̃ tunc deposuit. Quintus vero testis cum esset interrogatus de d. delato d. proceff. f. 8. ter. respondit, neq; in Colonia dictū delatū ei aliquid dixisse de rebus fidei, neq; ab eo aliquid audisse, ex quibus potuerit cōprehēdi ipsum esse Catholicū, vel hæreticū, licet dicat, ꝙ ex quo dictus delatus permanebat cū d. Petro eius patruo, ꝙ ab omnibus reputabatur hæreticus; & erat, quod argumentabatur dictū delatū ēt talē esse; & quod sicut ipse Petrus uiuebat ipsū viuere; quia adhoc respondetur; quod licet cum d. Petro idē delatus tanq̃ eius nepos permaneret in eius domo, tn̄ idem testis circa reliqua eius munus transgreditur, & nō
7 testificatur, sed iudicat; quod testis † facere non pōt; cum debeat tm̄ deponere de his, quæ percipit per appropriatū sensum, alias non probat; prout dicit Bar. in trac. de testi. nu. 12. in uers. testis dixit. & nu. 20. in uet. testis super aliquo. Oldra. in cons. 210. nu. 6. Menoch. in cōs. 82. nu. 161. vol. 1. & est decis. Flor. 2. nu. 36. Sextus aūt testis nihil deponit de d. Antonio; ideo de eo nihil dico. Septimus aūt testis deponit d. proc. f. 11. aliquod indiciū de delato nō posse facere, an esset hæreticus, uel non; licet posset esse, ut permanendo cum d. Petro eius Patruo uixisset, prout ipse, & maxime q̃ a erat annorū quatuordecim, vel quindecim, dicēdo nihilominus, quod neque hic, neque in Alemania nō audiuerit, ut vulgo dicitur, } transparlare delle cose della nostra fede, nè lodar quella degli Vgonotti. } Vnde aliquid de eo dicere non putaui, cum in aliquo nō testicetur contra ipsum delatum.

Deueniēdo modo ad Octauū & ultimū testē sub die 8. Iunij præsentis anni 1600. q mihi videtur esse primus testis bis examinatus, seu repetitus ultra primā vicē, cū fuerit interrogatus, } Se altre volte era stato

essaminato in materia di un Pietro Cresta-
no, e di Antonio suo nepote, § & ipse re-
spondit, quod sic, quod postq̃ deposuit de
auditu auditus ab. H. qui cũ eo locutus fuit
de dicto Antonio in Colonia, & eidẽ dixit.
§ E gran cosa, che non possiamo voltar alla
fede questo giouane, che và tanto ostina-
to nell' heresia: § Subdit, § che alli di passati
gli disse, che per niente anderebbe à tirar
con una balestra nell'hostia, quando il Sa-
cerdote l'alza in alto alla Messa; § & quod
alias non audiuit loqui dictum Antonium
de Sancta Missa. Vnde si est idem testis, di-
co, quòd mihi videtur probare, quia est sibi
ipsi contrarius; cum in primo examine de-
posuerit, quod in Colonia idem Antonius
eidem dixit process. fol. 3. § Che non haue-
ria dato un bezzo à tirar d'una balestra al
Sacerdote mentre alzaua il Santissimo
Sacramento. § Et sic deposuit dictum An-
tonium alias male de Missa locutum fuisse;
& tamen in huiusmodi vltimo examine di-
xit, quòd alias non audiuit dictum Anto-
nium loqui de Sancta Missa; cum testi sibi
contrario & uario non credatur, per aucto-
ritates desuper adductas: Vltra quod depo
nit inuerisimilia, siue dictus primus testis
sit, siue alius. Attento quod cum dictus te-
stis fuerit examinatus sub die 8. Iunij præ-
sentis anni 1600. & deponat quòd præte-
ritis diebus talia verba eidem dixerit idem
Antonius; & ipse fuerit retẽtus sub die 20.
eiusdem mensis, sit necesse talia uerba ei-
dem dixisse in illo instanti, quo fuit carce-
ratus. Cui dicto ultra quod resistant uerisi-
militer testes ad fauorem eiusdem Anto-
nij examinati; licet talis negatiua probari
non possit: tamen uerisimile est: cum non sit
credibile, quod hic in ciuitate Venetiarũ,
vel Vincentiæ idem Antonius dixisset;
§ Che haueria tirata una balestra al Santis-
simo Sacramento; § cum in hac ciuitate nõ
ferantur balistæ, quãdo itur ad Missam, seu
alias per ciuitatem; cũ iudex inspicere de-
8 beat, quod verisimile † est; & non quod à
verisimile distat; cum sit quædam falsitatis
imago: prout dicit Bal. in l. 1. num. 16. C. de
ser. fugit. sequitur Ias. in l. si extraneus. num.
8. & seq. ff. de condict. cau. dat. & Gramma.
in cons. 42. num. 14. in crimin. & in uoto
9 14. num. 8. & sequen. Et quod iudex † non
debeat dare fidem nõ verisimili, dicit Dec.
in consil. 596. nu. 10. & quod testibus non
deponentibus verisimile non credatur, di-
cit etiam Natt. in cons. 633. nu. 14. volum.
3. Dec. in cons. 94. num. 2. in vers. 2. vbi di-
cit, quod ex quo testes deponebant de inso
lito, tanquam deponentes inuerisimile, eis-
dem non esse credendum. Ruin. in consilio
149. num. 27. volum. 5. Paris. in cons. 153.
num. 31. vol. 4. Grammat. in cons. 43. nu. 8.
in crimi. Et quod contra testem deponen-
tem inuerisimile sit præsumptio falsitatis,
dicit Abb. in cap. quia uerisimile, nume. 3.
de præsumptio.

Vltra quod eidem testi non uideatur cre
dendum, cum deponat motu proprio ulti-
mo loco examinatus, absque eo quod esset
interrogatus, licet alias fuerit examinatus,
& deposuerit factis alijs interrogationibus
nihil aliud scire contra dictum delatũ, post-
quam deposuit, § che non haueria dato un
bezzo à trar di una balestra al Sacerdote: §
dicit se fuisse rememoratum, quod in Co-
lonia idem delatus fecerat imaginem Cru-
cifixi in quodam muro albo in uia publica,
& quòd illi, ut dicitur, § tiraua della bale-
stra, § cum post tam magnum interuallum
hoc deposuerit. Et postquam dixit, factis
pluribus interrogationibus, se nihil aliud
scire contra dictum delatum; propter peri-
culum subornationis, prout dicit Crot. in
tract. de testibus par. 7. num. 160. in ver. ter
10 tius casus est; ubi dicit dicto testis † non
esse standum; qui prius dixit se nescire; &
proprio motu uolens corrigere dictum suũ,
vult deponere affirmatiue dicens se fuisse
rememoratum eorum, quorum prius erat
immemor, propter periculum subornatio-
nis. Et quia correctio ex interuallo non
admittitur: & licet in causa hæresis testis
11 † possit dictum suum ex interuallo cor-
rigere, & contrarium illius, quod prius de-
posuerat testificari, prout dicit Royas in
singul. in fauorem fide. 161. numero pri-
mo, tamen nec in huiusmodi Sanctissimo
Tribunali tale dictum recipitur, nisi mani-
festis indicijs constet non corruptionem,
sed ueritatem continere, prout dicit idem
Royas in præcitato loco: quod nedum
non uidetur apparere in casu nostro, sed
de contrario constare: & quia potuerat
tunc, quando prima uice fuit exami-
natus, melius rememorari, quàm nunc,
maxime de re tam notabili, & nun-
quam obliuiscenda propter singularita-
tem,

tem, & grauitatem delicti, cum memoria
12 † labilis sit, prout dicit Alex. in cons. 156. num. 13. uol. 5. l. peregre. in princ. ff. de acquiren. possess.

Vltra qđ nō careat idē testis ex hoc alio capite imagine falsitatis, cum excedat terminos testis, & magis iudicet, quam testificetur, cum deponat per hæc verba: § Trouassimo il detto Antonio in quella strada, che haueua da un lato il muro lūgo, e fatto bianco, & haueua la balestra da balle cō la creda rossa, cioè col lapis rosso, che si segna le lettere, che esso doueua hauere nella scarsella haueua depinto un Christo in Croce in quel muro, e le tiraua con la detta balestra delle balle di piombo. § Cum nō sit dubium ipsum testem iudicare, & non testificari, cum deponat, § che doueua hauere il lapis nella scarsella; e che haueua depinto un Christo in Croce nel muro, § cum non uiderit, nec quòd idem delatus § hauesse il lapis nella scarsella; ne che l'hauesse depinto il detto Christo. § Vnde eidem non videtur credendum etiam ex hoc capite: Cum testis tantum debeat deponere de his, quæ percipit per appropriatū sensum, & non alias; ad hoc, ut probet, per auctoritates desuper adductas. Ex quibus quidem testium dictis & depositionibus dictum delatum respicientibus; præsertim cum uiuidœatur totum ferè restringi ad vnum, stantibus supradictis exceptionibus ex eorum dictis prouenientibus, non uidetur nec plenè, nec semiplene contra eundem delatum de prætensis delictis fuisse probatum; &
13 sic nec ad torturam indiciatum; cum † torturæ locus non sit, nisi semiplenè de delicto contra aliquem probatum sit, prout dicit Alex. in consil. 89. num. 6. volum. 3. & dicit Clar. in sua practi. crim. quæst. 62. nu. 1. Licet in uilibus personis minus, quam semiplena probatio sufficiat ad torturā illis inferendam, prout dicit Bal. in l. fin. nu. 16. C. de probat. quem secutus fuit Alex. d. cons. 89. nu. 11. vol. 3. & ista de testibus sufficiat me dixisse.

Deueniendo modo ad constituta & cōfessiones eiusdem delati, quæ videntur in effectu ad infrascripta restringi.

Et primo quod confessus fuerit persuasus à dicto eius patruo, ut comederet carnes in die Veneris & Sabbati, illas commu niter comederit, quando aliter facere non poterat, seu aliud non haberet comedendum, prout patet d. processu fol. 17. ter. & fol. 18. ter. in fine.

Secundo confitetur aliquando demonstrasse tenere partem hæreticorum, cum sępe alloquerentur de esu carnium; & cum alio tenuisse illam partem non recordatur. dicto process. fol. 20. ter. & sequen. dicens propterea interrogatus, quod potest esse, quod ipse dixerit, § Che noi Catolici tenemo delle cose vane. § Et in eius secundo constituto etiam se declarauit dicendo finxisse tenere partem hæreticorum; sed quòd ipse non habebat illam opinionem, sed sem per fuisse bonum Catholicum, & credidisse in Ecclesiam Romanam Catholicam d. proc. f. 23. & à ter. & idē repetijt fol. 25. ter.

Tertio interrogatus, an dixerit, § Che non haueria dato un bezzo à tirar di una balestra al Sacerdote, mentre alzaua l'hostia. § respondit non recordari d. process. fol. 19. ter. sic non negando, neque confitēdo; & quod posset esse, quod dixisset ut vul go dicitur, burlando: & idem dicit in secun do constituto d. processu fol. 25. & in 3. cōstituto fol. 27. ubi etiam dicit ter. non recor dari dixisse, § Che noi Catolici tenemo delle cose vane. § Prout & quarto interrogatus, similiter, § Se ha tirato la balestra nel Christo, § respondit in primo constituto nō recordari d. processu fol. 20. Sed in secundo constituto cum iterum esset de hoc interrogatus absolutè negauit, & dixit, § non hauer tirato la balestra nel Crocifisso § dicto proces. fol. 25. & ter. in prin. Et pariter idem absolute negat in eius tertio constitu to d. proc. fol. 27.

Ex quibus dictis sic relatis quoad primū; ex quo confessus est idē delatus carnes comedisse cōiter in die Veneris, & Sabbati; cū hoc sit prohibitū ab Ecclesia; nulla in hoc sibi competit defensio, nisi inquantum uidetur deponere, ꝙ persuasus, & deceptus à suo patruo, cum esset circa annos puberta tis, in cuius domo, & sub cuius cura permanebat in Colonia, & ob necessitatem illas comederit, prout ipse deponit; cum ad talē scelus cōmittendum nō deuenerit propria electione & uoluntate, sed alterius, præsertim patrui seductione, & deceptione; a quo malo statim quòd fuit in sua potestate in partibus Italiæ ex se recessit: vnde censendus hæreticus non uidetur, per

c. dixit Apostolus §. sed qui sententiam suã 24. quæst. 3. vbi text. dicit: qui sententiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt, quęrunt autem cauta sollicitudine veritatẽ corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi: & ibi Io. à Turr. nu. 5. ubi dicit, ꝙ nemo censendus est
14 hæreticus, † nisi erroneam opinionem, quã sequitur, pertinaciter tueatur: cum tunc dicatur elegisse illam disciplinam, quam putauit meliorem; cum electio firma importet adhæsionem, & quod ex electione fit, quasi ex habitu firmato procedit. Et sic ad esse hęreticum requiritur, quod firmiter adhæreat errori suo. Nec ab eius defensione abest, quod eius ætati parcendum sit, quamuis pubes, & doli capax existeret: cum non inspiciatur in pœna imponenda reis tempus,
15 quo fertur sententia; † sed tempus, quo fuit commissum delictum per tex. in l. 1. ff. de pœni. prout dicit Pegna in direct. inquisit. in prima par. in commetar. 13. col. 2. in ver. præterea. & in ver. tametsi uero ætati parcendum sit. & in vers. In hoc vero hæresis crimine, ubi dicit, postquam supra dixit per iura per eum adducta parcendum esse ætati in puniendo delicta, subdit, in hoc vero hæresis crimine hoc etiam locum habet, primum quia cum in alijs tribunalibus, ubi non est tantæ misericordiæ locus, ætati parcatur, aut aliquid condonetur: multo magis hic obseruari debet in iudicio misericordię, & benignitatis, ad hæc quoniam difficilius potest credi iuuenes in hoc crimine hæresis, & malitia, & animi improbitate peccare, quam in alijs, ueluti homicidijs, adulterijs, furtis, rapinis, & similibus: quia crimen hæresis cum sit spirituale, quod mẽte & intellectu concipitur, & perficitur: non ita facile credendum est ab adolescentibus patrari, qui nondum habent perfectam intellectus ratiocinationẽ, necẽ ita comperta habẽt Christianę fidei dogmata. Quod tunc maximè locũ uendicaret, cũ ab alijs, veluti parẽtibus, aut magistris decepti forent. hæc ille. Et idẽ uoluit Roya. in singu. in fauorẽ fidei 131. nu. 5. & prius Simanch. in Enchi. iudi. in tit. 44. de minoribus. vbi dicit sub nu. 2.
16 ꝙ † minores rectè pœnitentes benignius recipiendi sunt, quia facilius decipi potuerunt, maximè à parentibus suis, & ætatis miseratio ad mediocrem pœnam iudicẽ perducere debet per l. auxilium, §. in delictis. ff. de minor. c. 1. & ibi Doc. de delict. puero. & facit idẽ Pegn. in d. par. 1. direct. in commet. 21. in q. 4. colum. fin. .... vbi dicit: Tãdiu idiota à uiro docto deceptus in fide excusabitur in humano iudicio, quandiu non fuerit legitime admonitus per episcopum, vel Inquisitorẽ, aut alium, cui legitime admonendi ius competit. Et hoc intelligẽdũ videri, cum deceptus est in his, quæ non sunt in Ecclesia ita vulgata; & quæ explicitè credere non tenebatur: nã si in his deuiet à recto veritatis tramite propter uiri docti auctoritatem, non omnino excusabitur.

Adest ẽt & alia defensio, quæ videtur in totum eundẽ delatum excusare: ex quo carnes comedit in die Veneris & Sabbati: si eius dicto in totũ credamus, quod verisimile videtur, & credẽdũ, ad d. per Ioan. And. in c. significasti. el 2. nu. 13. de homi. & quia dicit, quod dictus eius patruus non solum persuasit eidẽ, ꝙ illas comederet, sed ꝙ fecit comedere illata violentia.... Et quòd illas comedebat, qñ non poterat aliter facere; idest, quando aliud non habebat ad comedendum; & sic à necessitate ductus; cum prout dicit Bernat. in c. ꝙ non est licitũ. ex dicto Redæ ext. de reg. iur. quod non est li-
17 citũ in lege, necessitas † licitũ facit: quia necessitas non subiacet legi. quod dicit Bedã probare auctoritate ueteris legis, secũdum quam præceptum est Sabbatum custodiri. Et tamen dicit, quòd Manichei sine culpa pugnabant propter necessitatem: & si quis ægrotus ieiuniũ fregerit, reus uoti nõ habetur: ad idem Io. And. in d. c. significasti. nu. 13. de homic. vbi dicit, faciat homo quod potest, quia impossibiliũ nulla est obligatio. Barb. clem. 1. de elect. ad fi. ubi dicit, necessitatẽ nulli legi esse subrectam: & idẽ voluit Ang. in l. nulli. nu. 7. ff. quod cuiusq; vniuers. glo. in vers. necessitatem, in c. quoniam, distinct. 48. & Hosti. in c. 1. nu. 30. vt Ecclesias. benefic. sine diminu. confera. vbi dicit, omni iure semper iustam causam & necessariam intelligi debere exceptam. Et hæc sufficiat me dixisse pro defensione dicti delati quoad primam confessionem.

Deueniendo modo ad secundam eius confessionẽ, in qua dixit aliqñ demostrasse,

& fin-

& finxisse tenere partem hæreticorum, cũ sæpè alloquerẽtur de esu carnium, & quòd de alio tenuisse illam partem non recordatur. & dico quòd licet dixerit tenuisse partem hæreticorum, non exprimendo, excepto de esu carnium, de qua infra dicam, circa quæ tenuerit illorum partem; non uideri posse damnari; prout dicit Locat. in iudicial. inquisi. in ver. confessio, sub num. 9. vbi
18 dicit, quod confitens † se dixisse, ac tenuisse multa contra fidem catholicam, ex tali confessione damnari non possit, sicut non potest damnari confitens se fecisse diuersa furta in diuersis locis, & temporibus; & dicit hanc esse rationem, quia confessio est generalis, & incerta; cum non constet in speciali de dictis, uel creditis cõtra fidem, vel de rebus furto ablatis, allegat Bald. in auth. sed nouo iure sub nume. 9. in vers. pone. C. de seru. fugi. qui bene probat intentionem suam, cum dicat quod si quis confitetur se fecisse plura furta diuersis lo-
19 cis, & temporibus, quod ei credi † non debet, cum talis cõfessio generalis sit incerta, cum non cõstet de rebus subtractis. Et Bal. secutus fuit Angel. Aret. in tracta. malefic. in vers. & uestem cęlestem sub num. 25. incipien. quod si quis confitetur se plura furta; & Bossi. in sua pract. crimi. in tit. de confessio, num. 19. & Ang. in l. certum, num. 2. ff. de confess. vbi dicit, quod si quis in iudicio cõfessus fuit occidisse, nisi appareat corpus hominis aliquod interemptum, quod non potest ex illa confessione damnari, tanta est eiusdem confessionis incertitudo. & Petr. de Anch. in cons. 24. num. 2. & subdit idem Locat. in præcitato loco, inquisitores propterea præ oculis debere habere, ut ad condemnationem deuenire non possint, nisi de delictis constet in specie.

Et licet dicta conclusio eum nõ tueatur in eo, quod confessus in specie est, se partẽ hæreticorum sic fingendo tenuisse circa esum carnium in die veneris & Sabbati; cũ
20 qui confitetur factum, † & negat intentionem impiam, damnandus sit; cum in malis factis præsumatur malus animus: & nemo præsumendus sit dixisse, quod mente non cogitauerit, prout dicit Simanch. de cathol. instit. in tit. 13. de confessio. num. 15. & seq. Alber. de agnosc. assert. Cathol. quæst. 25. num. 14. in ver. siue ergo: & in quæst. vltim. colum. penult. in fi. & seq. quamuis nonnũquam etiam audiendus sit, qui negat se praua intentione aliquid fecisse, veluti si res dubia, & probabilitatem aliquam intentionis negatio præseferat, cui tantum onus probãdi incumbit, quòd confessionem criminis ita moderatur, ut crimẽ excludat: & ita om
21 nium esse sententiam dicit Simanch. d. tit. de confess. num. 17. tamen aduertendum est hoc non procedere, ut cõfitens factum, & negando intentionem damnari possit, si non constat per legitimas probationes aliter de crimine hæresi; quam per confessionem suam, prout aliter non constat in casu
22 nostro, quia tali casu tantum torqueri † potest, ut declaret credulitatem, animum, & intentionem, prout firmat Io. a Roya. de hæresi par. 1. num. 186. & seq. Lanfranc. de Orian. in sua pract. in uer. confessiones, nu. 14. in uer. cautela est, fol. mihi 120. Alberi. de agnos. assertio. catholic. quæstio. vlt. colum. penul. in uer. vel si talis, vbi postquam dixit, quod si per talia verba hæreticalia suspicio augetur, vel minuitur secundum qualitatem personæ proferentis, & loci, ubi prolata sunt, & quibus, & quoties, & quod si leuis suspicio fuerit orta, poterit condemnari ad abiurandum de leui, si uero vehemens, poterit condemnari ad abiurandum de uehementi; vel ad compurgationem canonicam per iura, quæ ipse allegat: subdit, quod si talis suspicio sufficiens resultauerit, quòd poterit etiam torqueri ad declarandum intentionem, & animum. & idem firmat etiã Simanch. in d. tit. 13. de confess. sub nume. 19. vbi similiter dicit, quòd si res dubia est quoad alias probationes, quòd talis confitens factum, & negans intentionem; aut purgandus est; aut propter suspicionem ab iurabit: aut denique torqueri poterit, sic alternatiue loquendo; prout dixit Albert. d. loco cum dixerit, aut reum esse purgãdum, aut quod debeat abiurare, vel torqueri; cũ natura alternatiuæ sit, vt sufficiat in uno in alternatiua comprehẽsorum adimpleri per c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. quæ tamen limitanda, & minoranda videntur, ut omnino non procedant in minore, seu pubere non egrediente decimumoctauum annum per iura & auctoritates desuper adductas.

Nunc deueniendo ad tertium, dum ipse delatus respondit interrogatus non recordari § d'hauer detto, che non haueria dato vn

to vn bezzo à tirar al Sacerdote, & che se l'hà detto, l'hà detto burlando. § mihi videtur dicendum talia verba nō importare, quod dicatur illa confessus; quia dicendo non recordari, non est confiteri quoad se, sed non contrariari alijs, si talia deposuissent, & probassent ipsum dixisse, & respectu ipsius respondentis facit effectum negatiue, cum excipiat dicendo § E se l' hò detto, l'hò detto burlando § per l. non vtique, & ibi Docto. ff. de except. & quòd quando
22 quis non confitetur, neque negat; actor †super illa non possit se fundare firmat Abb. in c. cum venerabilis, num. 26. post medim in ver. aut dixit si obligatio præcessit, de except. & ꝙ quando reus incipit a negatione, veluti si dixerit: non occidi hominem, sed si feci, id defendendo feci; talis responsio habeatur pro mera negatiua, dicit Bossi. in d. sua pract. crim. in ti. de confess. nu. 25. & ita tenet gl. in l. si quidem in uer. cōtestatione, & ibi Bal. num. 4. in princip. C. de except. vbi etiam dicit sic semper solere facere aduocatos, qui primo negant, & deinde sub conditione exceptionem opponunt: & idem dicit etiam habere locum in criminalibus, si primo reus respondeat, quod non fecit, & inquantum appareat fecisse, dicit fecisse ad suam defensionē: subdendo hunc esse tutum modum respondendi. Dinus in cap. exceptionem obijciens præsertim nu. 5. de reg. iur. in 6. & latissime id tenet Abb. in cap. cum venerabilis, num. 26. in princip. de except. vbi etiam recenset aliorum opiniones, & dicit perpetuo not. esse glo. sic ibi dicentem; & in uersi. D. Anto. vbi dicit sic Anto. de Butri. tenere & cum eo alij, licet secus esset, si inciperet ab affirmatiua, dicendo occidi; sed ad meam defensionem feci, cum tunc haberetur pro confitente, licet cū qualitate, idem Bossi. num. 19. 20. & seq. Lāfranc. de Orian. in c. quoniam contra, in d. verbo confessiones, num. 14. & ibi etiam Additio. Locatu. in iudici. inquisit. in d. uer. confessio, num. 4. & latissime Io. a Roya. de hæreti. par. 1. num. 158. cum sequentibus,
* ubi de communi 172. in quibus locis præfatus Locat. & Royas adducunt hunc casum ad casum nostrum: & concludunt vna cum alijs Docto. quod nihilominus sic qua
23 lificatiue confitens †homicidium, quod poterit pœna ordinaria puniri, nisi probauerit qualitatem, videlicet ad suam necessariam defensionem fecisse. Rom. sing. 28. & Lanfra. d. loco in ver. unum circa prædicta, alias puniretur, cum etiam se defendendo non licet occidere nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ, prout dicunt Roma. & Lanfran. in dictis locis: quod procedit, dummodo aliter probatum sit de delicto, licet non plene, omnes moti ex doctrina Bar. in l. Aurelius, §. item quæsiuit, ff. de liber. leg. cuius opinionem magis communiter approbari dicit Ias. in l. vt vim, num. 13. ff. de iust. & iur. secus si iudex fundat se super confessione rei; quia tunc non poterit punire reum pœna ordinaria, etiamsi non probauerit ad suā defensionem homicidium fecisse per singulare dictum Abb. in cap. auditis, num. 32. de præscript. quem ibidem secutus fuit Fely. dicendo tale uerbum alibi non reperiri, sub num. 30. in uersi. secundo obstat. Ias. in in d. l. ut uim, num. 13. in uer. tu tamen. ubi adducit inherendo Abb. rationem ff. de iustit. & iure. & ideo cum in casu nostro, ut supra dixi, præfatus delatus inceperit a negatiua, non est dubium talia verba dixisse non fuisse confessum, & cum per testes illa dixisse non probetur, non esse dubium ad delictum eidem tribuenda non esse. Et hæc de tertio. Quouero ad quartum, cum idem delatus permanserit in negatiua, dicendo non esse verum § che habbia tirato con la balestra al Crocifisso. § Et per testes minime probetur, ut supra ostensum est: ideo vlterius non insisto. Et hæc de ultimo.

Et prædictis accedat etiam ad defensionem d. Delati, quod cum per plures testes ad eius fauorem examinatos fuerit probatum, quòd nedum semel in anno, sed bis, & ter confessus fuerit eius peccata sacerdoti; & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserit; ad missam iuerit; & alia fecerit; prout conuenit bono Christiano, etiā dum erat minor per spatium plurium annorum, postquam uenit in nostris partibus. Et sic constet huic Sanctissimo Tribunali, ꝙ etsi alias in aliquo errore tanquam seductus, & deceptus, cum esset impubes: & postea factus pubes minor annorum decem & octo, & permaneret in Alemania sub cura, & custodia eius patrui hæretici lapsus fuisset; quòd ex se statim quod fuit in Italia resipuerit, stante præsertim, quod ipse etiam pluries dixerit, quod nunquam in eius animo, & intentione recessit a fide Catholica Roma-

Romana: quod indicare possunt præfati te-
24 stes, cum una † præsumptio per aliam tollatur, prout dicit Royas in singula. in fauorem fidei 194. n. 11. & qualitas uitæ sequẽtis possit indicare, qualis fuerit animus, & mens vitę prę teritæ. Et oĩbus supradictis p me pẽfatis, ac testiũ dictis; & corũ exceptionibus, ac dictis, & cõfessionibus dicti Delati; mihi uidetur dicẽdum, salua semper correctione huius Sanctissimi Tribunalis, cuius censurę mea dicta submitto, eundem delatum esse condemnandum ad abiurandũ de leui, & pœnitentiam salutarem iniungẽdam. Et fuit abiuratus de uehementi iniuncta pęnitentia salutari.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Feudi natura consideratur ad interpretationem cap. in generali. §. si vasallus culpã vers. in generali alienatione. si de feu. def. cont. fuer. int. domin. & agnat.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. capitu. in generali. si de feu. def. cont. &c.*
2 *Feudum transit cum vniuersali fideicommisso.*
3 *Feudum quod non comprehendatur sub nomine hæreditatis.*
4 *Feudo acquisito ex pacto & prouidentia qui succedant.*
5 *Feudum hæreditarium mixtum quomodo deuoluatur.*
6 *Feudo concesso vt antiquo, & iure antiqui quomodo succedatur.*
7 *Feudum indiuisibile sui natura quõ fiat diuisibile.*

CONSILIVM CXLVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Esoluendo dubia etiam in causa Cõtarena feudali data; quo ad primum dico quòd c. in ge-
1 nerali, † si de feudo defunct. cõtrouers. fuerit inter Dominum & Agnatũ, habet locum tantum in generali uenditione, seu alienatione omnium bonorum per aliquem, siue Dominum, siue vassallum facta, ut in tali generali alienatione non dicatur comprehendi feudum, nisi specialiter fuerit dictum per rationes, quas ibi allegat And. de Isser. Bald. Card. Alex. Aluarot. & alij, & est expressum in cap. 1. de capit. qui curia uendi. & dicit Paris. in cons. 12. num. 56. cum seq. volum. 1. & Iaso. cons. 7. num. 18. volum. 3. quod multum differt a casu nostro, cum simus in ultima voluntate, in qui-
2 bus feudum † transit cum vniuersali fideicommisso & uenit in petitione hæreditatis, vt infra subijciam, cum tunc per vltimam voluntatem illud relinquendo non cadat vassallus in commissum, neq; illud amittat, sicut quando vendit vel alienat scienter, ad dicta per Card. Alex. in d. cap. in generali, num. 2. & seq. c. si Vasallus, & ibi Andr. de Iser. eo. tit. & hæc de primo.

Quo vero ad secundum, vt feudum non comprehendatur sub nomine hæreditatis,
3 † prout dicit Paris. in d. consil. 12. num. 64. volum. 1. cum per eum citatis, dicitur tantum conclusionem habere locum, quando feudum non est hæreditarium, & transit ad filium, vt ad filium, veluti quando ex pacto et prouidentia est acquisitum, non autem quando transit ad filium, ut hæredem, prout in casu nostro, quia tunc bene uenit sub petitione hæreditatis, ut dixi, cum illud ali-
4 ter habere non possit filius † siue alius descendens, nisi etiam sit hæres, prout latè, et optimè dicit Alex. in cons. 19. super eo nu. 3. usq; in fi. per totum, uol. 5. et Barto. in l. iurisiurandi, §. si liberi, num. 4. præsertim in uersic. et ideo, ff. de operis libert. et Card. Alex. in d. c. in generali ad fi. in uersic. sed quæro.

Et nedum uenit petitione hæreditatis, uerumetiam et in restitutione fideicommissi, ut similiter est dictum, prout dicit idem Card. Alex. dicto loco num. 2. et ibi etiam
5 Aluarot. num. 4. et quod feudum † hæreditarium mistum, prout est nostrum, cum fuerit acceptum pro se, et filijs, ac hæredibus, prout dicit late Oscu. decis. Pede. 161. num. 1. ubi de communi, et Abb. in cons. 2. num. 25. et magistraliter Clar. in §. feudum q. 9. num. 3. et 4. ueniat in petitione hæreditatis, et restitutione fideicommissi, dummodo ille, cui facienda sit restitutio, sic de com prehensis in inuestitura, et de eo iudicetur,

sicut

sicut de alijs bonis hæreditarijs, prout latè in alijs allegationibus dixi, dicit idem Osascu.d.decis. 161.num.6.per totum, & idem voluit Alberic.in l.tres fratres, num.4.ff.de pact.per Paris.d. loco citat. dum dicit feudum non comprehendi sub petitione hæreditatis, quãdo est acquisitum pro se, & filijs & descendentibus, & sic ex pacto, & prouidentia, non autem quando eidem prouenit vt hęreditarium, & idem dicit Ias.in cõs. 56.num.10.vol.3.& hæc de secundo.

Quo verò ad tertium respondeo, quod licet feudum fuerit concessum, ut antiquũ,
6 † & per hoc iudicetur assumpsisse in omnibus naturã antiqui feudi, ad dicta per Cepha.in cons.617.num.53.& Bal. in cap. 1. nu.2.de alienat.feud.paterni, vbi tamen dicit, quòd assumit naturam feudi paterni, & non antiqui, & quòd potest alienari in proximos agnatos, tamen aduertendum est, quod in eisdem inuestituris additur qualitas hæredum, videlicet quòd accipitur pro se, filijs, & hæredibus, vnde tale feudũ propter hanc qualitatem hæredum non iudicatur simpliciter feudum antiquum, sed hæreditarium, ad dicta per Rim. sen.cons.96. num.31. volum. 1. & in tali feudo antiquo hæreditario succedere volens, nedum requiritur quòd sit filius, vel dessendens, sed etiam hæres, & sic præiudicari potest alijs comprehensis in inuestitura per vltimum possidentem feudum, cum vnum de comprehẽsis hæredem vniuersalem facere possit, alijs exclusis, prout voluit Alex.in d.cõsil. 19.num.3.in ver.tamen, & num. 4. cum seq.& num.22.vol.5. vbi dicit tale feudum spectare ad dispositionem defuncti, cum nõ possit haberi nisi iure hæreditario, & venit in restitutione fideicommissi, dummodo debeat restitui vni ex comprehensis in inuestituris, seu habili ad succedendum in tali feudo, & ideo quod venit in petitione hæreditatis, & in diuisione hæreditatis, & idem Alex.in cons.78. num. 19. & seq.ubi facit mentionem etiam de feudo paterno eod. uol. quem sequutus fuit Io. Campeg. inter feud.Brun.cons.11.num.8.in fi.& seq. uol. 1.nec dissensio Ceph.d.cons.617. num.79. & num.69.& seq.num.81.& seq.num.91. & num. 98. quibus accedat etiam secundũ formam dictarum inuestiturarum, semper dictum feudum transiuisse cum uniuersali hæreditate, & sæpe sepius secundum portiones hæreditatis inter succedere debentes fuisse diuisum, prout in eisdem inuestituris apparet: et sic in aliquo dubitandum non est feudum præfatum esse hæreditariũ mistum, et cum uniuersali hæreditate transire, et propterea transiuisse pro medietate cum hæreditate q. Clarissimi D. Georgij Contareno filij ultimi inuestiti, et fratris q. Petri Patris aduersariarum, cuius Georgij tota hæreditas peruenit ex testamento in personam Clarissimæ D. Ceciliæ per uiam substitutionis, ut alias dictum est, ad dicta per Clar.in §.feud. q. 44. ubi de communi attestatur, et Roland. a Vall. in consil. 8 r. num. 45. cum seq. uol. 1. et quod feudum
7 † etiam de sui natura indiuisibile, nedum diuisibile, semel diuisum, nedum pluries, prout in casu nostro semper effectum sit diuisibile, dicit Ceph.cons.3.num. 86, uol. 1. quæ quidem D. Cecilia cum etiam habeat ius repręsentationis Hieronymi sui Patris, filij d. Petri e, t fratris aduersariarum, debet habere etiam quartam partem aliæ medietatis feudi, quæ fuit Petri, cum in ea cum eisdem aduersarijs succedat, prout dicit Alcia. Vasas.in q.iuris emphi.q.50.in princ. et sit resolutio.3.et ultimi dubij.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sponsaliorum materia, quo ad eorum validitatem ad matrimonium contrahendum perstringitur.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de præsenti nihil aliud sunt quam matrimonium non consummatum.*
2 *Rescriptum non extenditur ad causam in eo expressè non commissam, & quare.*
3 *Rescripti forma non seruata gesta per delegatum sunt nulla.*
4 *Clausula generalis sequens ad quæ restringatur.*
5 *Actus si non valet vt ago, quod nec etiam valeat vt valere potest.*
6 *Interpretari decreta Concilij Triden. pertinet ad congregationem Cardinalium deputatam ad hoc.*
7 *Argumentum a contrario sensu quando sit validum.*

Verbum

8 *Verbum, volo, uarie adiunctum uaria importat, & numero 10.*
9 *Verba sequentia declarantur, & restringuuntur per praecedentia.*
11 *Confessioni principalis magis creditur quam mille testibus contrarium asserentibus.*
12 *Confessio iudicialis quantum ualeat.*
13 *Sponsalia de futuro contrahi possunt per nuncium.*
14 *Matrimonium ad contrahendum requiritur speciale mandatum.*
15 *Testi dicenti se possedisse nomine, & de mandato alterius non creditur.*
16 *Iuramentum quare requiratur in contrahendis sponsalibus per nuncium.*

CONSILIVM CXLVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa Nascimbona spōsaliorū, deueniendo ad resolutionē dubiorum: primum premittēdū esse duxi pro illorū facili resolutione, R. D. meo nō fuisse delegatam per rescriptum Apostolicum ab aduersaria obtētum causam sponsaliorum per verba de futuro contractorum, sed de praesenti, seu matrimonij: cum sponsalia de
1 praesenti † nihil aliud sint, quam matrimonium non consummatū, per tex. apertum in c. si inter virum, & ibi Io. Andrea. Anto. de Butr. Petr. de Anch. Abb. Card. Alexan. Alex. de Neuo, & alij, de Spōsali. & Goffred. in summa nu. 6. eod. tit. cum matrimonium praetendat, & non sponsalia de futuro d. Angelam Botticellam cum D. Francisco Nascimbono contraxisse, & super matrimonio iudicium per eandem D. Angelā fuerit motū, & nō sup sponsalibus de futuro coram Episcopo Cenetensi, iudice ordinario, prout constat ex processu, & latè dictum est in alijs allegationibus; prout et patet ex formalibus verbis eiusdem rescri-
" pti apostolici, Vt exponi nuper fecit dilecta in Christo filia Angela Botticella mulier Cenetensis Ciuitatis, uel dioecesis, quod alias pendente lite inter ipsam ex vna & dilectum filium Franciscum Nascimbonum aduersarium super fędere matrimonij inter eos, ut preffertur, contracti; rebusq; alijs in actis causae, & causarum huiusmodi latius deductis coram dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae Nuntio &c. Vnd R. D. Vicarius iudex delegatus cum habeat suā iurisdictionem limitatam a rescripto, non debeat cognoscere de causa sponsaliorum de futuro, sed de matrimonio, an inter dictas partes fuerit contractum, prout in
2 rescripto dicitur: cum rescriptum, † attento quod sit stricti iuris, non extendatur ad causam expresse in eo non commissam; prout tenet Rota in decis. 9. num. 3. de cau. possess. & propriet. in noui. per c. P. & G. de offi. delegat. & de rescrip. c. fi. & c. causam, quae, cum ibi notat. Et hinc dixit Caballi. in Milleloq. 762. par. 2. quod rescripti forma est per iudicem seruanda cognoscendo, & sententiando, alioquin non ualebit processus: cum non debeat iudex cognoscere nec pronuntiare de his, quae non continentur in rescripto, per c. cum olim. el 1. et ibi Hostien. num. 4. de offic. deleg. et Bellame. in Clem. Religiosi, nu. 31. de dec im. Et quod si rescripti forma † non seruet, gesta per de
3 legatum sint nulla, dicit Corn. in artic. 216. num. 2. uolum. 1. et ideo dixit Dec. in c. prudentiam, num. 20. de offic. deleg. quod ubi datur certa forma procedendi, processus corruit, non solum si directe contra formā, sed etiam si citra formam tentetur.

Neque aliquid obstat, si dicatur, quod in dicto rescripto apostolico, postquam dicitur, super fędere matrimonij, ut praefertur, contracti, sequantur illa alia uerba, Rebusque alijs in actis causae, et causarum huiusmodi latius deductis etc. quia talia uerba non operantur, vt contra naturam expresse actionis intentatae super matrimonio comprehendantur sponsalia de futuro, cum illorum interpretatio sit facienda de rebus similibus expressis, prout dicit Mād. in puncto in expositione commissionis primae in illis uerbis, rebusque alijs. Et noluit etiam Fely. in c. Sedes, num. 3. de rescript. ubi dicit, quod clausula † generalis seqnēs
4 specialiter premissa restringitur regulariter ad ea, quae sunt similia expressis, non ad diuersa, per iura, et auctoritates ab eo adduct.

Rebus sic praemissis deueniendo modo ad resolutionem primi dubij, dico, quod licet si pubes, et impubes, uel duo impuberes non proximi pubertati, et in quibus malitia non supplet aetatem, contraxerint matrimonium, seu sponsalia per uerba de praesenti, et sic nulliter, ex iuris interpretatione tran-

transeant in sponsalia de futuro, prout dicit Henric. Henriquez. in sua summa lib. 11. de matrim. cap. 13. de sponsaliorum nomine, num. 2. in uer. interdum, ubi dicit, interdum sine formali promissione spōsalia fiunt per consensum, uerbaq; de præsenti, dum uterque, uel alter est impubes, quia fauorabili interpretatione iuris æquiualent promissioni de futuro: & est tex. expressus in ca. 1. §. idem quoque de desponsat. impub. in 6. tamen hoc non procedit, quando ambo sunt puberes, seu in ætate habili ad contrahendum matrimonium, prout in casu nostro, quia tunc si contrahant per verba de præsenti matrimonium, non seruata forma Sacri Concilij Tridentini, & sic nulliter; non transeunt in sponsalia de futuro; quia quando non datur defectus in causa efficienti, prout in datur inhabili ad contrahendū defectu ætatis, sed datur defectus in forma, prout quando puberes, seu maiores contrahunt per verba de præsenti non seruata forma Concilij Tridentini, cum ualide contrahere possent; tunc si non valet quod ago, ut
5 ago; † non ualet, nec vt valere potest, quia quod potui nolui &c. Ita in puncto firmat Gemi. in d. c. 1. §. idem quoque per contrarium, num. 5. & num. 8. in fi. in uer. gl. in uer. matrimonium, & num. 9. in uersic. venio ad primum, ubi soluit obiectum, & dicit, quod si est defectus in causa efficienti, & lex non resistit; prout non resistit, quin impubes possit contrahere sponsalia; quòd tunc si non valet, quod ago, ut ago, ualet ut ualere potest: secus si lex resistit, prout in casu nostro, cum essent habiles ad contrahendum matrimonium per uerba de præsenti, & illud de facto contraxerint, Concilij Tridentini forma resistente, quia tunc non transeunt nec in sponsalia de futuro, etiamsi prius inter eos talia sponsalia de futuro præcedebant, quod fortius est. Et ita censuit etiam Sa-
6 cra Congregatio Cardinalium, qui Concilij Tridentini decreta interpretantur, in d. c. 1. §. qui aliter, quam præsente parocho sess. 24. de reforma. matrim. vbi dicit. Qui aliter, quam præsente Parocho matrimonium contrahunt, non seruata Concilij Tridentini forma, licet certam inter se de contrahendo matrimonio fidem dederint, & postea coram testibus sine parocho de præsenti contraxerint, carnali etiam copula inter eos subsecuta, nec in sponsalia de futuro resoluitur, ut cogi possint seruata Concilij Tridentini forma contrahere, sic responsum est ab Episcopo Paduano. Et sic patet matrimonium per uerba de præsenti contractum inter puberes, seu legitimam ætatem ad contrahendum habentes non trasire nec in sponsalia. Quod etiam ultra congregationē expresse patet ex dispositione d. §. idem quoque si pubes desuper allegat. vbi Papa dicit, quòd si pubes vel impubes, uel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non supplet, per uerba contraxerint de præsenti, quod tale matrimonium, seu sponsalia de præsenti iuris interpretatione transeant in sponsalia de futuro: ergo si habebant ætatem legitimam, & per uerba de præsenti ualide contrahere potuissent; prout in casu nostro, a contrario sensu non vult Papa in sponsalia de futuro transire: cum non sit dubium
7 a contrario sensu argumentum † ualidissimum in iure sumi, quando contrarium non reperitur expressum per cap. ex parte, & ibi hoc firmat Abb. num. 25. circa medium in uer. & hanc opinionem, de restitut. spoliat. Et ista sufficiant per resolutione primi dubij.

Deueniendo nunc ad secundum, dico similiter ex depositione ancillæ d. D. Angelæ, cui tantum debet credi in eo, quod contra eandem D. Angelam deponit, cum illā in testem induxerit; non autem in eo, quod deponeret contra D. Franciscum propter plures exceptiones, quas patitur, prout in alijs allegationibus demonstratum est, ipsam de matrimonio contracto per uerba de præsenti inter præfatum D. Franciscum & præfatam D. Angelam deponere, non autem de sponsalibus de futuro. Nam ut alias dixi in eisdem allegationibus, ipsa deponit, quod D. Franciscus eam uocauit, dicens § Guarda quà, chiamo Dio in testimonio, la Madonna, e te, come io tolgo per mia moglie madonna Angela tua patrona, facendo la croce sopra il fuogo in confirmatione del suo uolere, e dette immediate la uera a madonna Angela, dicendoghe, ui dono questa uera, che non uoglio sposare altri che uoi. § Cum non sit dubium quòd dicta verba a d. D. Francisco prolata, uid. § come io tolgo per mia moglie madonna Anzola tua patrona § significent consensum de præsenti cap. penult. de sponsalib. & di-

& dicit Abb. in c. ex parte, num. 7. in princ. & ibi Anto. de Butr. num. 10. ubi latè eod. tit. Siluest. in uersic. matrimonium secundo, quæst. 9. in princip. & dicit Menoch. de pręsumptio. lib. 3. præsumpt. 3. num. 1. prout & consensum de præsenti per acceptationem verâ factam à d. D. Angela statim prolatis dictis uerbis per D. Franciscum censetur ipsa prestitisse, cum sub illis uerbis eandem veram eidem dederit, ad dicta per dictum Henri. Henriq. in præcitato loco, ubi dicit, quòd qui promissionem sponsæ acceptat, censetur uirtualiter repromittere, & intendit, ut utrinque fiat æqua obligatio, sicut fit in matrimonio, quod claudicare nō potest. Neque dicto consensui de præsenti aduersantur illa alia uerba subsequentia § Et dette immediate la uera a madonna Angela, dicendole, ui dono questa uera, che non uoglio sposar altri, che uoi, § quasi per dicta uerba censeatur facta promissio de futuro, seu de futuro contracta sponsalia, prout in motiuo dicitur; ex quo ad hoc respondeo,

8 quòd dictum uerbum, volo, † nō adiungitur infinitiuo significanti aliquem actum faciendum: ueluti uolo te accipere in uxorem tanquam in meam. Et sic sponsalia de futuro, cum designetur voluntas præcedens, non autem concomitans, prout in casu nostro designat, prout dicit Siluest. in d. uersi. matrimonium secundo q. 9. in uer. secus autem si iungeretur in motiuo allegato: sed adiungitur uerbis præcedentibus significantibus consensum de præsenti, scilicet § Come io tolgo per mia moglie madonna Angela tua padrona; § & incontinente ei dando veram dixit § che non uoglio sposare altri, che uoi § & sic quod ipsam in eius uxorem accipiebat, quia nolebat desponsare aliam, quam ipsam, inferendo q̄d

9 in ipsam se complacuerit: cum uerba † sequentia declarentur, & restingantur secundum præcedentia, prout dicit in simili Menoch. d. præsumpt. 3. nu. 4. per totum. quibus uerbis stantibus, ut supra prolatis per d. D. Franciscum, matrimonium de præsenti contractum demonstrantibus in aliquo aduersantur dicta per Io. Andr. & Abb. in in c. ex literis el 1. de sponsali. & Afflict. super constit. Regni. in rub. 19. num. 6. & seq. lib. 3. in motiuo allegat. ubi uolunt, quod si

10 verbum volo † adiungitur infinitiuo denotat executionem actus, & tūc inducitur dispositio de præsenti, prout dicit Abb. d. loco referendo etiam Io. Andr. sic tenentem. & idem dicit idem Menoch. in d. loco, nu. 7. in motiuo allegat. pro intentione aduersariæ, licet faciat contra ipsam, ex quo dicit quod quando uir dicit, nolo habere aliam in uxorem, nisi te, quod censetur contractum matrimonium, cum verba sint præsentis: & quod si uit, vel maritus dicat, promitto non accipere aliam in vxorem, quam te, censetur contractum matrimonium de præsenti, etiam alio nō interueniente: quod intelligo, dummodo accedat consensus mulieris. & ita omnes tenere dicit Alciat. in cō sil. 13. num. 13. tom. 1. quòd ante eum dixit Specul. in tit. de sponsal. num. 5. in uersi. secus autem cum uerbum uolo sic prolatum per virum dicat importare consensum de

* præsenti: & quòd sic communiter intelligitur. Secus esset, si uir diceret, promitto, q non accipiam aliam in uxorem quam te; quia tunc talia uerba tāquam concepta de futuro importarent sponsalia. Et hæc est

* communis opinio, prout dicit ibidem idem Alciat. num. 14. quæ quidem esse dicta uolui ad tollendum dubium propositum, & ad maiorem dilucidationem boni iuris d. D. Francisci; non autem quod sit necessarium discurrere de sponsalibus de futuro, cum in huiusmodi causa non de eis agatur, sed de fędere matrimonij, prout alias dixi: quo casu etsi testes alias dixissent, uidelicet contracta fuisse sponsalia de futuro, quod non dixit principalis, cum prętendat contractū fuisse matrimonium, eis aliquid non crederetur, nec cum ea reducerentur ad concordiam; sed in totum testium probatio per dictam confessionem eiusdem Angelæ, & iudiciū motum super dicto matrimonio corrueret, prout firmat Roma. in consil. 391. num. 8. Bar. in l. 2. §. creditum sub num. 7. & seq. ff. si cert. petat. Bal. in prima Constit. C. §. quibus, num. 9. & seq. sequitur Gabri. in suis Conclus. in tit. de testib. conclusi. 4. num. 75. in uer. 24. infertur, vbi dicit, quòd

11 magis creditur confessioni † principalis, quam mille testibus contrarium asserentibus. Et Vrsill. ad decisio. 364. Affl. num. 4. & idem uolit Locat. in iudic. inquisi. in uersi. confessio, sub num. 3. ubi dicit, quòd confessio facta per principalem infringit omnes probationes factas per testes in fauorem confitentis: ubi etiam subdit confessionem

12 sionem † iudicialem esse tantæ potentiæ & uirtutis, quod etiamsi fiat in processu inualido potest ex ea ferri sententia, non obstante ineptitudine processus, allegat Bart. in l.si confessus, ff. de custod. reor. & quod in ciuilibus confessus habetur pro condemnato, nec alia requiratur sententia. & hæc de secundo.

Ex quibus quidem supradictis venit & resolutio tertij dubij, cum in aliquo non debeat credi Fratri Felici de assertis sponsali-
13 bus de futuro deponenti, † quia licet illa per nuntium contrahi possint, prout patet l. 4. ff. de sponsal. cum alijs adductis in motiuo: Tamen per eum non probatur ipsum fuisse nuntium a d. D. Francisco deputatū, cum ad contrahendum sponsalia, sicut ad contrahendum matrimonium speciale man
14 datum † requiritur, prout dicit Domi. de Sancto Gemi. in c. fi. num. 2. de sponsal. in 6. quod quidem mandatum licet possit per testes probari, prout dicit Boer. in decisio. 281. in princip. cum per eum citatis, vbi di-
** cit hanc esse magis communem opinionē; & sequitur Mascard. in conclus. 1013. nu. 1. non tamen nuntio præfato de mandato
15 asserenti creditur, prout nec creditur † testi dicenti se possedisse nomine, & de mandato alterius, prout dicit Benint. decis. 70. nu. 4. & 5. & Mascard. d. conclus. nu. 11. sed de tali mandato saltem probandum est contra dominum per vnum testem, & iuramentum proprium ipsius Nuntij, seu procuratoris, prout firmat Abb. in c. cum pro causa, nu. 3. de procurat.

Et non solum non probat, quia non constat ipsum fuisse procuratorem, seu Nuntiū ad talem promissionem faciendam, & recipiendam, ut est dictum; sed etiam quia non constat fuisse prolata uerba apta per dictas partes ad talia sponsalia de futuro contrahen. mutuum consensum importantia; videlicet, Promitto tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiusdem, quod ipse ducet te in uxorem: & hoc in animam suam iuro. Et vice uersa, q̄ mulier respondeat Nūtio, uidelicet Promitto tibi nomine domini tui recipienti, & sibi per te, quòd ego ducam ipsum in uirum, nisi per ipsum steterit, & hoc iuro: prout firmat Hostien. proferendo eadem formalia uerba in summa in tit. de sponsal. §. qualiter contrahantur. in ver. Vbi vero. Vbi etiam subdit, prout in alijs allegationibus dixi, in istis uerbis esse plura specialia; & in uer. testis, dicit, quòd in contrahendis sponsalibus per nuntium
16 ideo requiritur iuramentum. † quia de alieno facto iuratur, per c. ex litteris, eo. tit. & Host. secutus fuit Archid. in d. c. fin. in fi. & ibi Ioan. Andr. & Domi. de San. Gemin. in princ. qui refert etiam post Ioan. Andr. eadem verba, de procurat. in 6. de quibus quidem cum non constet, dubitandum nō est eidem Fratri Felici aliquid non esse credendum uti asserto nuntio circa asserta spōsalia de futuro, cum inter eos non fuerint contracta. & indubitanter debere aduersariam succumbere; cum nec cum dicto D. Francisco contraxerit legitime matrimonium, prout ipsa prætendit, & asseruit, per supradicta. Et sit resolutio tertij, & vltimi dubij.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Iniuriare aliquem quando quis dicatur: & de testibus, quando admittantur, & repellantur in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Verba iniuriosa delictum importantia proferens contra aliquem, semper dicitur iniuriam illi inferre.*
2 *Iniurians aliquem qua pœna puniri debeat.*
3 *Sacerdotes personis nobilibus æquiparantur.*
4 *Testes inimici parua inimicitia repelluntur.*
5 *Præsumptio falsitatis & doli pro re modica cessat in teste.*
6 *Accusare aliqui diuersis respectibus prohibentur.*
7 *Testes duo sufficiunt ad probandum delicta.*
8 *Testes vt probent in criminalibus, quales esse debeant.*
9 *Testes patientes duos defectus omnino reijciuntur.*
10 *Testi vt fides non adhibeatur, quid requiratur.*
11 *Exceptio dubia & obscura non releuat excipientem in aliquo.*
12 *Querelare aliquem est in optione cuiusc unque.*
13 *Testes patientes aliquam exceptionem, quando admittantur.*

CON-

CONSILIVM CXLIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa R. Presbyteri Ioãnis querelantis de iniuria verbali sibi illata, uiso processu, & testibus tam pro parte sua, quam pro parte R. Presbyteri Bernardini querelati, mihi uidetur dicendum præfatũ querelatum uerba iniuriosa intulisse in personam dicti querelãtis, cum per plures testes contestes probatum fuerit eidem dixisse, quod est excõmunicatus, latro, & quod quando Missam dicit blasphemat, cum siue in specie, siue in genere contra aliquem proferantur talia verba, quæ delictum impro-
1 perant, semper dicitur proferentem † illi iniuriam inferre, prout dicit Bart. in l. item apud Labeonem, §. ait prætor, nu. 2. in fi. in uer. uideamus, & nu. 3. ff. de iniur. idẽ Bar. & Bal. ac cæteri oẽs in l. 3. nu. 2. ff. de liber. & posthu. & Pegn. in Direct. Inquisi. in 3. par. ad q. 67. Eymer. in Comment. 118. col. 3. in fi. in uer. octauo oritur in uer. exempla talia &c. vsq; in fi. & idem voluerunt Ioan. de Platea, nu. 8. & Ioan. Oinotom. in §. 2. Instit. de iniuri. quod procedit siue talia uerba iniuriosa contra absentem siue præsentẽ per iniuriantem proferentur, idem Oinotom. in d. §. 2. nu. 3. Insti. de iniuri. & est tex. in l. item apud Labeo. §. conuicium non tãtum præsenti, ff. de iniur. & debet iniurians
2 † pœna extraordinaria puniri de iure communi, cum criminaliter actũ sit, ex quo querelans petijt iniuriantem iuxta formam iuris puniri per tex. in §. in summa, & ibi glo. in uer. extraordinaria Angel. Aret. Ioan. Oinotom. Mysinger. & alij Instit. eo.

Et talis pœna a iudice potest arbitrari, prout sibi uidetur, uel corporalem imponẽdo reo, uel pecuniariam consideratis circũstantijs tam personæ iniuriam inferentis quam cui iniuria infertur, locorum qualitatibus, cum fuerit in Templo, uel alio loco publico, & ad præsentiam multorum, & tẽporum, cum fuerit in die festo, & similibus per text. in §. atrox iniuria, & ibi considerant Doctores, præsertim Ioan. Oinotom. Institut. de iniuri. ubi dicit num. 6. in versic. & licet iure nouissimo, idem procedere etsi de iure nouissimo certa pœna spetialis in aliquo casu pro iniuria uerbali imposita fuerit, dicendo nihilominus, quod iudex consideratis circumstantijs ut supra poterit de uenire ad pœnam extraordinariam, iuxta tradita per glos. in dicto §. in summa quod credo uerum, dummodo lex particularis non consideret præfatas qualitates, quia si consideraret, credo standum esse legi pœnam determinanti, & cessare iudicis arbitrium, & ita uidetur velle in d. §. in summa Angel. num. 1.

Et non solum idem querelatus uidetur puniendus propter dicta uerba iniuriosa prolata contra personam dicti querelantis, ut est dictum, sed etiam quia excipiendo cõtra eundem tanquam querelantem de nouo contra ipsum uerba iniuriosa, & inferentia delicta protulit, cum eidem absque aliqua reseruatione obiecerit, quod est persona generaliter malæ uitæ et famæ, et specialiter quia usurpauit eleemosynas missarum votiuarum, et quia exercuit et exercet mercaturam, et usuram, attento quod cum reus dat turpem exceptionem, et dubitatur an animo diffamandi illam dederit, uel se defendendi, si illam non probauerit ex defectu probationis, insurgit præsumptio calumniæ, quæ cum qualitate uerborum contumeliosorum uincit præsumptionem, quæ faciebat pro excipiente, et ideo tenetur de
* iniuria, et hæc est cõmunis opinio, nisi alia appareant, quæ præsumptionem istam excludant, prout dicit Ioan. Oinotom. dicto §. 2. num. 17. in uersicu. quæro de reo Insti. de iniuri. ideo alios addere non curaui, cum a communi recedi non soleat in iudicando, prout dicit Cassad. super Regul. Cãcella. decis. 12. nu. 7.

Et licet præfati testes contra dictum Reuerendum querelatum examinati videlicet secundus, tertius, et quintus in fine, uideantur secum portare aliqualem exceptionem inimicitiæ; tamen dico (cum videatur parua, si inimicitia dici potest) minimè præfatos testes reijcere posse, præsertim cum
3 sint Sacerdotes, qui nobilibus † personis æquiparantur, prout firmat Grat. in consil. 71. nu. 3. volum. 2. et religiosi mentiri non præsumantur, prout dicit Castren. in consi. 143. in uersi. tum quia religiosus, volum. 2. et uerba prolata fuerint in loco ubi actu, et

habitu alij testes haberi nõ potuerint, cum fuerint prolata in choro, quo casu admittuntur testes etiam aliàs inhabiles, si essent, ut infra dicam.

4 Sed quod testes † inimici parua inimicitia non repellantur, dicit Nell. in tract. de testib. in prin. num. 3. quod prius dixit Specul. in tit. de teste. §. 1. in ver. inimicus. Ergo, & quod parua inimicitia non repellat testẽ neque in Criminalibus, sed arbitrio Iudicis remittatur, dicit Curti. in tract. de testib. conclus. 52. num. 102. in ver. in contrarium, ad idemque facit, quod dicunt Doctores, videlicet pro re modica præsumptio
5 nem falsitatis, † & doli in teste cessare, prout dicit Crauet. in consil. 75. num. 16. quod antea dixit Oldrad. in consil. 162. nu. 3. ubi dicit modicitatem rei excludere præsumptionem fraudis, & facit tex. præsertim in fine, in c. & si quæstiones, & ibi glos. fin. de Symon. ubi dicit propter modica uerisimile non esse aliquem moueri ad aliquid iniquum faciendum.

Neque de iure uerum est, quod ex aduerso obijcitur, quod dictus quærelans nõ potuerit querelare seu accusare querelatũ, quia licet de iure statutum sit, quod aliqui propter eorũ dignitates ueluti Presbyter,
6 † & miles, aliqui vero propter eorum indignitatem, ueluti criminosus, infamis, & excommunicatus & similes ad accusandũ regulariter aliquem non admittantur, prout dicit Clar. in sua pract. crimin. quæstio. 14. num. 1. in uer. aut propter dignitatem, tamẽ hoc limitatur & non procedit, quando presbyter vel alius accusare prohibitus accusaret pro sua & suorum iniuria, prout pro sua iniuria accusauit idem querelans, quia tunc
* communis & indubitata conclusio est, ut admittatur, prout dicit Clar. in d. loco numero secundo.

Neque similiter dubitandum est dictum querelatum contrauenisse constitutioni Serenissimi Principis, prout negari videtur, cum aperte probetur, ultra illud quod deponunt alij testes, ex depositionibus trium testium, uidelicet presbyteri Francisci Brixiani ex officio examinati, presbyteri Francisci de Arerbis, & presbyteri Iacobi, cum
7 duo testes † ad probandum delicta sufficiãt l. ubi numerus, ff. de testib. & c. in omni. eo. qua contrauentione stante, non est similiter dubium, quod in eo, quo constitutio est certa in pœna imponenda intuitu alicuius contrauentionis, cum plura habeat capita, quod illa seruanda est, iuribus vulgaribus, & in eo in quo contrauenient. nullam pœnam certam imponit, quod per iudicẽ eius arbitrio puniri potest, prout dicit Abb. in c. de causis, nu. 4. de offi. delegat. & Soc. in ca. qualiter el 2. nu. 119 1. de accus. vltra quod consideratis delictorum circunstantijs, siue illa aggrauantibus, siue diminuentibus, hodie omnes pœnæ sint arbitrariæ, prout dicit idem Socin. in d.c. 1192. per l. hodie, & ibi Bar. ff. de pœnis.

Et pariter aliquid nõ obstat, quod obijcitur dictis testibus, quod non sint omni exceptione maiores, prout requiritur in crimi
8 nalibus ad hoc, ut testes † probent ad dicta p Carre, in sua pract. crim. in uerbo in text. sub nu. 25. & seq. fol. mihi 62. & est tex. in l. fi. C. de probat. per quem requirũtur probationes in criminalibus luce meridiana clariores, quod tamen intelligitur locum habere quoad plenam probationem, quia quoad faciendum indicium bene testes nõ omni exceptione maiores admittantur, prout dicit idem Carre. in d. loco nu. 43. cum per eum allegatis, prout nec etiam obstat, quod
9 obijcitur, quod testes † duos defectus patiẽtes omnino reijciãtur, prout dicit Marsi. in sing. 385. quod procedit etiam si ueritas aliter haberi non possit, prout dicit Grat. in cons. 59. nu. 40. & seq. vol. 2. Ceph. in consil. 65. nu. 27. uol. 1. & Bursat. in consil. 70. num. 42. in fi. & seq. vol. 1.

Quia ad prædicta respondetur dictos testes aliquam exceptionem capitalis inimicitiæ non pati, prout requiritur ad hoc, ut te-
10 stibus † fides nõ adhibeatur, prout dicit, sic omnes Doct. tenere Io. de Anan. in c. cum oporteat, num. 6. & ibi etiam Fely. colum. 6. in uer. qualis autem debeat esse inimicitia, & prius Abb. num. 4. de accusatio. quos latè secutus fuit Clar. in d. practi. crimina. quæstio. 24. numero quinto, & licet qualis sit inimicus capitalis in arbitrio iudicis resideat, prout dicit Marsil. in l. 1. §. præterea, numero 22. Ini. in uersicu. item inimicus, ff. de quæstio. ubi citando Ioan. de Anan. in d. capitu. cum oporteat, dicit in hoc omnes Docto. eum sequi, & Clar. in d. quæstio. 24 num. 5. in uer. quis autem dicatur inimicus, cum iure hoc diffinitum non sit, prout dicit Pegna in Directo. Inquisito. in 3. parte.

ad

ad quæst. Eymeri 67. in comment. 116. col. 1. in fi. tamen idem Pegna, ne iudices in hoc decipiantur, in eodem loco col. 2. 3. 4. 5. & 6. recenset sex dici causas, ex quibus inimicitia capitalis oritur, quarũ aliqua nõ inuenitur contra dictos testes militare, prout ibi latè uideri potest, licet unus testis di-
„ cat § già Prete Bernardino mi querelò, e
„ non gli voglio male § nihil deponendo, ex qua causa, an capitali, uel non, & an ciuiliter vel criminaliter querelauerit, cum talis
11 exceptio † tanquam dubia & obscura in aliquo excipientem non releuet per c. quoniam contra in fi. de probat. & melius in c. inter dilectos in fi. de fide instrument. Insti. de interdic. §. retinendæ possessionis, & Marsi. in cons. 108. nu. 2. & alius testis simi-
„ liter in fine dicat § Io hò hauuto da Prete
„ Bernardino molti disgusti § cum talia uerba non uideantur importare aliquam inimicitiam præsertim capitalem, cum non exprimatur aliqua causa, vnde oriri possit inimicitia. Prout nec aliquid obstat, quin probet illud, quod opponitur tertio testi, quod fuerit querelatus de corruptione testium, cum hoc non fuerit probatum, & causa sit adhuc sub iudice; unde dici non potest propterea quod aliquam infamiam incurrerit, cum sit in optione cuiuscũque aliquem querelare,
12 † prout dicit Innoc. in c. accusatum præsertim ad fi. de simo. ubi dicit secus esse, si ex officio fuisset processatus, cum tunc nõ possit processari, nisi infamia laboret, neq; de aliquo delicto conuictus, sicut requiritur ad hoc, ut reijciantur testes, ad dicta per Fely. in c. 1. nu. 8. in uer. & nota. de accusat. ubi dicit, quod licet admittatur contra aliquem libellus accusatorius, non tamen dicitur infamis, donec deprehendatur calumnia eius per inspectionem, & quod ob infamiã incursam reijciantur testes, est text. in c. constituimus 3. q. 5. & ideo cum dicti tres testes probent, non est dubium querelantem probasse contenta in querela, & sic cessare calumniam in eum obiectã per querelatum per c. calumniator 2. q. 3.

Quibus addi potest, quod cum talia uerba iniuriosa fuerint prolata in Ecclesia, & in Choro, ubi actu, & habitualij testes interesse non potuerunt, prout in capitulo, cum non interfint nisi illi de capitulo, licet prædicti testes patiantur aliquam exceptionẽ; nihilominus in testes admitti debent, cum
13 alias ueritas † haberi non posset, ne delicta remaneant impunita, prout dicit Grat. in cons. 59. num. 41. uol. 2. & prius Alexan. in cons. 152. num. 11. & seq. & in cons. 148. nu. 6. uol. 5. & latissimè in cons. 64. nu. 4. & seq. & ibi add. vol. 1. Fel. in c. ueniens, num. 21. de testibus, optime Ias. in l. 1. nu. 69. cũ seq. C. de summa trinita. et egregie Carrer. in supradicto loco, num. 31. et seq. fol. mihi 62. ter. Et ista sufficiant, et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia pulchra discutitur, quæ indiget interpretatione Sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Concilio.

SVMMARIVM.

1 *Testimonio duorum de quolibet actu creditur.*
2 *Testi vnico de facto suo deponente plene creditur, & num. 3.*
4 *Mulier ad domum viri ducta cui plebano subsit.*
5 *Mulier nubendo viro alterius loci cui foro subijciatur.*
6 *Maritus & vxor sunt una & eadem caro.*
7 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
8 *Constitutio patriarchalis declaratoria Concilij Tridenti. in materia parochorum pro benedictionibus nuptiarum.*
9 *Episcopus statuere potest circa dubium iuris, non autem contra ius.*
10 *Constitutio facta ab inferiori a principe quomodo tollatur.*
11 *Consuetudo induci non potest contra legem conciliarem.*
12 *Consuetudo reprobata a lege non potest de nouo induci.*
13 *Episcopi seruare debent canones, & non possunt contra illos disponere.*
14 *Episcopus, siue synodus potest imponere nouam pœnam pro obseruatione iuris communis.*
15 *Episcopus an, & quando possit dispensare contra ius commune, & Concilium. cum declaratione numero 16.*

CONSILIVM CL.

Spiritus sancti gratia vs aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Sancti Symeonis Prophetæ, debet obtinere illius Plebanus & Capitulum, quia constat q. Dominam Lucretiam Perseuallem, de cuius funerale agitur, matrimonium per verba de præsenti contraxisse in Parochia S. Iacobi de Luprio cũ D. Iacobo Thedaldi, ac postmodum (ante tamen benedictionem) se trãstulisse habita illius dote a D. Petro Persaualle eius fratre ad cohabitandum, & permanendum in domo d. Iacobi eius mariti in Parochia S. Symeonis Prophetæ, in totum relinquẽdo domum Paternam, & fratrum, in qua fuit maritata, prout cõstat testimonialibus in actis productis tam eiusdem mulieris mariti, quam fratris, iuratis, & sigil
1 latis, & recognitis, cum duorum † testimonio de quolibet actu plene credatur, si maior numerus a iure nõ desideretur per l. vbi munerus, ff. de testib. c. i omni, eo. & tãto efficacius illorũ testimonium probat, quanto quilibet ipsorum de suo facto deponit, cum
2 & unico testi † de facto suo deponenti plenè credatur, prout dicit Saly, in l. si quis decurio. nu. 4. in prin. C. ad leg. Corne. de fals. Mari. in sua prax. crimi. in §. diligenter, nu. 130. in fi. & seq. Soc. iun. in conf. 61. nu. 8. in uer. præterea, vol. 1 Affl. decis. 369. nu. 7. Bartho. Veronen. in conf. 16. nu. 14. vol. 2. in ciuili. & licet nonnulli Doct. simpliciter non habeant præfatam conclusionem pro uera, tamen in hoc omnes concordant,
3 ꝙ si cum dicto testis, † qui de facto proprio deponit, concurrunt aliquæ coniecturæ, uel indicia, quod plenè probet, prout dicit Ias. in l. admonendi sub nu. 96. in fi. de iureiur. Castren. in l. quicunque ad fin. C. de serui. fugiti. & firmat Aluar. Valasc. in suis consultatio. reru. iudic. in Regno Lusitan. consult. 73. num. 4. in uer. aut uero, & sequen. fol. mihi 139. & late tradit Socin. in fallen. regul. iur. regul. 507. in uer. testi uni. in secũda limitatione, vbi dicit uni testi esse plene credendum de facto proprio deponenti concurrentibus cum eius dicto alijs indicijs: cum ergo cum dicto cuiuslibet dictorum testium concurrat, quod post matrimonium inter præfatos contrahen. contract. fuerit integraliter persoluta dote marito, & ꝙ ad domum dicti eius viri eadẽ D. Lucretia fuerit traducta, & ꝙ ibi per plures menses permanserit, & demũ obierit, non est dubiũ cuilibet ipsorũ esse plenè credendũ (ne dum simul iũctis) de attestatis per ipsos, q̃d & confirmat idem Petrus in eius examine in testem a parte aduersa inductũ super primo articulo videlicet, quod dictus eius maritus dictam eius sororem ad eius domum traduxerit, cum dubium non sit, ꝙ quando vxor se transfert ad domũ mariti in aliena Parochia ánimo ibi cohabitandi, & permanendi cum marito, prout fecit dicta q. D.
4 Lucretia, quod Plebanus, † seu curatus primæ Parochiæ nullam habet in ea iurisdictionem, sed in totũ, & quoad sacramenta, funerale, & alia est subiecta curato, seu Plebano mariti, in cuius Parochiam se transtulit, & sic præfato Plebano S. Symeonis, pro ut idem subministrauit Sacramenta Ecclesiastica, & illã sepeliuit, ad firmata per Abb. in c. in nostra, nu. 10. præsertim in uer. unde pro clara. de sepult. c. fi. & ibi glo. in uer. habitatores de Parochi.

Quod corroboratur ex eo, q̃a mulier nubendo uito alterius fori per uerba de p̃sen
5 ti, † mutat forũ suæ originis & domicilij, & sequit̃ forũ uiri quoad domiciliũ, & ẽt quo ad sepulturã, cũ maritus cõtrahat tãquã statim recessurus, & vxorẽ secum transuecturus, prout firmat Ias. in l. cum quædã, nu. 1. & 2. ff. de iurisd. omn. iudi. & est text. in c. is qui, §. mulier de sepult. in 6. ubi dicit, quod mulier, quæ plures uiros habuit, si sepulturam non eligat, est cũ uiro vltimo, cuius domiciliũ retinet, & honorem tumulanda, & ibi Addi. ad gl. ult. & Gemi. nu. 2. vbi notat vxorem sequi domicilium viri ẽt post mortem, & est alius tex. in c. vna quoq; 13. q. 2. vbi dicit, ꝙ una queq; mulier sequatur virũ suũ siue in vita siue in morte, & facit ad idẽ l. fi. §. item rescripserunt mulierem, ff. ad municipa. vbi dicit mulierem, quamdiu nupta est, incolã esse ciuitatis mariti. & ad idẽ ẽt fa
6 cit alia rõ, quia cũ maritus † & uxor sint una & eadẽ caro ꝑ c. martinus de cognat. spiritual. c. debitum de Bigami. optime Oldr. in cõs. 95. n. 9. & dicit Probu. ad Io. Monach. in d. c.

in d.c.is q̃,n.6.de sepu.in 6.dicâturq; socij diuinæ,& humanæ Domus.l. aduersus. C. de crimi.expila.hęredit. Probu.d.loco, Angel.consil. 141.num.1.in fi. & ideo eadem
7 res † non debet diuerso iure censeri, cum eadem sit ratio principalis, & additamenti,prout dicit idem Probu.in dicto capit. is qui num. 7.& sequen.de sepul.nu.6.& ideo dixit Oldrad.d.consi.95.num.9.ad fi.quod propterea inter eos debet esse diuini iuris, & humani communicatio per tex.in l.1. ff. de ritu.nupt.

Neque obstat modo asserta cõsuetudo, quam probare conati fuerunt R R. Aduersarij,quam dicũt se habere,quod licet mulier, quæ contraxit in una Parochia matrimonium, ante benedictionem in aliam se transferat ad habitandum cum suo marito, quod nihilominus benedictio pertineat primo Parocho, ac propterea si ante benedictionem obierit, etiam eius funerale, tanquã illa, quæ adhuc subsit iuri sdictioni primi Plebani mulieris, & non secundi, sub cuius cura degit cum eius marito cohabitando, & ad cuius domum se transtulit:quia talis prætensa consuetudo tanquam irrationabilis per Concilium Tridentinum c.1.de reform.matrim.§.præterea sessio.24. sublata fuit illi derogando, etiam si esset immemorabilis, & Concilio inhærendo idem fecit per constitutionem Synodalem in secunda Synodo Illustrissimus olim Patriarcha Venetiarum c.2.§. Concilij Tridenti-
» ni fol.5.per hæc verba videlicet †,, Con-
» cilij Tridentini decretis a proprio tantum
» Parocho coniuges in templo benedictionẽ
» Sacerdotalem suscipere debent, quia uero
» mulier ex Parochia, in qua matrimonium
» contraxit,quãdoque discedit, ac marito in
» alia Parochia adhæret, alterique Parocho
» subijcitur,ne Sacerdotes labantur, consue
» tudine quadam ducti,quæ ipsos a suspensio
» ne per Concilium Tridentinum c.1. de re-
» for. matrimonij sess. 24. illata nequaquam
» excusat: declaramus similem benedictionẽ
» ad eum Parochum spectare,intra cuius Pa-
» rochiæ fines coniuges tempore benedictio
» nis suscipiendę inhabitant,& habent domi
» ciliũ,& a quo vti uero, & proprio Parocho
» Sacramenta omnia suscipienda sunt; vnde
» si coram uno Parocho matrimonium fue-
» rit contractum, atque mulier ad domum vi
» ri in aliena Parochia fuerit traducta, tunc
» Parochus mulieris dictos coniuges nullatenus
» nus benedicat absque nostra, uel illius Pa-
» rochi speciali licentia,in cuius Parochia de
» gunt &c. Ex qua qnidem constitutione Cõcilio præfato inhęrente duo principalia eliciuntur, primo quia cum a d. Concilio disponatur, quod a proprio Parocho benedicãtur maritus&uxor, ꝯ proprius Parochus dr̃ ille ,in cuius Parochia maritus cum vxore habitant, seu habent domicilium tempore benedictionis faciendæ, licet in alia Parochia contraxerint matrimonium,prout ẽt supra per plura iura demõstratum est, quis sit proprius Parochus,& confert Nauar. in cons.3.nu.1.cons.4. per totum & consil. 7. num.1.2.& 3.sub tit.de Clandest.desponsi. volumine 2.

Secundo, quòd nullatenus a Parocho mulieris, qui matrimoniũ fecit,benedictio conferatur,si mulier fuit traducta ad domũ viri,nisi habuerit licentiam a Parocho viri, vel ab ordinario,& istud est,q̃d testes examinati per partem aduersam dicunt dixisse olim Illustrissimum Patriarcham post editã d.constitutionẽ iuxta dispositionem Concilij,ne sui Curati decipiantur a dicta consuetudine, quod ita ordinarius facere potuit,
9 etsi Concilium præfatum nõ esset adeo clarum,prout est, cũ Episcopus † statuere possit circa dubium iuris;non autem cõtra ius, prout dicit Probu.ad Ioan.Monach.in c.1. num.49.de cleric. non residen.in 6.& Roch.de Curt.in ennarrat.in c.cũ tanto. de cõsuetud.sect. 3.nu.23.fol.mihi 515.

Neq; aliquid obstat illud, quod dicunt præfati testes præfatum Illustrissimum D. Patriarchã dixisse,quod uolebat, quod asserta consuetudo seruaretur,& ꝯ in alia Synodo volebat sic statuere, & quia aliquid non referunt dicta uerba,ex quo talis constitutio ab eo edita fuerit secundum dispositionẽ Concilij præfati, ac ab eo fuerit ẽt confirmata cum alijs cõstitutionibus in eadem Synodo factis prout patet c.17.earũdẽ constitutionũ in actis,productarũ, ac ẽt fuerint confirmatæ nõnullæ cõstitutiones, de quibus fuit controuersia inter præfatum ordinariũ,&Clerũ in Sacra Cõgregatione ab eadẽ Congregatione ẽt facto uerbo cũ Sanctissimo,prout patet literis olim Illustrissimi Cardinalis Alexandrini earundẽ cõstitutionum fol.35.ter.& fol.56. cum consti-
10 tutio † ab inferiori a Principe facta nõ pos-

 sit tolli

sit tolli verbo, sed per aliam constitutionē superuenientē, prout dicit Sebast. Medice. in tract. de legib. & statut. q. 11. 2. par. nu. 2 in uer. non deferunt fol. mihi 168.

Et quia, etsi dictæ consuetudini, cui fuit derogatum per Cōcilium etiam immemorabili, cum potius corruptella sit, adhęrrere uoluisset, non potuisset pro ea statuere, cūm constitutio edita in Concilio Generali censeatur habere clausulam derogatoriam ad ad dispositiones contrarias, & ideo consue
11 tudo † contra talem legem conciliarem induci non potest, prout dicit Roch. de Cur. in ennarat. ad dictum c. cum tanto. De consuet. sectio. 7. num. 25. fol. mihi 650, quod prius uoluit Archid. in c. 1. nu. 2. de constit.
12 in 6. & quando lex consuetudinem † reprobat, non potest illa de nouo induci, Petru. Rauennat. in ennarrat. ad tit. de consuetud. sectio. 1. num. 49. & quia Episcopus uel Synodus aliquid non potest statuere contra ius commune, prout dicit Iaso. in cons. 78. num. 12. volum. 3. Cardina. consil. 132. nu. 6. ante fi. in uersic. item quatenus, Alexand. de Neuo. in consil. 60. num. 8. & est text. in capitu. super his, & ibi omnes, præsertim Card. de maio. & obedie. & quòd Episco-
13 pi † seruare debeant Canones, & propterea non possint contra illos dispensare, cum solius Principis sit illos relaxare, dicit Ant. de Butr. in capit. at si clerici, §. de adulterijs, num. 17. in uersic. si dispensatio. de iudice: & Cardina. in Clem. 1. quæstio. 8. nu. 8. de ætat. & qualita. ubi dicit quòd Episcopus nōn solum non debet Canones uiolare, sed debet illos obseruare, licet Episco-
14 pus, † seu synodus possit imponere nouam pœnam pro obseruatione iuris communis, pruot dicit Alexan. de Neuo. dicto consil. 60. num. 15. & Roch. de Curt. in dicto cap. cum tanto, sectio. 3. num. 22. fol. mihi 515.
15 & hinc est, quòd Episcopus † non potest dispensare contra ius commune, & Concilium, nisi ex magna causa, prout dicit Fely. in capitu. primo, num. 49. in uersicu. & per illum text. allegando sic Rotam tenere de constitu. prout nec potest contra ius commune statuere illud infringendo, uel illi derogando, nisi ex euidenti & necessaria causa, prout latè dicit Iaso. in l. omnes Populi, nume. 11. ff. de iustit. & iur. & idem uoluit addit. ad Cardina. in dicto capitu. quod super, per plura, quæ allegat. de maiorita. & obedie. & Roch. de Curt. in dicta sectio. 3. num. 11. & seq. fol. mihi 506. quæ tamen conclusio, prout dicit idem Roch. de Curt.
16 in d. loco num. 13. vt Episcopus † possit contra ius statuere, intelligi, debet duobus concurrentibus, uidelicet, & quando superior consuli non potest, & quando in statuto faciendo per Episcopū exprimatur causa, ex qua mouetur, unde dignosci possit an sit militans, alias dicit non ualere.

Ex quibus omnibus apparet indubitanter dictos RR. Plebanum, & Capitulum Sancti Iacobi de Luprio debere succumbere, & RR. Plebanum & Capitulū Sancti Symeonis debere obtinere per supradicta. Ad laudem & gloriam induiduę Trinitatis eiusque gloriosę Virginis Matris Mariæ protectricis meæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Dominum posse bona in emphyteusim data propria auctoritate apprehendere: si emphyteuta soluere canonem per plures annos cessauerit: vel rem alienauerit irrequisito domino, sustinetur.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum est probatio probata, veritas notoria & manifesta.
2 Instrumentum verba, partium verba censentur.
Instrumentum qui pro se habet, intentionem habet fundatam.
3 L. cum de in rem verso, ff. de vsuris quo casu locum habeat in emphyteuta.
4 Contractus & emphyteuticus qui proprie dicātur, & an hodie differant, nu. seq.
6 Epistola recognita probat contra scribentem, & cōtra recipientem, si illam acceptauerit.
7 Acceptans & retinens epistolam, si ei non contradixerit, contenta fateri videtur.
8 Scriptura piuata probat contra producentem; & pro producente, si a parte approbetur.
9 Instrumentum simpliciter productum producens amplius impugnare non potest, & contra eum plene probat.
10 Notarij personam videtur approbare, qui producit instrumentum, & omnia in eo contenta.
11 Confessionem contra propriam venire nemo potest.
Libellus probat contra libellantem.

Emphy-

CONSILIVM CLI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa S. Stephani debet obtinere RR. Abbas & Monachi Sanctæ Mariæ de Carceribus ordinis Camaldulen. & RR. Prior & fratres S. Stephani ordinis S. Augustini heremitarum succumbere ex infra dicendis.

Et Primo uidendum est, an cāpi, de quibus agitur, alias in emphyteusim sub annua pensione, seu canone quolibet anno persoluen. fuerint dati. q. Sixto de Capitibus Vaccæ Nobili Paduano a dicta Abbatia: & de tali emphyteusi notitiam habuerint prædicti Prior & fratres S. Stephani.

Secundo an præfatus Sixtus, & sui heredes soluerint quolibet anno annuam pensionem conuentam, seu canonem uigore dictorum camporum in emphyteusim datorum dictæ Abbatiæ: an uero per plures annos cessauerint a solutione, adeoque dicta emphyteusis reuersa fuerit una cum meliorametis ad dictam Abbatiam illa uolente; & an mora purgari possit.

Tertio an dictus Sixtus potuerit alienare eosdem campos irrequisita dicta Abbatia, & nulla facta mentione de suo dominio directo, in personam q. R. fratris, & Magistri Petri Lauredano eiusdem Ordinis Sancti Augustini usque de anno 1548. an uero alienando ciciderit in commissum, & dicta emphyteusis reuersa fuerit ad dictam Abbatiam dominium directum habentem.

Quarto, an dicta Abbatia stantibus dicta alienatione, & quod Canon, seu pensio non fuerit persoluta per plures annos, an posset ingredi authoritate propria ab sque dictorum fratrum citatione, & absque aliqua iudicis sententia declaratoria possessionem dictorum camporum; & fortius alienare iustitia mediante melioram enta in eisdem Campis facta pro liuellis, seu pensionibus decursis, & non solutis, prout fecit; & an dicatur spoliasse d. fratres, & monasteriū S. Stephani, uel non; præsertim

cum nec ipsi unquam persoluerint canonem. Quibus cognitis facile apparebit dictos aduersarios non potuisse, neq; posse in aliquo in superdictis campis eandem abbatiam molestare.

Et quoad primum, q̃ dicti cāpi fuerint dati in emphyteusim dicto Sixto, seu eius antecessoribus a d. Abbatia pro annuo canone, seu pensione, patet instrumento inter dictum Sixtum & d. Abbatiam confecto usque de anno 1555. de quo in regesto fol. 75. per quod instrumentum idem Sixtus confessus fuit pro liuellis decursis, & non solutis ab anno 1528. usq; ad annum 1554 esse debitorem eiusdem Abbatiæ de libris 142. sol. 6. in illis verbis videlicet, ibique nobilis D. Sixtus de Capitibus vaccæ q. Magnifici D. Andreæ Ciuis Paduæ, & habitator ad præsens in loco Baonis Paduæ districtus, dixit, confessus fuit, ac se declarauit uerum & liquidum debitorem RR. DD. Interuenientium pro Abbatia Carcerum de libris centum quadraginta duobus solidis sex paruorum pro liuellis decursis, & non solutis ab anno 1528. usque ad annū 1554. proxime præterit. inclusiuè, quas promisit &c. Et infra in illis alijs uerbis uidelicet, & hoc vltra pensionem liuellariam librarum septem currentem annuatim, quā tenetur soluere præfatus D. Sixtus ipsi Abbatiæ, uti ipsemet D. Sixtus affirmauit pro portione sibi spectante pro terris dictæ le Zeneuere positis in dicta villa Baonis in cōtracta delle Zeneuere, siue Bressélega: cum
1 instrumentum † sit probatio probata, & nō probanda, quodque discussione fori, nec disputatione non indiget, sed sit ueritas notoria & manifesta, prout dicit Decia. in cons. 66. num. 6. volum. 3. & in cons. 5. num. 40. & seq. volum. 1. Grat. in cons. 28. nu. 2. uol. 1. & in cons. 46. num. 1. & in cons. 76. num. 2. & in cons. 96. num. 1. eod. volum. 1. quod prius dixit Bal. in l. Imperator in 1. lectura num. 17. ff. de Stat. homi. & in l. 2. num. 6. C. quand. fisc. vel priuat. latè Ias. in l. admonendi in 2. lectura sub num. 145. ff. de iureiur. & in consil. 124. num. 1. volum. 1. & in cons. 137. num. 13. volum. 4. & Dec. in consil. 36. num. 2.
2 Et instrumenti † verba partium verba censeantur, prout dicit idem Bal. in l. Imperator in prima lectura, num. 17. Iason in d. l. admonendi in 2. lectura num. 154. in fine, & in dicto consilio 137. num. 13. in fi. & dicit Vezziu. inter communes diuersorum sub titu. de Tabellio. & fid. instrum. volum. 1. & ideo qui habet instrumentum pro se dicitur habere intentionem fundatam; & illi standum est, donec aliter probetur, quare stari non debeat per l. cum precibus C. de probatio. & dicit Decia. d. consil. 66. num. 58. in fi. volum. 3. & in consilio 5. numero 39. volum. 1.

Quod corroboratur ex eo, quòd si allegato titulo emphyteusis quis soluat tantum per 10. annos canonem seu pensionem, ut
3 emphyteuta, † habet locum in eo dispositio l. cum de in rem uerso ff. de vsur. utcenseatur res emphyteutica, cuius causa soluit, & semper persoluere tenetur, prout dicit Petru. Iacob. in sua Pract. in tit. 55. de iure emphyteu. numero 11. & num. 13. fol. mihi 229.

Neque prædictis aliquid obstat, etsi diceretur, quòd in dicto instrumento nulla fit mentio de emphyteusi, sed tantummodo de liuellis decursis, & non solutis; & quod propterea uocauit se debitorem dictæ Abbatiæ idem Sixtus de dictis libris 142. solidis 6. vltra pensionem liuellariam librarum septem annuatim currentem suam portionem rangen. & magis debere cēseri dictos Campos a dicta Abbatia datos fuisse eidem Sixto, vel suis antecessoribus ad liuellum, quam in emphyteusim.

Quia ad hoc respondetur, quod contractus † liuellarius proprie est, quando em-
4 phyteuta concedit per certam annuam pensionem perpetuo alteri prædium, quod ipse habuerat ab alio; & sic quando concedens non est dominus; prout cum non esset dominus idem Sixtus de dictis campis illos dedit ad liuellum Reuerendi fratri & Magistro Petro Lauretano dicti Ordinis Sancti Augustini de anno 1548. prout cōstat de eorum instrumento regesto fol. 96. Si uero concedens est dominus, prout est dicta Abbatia domina dictorum camporum, tunc contractus dicitur emphyteuticus, & nō liuellarius, prout dicit Benedict. Canophil. in extrauagan. ambitiosę, numero decimoquarto, de reb. eccle. non alienand. & ita firmat etiam Clar. in §. emphyteusis quæst. 1. nume. 1. ubi dicit hanc esse
* communem opinionem. Quod prius dixit Ias. in l. 1. num. 38. C. de iure emphyte. Tamen

mẽ quicquid sit ex proprietate dictionum,
5 hodie contractus † emphyteuticus, & liuellarius saltem ex communi vsu loquendi in effectu idẽ sunt, & in hoc omnes Doctores conueniunt, prout dicit Dec. in cons. 146. num. 2. quem late secutus fuit Paris. in cons. 77. num. 12. vol. 3. ubi similiter dicit, quòd contractus emphyteuticus & liuellarius procedunt à pari, & in effectu non differũt, quod prius dixit Bart. in l. 1. num. 7. & ibi latè Ias. num. 38. & seq. C. de iure emphyteu. Et idem uoluit Card. Florent. in c. potuit num. 6. ubi pariter dicit in natura contractum emphyteuticum à contractu liuellario nihil differre. Et quod tales contractus promissionis reputentur, & dispositum in uno absque controuersia locum etiam habeat in altero: & hodie abuti istis uocabulis, utendo illis promiscuè, & ponendo vnũ pro alio dicit Clar. in dicto §. emphyteusis, quæst. 1. num. 1. Quod prius optime firmauit Ang. in cons. 184. nu. 3.

Et quid plura? quod dicti campi fuerint in emphyteusim dati à dicta R. Abbatia prædictis de Capitibus vaccæ: Et quod dicta Abbatia esset creditrix de scutis 104. pro liuellis decursis, & non solutis: Et quod propterea dicti RR. Prior & Fratres vellẽt etiam continuare in Pensione liuellaria: & quod facienda esset de nouo inuestitura, ut appareret præfatum Monasterium Sancti Stephani esse emphyteusim Monasterij præfatæ Abbatiæ carcerum, constat literis scriptis per Reuerendum D. Fulgentium eiusdem Abbatiæ Procuratorem, missis & recognitis per eum, Reuerendo patri Priori eiusdem Monasterij Sancti Stephani, & ab eo receptis, ac in præsenti iudicio productis, prout constat regesto fol. 64. ter. &
6 seq. quæ quidem literæ, seu epistola † cum fuerit recognita per dictum R. D. Fulgentium manu sua fuisse script. & subscript. prout patet regesto fol. 69. non est dubium contra eum plene probare, prout dicit Bar. in l. nuda ratio. num. 10. ff. de donat. quem sequitur Ias. in repet. l. admonendi sub nu. 139. in ver. aut epistola est confessata. ff. de iureiur. per l. publia. §. fin. ff. de deposit. Et non solum talis epistola plene probat contra confitentem, uerum etiam & contra illum, cui mittitur, si illam acceptauerit, uiuente mittente; & sic contra dictum Priorem, & Monasterium, cum illi missa fuerit, illam acceptauerit, prout optime firmat Roman. in d. l. nuda nu. 12. ff. de donat. quem secutus fuit Ias. in d. repetit. l. admonendi. num. 141. iuncto nu. 142. in ver. Secundo limita. ff. de iureiur. & quòd ille, qui simpli-
7 citer acceptat † epistolam, & retinet, prout in casu nostro, si illi expresse non contradicit, uidetur illam acceptare, & fateri uera esse omnia, quæ continentur in epistola, dicit Bal. in rub. C. de fide instrum. num. 67. in ver. quarto quid de literis, Bart. in l. Titius ad fin. in ver. vltimo quæro. ff. de constit. pecun. Et in l. cum tabernam. §. idem quæsiuit in ult. nota. ff. de pignori. Latè Ias. cum per eum accumulatis in d. repet. l. admonendi. sub nu. 142. Et ita respondit Alex. in cons. 78. In causa & lite volu. 1. & ita uoluerunt Bal. & Fulgos. in l. emptor. §. Lucius. nu. 2. ff. de pact. & idem Bar. in l. quo enim §. 1. nu. 2. in uer. quandoque superuenit. ff. rem ratam haberi.

Et tanto fortius prædicta conclusio procedit, quanto pars aduersa etiam eandem epistolam in iudicio produxit, cum & scri-
8 ptura † priuata in iudicio producta contra producentem plene probet, licet non pro se nisi à parte approbetur, prout dicit Marsil. in rub. C. de probat. sub nu. 293. & Boer. in decis. 105. num. 1. & 2. Roman. in consil. 346. numero 2. 3. & 4. & Federic. Schen. in suo virid. conclus. 16. in ver. Octauo, & sequen. lib. 1.

Cui inhæret illa alia iuris conclusio,
9 producens † simpliciter instrumentum: illud amplius impugnare non possit; sed contra producentem plene probare, ad dicta per Innoc. in cap. cum venerabilis. num. 4. quem ibidem secutus fuit Feli. num. 22. & seq. ubi dicit sic omnes tenere, de except. Et uoluit Bal. in l. scripturæ. nume. 2. C. de fid. instrum. & in l. si quis testibus. nu. 5. C. de testib. ubi etiam dicit propterea. nu. 3. &
10 4. quòd producendo instrumentum † uidetur etiam approbare personam illius notarij, qui scripsit instrumentum esse habilem, adeo quod non poterit opponi, quod non fuerit Tabellio. Et quòd producens instrumentum simpliciter ad probandum intensionem suam, afferat illud esse verum, & approbet in eo contenta, dicit Lapu. in alleg. 119. num. 1. in fin. in ver. eo enim, & latè Paris. in repet. dicti c. cum venerabilis num. 17. de except. Et hæc de primo sufficiant

ciant ad docendum dictos campos fuisse in emphyteusim datos p̄dictis de Capitibus vaccæ; de tali emphyteusi habuisse notitiam prædictos Priorem & Fratres Sancti Stephani, ac præfatam Abbatiam fuisse creditricem de prædicta summa pro liuellis decursis, & non solutis. Quibus accedat de dicta emphyteusi constare, seu dictos campos fuisse datos in emphyteusim per dictā Abbatiam præfato Sixto ex propria confessione per eosdem aduersarios in eorum petitione, seu libello facta, cui stari debet: & quia quis contra propriam cōfessionem
11 † uenire non potest per tex. in l. generaliter. C. de non nume. pecun. c. per tuas ante fin. de Probat. & Ferrat. cautel. 57. num. 2. Etquia libellus probat omnia in eo contenta contra libellantem, prout dicit Paris. in cons. 24. num. 10. vol. 3. & Barbat. in cons. 18. num. 40. vbi etiam dicit idem procedere de rescript. ut probet contra impetrantem in eo narrata uol. 2. ad quod facit idem Ferrat. d. loco, vbi etiam dicit, quod quis à propria scriptura adstringitur, ut contra eā uenire non possit.

Quo uero ad secundum dico, quòd ex
12 quo emphyteuta † tenetur docere de solutione pensionis, seu Canonis, prout dicit Cyn. in l. 2. num. 11. in quinta quæst. C. de iure emphyteu. quem secutus fuit Petru. de Anch. in c. potuit. num. 24. de locat. Cum sufficiat creditori probare promissionem ad hoc, ut debitori conueniat probare debiti solutionem per l. 1. C. de probat. Et in processu non constet de aliqua solutione pensionis à dicto anno 1555. vsque modo, imo de contrario per dictas literas, & per consequens appareat ex processus inspectione debitam pensionem per plures annos non fuisse solutam, cum sic soleat talis
13 negatiua † nō factæ solutionis, seu probationis probari, ad dicta per Iacob. Butreg. in l. 2. C. de error. Aduoc. Abb. in cons. 92. nu. 3. vol. 1. Cephal. cons. 250. nu. 3. vol. 2. Purpurat. in cons. 524. num. 10. vol. 2. Late Franc. Hercul. in trac. de negat. proban. sub num. 176. & seq. & Menoch. in cons. 199. num. 3. vol. 2. & late Surd. in cons. 55. num. 14. uol. 1. Non est dubium præfatos hære-
14 des Sixti, qui dictam emphyteusim † habebant, ipso iure amisisse; ita quod consolidatum fuit dominium utile cum directo, & applicatum dictæ Abbatiæ dominium directum habenti, prout firmat Clar. in d. § emphyteusis, quæst. 8. num. 1. per l. 2. C. de iure emphyteu. & c. potuit, de locat. & conduct. Corne. in cons. 165. num. 27. vol. 2. & Soc. iun. in cons. 111. nu. 5. vol. 2. cū & hoc procedat etiam in emphyteuta Ecclesiæ, prout dicit Card. Florent. in d. c. potuit, nu. 15. de locat. & conduct. Et licet de æquita-
15 te Canonica moram † in non soluēdo debitum Canonem purgari possit celeri satisfactione, prout habemus in d. c. potuit, &
** magis communis opinio sit, prout dicit Clar. d. quæst. 8. num. 15. & arbitrio iudicis standum esse, quando dicatur celeri satisfactione emphyteutam morā purgasse, prout sic communiter tenere Doctores prius dixit Ripa in l. in insulam. num. 35. ff. de verb. oblig. & Dec. in cons. 146. nume. 1. in ver. postremo. ubi etiam dicit glo. Card. Imol. & alios sic tenere in d. c. potuit, Locat. ubi etiam subdit legitime iudicem posse arbitrari infra mensem, uel duobus mensibus moram purgari posse, motus auctoritate Petri de Anch. cons. 420. num. 3. in uer. In tertio dubio, ubi postquam num. 2. in ver. Tertio dixit, quòd mora purgari possit arbitrio iudicis, ut est dictum, subdit in resolutione; quòd postquam quoddam monasterium Sācti Dominici cessauerit per multos annos soluere, uidetur postea moram purgari non posse; cum qui tanto tempore distulit non celeriter satisfacere, prout exigit tex. in d. c. Potuit, & quod properea ad breue tempus est illa celeritas coarctanda: Et quod nemo iudex arbitrabitur celerem satisfactionem esse faciendā infra quadriennium, uel quinquennium, & multo minus in casu nostro infra decem annos, & multo maiori tempore; cum post biennium tantū cadat emphyteuta à iure suo. Et idem uoluit Anto. de Butr. in c. potuit, num. 18. in uer. per prædicta de locat. & conduct. & ibi Hostien. num. 9. & seq. ubi postquam aliorum recensuit opiniones, intra quantum tēpus emphyteuta satisfacere debeat ad hoc, ut dicatur celeri satisfactione moram purgasse; subdit postea celeriter non dici satisfecisse, qui satisfecit in iudicio tractus. subdendo etiam d. nu. 9. in fin. quod si Do-
16 minus † post tempus quærat ab emphyteuta habere pensionem, & ipse deneget illam dare, quòd ulterius non poterit emphyteuta celeri satisfactione prouidere, sed poterit

expelli,

expelli, quod omnino facit ad casum nostrum stantibus literis R.D. Fulgentij eiusdem Abbatiæ Procuratoris ab Aduersarijs in actis productis, per quas requisiuit Priorem eiusdem Monasterij Sancti Stephani, & fratres ad soluendum pensiones decursas, & ad faciendum instrumentum emphyteuticum, & facto recusarunt, prout recusant etiam hodie, stante lite, licet non requirantur, vt satisfaciant, cum dicta Abbatia recuperauerit eius bona, & pensiones super melioramentis eorundem bonorum; & ideo hodie etiam ex isto capite minime purgari potest mora; cum Abbatia facto suo declarauerit emphyteusim cecidisse in commissum & esse deuolutam: ex quo auctoritate propria recuperauit possessionem eorundem bonorum datorum in emphyteusim, ad dicta per Dec. in d. cons. 146. num. 3. in ver. ultimo, & nu. 4. quod prius uoluit Bartho. Veronen. in cons. 25. num. 4. in fin. & seq. & auctoritate iudicis fecit vendere melioramenta facta in dictis bonis per illos de Capitib. vaccæ, seu hæredes supradicti Domini Sixti, licet & illa essent deuoluta, & consolidata una cum dominio directo; prout dicunt Corne. Soc. iun. & Clar. desuper allegati.

Et licet aliqui nostrorum interpretum tenuerint, quod in tali priuatione emphyteu-
17 sis † ob non solutionem Canonis requiratur sententia declaratoria iudicis; prout uoluit Specul. in tit. de empyteusi. §. nunc aliqua sub nu. 60. in vers. quadragesimoseptimo quæritur, & num. 61. Alberic. de Rosat. in l. 2. nu. 3. C. de iure emphyteu. Paul. de Castr. in cons. 68. in prin. vol. 2. Roman. in cons. 212. num. 7. Dec. in d. cons. 146. num. 8. cum alijs adductis à Tiraquel. in repet. l. si unquam num. 187. C. de reuoc. donat. & Ias. in l. 2. num. 12. C. de iure emph. Tamen idem Dec. in d. cons. 146. nu. 6. in fin. & nu. 7. pluribus auctoritatibus firmat, quod dominus directus, si emphyteuta cessauerit ultra biennium soluere Canonem Ecclesiæ, quod auctoritate propria potest ingredi possessionem absque aliqua sententia declaratoria iudicis, cum ipso iure emphyteuta fit priuatus, dicens hãc esse com-
* munem opinionem, & ab ea in iudicando recedendum non esse. Quod ante eum firmauit Antonius de Butr. in cap. potuit, sub num. 18. circa medium, similiter dicendo hanc esse communem opinionem. Quem sequitur ibi Imol. sub num. 29. circa medium in ver. sed aduerte per totum de locat. & conduct. & Ant. de Butr. reiecta prima opinione, pluribus auctoritatibus sequitur Ias. in d. l. 2. num. 13. in uer. Contrariam opinionem, & nu. 14. in ver. quod tenendum. Et ibidem Salice. num. 2. & conclusiuè nu. 8. & seq. C. de iure emphyteu. Hancque conclusionem sequitur, & latè comprobat Alex. in cons. 6. num. 18. ante fin. & nu. 19. & seq. dicendo Doct. damnare præfatam opinionem Specul. vol. 3. & Alex. & alios ita tenentes sequitur Ruin. in cons. 50. nu. 10. uol. 1. & in cons. 57. nu. 2. uol. 4. & ita tenet etiam Cassad. similiter referendo hanc esse communem opinionem in decis. 1. nu. 1. per totum sub tit. de locat. & conduct. &
** hanc esse magis communem opinionem dicit latè Socin. iun. in cons. 111. num. 2. & seq. ubi plures auctoritates accumulat primo. Corn. in cons. 115. col. 2. ubi similiter dicit, quod ipso facto propter Canonem non solutum debito tempore emphyteuta perdit ius suum; & res reuertitur ad proprietarium, non expectata sententia iudicis, modo proprietarius velit. Et idem dixit in cõs. 237. num. 2. in uer. quia propter non solutum Canonem, & seq. referendo similiter hanc esse communem; vbi plurimos pro hac opinione allegat eod. uolum. 1. & idem optime firmat in d. cons. 165. num. 26. & seq. vol. 2. vbi similiter dicit ipso iure cadere à iure suo emphyteuta, & propter nõ solutum Canonem per l. 2. C. de iure emphy. & propter alienationem de re emphyteutica factam, non requisito directo domino per l. fin. eod. tit. cum sua glo. fin. Barth. Veron. in d. cons. 26. num. 4. & seq. vol. 1. in ciuil. ubi postquam dixit, quod emphyteuta ob non solutionem Canonis in debito tempore ipso iure cadat à iure suo, & fit priua-
* tus domino volente. Et quòd hæc sit communis opinio, & ita practicauerit, & practicari uiderit, subdit similiter, quod lex permittit illo casu dominum ingredi possessionem propria auctoritate, Franc. Sarnient. in Sellect. opinion. lib. 3. c. 5. in uer. sexto, & in uer. final. & ante eos Bal. in l. 2. in 2. lect. num. 4. C. de iure emphyte. et Corbol. in tract. de caus. ex quib. emphy. iure suo priuet. in uer. de causa priuatio. ob non solutum canonem limit. 45. in princ. ubi etiam dicit

ff.rem ratam haberi.l.de quibus in fin. in illis verbis, nam qid interest suffragio populum uoluntatem suam declarare, an verbis ipsis,& factis. Et respondit Paris.in cons.3. num. 11.vol.4.ad quod facit Alex. in cons. 130.num.3.vol. 1.ubi dicit quòd declaratio
23 † nimis potest fieri parte absente. Et quòd dominus uendendo rem emphyteuticam alteri intelligatur propterea suam uoluntatem declarare: Item conueniendo emphyteutā coram iudice pro deuolutione: Item si dominus impetret præceptum iudicis aduersus emphyteutam de disgrombando ad eum ob non solutionem canonis deuolutā, firmat plures citando idem Corbol.in præcitato loco sub nu. 10.& seq.fol.mihi 429.

Et ex istis appareat per illos de Capitibus vaccæ debitum canonem per plures annos d. Abbatiæ dominiū directum habenti, seu illius Abbati non fuisse solutū, cū illoque fuisse consolidata melioramenta, prout latè ultra supradicta firmat Corbol. in d.uers.de causa priuat. ob non solut. Canon.ampliat.36. vbi quamplures accumulat ita tenentes, moramque purgari non potuisse, nec posse; & iuste potuisse eundem R. Abbatem, seu alium suo nomine auctoritate propria ingredi possessionem eorundem bonorum, alias in emphyteusim datorum, vel mediante iudice laico & incompetenti, prout prætendunt Aduersarij: cū qui
24 propria † auctoritate apprehendere potest possessionem alicuius rei, hoc & facere possit per manus iudicis incompetentis, cum tunc quilibet iudex sit competens; prout firmat optimè Ias.in l.fin.sub num. 16. in ver. nam quando. C. de edict. Diui Adria.tollen. Et sit resolutio secundæ dubitationis.

Quò vero ad tertiū similiter dico, quod ex quo præfatus D. Sixtus de dicto anno 1548. dedit ad liuellum perpetum in capite uiginti nouem annorū semper renouan. dictos campos non requisita dicta Abbatia, seu illius Abbate directum dominium habente, R. Patri Mag. Petro Lauretano Ordinis Sancti Augustini hæremitarum, prout patet instrumento per partem aduersam in actis producto, de quo in procef.fol.
25 96.& seq. præfatū Sixtum ob dictā † alienationem ipso iure absque eo quòd interuenerit alia sentētia iudicis à dicta emphyteusi cecidisse, prout scriptum reliquit Ias. in l. fin. num. 103. vsque ad num. 106.& ibidem prius Salic.num. 18.& Bal.nu. 20. & ibi tex. & glo.fin. C. de iure emphyteu. Anto.de Butr.in cons.22.num.1.ubi etiam dicit dictam glo.fin.per neminem reprobatam, nec indubium reuocatam esse. Latè Bero.in cons.120.nu.12. & seq. volum. 1. Castren.in cōs. 68. post principium in uer. sed propter alienationem vol. 2. Alexan.in cons.27.num.4. vbi dicit dictam alienationem nullam esse domino directo volente vol.6.& idē dicit in cons. 113.nu.3. vol.4. Clar.d.§.emphyteusis quæst.13. num. 1.& seq. Cum paria sint quo ad priuationem iuris sui canonem non soluere, & irrequisito Domino alienare, prout dicit Alex.d.cons. 27.nu.4.uol.6.Ias.in d.l. fin. sub num. 104. C.de iure emphy. Petr. de Anch. in c. potuit.num.8. Locat. & Corne.in cons. 165. num.26.in prin.vol.2.& dicit Corbol.in d. tract.de Cau. ex quibus iure suo emphyte. priua.in uer.de causa priuationis ob aliena. inrequisit. domi.fact.ampliat.53. per totū. Et quòd emphyteuta non possit rem emphyteuticā inrequisito domino in emphyteusim alteri dare, prout dedit in casu nostro nullam mentionem faciendo de dicta Abbatia, & illam dando iure suo cadat, & ita de consuetudine seruari: cum negari nō possit, quod sic concedendo rem emphyteuticam non sit species alienationis, dicit Clar.d.§.emphyteusis quæst.29. quod ante eum latè id firmat Ias.plures auctoritates adducendo,& dicendo etiam ita de consuetudine seruari in d.l.fin.num. 110.C.de iu-
26 re emphi. Et quod nec feudum † possit dari in emphyteusim perpetuam, uel in eo cōstitui usufructus sine consensu domini, firmat Affli.in c. Imperialē.sub n.69.de prohi bit.feudi alien. p Fride. Et hæc de tertirio.

Quo vero ad quartam dubitationem dico ex supradictis remanere resolutam, cum supra demonstratum fuerit ob non factam solutionem canonis per hæredes Sixti emphyteutas per plures annos dicto Abbati, pro ut tenebantur, ac per alienationem factam de dictis bonis emphyteuticis per dictum Sixtum ad liuellum perpetuū in personam dicti Fratris Petri Lauretano pro se & suis hæred ibus &c. ipso iure emphyteu-
27 tam † à suo iure cecidisse, & melioramēta cum dominio utili consolidata fuisse; & absque aliqua sententia iudicis declaratoria dictæ caducitatis dictum Abbatem potuisse

in uer. decimo fallit. ff. de acquiren. possess. & in cons. 77. nu. 12. vol. 2. & Caputaq. d. decis. 175. num. 4. in ver. & quia, part. 3. Et ista sufficiant pro quartæ & ultimæ difficultatis resolutione. Et per supradicta omnia etiam sit apertè demonstratum de bono iure dictæ Abbatiæ Sanctæ Mariæ e Carceribus, & de malo iure dicti Monasterij Sancti Stephani: & quòd aliquam restitutionẽ prætendere non possit de dictis campis, de quibus agitur; cum tam quo ad proprietatem, quam quoad promissionem sint eiusdẽ Abbatiæ. Et ita fuit iudicatum per Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Nuntium huius Ciuitatis Venetiarum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Delati de uerbis iniuriosis contra inquisitorem prolatis, stante testium depositione, & attestatione per chirographum facta, casus discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares singularitate obstatiua nõ probant.*
2 *Conspiratoribus testibus non creditur, etiam in tribunali inquisitionis.*
3 *Exceptiones duæ, quæ testibus fieri possunt in tribunali inquisitionis.*
4 *Testibus per meditatum sermonem deponentibus nõ creditur tanquam suspectis.*
5 *Inimicitiæ Capitales oriuntur ex iniurijs uerbalibus inter iniuriatum & iniuriantem.*
6 *Verba iniuriosa in genere prolata capitalis inimicitiæ causam afferunt.*
7 *Inimico Capitali etiam in tribunali inquisitionis non creditur.*
8 *Amicus inimici mei, meus inimicus dicitur, nec contra me in testem est admittendus.*
9 *Testi inuerisimilia deponenti fides non est habenda.*
10 *Verisimilia inspici debent, cum contraria sint falsitatis imago.*
11 *Verba iniuriosa ab alio prolata referens, non infert iniuriam.*
12 *Animus non debet in dubio præsumi iniuriandi. Verba mitiorem in partem sunt interpretanda.*
13 *Iniuria absque affectu, vel dolo, & iniuriandi animo non committitur.*
14 *Doli à præsumptione quis excusatur, si quid dicat quis ex rumore, & fama.*

CONSILIVM CLII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Iso processu in causa R. P. Don Bonifacij per R. P. Inquisitorem facto & fabricato tam in uim denuntiæ contra eum datæ, de qua in processu fol. 2. quã Chirographi contra eum similiter ipsum denuntiando dicto Inquisitori præsentati; de quo pariter constat eod. processu fol. 18. ter. in fin. & fol. 19. Et omnibus mature discussis & consideratis, mihi uidetur dicendum eũdem R. P. Don Bonifacium à Reuerendissimo P. Generali eiusdem congregationis, cui causa per eundem Inquisitorẽ fuit commissa, debere absolui, & liberari ab imputatione circa prætensam iniuriam, ut prætenditur, illatam in personam d. Inquisitoris, eidem obiecta; cum in aliquo non appareat deliquisse ex infradicendis.

Et primò pro clara ipsius innocentię demonstratione præmittendum esse duxi tenorem denuntiæ contra eum datæ. Secundo tenorem prædicti Chirographi contra eum pręsentati: ex quibus apparebit de eodem facto, seu de eisdem uerbis, semel ab eo, ut prætenditur, dictis contra eundem Inquisitorem eodem loco & tempore; diuerso modo denuntiatum fuisse; & super eisdem testes diuerso modo deposuisse. Et sic tam uitio contrarietatis quam falsitatis utranque denuntiam, & testium depositiones corruere, & in aliquo non probare. Tertio præmissum esse uolui testes, qui contra eundem delatum deposuerũt esse eiusdem Dalati inimicos capitales, & conspiratores, & omnino reijciendos, cum in aliquo nec in Sãctissimo Tribunali Inquisitionis, licet in casu nostro de rebus ad fidem pertinentibus non agatur, inimicis capitalibus, & conspiratoribus non credatur.

Et quo ad primum circa tenorem denũtiæ, dico quòd cum data esset denuntia sub die 11. Augusti anni 1600. ab H. qui forsan est R. P. D. Iacobus, contra R. P. Don N. qui forsan est Abbas, sub huiusmodi tenore &c. Quòd ab eo audiuerit dici in eius

Camera,

Camera, quod in ciuitate N. in Sanctissimo Tribunali Inquisitionis iste Inquisitor pro uno capite vituli, & quinquaginta cechinis eidem datis à q. Don Benedicto, ipse accommodauetat nonnullas causas magnæ importantiæ; prout patet process. fol. 1. Et cum vlterius adstringeretur idem denũtians à d. R. P. Inquisitore sub uinculo iuramenti & pœna carceris ad deponendum, & testificandum, si hoc ab alijs dici audiuerit; ipse respondit, & dixit hoc idem audiuisse dici ad mensam publice, quod omnes audiuerunt iam uno mense cum dimidio transacto incirca à d. R. P. Bonifacio per hæc uerba uidelicet, § Che mẽtre la V. Reuerentia era Inquisitore nella Città N. & si trouaua iui vedendo lei una causa di D. Gio. Battista, e di Don Benedetto prese V. Reuerentia cinquãta cechini in un sacchetto dal detto Don Benedetto, & accomodò ogni cosa. Et andò anco V. Reuerentia à spasso con li detti rei à Ribano, & alla Regazzina, § subdẽdo etiam idem denũtians quòd idem delatus dixit eidem, ꝙ Reuerẽtia Vestra fuit de dictis rebus querelatus in vrbe d. proc. fol. 2.

Quo vero ad secundum circa tenorem præfati Chirographi, dico similiter quòd in chirographo aliter attestatur per illum, qui illud confecit, qui forsan est Don Michael Angelus; & testes in calce eiusdem chirographi subscriptos, qui attestantur uera esse in eo contenta, quorum testium forsan unus est Don Constantius; & alter forsan est supradictus Abbas: quã in dicta prima denuntia contra dictum delatum data dicitur: cum in dicto chirographo facto sub die 2. Iulij 1600. legantur infrascripta uerba, uidelicet, § Si fà piena fede qualmente alli giorni passati stando à tauola à mangiare gl'Infrascritti Padri nel monasterio Don Bonifatio si vantò dicendo che il P. Don Gio. Battista Abbate haueua dato cecchini al Padre Inquisitore Generale di N. accio lo mettesse in galea, & lui hauendo di cio notitia si parti, e lo fece restare con un palmo di naso: & essendo rebuttato, & ripreso aspramente da B. disse al detto Don Bonifatio, tacete che questa cosa non puole stare, & altre simili parole furono dette contra di lui, che il fecero tacere. Io B. affermo e dico quãto di sopra è scritto Io D. Affermo esser uero quanto di sopra Io Q. Affermo esser uero quanto di sopra

Rebus sic præmissis dico euidenter cõstare, quòd uerba chirographi in totũ sunt diuersa, & contraria verbis supradictæ denuntiæ, cum in ea dicatur per eundem delatum dictum fuisse, dum erat ad mensam coram omnibus Patribus d. processu fol. 2. & 3. quòd d. R. P. Inquisitor pro uno capite vituli, & quinquaginta cechinis eidem datis à Don Benedicto accõmodauit nonnullas causas magnæ importantię; & prout suprarelatũ est. In chirographo uero dicatur, quòd dictus delatus dixit, quòd R. P. Abbas dederat septuaginta cechinos eidẽ R. P. Inquisitori Generali antedicto vt mitteret ad triremes eundem delatum; & ipse propterea cum hoc sciuerit, quòd discessit de dicto loco; & prout in dicto chirographo similiter supra relato cõtinetur; quod fuit confirmatum ab eisdem testibus super eodẽ chirographo examinatis, prout patet processu fol. 19. ter. & fol. 20. & 22. prout & tanquam testis deposuit suprascriptus denuntians d. processu fol. 1. in prin.

Vnde negandum non est, prout nec negari potest dictos testes circa dictas duas denuntias in eorum attestationibus fuisse
2 & esse contrarios, & singulares † singularitate obstatiua, prout fuit illa Susannæ: cum verba eodem loco & tempore, prout prætenditur, prolata à dicto delato sub diuerso tenore, & sensu attestentur fuisse dicta. Et ideo omnino reijciendi, cum in aliquo eis non credatur, etiam in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis, prout nec in alijs Tribunalibus: prout firmat Ioan. à Roya. in sing. in fauor. fid. 203. num. 6. in prin. & tract. de hæret. assert. 6. nu. 122. par. 2. Et Simanch. de Cathol. Instit. in tit. 64. de testib. nu. 62. quod prius dixit Bal. in Rub. de controuer. inuestit. sub num. 2. ad fin. quem secutus fuit Barbat. in cons. 40. num. 29. in princ. vol. 3. Et Caccialup. in repet. l. Admonendi sub num. 91. in uer. Tertia. ff. de iureiur. & idem Bal. in c. licet causam. num. 11. de probat. & Aymo late in cons. 267. sub nu. 3. & seq. & facit Salic. in l. testium. nu. 15. in uer. semiplene. C. de testibus.

Deueniendo modo ad tertium dico similiter dictis testibus in dicto chirographo subscriptis aliquid non esse credendum, quia apparet in unum coniurasse, seu conspirasse contra eundem delatum, & per eundem

eundem præmeditatum sermonem deposuisse, cum eorũ attestationes in iudicio nõ uocati, sed sponte proprio fomite odij, & inimicitię inducti, vt infra dicetur. in uno chirographo collegerunt, ut possent examinari ad illud, tanquam ad anchora se referre, prout fecerunt, ne falsitas cogitata de memoria discedens in diuersis eorum dictis discordes tenderent contra cogitatam malitiam, & iniuriam aduersus dictum delatum. Cum dubium non sit, conspiratori-
2 bus † etiam in Sanctissimo Tribunali Inquisitionis aliquid nõ credi, & omnino eorum testimonio de fide detrahi, prout dicit Zãch. de hæret. c. 13. nu. 3. & ibi late Additio in uer. conspiratores, quem secutus fuit Pegna. in direct. inquisit. in tit. de defens. reor. comm. 28. col. 6. circa medium in uer. sententia uera in fin. par. 3. fol. mihi 482. ubi
3 dicit in Tribunali † Inquisitionis duas tantum exceptiones testibus obijci posse, quæ penitus dicta eorũ repellãt, videlicet inimicitias capitales & conspirationes.

Et quòd testibus † per eundem præmeditatum sermonem deponentibus tanquã in vnum conspirantibus, & suspectis nõ credatur, cum eam suspicionem tam theologi, quam iurisperiti dignam esse notatione doceant, firmat Simanch. in Enchi. iudi. uiolat. relig. tit. 35. de testib. nu. 33. quod ante eum uoluit D. Chrisosto. in homil. 1. in Math. col. 2. in fin. & col. 3. in prin. Et conclusiuè in uer. Si enim ex toto. Quẽ secutus fuit D. Thom. in 2. 2. quæst. 70. art. 2. in ver. ad secundum in fin. Dec. in cons. 627. nu. 3. in princ. & Paris. in cons. 55. nu. 34. vol. 4. & habemus tex. in l. 3. ibi, vnum eundemque præmeditatum sermonem attulerunt ff. de testibus.

Et non solum dicti testes omnino sunt reijciendi, & in aliquo eis non est credendum per supradicta; uerum etiam & quia sunt inimici capitales eiusdem delati; & inter ipsum & Don Michael Angelũ dicit dictam inimicitiam originẽ habuisse eo, quia antequam fieret dictum chirographum forsan ab eo, & alijs in calce eiusdem nominatis & subscriptis ipse, ut vulgò dicitur, § lo fece scropolo tãto à esso Don Michel Angelo, quanto all'Abbate del detto Monasterio di N. che nõ dicesse, & nõ le lasciasse dir Messa per esser esso Don Michel Angelo lunatico, & da tutti tenuto matto, si come altre uolte percio le è stata leuata la messa dal Reuerendo P. Don Michel Abbate all'hóra in Roma. Et che detto Don Michel Angelo percio le disse villania, e le soggiunse, che se ne uoleua uendicare: § Et quòd pluries altercati fuerunt in simul tam in dicto Monasterio, quam alibi. Ex quo idem delatus pluries admonuit ipsum Don Michel Angelum, quòd priuauerat vnum de uita in Sancto Gregorio; prout etiam dixit talem informationem haberi posse à dicto Don Michaele alias Abbate in dicto Monasterio Sancti Gregorij in vrbe: prout prædicta omnia probare paratus est; et se offert pro sui defensione, quatenus expediens uideatur.

Prout & similiter dixit esse suum inimicum capitalem supradictum Don Constãtium, ex quo cum eo habuit uerba altercatoria: & eidem dixit ad præsentiam R. Abbatis dicti monasterij, § che esso era un Sodomito; § prout patet dicto processu fol. 11. ter. & similiter offert se talia uerba dixisse probaturum. Nec modicum signum inimicitiæ elicitur inter dictum delatũ, & dictos testes ex eisdemmet uerbis eorum examinibus contra eundem delatum per dictos testes prolatis. Nam cum idem Don Constantius interrogaretur, an dum erant ad mensam idem delatus dixerit ad præsentiam omniũ Patrum uerba, de quibus fuit denuntiatus forsan à Don Iacobo, prout in processu fol. 2. & 3. vt supra dictum est: ipse testis respondit, se non audiuisse dici talia uerba à d. Don Bonifatio, quod recordetur, subdendo eum iniuriando, § Che è vero, che ciarla, & potria hauer dette queste, & altre parole, e peggio, § prout patet d. processu fol. 21. ter. & supra fol. 20. ter. ubi ex se contra eundem delatum similiter ipsum iniuriando profert hæc alia verba, uidelicet, § Signor quest'huomo è facile nel dir più tosto male, che bene, & è ignorantissimo.

Prout & clarum Signum capitalis inimicitiæ contra eundem delatum, & ipsum Don Michael Angelum affert etiam idem testis ex uerbis per eum prolatis similiter eum iniuriando, & de furto reliquiarũ Sanctarum inculpando; & quòd fuerit alias in Inquisitione; dicendo etiam non interro-

gatus, postquam deposuit confecisse præfatum chirograghum, & pro ueritate illud subscripsisse: ex se, § Se fusse vero, che detto Don Bonifatio hauesse detto tali parole, è un ciarlone, & è stato un altra uolta nell'Inquisitione per hauer tenuto delle Sante Reliquie in camera sua senza riuerenza, e senza licenza, ancora hauendole tolte lui à uno, che haueua licenza, § prout patet d. processu fol. 22. ter.

Cum non sit dubium ob iniurias uer-
5 bales, capitales † inimicitias inter iniuriatum & iniuriantem oriri, prout expresse firmat Bald. in cap. veniens, numero quinto, de iureiuran. Quem sequitur Ias. in l. procuratoribus numero quinto, C. de Procur. Marsil. in l. 1. §. præterea nu. 23. circa medium in uer. item oritur Capitalis inimicitia ff. de quæstio. ubi etiam dicit cum occurrisset sibi de facto in causa satis vrgenti ita iudicatum fuisse; & in cons. 3. numero 10. Roland. à Valle in cons. 24. numero 38. uolumine primo, & late Grammat. in uoto 6. numero quarto, & quinto, quos refert & sequitur Franci. Pegna. in direct. inquisito. in 3. par. q. 67. Eyme. in comme. 116. col. 3. in fin. in ver. octauo oritur, fol. mihi 658.

Et quòd dicta verba, sic in genere pro-
6 lata sint verba iniuriosa, cum denotent delictum, licet commissum non sit: cum idem delatus dixerit eidem Don Constãtio Sodomitum, & Don Michaeli Angelo dixerit, quòd priuauerat unum de vita, & quòd sic dicebatur: & ipse dixerit de eo, quod subripuerat reliquias illi, qui habebat licentiam illas detinendi: & quod cum illas retineret in sua Camera sine reuerentia, fuit missus in Inquisitione, ultra alia supradicta Not. Bar. & Bal. in l. tertia, numero secundo, & ibi etiam Iaso. numero quinto. & Castrens. numero quarto, ff. de liber. & posth. Angel. in §. primo, numero secundo, & Io. de Plat. in §. secundo, numero octauo. Instit. de iniur. Et quòd pariter sint verba iniuriosa; & ex eis oriatur inimicitia capitalis, dicit idem Pegna. in præcitato Commen. 116. col. 3. in fin. in ver. octauo oritur, & col. 4. in prin.

7 Qua inimicitia capitali † stante inter ipsum delatum & præfatos testes omnino illis de fide detrahi, & aliquid non esse credendum etiam in Sanctissimo Tribunali Inquisitionis firmat Eyme. in Direct. inquisito. in d. quæst. 67. tert. part. Et ibi Pegna in dicto Comment. 116. in princ. ubi dicit ita communiter teneri, & idem Pegna in titu. de defensio. reorum, in commet. 28. columna tertia, ad fin. & sequen. dicta 3. parte, fol. mihi 481. Zanchi. de hæret. cap. 13. numero tertio, & ibi late Additio in ver. Conspiratores, uel inimici capitales; Quod prius firmauit Hostien. in Sum. in tit. de accusat. §. quis possit, columna tertia, in uer. Admittitur. Et uoluit Archi. per Eyme. citat. in cap. ut officium, columna secunda, ante medium in ver. debent etiam inquirere, de hæret. in 6.

Neque aliquid obstat, etsi diceretur, quòd in particulari non probatur aliquam inimicitiam esse inter dictum Delatum & Abbatem eiusdem Monasterij, qui similiter forsan subscripsit dictum chirographũ, quia dicitur ipsum cum supradictis alijs duobus testibus esse conspiratorem, & in unum cum eis coniurasse, & per eundem præmeditatum sermonem deposuisse contra eundem delatum: propterea omnino ejus testimonium cum alijs à iure reijcitur per auctoritates desuper adductas.

Vltra quòd etiam censeatur eiusdem delati inimicus capitalis, ex quo adhæsit, & se coniunxit ad faciendum dictum chirographum cum suis inimicis capitali-
8 bus: cum & amicus mei inimici † contra me ad testimonium ferendum non admittatur; cum & inimicus meus recte dicatur, prout dicit idem Pegna. in dicto comment. 116. columna sexta, in 15. causa in uer. Itẽ præsumitur inimicus post princ. & in uer. idem locum habet. Alexan. in consilio 99. numero quarto, & optime Grammati. in cons. 24. nu. 6. & seq. in ciuilibus per Pegn. allegat. ubi dicit satis dici inimicum meum illum, qui contrahit amicitiã, seu confederationem cum inimico meo, cum præsumãtur eiusdem esse intentionis.

Quibus accedat eisdem testibus aliquid non esse credendũ, licet de huiusmodi fundaméto, & defensione parum egeat dictus delatus, stantibus dictis exceptionibus singularitatis obstatiuæ conspirationis, & inimicitiæ capitalis eisdem testibus obiectis, & probatis: cum omnino ex eis repellantur, & nulla fides adhibeatur, prout

supra

supra firmatum est. Ex quo tam aperte inuerisimilia deponunt circa contenta in d. chirographo. Nam quomodo dictus delatus potuit dicere talia verba, de quibus in chirographo, si non erat querelatus, seu denũtiatus, uel processatus, vel detentus in Sãcto Officio Inquisitionis penes dictum Reuerẽdũ P. Inquisitorem: & quòd disciplina regularis non patiatur, ut monachi se transferãt ad eorum nutũ & beneplacitum, quo volunt; sed requiritur eos licentiam à suis Prælatis habere: & quòd assignetur monasterium, in quo commorari, & de familia esse debeant, nisi uelint propria auctoritate de eorum monasterio, ubi sunt, apostatando discedere. Et quomodo Abbas permisisset eum de eodem monasterio discedere cum sua licentia; si ipse dedisset eidem R. P. Inquisitori septuaginta cecchinos, ut mitteret eundem delatum in triremibus, quasi de facto nullo præcedente delicto, & causa, tanquã princeps absolutus super ipsos Monachos hoc facere posset: quod omnino absurdum esse, & ab omni uerisimilitudine distare nullus prudens iudex negabit. Et ideo etiã ex isto capite inuerisimilitudinis,
9 † cum reddant se suspectos de falso, nulla fides eisdem haberi potest. prout dicit Natt. in cons. 633. num. 14. volum. 3. Aymo in cons. 134. nu. 36. & sequen. Dec. in cons. 94. num. 2. in uer. secundo. Et quod iudex inuerisimilia deponenti non debeat credere dicit Grammat. in cons. 45. num. 8. in crimi. Et quòd sit contra testes inuerisimilia deponentes præsumptio falsitatis: & ideo illis non esse credendum, dicit Abb. in c. quia uerisimile nume. 3. de præsumpt.
10 Et quòd illud, quod est uerisimile † inspici debeat, & nõ quod à uerisimili distat, cũ sit quædam falsitatis imago, dicit Bal. in l. prima, num. 16. C. de serui. fugit. quem latè secutus fuit Ias. in l. si extraneus, numc. 8. & seq. ff. de condit. cau. dat. & idem Gram. in cons. 42. nu. 14. in crimin. & in uoto. 14. numero 8.

Et cum aliqua uerba iniuriosa non probentur prolata fuisse per dictum Reuerendum Don Bonifatium contra dictum Reuerendum Patrem Inquisitorem ex præfatorum testium depositionibus, cum in aliquo contra eum non probent per desuper dicta. Dico similiter nec per eiusdem delati depositionem aliqua uerba iniuriosa contra eundem Inquisitorẽ apparere prolata, licet in eius ĉostituto confiteat infrascripta uerba in effectu dixisse videlicet. § Che trouandosi à tauola in Cremona con quei Padri gia due mesi fà in casa, e uantandosi Don Constantio di hauer amicitia dell'Inquisitor di N. & di poter con lui: Esso dimãdò se questo Inquisitore è quello, che era Inquisitor in N. quando Don Gio. Battista era Abbate: e rispondendogli esso di sì, lui soggiũse, che Don Damaso le haueua detto, che l'Abbate Don Gio. Battista haueua accommodato la causa sua, che pendeua auanti esso Inquisitore trà esso Abbate & detto Don Damaso, con danari; & che le haueua dato cinquanta scudi, ò cechini, & delli pezzi di vitello, che l'haueua condotto seco a spasso à Ribano, & alla Ragazzina; § prout patet d. processu fol. 5. ter. & 6. cum certum sit, quod si quis referat uerba
11 † iniuriosa ab aliquo prolata; ipse non infert iniuriam, dummodo dicat relata referre; prout ad propositum considerat Deci. in cons. 478. num. 5. & dicit Claud. Bertaz. in sua Addit. ad cons. Bertazzo. 176. in uer. conditio, uolum. 1. in crimin. Ad quod facit Ruin. in cons. 145. num. 10. vol. 5. ubi dicit,
12 quòd in dubio nõ præsumitur animus † iniuriandi & delinquendi, ubi potest alia coiectura capi per l. merito. ff. pro socio. Et quòd in dubio uerba interpretanda sint, ut nullam inferant iniuriam, dicit idem Bertazz. in d. cons. 176. nu. 2. Et ad ppositum tradit Bar. in cons. 108. In quæstione vertente ante fi. in verbo, unde Inquisitio. Quẽ sequitur Marsil. in cons. 2. nu. 7. ubi ex dicto Bar. in d. cons. dicit, quòd quando aliquod uerbum profertur, quod potest sonare iniuriam, uel non iniuriam, quòd accipiẽdum est in mitiorẽ partem, videlicet, quòd non sonet iniuriam. Rui. in d. cons. 145. nu. 23. cum sequenti vol. 5.

Et quid plura? nonne constat ex eadem denuntia, de qua in processu fol. primo, quòd ab alijs dicebantur dicta per dictum delatum; cum denuntians de talibus verbis, qui forsan fuit Don Iacobus, denuntiauit N. qui forsan est Abbas eiusdem monasterij. Et cum verba dictæ denuntiæ sint clara, de eis dubitandum non est, l. ille aut ille §. cũ in uerbis. ff. de legat. 3. & in claris cessant coniecturæ l. continuus. §. cum ita ff. de uerb. oblig.

13 Et iniuria † non committitur sine affectu, uel dolo, & animo iniuriandi l. 3. §. primo, ff. de iniur. & l. si conuicij. C. eodem. & dixit Oldrad. in consilio 35. numero secundo, in fin. & sequen. Aymo in consilio 13. numero secundo. Barbat. in consilio 15. numero 16. volumine quarto. Ruin. in dicto consilio 145. numero decimo. in princi. volumine quinto. Et Bartho. Veronen. consilio 70. numero 11. in crimin. Et prius dixit Bal. in consilio 230. omne factum, in fin. volumine tertio, & in consilio 443. coram uobis, in fine. uolumine quarto, & in consilio 477. numero secundo, volumine quinto, ubi propterea subdit, in actione iniuriarum quòd lata culpa non æquiparatur dolo.

Dico quòd si de uerbis relatis per dictum delatum, seu eodem facto erat rumor uel fama in illo monasterio uel alibi; quod etsi non dixisset in specie, à quo dici audiuisset; quòd nihilominus cum esset
14 ductus † ab illo rumore, seu fama ad sic dicendum, quòd excusaretur à præsumptione doli per l. miles. §. mulier. ff. de adult. & dicit Bart. in l. fina. numero septimo, ff. de hæredibus institu. & Bartho. Veronen. in dicto consilio 70. numero 13. in crimin. & Boeri. in consilio quarto, numero 44. & Claudi. Bertazz. in Addit. desuper allegata. Et per consequens etiam excusatur à poena, prout dicitur in dicta l. miles. §. mulier. & dicit idem Bart. in præcitato loco, & Bartho. Veronen. dicto loco, & Boer. dicto consilio, & numero 44. Et allegant etiam l. secundã, ff. quis ordo in bonor. possess. seruet. Nec mirum cum sine dolo iniuria fieri non possit per auctoritates desuper adductas. Et hæc sufficiat me dixisse pro defensione pfati R. Delati, & ad demonstrandum eius innocentiam. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis, atque gloriosissimę Virginis Matris Mariæ. Et causa hæc in decisa adhuc manet.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Causa coram Nuntio Apost. introducta, citationeq; in uim appellationis concessa; ipsam nec remitti, eo non consentiente, cui citatio fuerat concessa, nec auocari a Nuntio posse, qui vigore citationis iudex est effectus, ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Causa remitti non debet, tertio, cuius interest, non consentiente.*
2 *Causis in connexis coram eodem iudice est litigandum.*
3 *Approbari debet ab omnibus, quod tangit omnes.*
4 *Causa introducta coram uno iudice, obtinere potest, ad alterum ut eatur.*
5 *Iudicium ubi est acceptum, ibi & finem accipere debet.*
6 *Causas appellationis quin cognoscant Nuntij, licet examinatores non habeant, non impedit Concil. Trident.*

CONSILIVM CLIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Causa, de qua agitur, uenit auocanda ab Aud. Cameræ & remittenda Nuntio Apostolico Venetiarum, ubi fuit primo introducta, cum ab electione facta per Episcopum Cæneten. Antonij de Leuada, tanquam magis idonei ad Ecclesiam Curatam Sancti Titiani Villæ de Francisco eiusdem diœcesis tunc uacantem, à Ioanne Baptista Gamba & à Cæsare Lupo ab examinatoribus Synodalibus similiter approbatis diuisim tamen ad S. Sedẽ fuerit appellatum, iuxta formam Bullę fe. record. Papæ V. in suo ordi-

ne 32. §. vt autem non solum. Et licet primo causa appellationis præfatæ fuerit introducta per D. Cæsarē coram d. Nuntio contra d. Antonium: tamen antequam ad eorum instantiam obtinuerit causam præfatam remitti dicto Nuntio ab eodem Aud. C. idem Ioan. Baptista etiam obtinuerat in vim suæ appellationis citationem ab eodem Nuntio contra eundem Antonium. Vnde Nuntius præfatus effectus fuerat per relaxationem dictæ citationis omnium iudex, nec res erat integra, quando præfati Cæsar & Antonius obtinuerunt illam eidem audito-
1 ri remitti, † non consentiente d. Ioannes Baptista, ad dicta per Bar. in l. more maiorum. num. 13. & ibi Purpur. num. 111. ubi dicit, hanc esse communem opinionem. ff. de iurisd. omni. iud. & voluit Io. Andre. In cap. venerabilem, numero 9. & sequen. de offic. delegat.

2 Et ideo cum in causis † connexis coram eodem iudice sit litigandum l. 1. ff. ex quib. rebus ad eund. iudi. eat. & in re indiuisibili, prout est sententia ferenda, licet diuersæ sint personæ, utile per inutile vitietur, prout dicit Dyn. in reg. utile per inutile. num. 6. de reg. iur. in 6. & melior in re communi sit conditio prohibentis c. in re communi eo. tit. in 6. & l. parietem, & ibi Bal. ff. de ser-
3 uit. vrba. præd. Et quod omnes † tangit ab omnibus approbari debeat, c. quòd omnes de reg. iur. in 6. l. fin. ante fin. C. de aucto. præsta. l. in concedendo ff. de aqua pluuia arcen. & l. quod maior. ff. ad municip. & in-
4 col. licet de consensu partium causa † introducta coram uno iudice possit obtineri, ut ad alium iudicem eatur; prout dicit Add. prima, ad Bart. in l. ubi acceptum. ff. de iud. tamen ex quo fieret talis remissio, idem Ioannes Baptista nō consensit, videtur adhuc præfata causa esse coram dicto Nuntio per supradicta auocanda à dicto Auditore C. & eidem remittenda; cum vbi iudicium
5 † est acceptum, ibi & finem accipere debeat dicta l. ubi acceptum, & ibi Barto. ff. de iud.

Neque à Concilio Tridentino super prouisione Parochialium disponente cap. 18. §. nec prædictorum examinatorum sessi. 24. de reformat. improbari uidetur;
6 vt Nuntij Apostolici † etsi non habeant proprios examinatores, cum per alios locorum, in quibus morantur id expleri possit, ut tales causas appellationis cognoscere non possint; imo & expresse uidetur concessum; cum Concilium præfatum tantum prohibeat eorum inhibitiones impedire, quominus relationem examinatorum executionem habeat. Et sic ad effectū deuolut. ad eos deuolui posse.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Filiorum legitimitatem ex libris baptizatorum pa, rentum confessione & tractatu, atque ex publica voce & fama etiam post Concilium Tridentinum, etsi de matrimonio non constet, per librum Plebani probari, demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium uel principaliter propter se, vel incidenter propter aliud deduci solet in iudicio; id quale sit declaratur.*

2 *Probationes leues ad probandum matrimonium incidenter in iudicio deductum sufficiunt: & quare, & nu seq.*

3 *Legitimitatis & successionis ad effectum sufficiunt coniectura ad probandum matrimonium, etiamsi de interesse tertij tractetur. nu. seq.*

5 *Opinione a cōmuni in iudicando & consulendo recedendum non est.*

Iudex per imperitiam iudicare dicitur, si recedat à communi.

6 *Rotæ opinio etiam contra communem est seruanda: & temerarium est ab eius determinatione recedere & nu. 69.*

7 *Matrimonia, non seruata forma Concilij Tridentini, contracta quomodo nulla esse intelligantur.*

8 *Iuris dispositio quod ad legitimitatem filiorum non est immutata circa matrimonia à Concil. Tridenti. Et iurium correctio est vitanda.*

9 *Lex noua potius per veterem distinguitur, quam vlla correctio per nouam inducatur in ueteri.*

10 *Libris baptizatorum & mortuorum à Plebanis confectis plena fides adhibetur.*

11 *Scripturis Præsbyterorum, & instrumentis per sacerdotes scriptis, plena fides Venetijs præstatur.*

12 *Libro electi à publico plene creditur.*

13 *Curatus quatuor libros habere debet, in quibus mortes, natiuitates, matrimonia, & aditui de bonis*

Ecclesiæ describantur.

Filij naturales quomodo notantur in libro baptizatorum à Plebano.

14 *Libri baptismalis effectus.*

15 *Fides baptismalis & de baptismate & de baptizati qualitate fidem facit.*

16 *Iugales esse nō possunt sine matrimonio: & matrimonium de recenti quomodo probandum sit.*

17 *Correlatiuorum uno concesso, alterum concedatur, necesse est; & à pari iudicari debent.*

18 *Consequēs qui vult, vult quoque omne necessarium antecedens; & de horum natura.*

19 *Actus a lege requisitus fieri cum qualitate, non valet sine qualitate.*

20 *Factum proponens cum qualitate, qualitatem probare debet.*

21 *Nota mortuorum in libro Ecclesiæ facta quos producat effectus & bona.*

22 *Curatus qua diligentia uti debeat in notandis mortuis in libro Ecclesiæ.*

23 *Probatio semiplena inducitur ex testimonio unici testis.*

24 *Fides, vel actus geminatus, aut triplicatus quā vim habeat, & nu. 26.*

25 *Confessio extra iudicium geminata æquiparatur iudiciali, & ibidem de duplicata renuntiatione: & de ipsarum effectu.*

27 *Nota facta per patrem de natiuitate filiorum probat filiationem, & quasi possessionem filiationis, transfertque in aduersarium onus probandi.*

28 *Factum in præsentia alicuius, censetur de eius conscientia factum.*

29 *Testes domestici quare & quando ad testificandum admittantur.*

30 *Filius simpliciter nominatus à patre censetur legitimus.*

31 *Correlatiuorum natura est, ut uno dato, alterum dari necesse sit.*

32 *Testes contestes in facto principali, licet singulares de loco & tempore, coniunguntur, & probant. & num. 34 35.*

33 *Testes singulares ad eundem finem tendentes per diuersa media, coniunguntur ad plene probandum.*

34 *Singularitas adminiculatiua non obstat, quo minus testium dicta coniungantur, & probent.*

36 *Doctores tenentes, testes discordantes de loco & tempore, concordantes tamen in facto principali, non probare, quare sequendi non sint.*

37 *Confessio facta parte præsente, per duo testes probata, plene probat; & etiam parte absente de iure Canonico.*

38 *Testis vnicus semiplene probat de confessione extraiudiciali filiationis à matre facta, absente patre.*

39 *Confessio extraiudicialis in causis Ecclesiasticis ualet etiam absente aduersario.*

Probationes duæ semiplenæ idē concludentes coniunguntur.

40 *Confessio coniugum de matrimonio inter eos contracto probat.*

41 *Matrimonium ante Concil. Trident. solo consensu contrahebatur.*

42 *Confessioni confitentium statur in dependentibus à simplici uoluntate.*

43 *Matrimonium est ipso iure nullum non seruata forma Conc. Trident. contractum, & de forma seruanda iuxta Conc.*

44 *Confessio coniugum de matrimonio contracto quod ad legitimitatem filiorum probat.*

45 *Legitimitatis ad effectum, opinio communis viciniæ probat matrimonium.*

46 *Glosæ ab opinione, cum firmat pedes recedendum non est: cum antecellat omnibus alijs opinionibus. & nu. seq.*

47 *Opinionem communem efficiunt tres Doctores cum glosa concurrentes.*

Fulgo. dictum de auctoritate glosæ singulare.

48 *Legitimitatem filiorum probat tractatus maritalis parentum: & de modis probandi legitimitatem per filior.*

49 *Opinio Viciniæ de matrimonio contracto in casu consilij unde ortum habuerit.*

50 *Tractatus maritalis in casu Consilij quibus rationibus & indicijs probetur. & nu. 54.*

51 *Filius per subsequens matrimonium efficitur legitimus, & habilis ad hæreditatem.*

52 *Filij, vt legitimentur per subsequens matrimonium quæ requirantur de iure ciuili, & Canonico.*

53 *Practica optima est legum interpres.*

55 *Testium in depositionibus inspicitur tempus præstiti iuramenti.*

Testis familiaris sine salario deseruiens admittitur in testem.

56 *Pauper admittitur in testem tam in causis criminalibus quā ciuilibus.*

57 *Tractatus paternus quibus indicijs probetur in casu huius Consilij.*

58 *Filius per tractatum paternum acquirit quasi possessionem filiationis.*

59 *Filiatio in dubio intelligitur de legitima.*

60 *Testem satis est in sua ratione concludere uere, uel præsumptiue.*

Testes duo etiam singulares probant de fama.

61 *Filius per publicam vocem & famam constituitur in quasi possessione filiationis.*

62 *Practica articulandi & probandi filiationem, tradita per Bar.*

63 *Filiatio legitima probatur per famam sine alio adminiculo. nu. 68. ubi de contraria opinione.*

Filiationis legitimæ probatio per famā & tractatum, sufficit etiam in petitorijs iudicijs.

65 *Filius a lege simpliciter nominatus intelligitur de legitimo.*

66 *Casus legis ubi est, ibi nulla dubitatio cadere potest.*

67 *Fama ex verisimilibus coniecturis ortum habere debet.*

69 *Rotæ decisiones stylum faciunt, & habent uim legis; ubique seruandæ in practica.*

70 *Testis deponens se audiuisse à principali factum cōfitente, plene probat.*

71 *Opiniones duæ circa testes de auditu deponentes. & numeris sequentib.*

72 *Testimonium de auditu quādo transferat onus probandi in aduersarium. & nu. seq.*

73 *Aliqualis, dictio est diminutiua.*

Testes

74 *Testes de auditu probant, cum iudicandum est ex coniecturis.*
75 *Probationes imperfecta sunt coniungenda ad faciendum unam plenam probationem.*
76 *Patrum assertioni de illegitimitate filiorum standum non est: & quare.*
77 *Iuri natura & legitimitati à filijs renuntiari non potest: & qua ratione.*
78 *Legitimitas non à partium consensu sed à matrimonio dependet, quare nihil possunt partes circa legitimitatem disponere.*
79 *Dictum Feli. in c. de probat. quomodo intelligendũ.*

CONSILIVM CLIIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa Offer. Visis processibus, ac dictis testium in huiusmodi causa pro parte: DD. Octauij: & Leonoræ examinatorum; nec non iuribus & scripturis pro vtraque parte in actis productis: & omnibus bene discussis, & consideratis, dico quatuor principalibus fundamentis, quorũ unũquodq; uis per se ipsum sufficit, vltra adminicula coniecturæ cum illis concurren. plus quam plene probatum esse præfatos DD. Octauium & Leonoram fuisse & esse filios legitimos & naturales q. D. Ioannis Offer, siue Ouen Theutonici, ac q. D. Tulliç Ballini Iugaliũ.

Primo videlicet. tam ex notis extractis de libris baptizatorum quam mortuorum parochialis, & Collegiatç. Ecclesiæ Sancti Leonis Venetiarum; nec non de libris officijs Sanitatis.

Secundo ex Confessione præfatorum coniugum de matrimonio contracto inter ipsos; & ex tractatu maritali, cum adinuicem tractauerint sese ut coniuges, & ex fama viciniæ.

Tertio probatur de eorum legitimitate ex tractatu, cum tam præfati Ioannes & Tullia coniuges, quam eorum vicini, ac omnes alij eos cognoscentes tractauerint, habuerint, & reputauerint illos uti filios legitimos, & naturales præfatorum DD. Ioannis & Tulliæ iugalium.

Quarto probatur de eorum legitimitate per publicam uocem & famam, tam eorum viciniæ, quam alibi, & infra dicendis.

Et ad effectum, vt de dictorum legitimitate facilius constet, præmittendũ esse
1 duxi, matrimonium † altero de duobus modis in iudicio consueuisse deduci, & probari, uidelicet principaliter propter se, & incidenter propter aliud.

Et principaliter propter se tunc dicitur deduci, quando disputatur inter uirum & mulierem, quorum unus asserit, alter uero negat contraxisse, tum maxime quãdo agitur de impediendo aliud matrimonium, quo casu magis concludenter debet probari, cum principaliter de matrimonio agatur, prout dicit Sal. in l. quidam. nu. 3. ff. de probatio. & in l. non nudis nu. 6. C. eo. Gemin. in cons. 27. nu. 4. & seq. & Menoch. in cons. 490. nu. 6. vol. 5.

Incidenter uero deducitur matrimoniũ, & p p aliud qñ est sola cõtentio legitimitatis filiorũ, prout in casu nostro, & tũc leues
2 probationes † sufficiunt ad illud probandũ ad effectũ pfatũ, put tradit Sali. in d. l. quidam. nu. 3. in uer. Secũdo casu ff. de proba. ubi dicit coniecturas, & prçsumptiones sufficere ad probãdũ matrimoniũ quoad filiorũ legitimitatẽ. vbi ẽt reddẽdo rationẽ subdit hoc pcedere, quia vertitur fauor legitimitatis, & nõ aĩæ periculũ, prout qñ qõ est de matrimonio inter uirũ & mulierẽ. & idẽ dicit in l. nõ nudis n. 6. in uer. fin autẽ C. eo. qđ pulchre uoluit Gem. in d. cõs. 27. n. 7. in fi. & seq. vbi similiter dicit coniecturas, † & præsumptiones sufficere ad probandũ matrimoniũ quoad filiorũ legitimitatẽ, etiamsi adsit instrumentũ alterius matrimonij contracti eodem tempore, quod minime est in casu nostro cum alijs accumulatis per Menoch. d. cons. 490. nu. 6. uol. 5. quibus addo Bal. in cons. 195. nu. 1. in uer. & pcipuè ubi non agitur, vol. 3. sequitur Giga. in sing. 1. num. 4. & ante eos dixit Innoc. in c. ex parte num. 4. ante fin. in ver. non autem, de restit. spoliat. Et hinc dixit Card. Alexan. in c. causamque el 2. numero 4. qui fil. sint legit. quod sententia super legitimitate non fertur omnino super vera probatione. Et ibi etiam Anto. de Butr. nu. 24. in ver. vel dic.

Et quando matrimonium deducitur in iudicio non principaliter, sed incidenter, & per modum causç ad effectum legitimitatis
4 & successionis † prout in casu nostro qualibet probatione etiam præsumpta & coniecturali probetur, voluit Rota nouiss. etiam

post Concilium Trident. teste Cantucci in
decis. 34. num. 18. & 19. vbi etiam dicit,
sic alias bis tentum fuisse in Rota par. 2. &
ita etiam tenet eadem Rota in nouiss. teste
Grasso in decis. 347. numero primo, & seq.
* ubi refert de communi, & num. 10. vbi si-
militer dicit ita pluries tenuisse Rotam, cũ
agitur de legitimitate ad effectum succe-
dendi, & non de iuribus matrimonij, par.
prima, sequendo Gemin. in d. cons. 27. &
alios per eum adductos. Et ita firmat latis-
sime Paris. in cons. 57. numero 41. & seq.
& num. 46. ubi attestatur de communi uo-
lumine 4. ubi pariter dicit communem cõ-
clusionem esse, q ad probandũ legitimitatẽ
filij etiam respectu successionis, etsi tra-
ctatur de interesse tertij, ut in totũ, uel pro
parte excludatur à successione, q sufficiunt
leues probationes, esto quod plene de ma-
trimonio non probetur, cum incidenter, &
per modum causę in iudicio deducatur. Ad
idemque induco dicta per Card. Alexa. in
c. peruenit, in 2. not. in fin. & in cap. ex te-
1 nore in 5. not. qui fil. sint legit. ubi con-
cludit per illa iura ad legitimationem pro-
lis sufficere leuiores probationes, & colo-
ratam possessionem matrimonij, etiã dem-
pta uera probatione matrimonij, quem se-
quitur Paris. in d. cons. 57. n. 42. & cum ista
5 sit cõis opinio, † prout supra dictum est, nõ
est dubium ab ea in consulendo & iudican-
do recedendum non esse, prout dicit Ber-
trand. in cons. 45. nu. 2. vol. 3. par. 1. Soc. in
cons. 183. num. 9. volumine secundo Ias. in
cons. 76. num. 3. volum. 3. Dec. in cons. 174.
numero primo, in fin. & in cons. 146. num.
7. & in cons. 229. colum. 3. in prin. Et quòd
à communi opinione temerarium sit disce-
dere in iudicando dicit Ripa resp. 191. sub
tit. C. de natura. liber. Et quòd iudex tenea-
tur sequi communem opinionem, alias cen-
seatur iudicare per imperitiam dicit Alex.
in cons. 134. in fin. volum. 1. & in cons. 117.
num. 10. uol. 4. quod fortius procedit atten-
to quòd cum dicta communi opinione cõ-
cordat etiam Rota, prout supra dictum est;
6 cuius opinio † in practica seruanda est pro-
pter illorum auctoritatem, etsi communis
opinio esset in contrarium, nedum cum ea,
prout est in casu nostro, prout firmat Imol.
in c. olim sub nu. 13. ante fin. in ver. & pro-
pter auctoritatem, ut lite non contest. cum
quo concordat Add. ad Dec. in l. iura san-
guinis, in uer. contraria, post medium in
vers. & ubi est Decisio Rotæ. ff. de Reg.
iur. & quòd temerariũ esset recedere à de-
terminatione Rotæ, dicit ad Constit. Aegi-
dia. glo. in c. 4. n. 8. in fi. lib. 3. fol. mihi 157.
Cum igitur pro supradicta conclusione ha-
beamus & Rotæ decisiones, & communem
opinionem remanet resolutum sufficere de
matrimonio præfato alias inter præfatos
q. D D. Ioannem & Tulliam contracto; cũ
in præsenti tractetur de legitimitate præfa-
torum eorum filiorum ad effectum succe-
dendi; & matrimonium præfatum inciden-
ter in iudicio fuerit deductum, & non prin-
cipaliter propter se, de illo per præsumptio-
nes & coniecturas probari, prout supradi-
ctum est.

Neque prædictis aliquid obstat, etsi di-
catur per dictos actores, ut obtinere pos-
sint, esse necesse probari per dictos eorum
parentes contractum fuisse matrimonium
iuxta formam Concilij Triden. cap. 1. sess.
24. de reformat. matri. cum aliter matrimo-
7 nia † contracta nulla sint, prout disponitur
in eadem lege Conciliari. Quia ad hoc re-
spondetur, matrimonium, de quo nunc in-
cidenter agitur, nõ negari per dictos filios,
quin opus fuerit illud contrahi per prædi-
ctos eorum patrem & matrem iuxta formã
eiusdem Concilij, & illud sic contractum
fuisse; sed dicitur ipsos non teneri; ex quo
nunc principaliter inter præfatos coniuges
de dicto matrimonio non agitur; sed inci-
denter de eo discutitur, cum sic in iudicio
fuerit deductum ad probandum eorum le-
gitimitatem ad illud sic contractum iuxta
formam eiusdem Concilij explicite pro-
bare, sed ipsis tantum sufficere ad hoc, ut
obtinere possint, de eo probasse sic, ut Con-
cilium disponit, contractum fuisse per præ-
sumptiones & coniecturas, ut supra firmatũ
est, cum quoad probandum legitimitatem
filiorum illorũ, qui contraxerunt, in qua nõ
vertitur periculum animæ; sed fauor exu-
berat, ut supra est dictum; Concilium prę-
fatum non dedit aliquam formam, sed im-
mutatam iuris dispositionem reliquit, tan-
tummodo formam dando super modo con
trahendi quoad contrahere volentes; & iu-
rium correctio tam in totum, quam in parte
semper vitanda sit per l. præcipimus in fi. &
ibi not. Barto. C. de appellat. vbi tex. dicit,
quicquid autem hac lege non uidetur ex-
pressum,

pressum, id veterum legum cõstitutionumque regulis omnes relictum intelligant ad idem l. sancimus post princ. ibi: quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? C. de testam. l. uni. & ibi not. Docto. C. de inoffic. dotib. & est tex. in cap. cum expediat, & ibi Philip. Franch. in princip. & alij de electio. in 6. & est glo. notab. in capitu. cupientes §. quod si per viginti in ver. petere eod. vbi dicit iuri antiquo standum esse, si per nouum non immutetur. & latè Fulg. in cons. 135. colum. 2. in ver. & ad correctionem, & Ruin. in cons. 28. num. 7. in uer. sicut enim volum. 3. & hinc dixit Fulg. in præcitato loco in uer. item quia, quòd potius distinguimus
9 legem † nouam per ueterem, quam correctionem inducamus per iura, quæ ipse allegat. sequitur Ruin. similiter, in præcitato loco, in uer. tertio, vbi pariter dicit, quòd lex noua potius distinguitur per ueterẽ, quàm distinctio legis antiquæ per nouam indistincte loquentem penitus abrogetur. & sic patet præfatum Concilium supradictę Conclusioni in aliquo nõ obstare per supradicta.

His igitur sic præmissis, deueniendo modo ad primum fundamentum, dico de dicta legitimitate primo probari per supradictas notas: nam ex nota extracta de libro prædicto baptizzatorum præfatæ ecclesiæ S. Leonis, de qua in regesto apparet præfatam D. Leonoram fuisse baptizzatam a plebano eiusdem ecclesiæ sub die 13. Octobris anni 1579. uti filiam legitimam & naturalem eiusdem D. Ioannis & D. Tulliæ per hęc verba videlicet § Maria & Dionora fia de misier Zuane Ouer Mercãte Alemano, & di madonna Tullia Iugali, Compare misier Zuane Nais mercante Alemano. §

Prout & similiter de dicto libro Baptizzatorum fuit extracta alia nota, de qua in rege. fol. . . . . per quam similiter apparet qualiter a plebano eiusdẽ ecclesiæ sub die 27. Martij anni 1581. fuit baptizzatus Marcus Antonius, alter eorum filius, similiter vti legitimus & naturalis per hæc uerba videlicet § Marc'Antonio figliuol di misier Zuane Ouer mercante, & di madonna Tullia Iugali, Compare misier Bortolomeo Signorelli zoielier in Ruga.

Prout similiter de libro mortuorum eiusdem ecclesiæ fuit extracta alia nota de morte prædictæ D. Tulliæ uxoris suprascripti D. Ioannis, facta sub die 15. Maij anni 1581. de qua in rege. fol. . . . . per hæc verba § Madonna Tullia consorte di misier Zuane Ouer mercante Alemano di anni 36. incirca morta di vn accidente popletico da hore 23. fino a hore 7. § Cum qua etiam cõcordat alia fides officij Sanitatis, de qua in rege. fol. 168. ter. & fol. 182. quæ quidem testimoniales in omnibus sun concordes, & quoad parochiam, & quoad nomen, & quoad diem obitus, & illius horam & quoad infirmitatem: in quibus testimonialibus similiter adnotata fuit uxor d. D. Ioãnis præfata d. Iulia. & quia erratum fuit in cognomine q. dictus Ioannis; ideo fuit facta fides per eundem officio Sanitatis ad demonstrandum identitatem personæ, cũ ipsa sit mortua sub dicta die 15. Maij prædicti anni 1581. quòd a die 11. eiusdem mensis vsque ad vigesimam nulla alia persona obijt in d. parochia S. Leonis, prout patet eisdem testimonialibus officij Sanitatis reg. d. fol. 182. cum non sit dubium dictas notas, seu fides baptismales, & mortis d. q. d. Tulliæ plenam fidem facere, cum li-
10 bris † plebani, tam baptizzatorum, et mortuorum in eis annotatorum, quam de matrimonijs per eum contractis, & de omnibus alijs in eisdem libris descriptis & annotatis, ad eius curam spectantibus tanquã personæ publicæ, & qui publica dignitate fungitur, plene credatur, ꝑut dicit late Mascard. de probatio. in conclusio. 673. cum per eum accumulatis per totum, præsertim num. 18. & seq. ubi postquam induxit ultra cap. 1. S. habeat parochus librum, Sacri Cõcil. Trident. sessio. 24. de reformatio. matri. dixit præfatam dispositionem habere etiã locum, ut libro plebani credatur in omnibus in eo descriptis ad eius curam pertinentibus: quod Concilium non ordinasset per eum describi, si plenè non crederetur, & quod credatur libro plebani de supradictis tradit Mando. in Regul. Cancell. 18. q. 10. per totum. & quod liber Baptismalis faciat ubique fidem, dicit Rebuff. in l. qui in continentibus in fi. ff. de verbo. significatio. & præsertim in hac ciuitate Venetiarũ, quod
11 detur plena fides † scripturis presbyterorum dicit Ias. in repet. l. admonendi nume. 120. ante fi. in uersicu. sicut, ff. de iureiur. & quòd in hac ciuitate stetur etiam instrumentis scriptis per sacerdotes dicit Ioan. And. in Addit. Specul. in tit. de instrum. editio. S. nunc

nunc dicẽdum in fi. magnę Additio. in uer. vnde Venetijs. Et quod similiter in hac ciuitate præstetur plena fides libris presbyterorum dixit Laur. de Pinu. in cons. 175. numero 14. sequendo Iaso. in loco supradicto.

Et prædictæ conclusioni inhæret, & illã firmat illa alia iuris conclusio, quæ se habet
12 quod libro electi † a publico plene credatur vigore electionis, etiamsi eius scripturæ publicæ non sint, prout dicit Barto. in l. quædam, §. numularios in fi. & Ange. num.
* 2. qui dicit ita communiter seruari, ff. de eden. & dixit Saly. in l. exemplo, post prin. C. de probatio. sequitur Dec. in cons. 596. num. 4. in uersi. uidendum, & nu. 5. & uoluit Castrens. in auth. ad hæc, num. 4. C. de fid. instrum. & Ias. in repe. l. admonendi sub nu.
* 133. ubi de communi, ff. de iureiu.

Et hinc optime dixit idẽ Rebuff. in tracta. de decim. quæst. 2. num. 10. & seq. per iura, quæ ipse allegat super quolibet capi-
13 te: quod curatus † debeat habere quatuor libros, in uno quorum debet describere baptizzatos in eius ecclesia, diem, mensem, & annum natiuitatis, patrem, & matrẽ, si legitimi sint, alioquin quòd sufficit matrem describere, & susceptores, seu patrinos, prout quotidie in hac Ciuitate Venetiarũ per plebanos seruari videmus, & seruatum fuit in supradictis notis. Et quod plebani non describant nomen patris, si filij sint naturales tãtum, sed matris tantum, & susceptorum, constat alijs testimonialibus, de quibus in reg. fol. 141. tér. & fol. 142. Et in altero autem libro, quod plebanus debet describere decedentes, seu mortuos, quo die, mense, & anno obierunt, etsi fieri potest etiã horam decessus, ut sciatur, si pro decedẽte orandum sit & eleemosyna facienda.

In tertio uero ut describat contrahentes matrimonium.

In quarto autem quod describat illos, quib. de bonis subuenit ecclesiæ.

Et idem dicit quoad notam baptizzatorum idem Rebuff. in l. qui in continentibus vrbis in uers. quarto facit, usque in fi. ff. de verb. significa. vbi plene tractat de pluribus
14 † effectibus dictæ notæ, seu libri baptismalis modo prædicto, ubi dicit per eum probari ætatem baptizzatorum, & illorum legitimitatem, & illegitimitatem, bastardorum habilitatem vel inhabilitatem ad obtinendum beneficia, & officia, an quòd sit Christianus, ac aptus ire ad bellum, uel nõ;
15 & similia. & sic patet, quod fides † baptismalis non solum facit fidem de baptismate, sed etiam de qualitate baptizati, uidelicet an sit legitimus, uel illegitimus.

Cum igitur per dictas notas baptismales appareat expresse & præfata m. d. Leonoram, & præfatum q. Marcũ Antonium baptizatos fuisse per dictum plebanum S. Leonis, uti filios præfat. Ioannis & Tulliæ Iugalium, & dictis notis seu testimonialibus plene credatur etiam quoad legitimitatem & illegitimitatem baptizzatorum, ut supra dictum est, remanet resolutum per uiolentam præsumptionem de matrimonio præsertim ad effectum, de quo agitur inter dictos Ioannem & Tulliam contracto
16 probari, cum iugales † esse non possint sine matrimonio ad dicta per Saly. in d. l. nõ nudis nu. 6. in uer. & tunc capio C. de probatio. vbi dicit, quod quando factum est de recenti debet de matrimonio probari per consensum contrahentium secutum uel tale quid, per quod uiolenta præsumptio matrimonij inducatur, & illicitis coniunctionibus non conueniat; & idem firmat idem Salyce. in l. quidam sub num. 3. in uersicu. aut actor. & in uer. uel tale quid, & infra in uer. & idem dico si probetur quid aliud ff. eod. & facit l. vni. §. sed et si quis, & ibi gl. C. de latin. libert. toll. & hæc est natura correlati-
17 uorum, † vt vno cõcesso, necesse sit & aliud concedere, prout dicit. Alber. in rub. ff. de iure pàtron. num. 4. et ex uno quoque aliud intelligatur, prout dicit Ias. in l. legem Iuliã num. 29. C. de indict. uiduit. tollen. et quòd correlatiua debeant a pari iudicari; et in definitione unius correlatiui semper debeat poni reliquum, dicit Gabriel de Benedic. in tract. sub uendit. sub nu. 10.

Quod comprobatur etiam ex illa alia iuris cõclusione, quæ se habet, quòd qui vult
18 consequens, † uelit etiam & omne necessarium antecedens ad illud, prout dicit Paris. in cons. 6. num. 19. volum. 3. Soc. iun. in cons. 1. num. 13. volum. 3. Rube. Alexan. in cons. 1. num. 15. & est tex. in §. idemque iuris Instit. quib. ex caus. manumit. non licet l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de prò curator. & ideo dixit Bal. in l. conuenticulã col. 4. cap. medium, in uer. item est argumentum

mentum ad destructionem C. de episco. & cleri. quod destructo consequenti, in quo stat ratio antecedentis, destruitur & antecedens, prout & destructo antecedenti corruit consequens, quod sine antecedenti stare non potest, prout dicit Aymo in consil. 202. num. 29. & in cons. 75. nu. 27. & Barbat. in consil. 27. num. 11. in uers. tertio adduco, volum. 1. ubi similiter dicit, quòd remoto antecedenti, remouetur & consequens.

Cum igitur curati ecclesiarum a iure, & a Concilio Tridentino habeant facultatem, quando baptizzantur pueri, illos annotandi & describendi, quorum sint filij, & an sint iugales, uel non eorum parentes; & per consequens an sint legitimi, uel naturales tantum: cum quando lex requirit fieri
19 actum † cum qualitate non sufficit actum sine qualitate facere, prout dicit Bar. in l. fu lcimus §. cum hoc ff. ex quib. cauf. in possessionem eat. & idem Barto. in l. 1. §. ait prætor ff. ne quid in flumi. publico. sequitur necessario, quod probetur per dictam notam de matrimonio præcedenti inter patrem & matrem baptizzati præsertim ad effectũ legitimitatis per iura & auctoritates Rebuffi & aliorum desuper allegatorum; cum non possit dari antecedens, quod est, ut sint iugales, quin detur consequens, ut filij per eos baptizzati tanquam nati de iugalibus sint legitimi, prout dicit, idem Bal. in præcitato loco, in uer. item est argumentum a cõcessione antecedentis C. de episcop. & cle. quod si non esset, sequeretur quòd dictę notæ argui possent de falso; attento quòd cũ
20 aliquis proponit factum † cum aliqua qualitate, prout annotati fuerunt dicti filij cũ qualitate legitimitatis, ex quo dicitur in eisdem notis patrem & matrem esse iugales, si probet factum, & non probet qualitatem facti succumbit, prout dicit latè Ias. in l. qui in aliena §. Celsus, numero 21. C. de acquiren. hæred. Quod prius optimè dixit Bal. in l. in delictis §. si detracta nume. 1. in uer. nota hic ff. de noxa. actio. quod minime dici potest, cum tales notæ librorum curatorum vbique plenam faciant fidem, pro ut latè supra demonstratum est.

Quod quidem fundamentum corrobo-
21 boratur ex illa alia nota, † quòd d. q. Tullia fuerit in libro mortuorum eiusdem ecclesiæ per eundem plebanum, seu alium hanc curam habentem annotata uxor d. q. d. Ioannis, vt supra dictum est, quod non fuisset factum, si non fuisset uerum, a sua ecclesia parochiali; cum stante quod ex improuiso accidéti per spatium septem horarum obierit, & non constet in tam paruo tempore præsertim noctis sacramenta ecclesiæ recepisse, seu alias signum contritionis & pœnitentiæ demonstrasse; si nõ fuisset prædicti q. Ioannis uxor, obijset in peccato mortali concubinatus, et impœnitens: vnde eidem deneganda fuisset ecclesiastica sepultura, prout dicit Abb. in c. cum ad monasterium num. 14. de statu. monachο. nec pro ea orandum fuisset, cum pro mortuis in quocunque peccato mortali notorio, prout sicut nec pro hæreticis, et excommunicatis in hæresi, et excõmunicatione mortuis non oratur speciali oratione, prout firmat Ioan. a Turrecremat. in c. si quis episcopus in princip. et num. 2. per totum 11. q. 3. c. pro obeuntibus, et ibi glo. in ver. pro impijs et c. fures 13. q. 2.

Et ideo dixit Rebuff. in d. q. 2. de decim. sub num. 10. in uer. secunda, quòd ideo cu
22 ratus † debet describere quo die, mense, et anno, etsi fieri potest qua hora in sua parochia quis moriatur ad hoc, ut sciatur, si pro eo orandum sit, et eleemosyna facienda per cap. a nobis, el 2. quod ipse allegat de sententia excommu. attento quòd cum in tali nota ecclesia se fundet, nõ est dubium fidem facere non solum de mortuis, sed etiam de qualitatibus mortuorum per supradicta.

Pro veritate cuius notæ licet non sit opus demonstrare, cum de se fidem faciat, vt supradictum est, concurrit etiam testimonium Bernardinę 7. testis monialis conuersæ in monasterio omnium Sanctorum Venetiarũ, proc. P. fol. 45. ubi deponit, quòd quando fuit sepulta in dicta earum Ecclesia d. D. Tullia, quod ab omnibus dici audiuit, cum quæreretur, quisnam esset, quòd erat vxor unius Theutonici: cum & vnus
23 testis † testimonio semiplena probatio inducatur, cum nulla patiatur exceptio: prout
✱ hanc esse communem opinionem dicit Purpurat. in l. admonendi sub nu. 243. & seq. ff. de iureiur. ideo alios allegare omitto, cum vulgata sit conclusio.

Et prædicta corroborantur, quia neoũ
24 constat, & sit fides † ab Ecclesia de dicto coniu-

coniugio per vnam notam, sed per tres, vt est dictũ, quæ geminatio & triplicatio plus operatur ad demonstrandum veritatem dicti contracti matrimonij inter prædictos coniuges, quam si semel fuisset facta, licet sufficeret ad dicta per Iaso. in l. 1. num. 15. in fi. in ver. quarto, & num. seq. C. de pact. vbi dicit, quod licet alias simplex actus non præiudicaret, q si est geminatus, piudicat; prout voluit Abb. in cap. si cautio in fine de fid. instrument. vbi dicit, q si quis bis ex interuallo confessus fuerit recepisse pecuniã, seu dotem, quod non poterit amplius opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, vel dotis. Quod confirmatur, quia actus geminatus factus extra iudicium idem operatur, ac si fieret in iudicio, prout dicit in præcitato loco Iaso. vbi etiam subdit, quòd
25 hinc venit, quod licet confessio † extra iudicium non producat actionem, sed tãtum probationem faciat, quòd si est geminata, producit actionem, cum æquipararetur iudiciali. ad idemque Soc. iun. in cons. 50. in fi. volum. 2. vbi dicit, quòd plus operatur duplicata, & reiterata renũtiatio, quam si vna sola facta fuisset. sequitur Roland. a Valle in cons. 28. num. 42. & seq. volum. 4. & Cepha. in cons. 94. num. 10. volum. 1. vbi dicit propterea magis deliberatam voluntatem ostendi. & latè Decia. in cons. 39. num. 92. in verbo octauo con sequentibus volum. 2. vbi similiter dicit, quòd geminatio in renunciatione operatur, vt contra eum nihil possit opponi, præsertim, quando talis geminatio & reiteratio fit ex interuallo, prout notæ præfatæ in dictis libris ecclesiæ ex interuallo factæ fuerunt in casu nostro, cum sic magis deliberatus consensus præsumatur, & optime Oldrad. in cons. 253. in fi. in ver. & quia iterans, vbi dicit, quod geminatio
26 actus † ostendit perseuerantiam mentis, & tollit omnem suspicionem deceptionis, & caret falsis probationibus, quæ possunt per scripturas publicas clam tamen factas cogitari. Et quòd ex actu geminato error & deceptio nunquam præsumatur, dicit glos. in cap. ex literis in ver. admonita, de diuort. late Decia. d. loco, num. 94. & seq. ad idemque faciunt dicta Pual. de Castr. in consil. 336. colum. 2. in fi. volum. 2. vbi dicit, quod geminatio tollit suspicionem erroris, & auget consensum, & deliberatam voluntatem ostendit.

Et quid plura? nonne constat de natiuitate dicti D. D. Octauij, Leonoræ, & Marci Antonij, filiorum, dicti q. d. Ioãnis, ac de eorum & cuiuslibet ipsorum baptismate ex
27 libro, seu notis † factis per eundem Ioannem eorum patrem, de quibus in rege. fol. 140. ter. in fi. & fol. 141. cum potissima censeatur hæc coniectura ad probandam filiationem, quæ solet haberi ex libro, in quo pater scripsit manu propria diem Natalis filiorum suorum, veluti tali die natus est mihi talis filius, vocatus tali nomine ex me & vxore mea Titia, vel concubina. Nam talis scriptura et memoria filiationẽ probat, prout dicit Bal. in l. vnica, num. 5. ante fi. in ver. fallit C. de confess. Salyc. in l. etiam nu. 1. ff. de probatio. vbi dicit per talem scripturam probari quasi possessionem filiationis, et onus transferri in aduersarium contrarium probandi. Et quod si pater scripserit propria manu, quòd tali die est natus sibi talis filius, ille filius constituatur in quasi possessione filiationis, et illi standum sit: et per quandam consequentiam transferat onus probandi in aduersarium negantem illius filiationem: antea voluit Bal. in l. neque natales num. 6. et seq. C. eod. et idem tradit idem Bal. in c. per tuas num. 5. de probatio. Gulielm. de Benedic. in cap. Raynutius in 3. par. in verb. quæ filium ex eo suscipiens nu. 14. vers. et idem si eo nato, Barbat. in consil. 27. colum. 4. in versic. etsi quispiam, versic. et etiam posset dici volum. 1. vbi similiter dicit ex dict. Nicol. de Mat. et Bal. quod si pater scripsit manu sua in aliquo suo libro, tali die natus est mihi talis filius, quod inducitur quasi possessio filiationis. et idem Bal. in l. si vicinus num. 2. C. de nupt. Dec. in c. per tuas num. 33. et ibi prius Fel. num. 17. in versi. exemplificat, de probatio. Alcia. in tracta. præsump. reg. 3. præsump. 37. num. 6 in uersic. idem si in suo libro. Et consuluit Paris. in consil. 10. num. 58. uolum. 2. et non solum probatur filiatio per tales libros, ut est dictum, uerumetiam et per simplicia memorialia de talibus natiuitatibus mentionem facientia, prout dicit Abb. in consil. 83. num. 13. cum allegatis per eum, uolumine primo.

Et ex eadem nota per d. q. Ioãnem Offer factam de natiuitate d. Marci Antonij eius filij oritur ualidissimum, et inconuincibile fundamentum ex eius confessione, licet ta-

cet tacita, de matrimonio contracto inter ipsum & præfatam q. d. Tulliam, ex quo in ea leguntur infrascripta uerba videlicet § 1581. 24. Marzo, è nasciuto mio fiol Marc'Antonio el venerdi Santo a 4. hore auanti giorno, è morto il terzo giorno di Pasqua, suo Santolo Bortolo Signorelli zoielier battizzado in casa per Pre Alessandro. § Et dictus presbyter in nota ecclesiæ scripsit, quòd dictus Marcus Antonius fuit baptizzatus sub die 27. Martij dicti anni 1581. tanquam filius prædicti Ioannis & Tulliæ iugalium § Compar misier Bortolo Signorelli gioielier in ruga. § Cum ex quo dictus puer baptizzatus fuit in domo eiusdem d. Ioannis, prout ipse fatetur, non est dubium dictam notam, quòd præfati Ioãnes & Tullia sint iugales, de eorum matrimonio præsertim ad effectũ, de quo agi-
28 tur, probare. & quia quod factum † est in præsentia alicuius censeretur de eius conscientia factum, licet expresse non approbauerit, prout firmat Ias. in l. omnium num. 2. C. de testam. vbi etiam subdit, propterea videri factum cum conscientia iudicis id, qđ est factum eo sciente, licet, tacente, nisi quãdo requiritur, quod iudex loquatur, quod ante eum ibi voluit Bald. sub num. 9. quod fortificatur, cum facta in domo ab illis de domo ignorari non præsumuntur, imo melius, quam alij ea scire. & hinc est, quòd licet regulariter familiares, seu domestici in
29 † testes non admittantur pro eis, quibus sunt familiares, & domestici c. in literis, de testib. l. etiam C. eo. cap. 1. & 3. & cap. accusatores el 3. 3. q. 5. l. penul. ff. de testib. cum alijs adductis late per Gabriel. commu. cõclus. in tit. de testib. conclus. 10. num. 1. & seq. lib. 1. tamen ad probãdum gesta in domo principaliter admittuntur tales testes, prout dicit Barto. in l. quoties in summa & num. 1. seq. C. de naufrag. lib. 11. & in l. si quando ante fi. in uersicu. qualiter ergo C. vnde vi. Felyn. in d. cap. in literis num. 6. in versic. fallit 3. de testib. & est expressum in l. consensu §. super plagis C. de repud. & in cap. veniens in fi. de testib. c. super prudentia 14. q. 2. & Gabriel loco prædicto sub num. 38. & seq. ubi alios citat, & idem procedit in omnibus casibus, in quibus tales testes possunt melius scire ueritatem; & in his, quæ magis ignorantur ab alijs, quam a domesticis & familiaribus: prout latè dicit idem Gabriel in præcitata conclus. 10. nũ. 40. & seq. & hæc etiam dicta sint ad probãdum idoneos esse testes, qui deposuerunt de gestis in eadem domo, dum in ea permanebant, seu conuersabant.

Tum etiam quia d. q. D. Ioãnes in d. eius nota, seu libro scripsit natalem dicti Marci
30 Antonij eius filij, & nominauit † eum simpliciter filium suum nullo adiecto verbo q' esset naturalis, & non legitimus, prout fecit in eius testamento, de quo infra dicetur: vnde ex legis dispositione censetur eius filius legitimus & naturalis, prout dicit latè Bero. in cons. 19. num. 11. volum. 2. Dec. in cons. 54. num. 2. in uer. & cum sit, & num. 3. in fi. in vers. præterea. Alex. cons. 51. num. 2. volũ. 1. §. ad. hoc auth. vt liceat matri & auię, & probatur in l. filium, & ibi glo. in uers. filium ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris.

Neque obstat, si diceretur, quod quando annotauit idem D. Ioannes diem Natalis d. D. Leonoræ non dixit eam esse suam filiam, prout fecit de dicto Marco Antonio sed dixit tantummodo § a dì 3. Ottobre an no 1579. è nasciuta Dionora à S. Lio § prout patet rege. fol. 141. quia ad hoc respõdetur strictè ad obiectum, ultra quòd in libro ecclesiæ, quando fuit baptizzata, tantum dicatur, quod ipsa est filia d. Domini Ioannis & Tulliæ Iugalium, sicut dicitur de dicto Marco Antonio, & hoc sufficit: quod cum dictus Ioannes ex eadẽ Domina Tullia susceperit tam dictam Dionoram, quã dictum Marcum Antonium, postquam cohabitauit in d. parochia S. Leonis, quod testimonium ab eo redditum in d. libro natalis de dicto Marco Antonio, quòd sit eius filius, & legitimus, ut supra est dictum, sufficit etiam pro dicta D. Leonora, argumento tex. expressi in d. §. ad hoc, præsertim ibi, si autem pater. Authen. ut liceat matri, & auiæ.

Ex quibus omnibus sic congestis cum euidenter appareat per violentas præsumptiones, & cõiecturas de matrimonio alias inter dictum D. Ioannem & Tulliam contracto, & incidenter in iudicio deducto ad effectum legitimitatis, de qua agitur, probatum esse; remanet etiam resolutum de eorum legitimitate probatum existere. Et hęc de primo.

Deueniendo modo ad secundum fundamentum dico similiter de legitimitate præ-

fatorum

fatorum agentium probatum esse ex confessione dictorum coniugum ex tractatu maritali. Nam præfatus q. d. Ioannes postquam dixit pluries D. Liuio Vignono aurifici ad insignam Cathedræ eius amicissimo primo testi, quod habebat in domo unam iuuenem, & quod illam uolebat desponsare clam tamen a D. Christoforo eius fratre, prout constat rege. D. fol. 4. & a ter. eidem testi postea etiã pluries dixit, quod dictam eius iuuenem desponsauerat in ecclesia S. Christophori de Muriano, eundẽ testem etiam requirendo, ut iret ad nuptias eius, licet ire non potuerit, prout deponit idem testis d. rege. fol. 4. ter. in fi. & seq.

Et de alia consimili confessione cum effectu etiam deponit magnificus D. Hieronymus Dotthis 11. testis in ordine examinatus DD. aduersarios in stricto gradu attinens, prout dicit ipse testis eod. rege. B. fol. 68. qui etiam deponit, quòd dictus D. Ioãnes semel eidem commendauit D. Camillum Bellini pictorem & fratrem d. D. Tulliæ, dicendo quòd erat suus cognatus pro quodam suo seruitio, & quòd ipso medianie habuit eius intentum d. rege. B. fol. 70. ter. & fol. 71. cum dicendo, quod erat suus cognatus confitebatur etiam, quòd d. D.
31 Tullia erat eius uxor, cũ ista sit natura† correlatiuorum, ut uno dato aliud dare sit necesse, cum unum sine alio stare non possit: & qui uult consequens, uelit etiam & necessarium antecedens ad illud, prout latè supra firmatũ est per auctoritates adductas, quarũ ideo ipsarum repetitionem hic omissã esse uolui cum non sit dubium, quòd di
32 cti duo testes † de dicta extraiudiciali cõfessione eisdem facta per dictũ q. D. Ioannem, quod dicta Tullia esset eius uxor, cõiungantur, & probent, etsi sint singulares de loco & tempore, attento quòd sint contestes in facto principali, & non fuerint principaliter inducti ad probandum confessiones per eum factas, sed ad probandũ de matrimonio ad effectum legitimitatis incidenter in iudicio deducto per confessiones: prout uoluit in simili Paul. de Castr. in cons. 380. iudex est minister num. 2. in uer. positro volum. 1. vbi dicit, quòd si unus testis deponit de confessione facta die lunæ, alter de confessione facta die martis, & alter de cõfessione facta die mercurij, quòd tales testes probant, quia non inducuntur principaliter ad probandum confessionem, sed ad probandum debitum, quod ex ipsa confessione probatur, quem secutus fuit Soc. iun. in cons. 99. num. 15. & seq. volum. 2. & in cons. 90. num. 9. 10. & seq. & num. 13. cum sequentib. eo. volum. & quòd duo testes licet singulares de loco & tempore de confessione extraiudiciali; tamẽ ex quo eorum singularitas est adminiculatiua, con iungantur, vt perficiant plenam probationem, dicit Crot. in cons. 106. num. 16. vol. 1. Curt. iun. in cons. 168. num. 21. cum seq. & Aymo in cons. 267. num. 5. Alexand. in cons. 53. num. 4. in vers. ergo volum. 1. ubi similiter dicit, quòd testes singulares de diuersis confessionibus deponentes probant, quia actus confessionis est actus reiterabilis. & tali casu non posse dici testes singulares. & Castr. secutus fuit Dec. in cons. 650. num. 10. & Camera. Beneuent. in suo . . . . sub num. 29. post princip. in uersic. addens secundo post Consilia Cardi. Roland. a Valle in cons. 82. num. 45. uolum. 2. * & hanc opinionem esse communem, & receptissimam dixit Ioseph. Ludoui. in decis. 9. Perusi. num. 14. & seq. quem secutus fuit ultrà alios per eum citatos Achil. Pedroch. in cons. 2. num. 142. & seq. ubi similiter refert de communi, & num. 147. & hanc opi-
** nionem esse magis communem, ut duo testes singulares de loco et tẽpe probent de confessione eis facta, dicit Riminal. iun. in cons. 82. num. 10. inter crimi. diuers. uol. 2. et ita firmat Guido Papę in quæstio. 544. ubi etiam subdit ita pluries fuisse in Curia parlamenti in Camera Consilij determinatum.

Quod confirmatur ex illa alia cõclusione, quæ se habeat, quòd testes † singulares
33 quando tendunt ad eundem finem etiam per diuersa media coniungantur ad plenè probandum, prout dicit Abb. in capitu. fi. num. 6. de successio. ab intest. et Alex. in cons. 76. num. 4. et 5. uolum. 6. Alex. sequitur Ripa in l. admonendi sub num. 206. ff. de iureiur. Petr. de Anch. in cons. 276. nu. 4. ante fi. in uer. et ideo; Corn. consil. 13. in princip. uolum. 1. late Marsil. in cons. 1. nu. 50. et hanc esse ueriorem et magis communem opinionem dicit Aymo in cons. 267. num. 4. et 6.

Et quod testes singulares non singulari-
34 tate obstatiua, sed adminiculatiua, † prout est in

est in casu nostro, cũ dictum vnius testis alteri adminiculetur, probent, & coniungi debeant, tradit Bal. ita singulariter distinguēdo in vsib. feud. in rub. de controuer. inuestitu. sub num. 2. quem secutus fuit Barbat. in cons. 41. num. 29. in princip. volum. 3. & dictam doctrinam Bal. communiter sequi Docto. dicit Soci. iun. d. cons. 90. num. 10. vol. 2. & idem Bal. in c. licet causam nu. 10. de probatio.

Vlterius confirmatur dicta conclusio ex eo, quod dicit idem Aymo in consil. 267. colum. penul. post medium, in uersic. confirmatur, ubi dicit, quod vbi debitor fatetur debitum, non est uis in loco aut tempore, quia tempus non est de substantia confessionis; & quocunque loco aut tempore fiat confessio, quod debitum probetur, cum ubi tempus, aut locus non est de substantia; nō nocet singularitas testium, quæ inducitur ex diuersitate loci aut temporis, quod prius post gl. quā mirabilem reputat, uoluit Bart. in l. ob carmen §. fi. ff. de testib. & ita dixit Roma. in cons. 30. num. 2. Imol. in consilio 102. num. 5. & Guido Papæ d. quæst. 544. ubi etiam dicit, quòd ita pluries uidit determinari in Curia parlamenti. & Corne. in consilio 247. nume. 21. vbi de communi, volumine 2.

Præterea prout dicit idem Aymo in præcitato cons. num. 5. in fi. & idem Aymo de antiq. temp. par. 4. sectio. sed enim, nu. 16. fol. mihi 265. ter. non uidetur diuersitatis ratio, quare magis credatur duobus testi-
35 bus † deponentibus de una confessione coram eisdem facta eodem loco & tempore, quam si deponant de diuersis confessionibus diuersis loco & tempore factis, dummodo ex tali diuersitate nulla resultet contrarietas; aut diuersitas facti. & esse absurdum, quod in talibus confessionibus reiteratis sola identitas temporis; aut loci augeat fidem testium, cum non tractetur de probando actum momentaneum; & nos habeamus testes sufficere esse concordes in facto principali, prout supra firmatum est per plures auctoritates adductas: quibus addo etiam Aymo de antiq. temp. 4. par. sectione sed enim, nu. 10. fol. 279.

Et licet non defuerint nostrorum inter-
36 pretum, † qui tenuerint, quod tales testes, cum vnus deponat de una cōfessione facta in uno loco parte absente, & alius deponat de alia cōfessione facta in alio, nō cōiūgant, cū sint singulares de loco, & tēpore: & quælibet eorum probatio sit imperfecta, prout uoluit Anto. de Butr. in cap. licet ex quadā num. 8. ad fi. de testib. & in c. fin. colum. antepenul. in fi. & seq. de consuetud. quem secutus fuit Alex. in cons. 68. num. 8. volum. 3. & in cons. 180. num. 6. volum. 2. & facit cons. 132 num. 25. in fi. volum. 5. Paris. in cons. 60. num. 45. volum. 4. & in cons. 153. num. 27. eod. volum. Franc. Curt. in tracta. de testib. conclus. 47. Afflict. decis. 364. nu. 2. & seq. & sequitur Aymo in d. tract. de antiq. tempo. par. 4. sectio. sed enim num. 25. fol. mihi 268. & hanc esse communem opinionem profert Alciat. in cons. 2. num. 5. lib. 1. & uoluit Vasq. etiamsi vnaquaque cōfessio fuerit facta parte præsente, cum quælibet probatio sit imperfecta, de testam. potent. lib. 1. §. 4. num. 44. tamen a prima opinione, quod tales testes coniungantur & probent, recedendum non est, cum illam ne dum secutæ fuerint Rotæ, verum et sit magis communis opinio, ut supra demonstratum est: quæ præualet, & præferri debet in iudicando communi opinioni, tanquam habens maiorem præsumptionem pro se, quā habeat communis opinio; prout firmat optimè Corasi. in tract. commu. opinion. in præfat. sub num. 38. & num. 45. inter communes diuersorum volum. 1. quem secutus fuit Granut. commun. conclusion. theoremat.
37 4. num. 5. & sic patet, cum confessio † facta parte præsente, & probata per duos testes contestes faciat plenam probationem, prout dicit Alex. in cons. 76. num. 4. volum. 6. idem Alex. in cons. 68. nu. 8. volum. 3. dum dicit, quod unus testis deponendo de confessione facta parte præsente facit semiplenam probationem. & vult Aymo de antiq. temp. d. 4. par. sectio. sed enim nu. 24. præsertim ad fi. fol. 268.

Et de æquitate Canonica idem procedat, etsi talis cōfessio sit facta parte absēte, prout in nostris terminis, respondit Dec. in cons. 162. colum. 1. ad fi. in vers. præterea, & colum. seq. ubi attestatur de communi; prout & hanc esse communem opinionem etiam dicit Porti. Imol. in cons. 176. num. 35. Alciat. similiter in puncto in consilio 6. num. 26. lib. 1. qui similiter attestatur de communi, & dicit propterea, quòd vnus te-
38 stis † semiplene probat de confessione extraiu-

extraiudiciali filiationis facta per matrem absente parte, presertim si sit repetita, prout in casu nostro, ut dicit dictus primus testis, & alij testes infra allegandi super confessione facta de eodem matrimonio per d. D. Tulliam, & idem Alciat. in rub. ff. de uerbo. obligat. num. 13. Alex. in conf. 181. num. 7. vol. 1. licet causa absolute non sequatur. late Fely. in c. si cautio, num. 27. vbi dat etiam rationem, qui similiter profert hanc esse communem de fide instrum. sequitur Villalob. & pariter enunciat hanc communem in tit. de confessi. sub num. 234. in fi. commu. opinion. lib. 2. & quòd confessio † extraiudicialis facta in causis ecclesiasticis & spiritualibus ualeat etiam absente aduersario tenet Fely. d. loco post princip. & prius dixit Bal. in cap. innotuit num. 5. de electio. sequitur Dec. d. conf. 162. num. 2. & propterea cum dicti duo testes coniungantur ad plene probandum, cum quilibet ipsorum secundum ius canonicum semiplene probet per supra dicta. & in specie dicit Alciat. d. conf. 6. nu. 26. cum quælibet probatio sit in sua specie perfecta, & ad plenam probationem duæ semiplenæ probationes idem concludentes coniungantur; prout dicit late Alex. in conf. 76. num. 4. & conclusiuè nu. 5. volum. 6. & Aymo d. loco & num. 24. præsertim in fi. & Aret. in conf. 65. colum. 3. in versic. secundo remanet expeditum de dicta confessione facta per d. D. Ioannem ꝙ D. Tullia esset sua vxor, esse probatum.

39

Prout etiam probatur per duos alios testes similiter de consimili confessione facta per d. D. Tulliam, quòd d. D. Ioannes erat suus maritus: & quod hoc pluries dixit, prout deponit D. Agnes 14. testis fol. 90. ter. & seq. ubi etiam dicit propterea uidisse cũ ea de dicto matrimonio congratulari nonnullas conuersas. & idem deponit Suor Bernardina sexta testis fol. 39. subdendo etiam quod erat uestita, ut mulier maritata, & ꝙ cum ipsa etiam congratulata fuit, postquã ipsa dixit, quod d. Ioannes eam duxerat in uxorem, seu desponsauerat. quæ quidem testes licet sint singulares de loco & tẽpore; tamen quælibet ipsarum probat semiplenè de dicta confessione extraiudiciali præfatæ D. Tulię de æquitate Canonica, etiamsi fuit absens d. D. Ioannes: & coniunguntur ad plenam probationem per plures auctoritates super utroque capite desuper addu-

40 ctas. Et sic patet per confessionem † præfatorum cõiugum de matrimonio inter eos contracto, cum non esset in præiudicium alterius matrimonij, de quo constet tempore confessionis post alios probari, prout optime firmat Abb. in cap. super eo num. 5. in uer. secundo casu. de eo, qui cognou. consangui. uxo. suæ & probatur in capit. 2. ubi idem Abb. in 2. nota. de cland. desponsa. et cum causa, de rapto. et ibi glo. in uer. mulieris. et latè Dec. in conf. 162. col. 1. in uersic. hoc idem confirmatur. et in conf. 133. num. 1. Roma. in singu. 620. tu audisti num. 2. et ibi addi. Paris. in conf. 13. num. 15. uolum. 2. et prius Hostien. in summ. in rub. de matrimo. §. qualiter contrahatur sub num. 12. ante fi. in uerbo, sed si ambo confiteantur. Marti. de Garati. inter matri. diuers. consil. 16. num. 1. uolum. 1. et Georg. de Priol. inter eadem cons. matrimo. cons. 42. num. 5. eod. uolum. pro quo facit illud, quod dicit Bal. in l. penul. num. 4. C. de fideiuss. ubi dicit, quod si aliquis iuuenis solutus fuerit inuentus cum quadam puella, et formetur inquisitio contra ipsum de stupro, quòd si ambo confitentur, quod antea contraxissent matrimonium, quòd stabitur eorum confessioni, et euitabit pœnam, nisi appareant signa in oppositum, ut quia fuit inuenta plorans, et similia. et idem Bal. in l. unica, num. 17. in uersi. quæro, fuit quæstio de facto C. de confess. Corasi. in miscella. lib. 3. cap. 4. nu. 18. et Nicol. Pegna in addit. 2. ad d. singu. Roma. 620.

Neque obstat, si diceretur, quòd dicta conclusio procedere posset inspecta iuris communis dispositione ante Concilium Tridentinum, nõ autem postquam fuit edita lex conciliaris super matrimonio contrahendo, d. ca. 1. de reformatio. matrim. sess. 24. ex quo de iure communi ante Conci-

41 lium † præfatum solo consensu contrahentium absque aliqua alia formæ obseruatione contrahebatur matrimonium l. nuptias ff. de reg. iur. c. cum locum, de sponsal. et c. sufficiat 27. quæstio. 2. et tradit Dec. in d. conf. 133. colum. 1. in uerb. et probatur hoc. et propterea illo iure considerato confessio ni coniugum de matrimonio cõtracto erat standum, cum in depẽdentibus a potestate,

42 et a uoluntate simplici † confitentium stetur eorum confessioni, prout voluit Bar. in l. si forte num. 4. & seq. ff. de Castren. pecul. & in

& in auth. si quis in aliquo num. 12. C. de eden. et dicit Dec. in d. loco, et facit l. cũ te C. de trãsa. et c. cum ad sedem §. nos prioris de rest. spoliat. quod hodie non habet lo cum, cum non sufficiat in matrimonio contrahendo solus consensus contrahere volẽtiũ, sed requiratur, ꝙ seruetur ẽt forma eius
43 dem † Concilij contrahendo ad præsentiam proprij parochij, et testiũ factis debitis denuntiationibus; alias si proprius pa rochus non interuenit, uel alius sacerdos de ipsius parochi, uel ordinarij licentia, ipso iure matrimonium non tenet, et est nullũ et irritum, prout disponitur in d. c. 1. §. qui aliter: et sepius censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum D D. Cardinaliũ, qui præfatũ Concilium interpretantur. et dixit Na ua. in cõs. 3. nu. 2. sub tit. de clandest. despõsat. vol. 2. quia ad hoc respondetur, ꝙ licet
44 talis confessio † præfatorum coniugũ plene de matrimonio per eos prius contracto fidẽ non faciat quoad ipsos cõiuges per supradicta; tñ negari non põt ad effectum legitimitatis, de qua agitur, cum non esset facta in prędiudicium alterius matrimonij, ma gnam præsumptionem præstare inter eos contractum fuisse matrimonium iuxta formam eiusdem Concilij, quæ coniuncta cũ tractatu maritali, cum adinuicem tractarẽt seut cõiuges; et fama viciniæ, prout statim demõstrabitur, plusquã plene de matrimonio præfato, ẽtsi illud de recenti fuisset cõtractum, ad effectum legitimitatis, ut est di ctum, probatum esse, prout firmat late Ant. de Butr. in c. peruenit, col. 2. in verb. secus, vsq; in fi. et cõclusiue in uer. puto tñ, qui fil. sint legit. ubi concludit ad effectum probã-
45 di quẽ esse filium legitimum † alicuius sufficere probari, quod natus sit ex illa, quam uicinis scientibus et cõi opinione tenebat, et tractabat pro uxore, prout in casu nostro quia ex istis dicit concludi proprietatẽ matrimonij. quẽ ibidem ẽt secutus fuit Cardi. Alex. in finali. uerbis. imo et ꝙ sola cõis opi nio viciniæ, quod essent maritus et uxor ꝓ bet matrimonium ad effectũ legitimitatis, ut filius obtineat, ac si probasset parentes suos illud publice contraxisse, tenet optime in d. c. peruenit post glo. fi. in fi. Abb. col. 2. in uerb. ut habeas. quod prius ibidẽ uoluit Ioan. Andreas num. 8. quem sequitur Petr. de Anchar. colum. fina. in uersic. oppone. ẽt Card. num. 1. ante fi. qui dicit tertiam solutionem glo. esse communem. et Herinh. Baich nu. 4. qui fil. sint legit. et Card. Alex. in c. per tuas nu. 1. eo. et ꝙ per talem communem opinionem probetur quasi possessio legitimi matrimonij: et fundãs se in matrimonio obtineat, nisi probetur cõtrarium, dicit Bursa. in cons. 98. nu. 7. uol. 1. et ꝙ ista opinio Abb. Io. Andr. et aliorum, ꝙ sola cõ munis opinio viciniæ de matrimonio sufficiat ad legitimationem prolis, sit verior ma xime mortuis parentibus, reiecta opinione Antonij de Butr. qui vult, quod etiam cum ea concurrat tractatus maritalis ad conclu dendum matrimonium de recenti, ut super est dictum, secus de antiquo, ad quod probandum dicit solam famam sufficere. dixit in d. c. peruenit Alexand. de Neuo nume. 8. et 9. omnino uiden. et ita firmat consulen do etiam Iaso. in cons. 168. sequendo Abbat. et præfatam glos. sub num. 2. volum. 4. nec in aliquo est dubitandum pro hac opinione tanquam ueriori iudicandum esse, cum eam teneat glos. vltra Docto. desuper relatos; cum recedi non debeat in iudican-
46 do et consulendo ab opinione glos. † quan do firmat pedes, prout in casu nostro, sicut dicit Alexand. in consilio 92. numero 4. in princip. uolumine secundo, Mantua in l. admonendi sub numero 61. in uersic. quarto ff. de iureiuran. qui dicit similiter opinio nem glos. tenendam esse in iudicando, cum antecellat omnes alias auctoritates, dummodo communis opinio non sit cõtra eam, prout dicit ibidem nu. 62. prout et in omnes alias auctoritates antecellere dicit Contardus cum allegatis per eum in repet. l. uni. nu. 5. C. si de moment. possess. fuerit appellat. et quòd in iudicando tutum non sit a glos. ordinaria recedere, dicit Bald. in consilio 169. num. 3. uolum. 5. et quod gl. opinio omnibus alijs auctoritatibus sit an-
47 teferenda. et ꝙ si cum ea † concurrant tres Doct. prout concurrunt in casu nostro, imo fere omnes interpretes in d. c. peruenit, cõstituant communem dicit Grat. in cons. 75. num. 21. et seq. uol. 2. et quòd ab opinione glo. non sit recedendum, si Doctores communiter contrarium non concludunt cõtra eam, tenet etiam Affl. in decisio. 21. num. 4. in prin. et quod ubi glo. firmat pedes seruãda sit, et omnes alias auctoritates tollat, dicit Bertrand. in consilio 191. num. 5. in fin. et sequen. in princ. uolum. 1. par. 2. et quòd

glo. ordinaria tollat omnes alias auctoritates dicit Bal. in l. cum hæreditas in fi. C. depositi. & quòd vellet in iudicijs magis pro se habere glo. quam tex. dicit Fulgo. in l. ad officium num. 2. C. commu. diuid. & quod a dicta opinione glo. in iudicando & consulendo non sit recedendum, cum antecellat omnes alias auctoritates, ut est dictum, firmat etiam Barbat. in conf. 54. nu. 8. vol. 3 & dicit idem Barba. conf. 15. numero 14. volum. 4.

Et quòd non solum communis opinio viciniæ de matrimonio sufficiat ad legitimitatem prolis, ut supra est dictum, sed etiam
48 si filius probet tantum, ꝙ parentes † se tractauerint vt maritus & uxor, prout etiam probatur in casu nostro, firmat idem Abb. in d. cap. peruenit, colum. 2. post medium in verbo tertio modo, qui fil. sint legit. vbi dat tres modos, si filius agit tanquam legitimus probando se legitimum. Primo si doceat parentes suos publice contraxisse matrimonium, prout in dicto capitu. peruenit. Secundo si probat, quòd communis opinio viciniæ habebat, quòd erant maritus & uxor. Tertio si probat, quòd parentes sui se tractabant vt maritus & uxor per auctoritates, quas ipse allegat, quę ibidem secutus fuit Alex. de Neuo sub num. 8. & seq.

49 Et quòd communis opinio viciniæ † se haberet, ꝙ dictus Ioannes & Tullia essent maritus & vxor, deponit D. Agnes 14. testis processu B. fol. 88. ter. in fi. & fol. 90. vbi etiam subdit ꝙ dictus D. Ioannes vocabat matrem d. D. Tulliæ, ut vulgo dicitur, per Madõna; cum qua concordat D. Catherina 6. testis d. processu fol. 34. ter. in fi. & sequen. & fol. 37. ubi etiam dicit, postquam deposuit de cõmuni opinione, quòd d. D. Ioannes vocabat matrem d. D. Tulliæ pro Domina; prout & de dicta publica voce & fama deponit D. Regina 5. testis fol. 24. ꝑ hæc verba, quòd tota contrata Sancti Leonis tenebat, quòd d. D. Tullia esset vxor d. D. Ioannis, & fol. 27. ter. ubi dicit ita dictũ fuisse a dicta vicinia, tam dum viuebat d. D. Tullia, quam post eius mortem; prout & de publica uoce & fama, quòd dicta D. Tullia esset uxor d. D. Ioannis deponit Suora Bernardina 7. testis dicto processu B. fol. 45. & idem deponit D. Hieronymus Octo 11. testis, & coniunctus aduersariorũ, dicẽs ꝙ d. D. Ioannes habitabat in contrata S. Leonis, & ꝙ in domo sua habebat d. mulierem de Ballinis, quæ per publicam uocẽ & famã reputabatur uxor d. D. Ioãnis d. proces. fol. 71. ter. & fol. 72. ter. & seq. dicit ẽt reputasse præfatos DD. Octauium & Leonoram filios legitimos & naturales d. D. Ioãnis Offer. & d. mulieris de Ballinis ꝑ publicam uocem & famam, quę erat in fundico Theutonicorum, ꝙ dicta mulier esset vxor d. Ioannis Offer. prout & dictam Tulliam fuisse despõsatam a d. D. Ioãne deposuit D. Ioãnes Theutonicus 2. testis vicinus & amicus d. D. Ioannis Offer, dicendo hoc esse notorium, & manifestum d. procef. fol. 12. & de vulgi opinione, ꝙ d. Ioannes desponsauerit d. Tulliam, deponit D. Ioannes tertius testis fol. 15.

50 Prout & de tractatu † maritali, ꝙ tractarent se d. D. Ioannes & Tullia vt maritus & vxor, deponit d. Cathetina 6. testis d. processu fol. 34. ter. & seq. & fol. 36. & fol. seq. ter. & D. Agnes 14. testis fol. 89. ter. in fi. & seq. & confert depositio D. Laurentiæ 10. testis fol. 63. & a ter. & fol. seq. & nõ solum probatur de dicto tractatu maritali, ex quo insimul in eadem domo conducta per d. D. Ioannem, prout constat processu A fol. 142. ter. ut maritus & uxor cohabitabant præfati Ioannes & Tullia insimul, in eadem mensa comedebant, in eodem lecto dormiebant, & alios actus faciebant, quæ coniugibus conueniunt & spectant, prout deponunt præfati testes; sed & de d. tractatu probatur, ex quo d. D. Tullia dum exibat extra domum, ibat vestita, vt vulgo dicitur § di seda con il fazzuolo chiaro, & da donna maritata § prout deponit d. Catherina 6. testis fol. 35. Suor Bernardina 7. testis fol. 39. & a ter. & fol. 42. ter. & seq. D. Laurentia 10. testis fol. 63. & a ter. & fol. seq. ꝗ dicit etiam § che portaua il ventaglio, cinto d'oro, vera, & altri adornamẽti § D. Agnes 14. testis fol. 87. ter. & fol. 89. quæ dicit ẽt, ꝙ portabat § le perle, & manini d'oro § & D. Ioannes tertius testis d. processu fol. 17. ter. & tamẽ secundũ leges Serenissimi Dominij sic vestire nõ potuisset, cum uestes sericas, anulos, neq; aurũ, neq; perulas portare nõ potuisset, nisi fuisset vxor d. Ioãnis, de quibus quidem legibus prohibitiuis cõstat procef. A a fol. 104. ter. usque ad folium 140. ubi etiam habetur meretricem dici ẽt illam,

illã,quæ cum vno manet,fol.106.ter.Et ex his siue teneamus opinionem Antonij de Butr. desuper relatam, quem secutus fuit Card.Alex.qui vult, quòd cum fama viciniæ,quòd essent maritus & uxor concurrat tractatus maritalis in matrimonio de recenti,secus in antiquo:siue teneamus opinionẽ glo. Abb.& prius Io.Andr. & aliorum similiter desuper relatorum,volentium ad effectum legitimitatis sufficere de matrimonio probari per famam uiciniæ,vel per tractatũ maritalem tantum,non est dubium,ꝙ in casu nostro plusquã plenè probatũ est de matrimonio præfatorum Ioannis & Tulliæ ad effectum legitimitatis;Cũ nedũ habeamus famã uiciniæ,& tractatũ maritalẽ, ꝙ tractabant se ut coniuges,prout testes deponunt, verumetiam & confessionem præfatorum coniugum ultra alias cõiecturas,de quibus statim dicetur,licet de illis causa non egeat stantibus supradictis. & sic de legitimitate præfatorum DD.Octauij & Leonoræ, licet d.Octauius natus sit de anno 1578.sub die 19.Maij in contrata omniũ Sanctorũ; prout similiter patet ex alia nota suæ natiuitatis manu eiusdem D. Ioãnis eius patris proc.fol.140.ter.& sic ante dictum matrimonium,cum essent tamen soluti,cum &d. D.Tullia esset vidua, prout testes deponũt super primo articulo, cum per dictum sub-

51 sequẽs † matrimonium legitimus effectus fuerit ac si post matrimonium natus fuisset, & habilis ad hæreditatem paternã per tex. in c.1.& in c.tanta,& ibi Doct.& gl.fi. qui filij sint legit. Menoch.in d.cõs.690.nu.23 & seq.vol.5.& tradit late Paris.cõs.13.nu. 34.& seq.uol.2.& Dec. latissime in consil. 154.col.2.per totũ. & propterea succedũt sic legitimati in emphyteusi, & feudo ecclesiastico,prout dicit Soc.iun.in cõs.63.n. 43.& seq.uol.3.& sequit Menoch. d.loco.

Neque aliquid obstat,si diceretur,quod tunc, quando dicta Tullia commorabatur in contrata omnium Sanctorum non permanebat in domo d.D.Ioannis,sed sua;& per hoc non potuisse dictum D. Octauium

52 per dictum subsequens † matrimonium legitimari,cum non esset eius cõcubina, prout decidit Bal.in l.fi.præsertim in fi.ff.de cõcub.late Aret.in §.aliquando nu.1.per totum,Insti.de nupt.sequitur Dec.in d. conf. 154.nu.1.ac etiam quòd inter d. D. Ioannem & Tulliam non interuenerunt instrumenta dotalia,prout requiritur interuenire ad hoc,vt filij prius nati ex solutis legitimẽtur per subsequens matrimonium: prout dicunt Angel.Aret. & Dec. in præcitatis locis per auctoritates per eos adductas. Quia ad hoc respondetur præfata de iure ciuili procedere,et non canonico, secundũ quod huiusmodi causa iudicari debet,cum talis legitimitas a matrimonio dependeat, prout late dicit Dec.d.consl.154.colum.1. in fi.et de iure canonico vt quis per subsequens matrimonium legitimetur,nõ requiratur,quod eius parentes essent in concubinatu,nec quod faciant instrumẽta dotalia, sed tantum requiritur, quod tempore conceptionis posset esse matrimonium inter virum,et mulierẽ, et hoc fauore matrimonij, prout dicit late et optime Abb.in c.innotuit ibi quasi furtim,iuncta gl.in ver. coniugata sub nu.17.per totum de electio.vbi dicit,ꝙ ibi singulariter colligitur,ꝙ natus ex soluta legitimetur per subsequens matrimoniũ,licet mulier nõ esset concubina:et respondet ad contraria inducta de iure ciuili. et dicit, ꝙ Io.And.et Ant.de Butr.ibi hoc idem tenent:et ꝙ hoc cõmuniter teneant Canonistæ,dicit Angelus de Clauasio in sua Sũma Angelica in ver.filius in §.11.et sequitur late Dec.d.conf.154.d.col.2.per totũ.et vbi etiam dicit,quòd ab hac opinione, cum sit communis, non est recedendum in iudicando, cum procedat de iure canonico, quod venit in hoc attendendum, attento quod aliud disponit ius ciuile.

Et eodem modo respondetur ad illud quod supradictum est de instrumentis dotalibus,quæ in tali legitimatione requirunt secundum ius ciuile:quia secundũ canones talia instrumenta nõ requiruntur, sed tñ ꝙ vir et mulier sint soluti,et habiles ad contrahendum tpe conceptionis filiorũ adhoc,vt legitimentur per subsequens matrimoniũ, prout dicit Abb.in d.c.innotuit nu.17. desuper citat.Ant.de Butr.in c.tanta in fi. qui filij sint legit.et idem Abb.in d.cap. tanta, nu.2.per totum,vbi dicit,sic Canonistas cõmuniter tenere,et ita cõsultum esse per Gasper.de Calde.et Ant.de Butr.et pluries ipsũ in facto respondisse:et hoc dictũ sic Legistas in practica sequi: et ideo alios addere non curauit:cũ a cõi in iudicando et consulẽdo recedendum non sit,minusq; a practica

53 † recedi dẽt, cũ sit optima interpres legũ.

Dec. in conf. 1 1. nu. 9. c. finem, & in c. 1. in 1. lect. nu. 83. & seq. de cõstit. late Mar. Dober. in suo repertorio iuris in ver. practica; vbi etiam subdit ueram interpretationem a practica sumi, ac ad iuris, & iustitiæ regimen necessariam esse. Et ꝙ practica sit optima interpres legum tradit etiam Mascard. de proba. conclus. 1164. nu. 8. & seq.

54 Et ad prædictũ tractatũ † maritalẽ corroborandũ primo cõcurrit hęc coniectura, ꝙ d. D. Ioannes ob mortem d. D. Tullię statim spoliauerit eius domum, prout depo ponit d. Catherina 6. testis, fol. 37. & a ter. quæ ẽt deponit, cũ esset tunc ancilla in eius domo, ꝙ præstitit auxilium ad spoliandum dictam domum ob mortem præfatæ d. Tulliæ, cum sic ordinasset d. D. Ioannes: & ideo d. testi licet amitæ, cum attestetur de facto proprio, uenit plene credendũ, prout dicit Saly. in l. si quis decurio sub nu. 4. in princi. C. ad l. Cornel. de fals. Mars. late & optime in sua prax. cri. in §. diligẽter nu. 130. in uer. facit ẽt, & nu. 131. omnino viden. Soc. iun. in cõs. 61. nu. 8. in uer. prætereà, uol. 1. Dec. in cons. 342. nu. 2. in uer. prima. Affl. decisi. 369. nu. 7. Barth. Vero. in conf. 16. nu. 14. in uer. imo plus ẽt dico, uol. 2. in ciui. Porti. Imol. in suis conclus. conclus. 5. in uer. limita quando vnus lib. 1. Ias. in l. cunctos populos, nu. 66. C. de summ. trin. & fid. cathol. & hanc partem tenet etiam Gabriel in suis conclus. sub tit. de testib. conclus. 1. nu. 8. & nu. 21. licet nu. 20. dicat aliquos tenere, ꝙ cum dicto talis testis debeant concurrere aliqua alia indicia, quæ tamen non desunt in casu nostro, ut statim dicetur.

Et cum dicta coniectura ad corroborationem prædicti tractatus maritalis concurrit etiam hæc alia coniectura, ꝙ dicta D. Tullia fuit sepulta honorifice cum magna impensa, prout patet processu A fol. . . . & tanquam uxor eiusdem D. Ioannis prout deponit eadem Catherina 6. testis d. processu B. fol. 35. ter. & fol. 37. ter. cũ qua concordat Suora Bernardina 7. testis f. 39. ter. & fol. 45. quæ similiter deponit, ꝙ omnes dicebãt, cum interrogaretur, quęnam esset, quod erat uxor vnius Theutonici; de qua quidem coniectura plene probatũ esse per dictas duas testes, dubitandum non est, cũ quodlibet factũ per duos testes probetur, nisi maior numerus a iure desideretur per l. vbi numerus, ff. de testib. & c. in omni, eo.

Neque obstat si opponeretur ad infringẽdum testimonium d. Catherinæ, ꝙ alias fuit ancilla d. D. Ioannis, & per consequẽs in domo dictorum Agentium, & ꝙ est pars per persona: & propterea videbatur repellenda: quia ad hoc respondetur, quod etsi fuit tunc ancilla in domo d. D. Ioannis eadem Catherina, ꝙ nihilominus eius testimoniũ ualet, cũ tpe examinis talis nõ esset prout dicit Alex. cõs. 5. nu. 9. uol. 1. Crot. in cons. 131. nu. 57. vol. 1. & late Zasi. cũ allegatis per eum in cons. 3. nu. 83. vol. 2. cũ in

55 depositionibus testium, † quoad illorũ ualiditatem, uel inualiditatem inspiciatur tps iuramenti prẽstiti super testimonio ferẽdo, prout dicit Ang. in cons. 1. num. 4. Alex. in cons. 150. nu. 6. uol. 5. & Viui. in sua Sylua opini. 992. nu. 2. ubi de communi lib. 3. & quod ẽt familiaris, qui non habet salarium ab illo, cui famulatur, admittatur in testem pro eo; & sic ualidius d. Catherina, q̃ nũc non est ancilla, nec præstat seruitia, firmat Roma. in cons. 420. nu. 4. imo & fortius, ꝙ famulus non habens salarium, licet dicatur domesticus, & actu deseruiat, pro domino possit testificari, firmat Mars. in l. 1. §. ad quęstionem nu. 2. ff. de quæst. & in sing. 5. in 1. limitatione.

56 Et ꝙ pauper, † cum alias sit honestæ uitæ, non arceatur a testimonio ferendo, sed admittatur tam in causis ciuilibus etiã arduis, quã in criminalibus, cũ paupertas non sit de genere malorũ, licet minus credatur in causis criminalibus, & arduis, quæ illis ęquiparẽtur, uoluit Rui. in cons. 158. nu. 27. vol. 5. & prius uoluit Bar. i l. ex libero ad fi. & ibi Mars. nu. 7. ff. de quęst. Floria. in l. testiũ nu. 3. in uer. sed in illis ff. de testib. optime Bal. in c. si quis testium sub nu. 5. & ibi Abb. nu. 8. in uer. puto. & Aret. nu. 7. & seq. & Fely. nu. 8. de testib. & Aufer. in tract. de testib. sub nu. 78. in uer. aliqui. Et hęc dicta sint ẽt ad tuendos alios testes, si qui sint talem exceptionem paupertatis patiẽtes, pręsertim si deposuerũt de gestis in domo per dictos coniuges, dum cũ illis permanebant uel cõuersabant in eorum domo, licet alias essent minus idonei, cum melius per illos, quã per alios testificari possit, licet & alij ẽt admittantur, prout supra per plures auctoritates firmatum est. & hæc de secundo.

Deueniẽdo mõ ad tertiũ dico similiter ꝓbari de legitimitate pfatorũ DD. Octauij & Leo-

57 et Leonorę ex tractatu, † cũ fuerint tractati vti filij legitimi et naturales d. Agentes a præfato D. Ioanne eorum patre: et prout tractabantur ab eo aliæ filiæ ex secũdo matrimonio susceptæ, prout deponit D. Margarita 9. testis d. proce. B. fol. 55. 58. ter. et fol. seq. et a ter. et d. Laurentia 10. testis d. processu fol. 66. et D. Regina 5. testis fol. 30. quòd etiam cõprobatur, ex quo dictos filios retinuit in domo propria illos alẽdo, vestiẽdo, lactari, et educari faciendo, et mittẽdo d. D. Octauium ad scholam et in Germania, et alia faciẽdo, quę proprijs filijs legitimis, et naturalibus cõueniunt, et fieri solent, de actibus tradit Bal. in c. per tuas n. 5. de probatio: prout constat et ex quã plurimis literis d. D. Octauio, dũ in Germania erat, transmissis, in quibus semper nominauit eũ filiũ nullo adiecto verbo naturalẽ, prouidendo eidem de omnibus necessarijs ad eius sustẽtationem, et subscribẽdo se in eisdẽ literis idẽ Ioannes eiusdẽ Octauij pater, prout patet proc. A a f. 145. usq; ad f. 163. et præsertim f. 158. et f. seq. cũ nõ sit dubiũ

58 ex tali tractatu † constitutos fuisse in quasi possessione legitimæ filiationis, et sufficere ad obtinendum, et onus in aduersarias aliter probandi transferri; prout dicit Iaso. in consi. 114. nu. 21. vol. 1. Gozzad. cõs. 13. nu. 34. et prius Iacob. Butrig. in l. non epistolis C. de probatio. Alex. in cons. 51. nu. 2. et 5. uol. 1. Dec. in cons. 54. nu. 1. post medium Ant. de Butr. in c. transmissę nu. 10. in uer. aut probatur, qui fil. sint legit. Bar. in l. 1. §. ad quæstionem nu. 3. ff. de quæst. Iacob. de S. Georg. in l. quidam nu. 1. in ver. adduco, et ibi Floria. num. 4. ubi de communi ff. de proba. Abb. in cons. 83. nu. 21. in fi. et late Petru. a petra in tracta. de fideicom. quæst. 11. nu. 315. ubi similiter de communi cum sequentib. et nu. 310. et seq. vbi similiter de cõmuni. et ita omnes tenere dicit Menoch. in tract. de arbi. iud. casu 89. n. 69. & in tracta. de p̃sump. lib. 6. præsũp. 54. nu. 37. vol. 2. et ita tenet Franc. Marc. decis. Delphi. 457. nu. 3. in ver. et ubi non probaretur de matrimonio, vol. 2.

Neque prædictis aliquid obstat, etsi supradicti Doct. ut plurimum dicunt per tractatum filium constitui in quasi possessione filiationis nullo adiecto verbo legitimo: quia ad hoc respondetur, vt supra firmatum est

59 per plures auctoritates, vt in dubio † intelligatur de legitima filiatione: quibus addo Paleott. in tractat. de nothis, spurijsq; fil. c. 22. nu. 6. in fi. et Menoch. de arbitr. iudi. casu 89. nu. 71. post prin. et hæc de tertio.

Et quòd domus spoliari non soleant in hac ciuitate Venetiarum occasione mortis, nisi quando moritur pater, aut mater, uel uxor, seu quasi moriuntur fratres, aut filij, deponit d. Iulius de Baronibus 4. testis fol. 22. et D. Ioannes Andreas 12. testis fol. 75.

Deueniendo modo ad quartum, et ultimum fundamẽtum, similiter dico præfatos Octauiũ, et Leonorã fuisse, et esse in quasi possessione legitimę filiationis per famam tam viciniæ, quam extra eã, prout testes desuper relati deponũt, cum dicãt cõi opinione omnium tentum fuisse, quòd d. D. Ioannes et Tullia erant maritus et vxor; et per consequens dictos eorum filios esse legitimos, et naturales, cum sit necessaria consequen-

60 tia, imo et sufficiat testem † in sua ratione concludere vere, vel præsumptiue, prout dicit Ant. de Butr. in c. per tuas, n. 8. ante fi. in ver. et sic patet, qui fil. sint legit. Are. in consi. 73. nu. 13. in ver. his breuiter præmissis. Alciat. in cons. 6. nu. 29. lib. 1. Fely. in c. quia verisimile nu. 6. de præsump. et in c. sicut cãm nu. 6. de testib. et prius Bar. in l. 1. n. 7. ff. si cer. petat. cum nedum sex testes, prout deponunt de dicta fama in casu nostro; uerumetiam et duo tantum de fama probent, prout dicit Dec. in cons. 271. nu. 4. et est cõmunis opinio prout dicit Fichard. inter cõmunes diuersorum, sub tit. de probatio. nu. 241. vol. 1. quod procedit etiamsi testes sint singulares, prout dicit Alex. in cõs. 51. nu. 5. vol. 1. Rimi. iun. inter cõs. crim. diuers. cõs. 85. num. 16. vol. 2. et est magis cõis opinio, prout dicit Bellacomb. inter cõmu. diuer. d. tit. sub nu. 244. et clara sit iuris conclusio,

61 per publicam vocem, † et famam quẽ constitui, seu probari esse in quasi possessione legitimæ filiationis, & ad obtinẽdũ sufficere; prout dicit Alcia. d. cõs. 6. n. 27. lib. 1. et prius voluit Alex. in cõs. 51. nu. 2. et n. 5. vbi tractat, quõ probetur de filiatione legitima et naturali alicuius, et dicit ex dictis, et mẽte Bar. et Doct. quòd caui aduocati in probãda † filiatione faciũt tres articulos uidelicet

62 vnũ, quòd Titius est filius Sempronij, natus ex eo et Berta in domo sua vicinis scientibus. Secundũ, quòd Sempronius et Berta tractarũt eum, vt filium. Tertium, quòd secundum vulgi

opinionem reputabatur eorum filius, & ita dicit facere cautos aduocatos, ut est dictū; ad effectū, ut si unū articulum probare non possint, saltem probent alium, & sufficit: cū Bar. & Doct. ibi per eum citati tradant hāc practicam dictos tres articulos faciendi ad cautelam, non ꝙ copulatiue debeant probari, sed alternatiuè. & Alex. latè secutus fuerunt Iaſ. in conſ. 114. nu. 16. & ſeq. uol. 1. Bertrād. conſ. 26. nu. 5. par. 2. uol. 2. & Iacob. de S. Georg. in l. quidam nu. 1. & ſeq. & ibi Flori. nu. 4. ubi dicit ſic communiter teneri ff. de probatio. quod ptius uoluerunt Iacob. Butriga. in l. non epiſtolis in uerſ. aliquādo adijcio communem opinionem C. eo. & Ant. de Butr. in c. tranſmiſſæ nu. 10. in uer. quādoq; adeſt ſola communis opinio, qui fil. ſint legit. & eum ſequitur Dec. in c. 1. nu. 41. de appellat. & in cōſ. 171. nu. 4. & idē Alex. in conſ. 88. nu. 11. uol. 7. Alba. in conſ. 83. nu. 21. in uer. & quemadmodum. Nat. in cōſ. 473. nu. 14. vol. 2. optime Abb. in c. peruenit, in uer. ſecundo ſi cōis opinio, qui fil. ſint legit. vbi dicit, prout etiam ſupra dixi, ꝙ communis opinio uiciniæ probat matrimonium ad effectum legitimitatis. & in eo. tit. Card. Alex. in c. per tuas nu. 1. ubi
63 ſimiliter dicit inter alia filiationem † legitimam probari per famam, ſeu communem opinionem. & idem uoluit Pariſ. in cōſ. 13. nu. 22. uol. 2. Gemi. in conſ. 27. num. 10. & Menoch. in conſ. 490. nu. 18. uol. 5. Rui. in
* conſ. 51. nu. 18. uol. 5. & hanc eſſe ēt cōem opinionem reiectis opinionibus aliorum tenentiū cū præfata fama ad effectū præfatū debere interuenire aliquod aliud adminiculū firmat Card. Paleott. in tract. de nothis ſpurijſq; filijs, c. 23. nu. 3. & ſeq. in uer. ultima ſupereſt, fol. mihi 150. & ſeq. Soc. in ca. qualiter el 2. nu. 623. de accuſat. Ang. in l. ea quidem nu. 54. C. de accuſat. & hanc cō
** cluſionem ſimiliter eſſe magis receptam firmat alijs reiectis Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſu 89. nu. 86. lib. 2. cent. 1. & ita tenuiſſe Rotā, ut ſola fama ſufficiat ad probandum de legitimitate dicit Pute. deciſi. 2. lib. 3. & ideo alios addere non curaui, cū a communi & magis communi in iudicando & conſulendo recedendum non ſit, ut ſupra firmatum eſt; minuſq; a determinatione Rotæ, cum præualeat communi opinioni, prout dicit Imo. in c. olim nu. 13. ante fi. in uerb. & p p auctoritatē, ut lit. nō cōteſta.

Et adeo efficax eſt & concludens probatio iſta quaſi poſſeſſionis legitimæ filiatio-
64 nis, † in qua reperiuntur præfati D.D. Octauius & Leonora ex dictis tractatu & fama, ut ſufficiat ēt ad obtinendum in petitorijs iudicijs, uidelicet, cum quis petit hæredıtatē tanquā filio decerni; quia in iudicijs perſonalibus ſufficit de quaſi poſſeſſione probare, ut agēs vlterius liberetur ab onere pbandi, & obtineat, licet ſecus procedat in iuribus realibus, in quibus de poſſeſſione probare nō ſufficit pro obtinēdo in petitorio, ſed opus ſit probare titulū, uel dominiū; p ut dicit Menoch. de arbitr. iudi. d. caſu 89. nu. 70. & ſeq. ubi adducit rōnes, hācq; eſſe
* cōem opinionē dixit Corne. in cōſ. 1. n. 22. & præſertim in fi. qui hāc partē tuetur uol. 3. & Pariſ. in cōſ. 10. nu. 109. & ſeq. uol. 2. qui ſimiliter dicit hāc opinionē eſſe cōem. Et eam eſſe cōem pariter dicit Dec. in cōſ. 54. col. pen. in uer. nō obſtat. & Papę ſimiliter de cōi ī cōſ. 40. n. 5. ante fi. & hāc opinio
** nē eſſe magis cōem et receptiorē reiecta opinione Bal. et aliorum aliter ſentiētiū, dicit Paleot. in tract. de nothis ſpurijſq; filijs c. 22. a nu. 4. uſq; ad 8. præſertim nu. 6. ubi dat duplicem rationem, et nu. 7. ubi cōcludit, et eſſe magis communem opinionem dicit etiam Aymo in conſ. 249. nu. 3. et de magis communi etiam dicit Alba in d. cōſ. 83. nu. 21. et concluſiue nu. 22. in uer. et hoc procedit. Quam opinionem pluribus auctoritatibus comprobādo etiam defendit Burſat. ſimiliter dicendo hanc eſſe magis communem opinionem in conſ. 98. nu. 8. uol. 1. et ita fuiſſe iudicatum per omnes de conſilio in quaſi poſſeſſioue fraternitatis dicit Afflict. in deciſ. 25. in prin.

Et quòd dicta publica fama probetur prædictos Octauium et Leonoram fuiſſe et eſſe filios legitimos et naturales p̄dictorū Ioānis et Tulliæ: et ꝙ nulla alia pbatio requiratur ultra ius cōmune, de quo ſupra, dicit ēt lex municipalis, ſeu ſtatutū huius ciuitatis Venetiarum ad hoc in actis productū, prout cōſtat proceſſu A fol. 171. ter. ubi dicit, ſi publica fama fuerit, ꝙ aliquis fuerit filius alicuius, uel filia, nō ſit neceſſe, ꝙ ſu p hoc aliqua probatio exigaꝰ corā iudicibus,
65 cum in diſpoſitione legis, † cum dicitur filius ſimpliciter, prout in d. ſtatuto, ſēper intelligit de filio legitimo et naturali per l. filiū diffinimus, et ibi gl. ff. de his, qui ſūt ſui, vel

vel aliæ. iur. nec dictæ dispositioni aliquid
66 obijci potest, cum ubi casus † legis est, ibi nulla dubitatio cadere possit, prout dicit Bal. in l. ancillæ num. 1. C. de furti. quem sequitur Zasi. conf. 2. nu. 60. vol. 2. Becciu. in conf. 1. num. 3. cum alijs allegatis per eum Roland. à Valle in conf. 80. num. 4. uolum. 1. Castiglio in conf. 9. nu. 2. Sebast. Medic. in tract. de legib. q. 10. tertia parte num. 2. fol. mihi 162. & Asini. in tracta. de execut. §. 1. c. 29. nu. 5. fol. 13.

Nec dubitãdum est etiam dictam famã
67 † ex uerisimilibus coniecturis, & præsumptionibus, seu indicijs ortum habuisse prout habere requiritur secundum Abbatem in c. uestra sub num. 12. in uers. proprie autem, de cohabitat. cleric. & mulier. & prius Barto. in l. de minore §. plurimum sub nu. 30. post medium, in uersic. & hoc dico ff. de quæstio. Bal. in l. proprietatis num. 3. C. de probatio. & in cap. ueniens el primo num. 7. de testibus. Angel. in l. ea quidem in fi. in versicu. & prædicta C. de accusatio. Aretl. in conf. 65. numero secundo in fi. in uersic. nec fama. Ias. in consilio 2. num. 34. in vers. præterea, volum. 3. & in conf. 78. num. 20. eod. volum. Curt. iun. in conf. 122. num. 9. in prin. & Aymo in conf. 160. nu. 7. in prin. cum ut supra est dictum, ex testium depositionibus constet, quòd prædicti Ioannes & Tullia dicerent & confiterentur se esse coniuges, & vt coniuges se tractabant, in eadẽ domo mariti cohabitando filij fuerint baptizati a plebano, ut eorum filij legitimi & naturales, incedebat ipsa tam in domo, quam extra eam p loca publica induta tã vestibus, quam alijs ornamentis vt mulier maritata: & ut mulier maritata etiam fuit sepulta. Cum ex prædictis nedum inducantur præsumptiones, & coniecturæ, quod essent maritus & uxor, sed plenę probationes, ut supra firmatum est.

68 Et quòd sit probatum de fama † præfatæ legitimitatis D.D. Octauij & Leonoræ, ex quo testes deponunt, q publice tenebatur tã in vicinia, ac contrata S. Leonis, quã alibi, q d. Ioannes & Tullia essent coniuges, dicit expresse Bal. in l. testium ad fi. sub nu. 42. in uer. quęro. vbi dicit, ita etiam consuluisse Dyn. C. de testib. & in l. hæredes palam num. 2. & seq. ff. de testam. & in cap. præterea nu. 10. eo. & uidetur sentire Hippol. de Marsi. in l. de minore §. plurimũ sub nu. 42. in uer. sed contrarium ff. de quæstio.

Et licet contrarium voluerint quam plurimi Docto. ex quo in causa scientiæ testes sic deponentes non uideantur reddere bonam causam scientiæ, quam reddere debent, etiam non interrogati, prout dicit Io. de Amic. in conf. 131. num. 2. & Gram. in conf. 26. num. 12. & seq. in crim. videlicet ita dici audiuisse ab omnibus de populo, uel vicinia, seu a maiori parte populi, uel uiciniæ, prout uoluit Barto. in d. l. de minore, §. plurimum sub num. 19. & seq. quem ibidem refert idem Hippol. cum alijs per eum allegatis sub num. 41. ff. de quæstio. & Barto. secutus fuit Aret. in consilio 122. nume. 3. Rui. in consilio 51. nu. 18. ante fi. volum. 5. Aymo in consilio 41. num. 5. idem Ioan. de Amic. in conf. 60. num. 11. & in consilio 151. num. 1. Robert. Marant. in consil. 59. nu. 3. cum alijs allegatis per Fran. Viui. in decis. 76. nu. 3. & hanc esse communem opinionem dicit Imol. in l. hæredes palam sub num. 1. in fi. & seq. ff. de testam. & de communi etiam dicit Curt. iun. in consilio 122. numero 9. tamen prima opinio est magis communis & uerior, & cum illam sequatur Rota teste Cassador. in decisio. 3. sub num. 4. & seq. & conclusiue num. 7. sub titul. de probatio. Caputaq. decis. 289. num. 1. lib. 3. vbi etiam subdit id habere locum, etsi testes non dicant alia requisita, de quibus per Bar. in præcitato loco, dicẽs ita Rotam seruare. sequitur Porti. Imol. in conf. 39. num. 21. & conclusiue num. 23. & quòd hæc sit magis communis opinio propter auctoritatem Rotæ firmat Viui. & ita iudicatum fuisse in uarijs causis in audientia Barensi de anno 1589. in d. decis. 76. nu. 3. in fi. A qua obseruantia Rotæ † cum eius decisiones
69 faciãt stylum, & per hoc habeãt uim legis, aliquo modo non debet recedi in iudicando, cum ubiq; locorum seruari debeat, nisi resistat lex particularis alicuius loci, uel cõsuetudo, prout firmat late Mart. in tract. de tribunalib. vrbis c. 5. nu. 8. & seq. post decisiones Crescent. posit. Menoch. in conf. 51. nu. 36. uol. 1. & cõs. 52. nu. 51. eo. uol. Dec. in c. auaritiæ nu. 14. de præbend. & q opinio dominorũ de Rota sit seruanda in practica, etsi communis opinio sit in contrariũ, dicit Imol. in c. olim sub num. 13. ante fi. in uer. & propter auctoritatẽ quicquid dicat in contrarium ibi Barba. numero 32. ut lite

non contestat. & dicit additio ad Dec. in l. iura sanguinis in uer. contrariam sub num. 7. post medium in uersicu. & ubi est decisio Rotæ ff. de reg. iur. & quòd temerarium esset recedere ab opinione Rotæ, dicit glos. super constitutio. Aegidia. in cap. 4. num. 8. ad fin. lib. 3. fol. mihi 157. & quod cum sit etiam magis cõmunis præfata opinio, prout dicit Viui. in decisio. de super citata, pro ea iudicandum sit, & debeat præferri communi opinioni, tãquam illa, quæ habet maiorem præsumptionem veritatis pro se, quã habeat communis, dicit Coras. inter communes diuersorum in præfat. sub num. 38. & nu. 45. & Gram. commu. conclus. in theoremat. 4. num. 5.

Quæ quidem probatio famæ & legitimitatis dictorum Agentium coadiuuatur ex alia probatione, nam primus testis d. proc. B. fol. 6. ter. in finalibus uerbis, & fol. seq. deponit, q d. D. Ioannes eidem semper dixit & sic reiteratis uicibus, quod prędicti eius filij, quam susceperat ex dicta eius iuuene erãt eius filij legitimi & naturales, eo quia
70 dicebat illam desponsasse: cum talis † testis sic de auditu deponens a dicto D. Ioanne principali factum suum confitente, non est dubium quin semiplene probet; cum tale testimoniũ non iudicetur, sicuti si deponeret audiuisse a tertio; prout dicit Caputaq. & & ita tẽtum fuisse in Rota decis. 267. nu. 2. & seq. par. 3. & idem etiam dicit per plures auctoritates Calca. in cõs. 110. nu. 7. in uer. nec obstat. vbi dicit, q testimonium de auditu ab illo, qui negotium fecit, uel delictũ perpetrauit, probat, cap. hoc uidetur, in illis verbis, aut ipse, qui iurat illi indicauit, & ibi glo. 22. q. 5. & glo. in c. præ terea in uer. conscios, de testib. & facit alia glo. in c. per tuas de conditio. appofit. Imol. in ca. significa uit in fi. de testib. & Crot. in cons. 413. nu. 32. in prin. vol. 3. & cum d. teste cõcurrunt etiã alij testes de auditu ab alijs: nam D. Ioãnes Ibber 2. testis fol. 9. iuncto fol. 10. ter. deponit semper audiuisse dici D. Ioannem Osser desponsasse dictam D. Tulliam eius cõcubinam. & idem deponit D. Ioãnes Meismer 3. testis fol. 13. ter. & seq. & de auditu quòd d. D. Ioannes acceperat in uxorẽ d. D. Tulliam, etiam deponit D. Iulius 4. testis fol. 17. ter. & idem deponit D. Regina 5. testis fol. 26. ter. & fol. 30. Et idem deponit Dominus Hieronymus Octo audiuisse dici in fundicò Theutonicorũ process. fol. 70. ter. & D. Hieronymus Vauer. 13. testis fol. 79.

71 Et licet circa dictorum testium † depositiones sic de auditu ab alijs deponentium inter nostros scribentes duæ opiniones inueniantur; quarum prima est, quod testimonium de auditu non probet, sed faciat prę sumptionem, quæ transferat onus probandi in aduersarium: Altera uero sit, ut tantummodo faciat aliqualem præsumptionem, minime transferẽdo dictum onus contrarium in aduersarium probandi. Et primam opinionem ita intelligendo Archi. in d. cap. hoc videtur num. 3. in princip. 22. quæstio. 5. tenet Roma. referendo pro mirabili dictum Archid. in sing. 345. sequitur Gozzad. in cons. 13. num. 34. in fi. & sequen. Fely. in cap. tam literis num. 3. de testib. Dec. in cons. 82. num. 1. in princi. & in l. 1. in secunda lectura num. 18. ff. si cert. petat. Cur. seni. in cons. 69. num. 4. & in tract. de testib. conclus. 31. fol. mihi 117. & Cur. iuni. in auth. si quis in aliquo num. 32. C. de eden. & idem Roma. in consil. 424. num. 6. in uer. licet optimè Alex. in cons. 236. nu. 7. volum. 6. Socin. seni. in cons. 295. num. 1. in fi. in uer. secundo probatur volum. 2. late idem Deci. in cons. 595. num. 3. in versic. in alia autem materia, & in cons. 271. num. 2. in fi. & seq. Viui. in decis. 386. num. 7. & late Aymo in tracta. de antiquita. tempor. in 1. par. in uer. viso fama num. 7. & seq. fol. mihi 130. ubi similiter dicit, quòd quando sumus . . . . . antiquis testimonium † de
72 auditu transfert onus probandi in aduersarium, quatenus illi mortui sint, prout in casu nostro, a quibus dici audierunt, vel saltẽ in longinquis partibus sint, adeo quòd haberi non possint, nec examinari. Cui conclusioni etiam ego addo: & dummodo tales testes sic dici audiuerint ante litem motam, prout audiuerunt in casu nostro; sicut dicit idem Rom. in sing. 753.

Alteram vero opinionem ita intelligendo Archid. in loco desuper citato, tenet Ruin. in consilio 106. nume. 16. in fi. & sequen. volumine 5. allegando Roma. ita tenentem in l. si vero §. de uiro. columna ulti. in uersi. septimo probatur ff. solut. matrimo. Sed mihi uidetur aliter dicere Roman. & non recedere ab illo, quod dixit in dicto eius singul. 345. prout vtrunque dictum ad

ad idem citat Curt. Sen. in cons. 69. n. 4. cũ dicat Roma. in loco citato per Ruin. videlicet, septimo probatur ex eo, quod not. determinat Arch. 22. q. 5. in c. hoc videtur, 9 iura generaliter dicentia, testimonium de auditu fidem non facere, ut in l. si arbiter, de probat. & c. licet, de testib. & c. 2. §. idẽ Labeo, de aqua pluu. arcen. intelligi quoad præsumptionem tantum; & sic dicit facere præsumptionem, & nõ aliqualem præsumptionem, prout dicit idem Ruin. cum dictũ
73 uerbum † aliqualem sit diminutiuũ, prout dicit ad casum nostrum Benintend. decis. Bonon. 67. num. 8. in fin. & idem uidetur velle idem Ruin. in cons. ult. num. 15. uol. 4. ubi dicit testes de auditu semiplene non probare, ubi aliud non concurrit. Et hanc secundam opinionem tenet etiam Alex. in cons. 77. vol. 1. & ibi in Add. Natt. in ver. Aliquas & idem Natt. in cons. 170. nu. 4. & seq. vol. 1. Marsi. in sing. 371. testis de auditu, ubi dicit testem de auditu facere talẽ qualem præsumptionem. Et quòd faciat aliquam præsumptionem dicit etiam idem Benintend. in d. decis. 67. sub num. 8. magis communiter tenere Doct. per eum citatos sub num. 3. quod credo verum in casu suo, cum tantũmodo tractetur de uiribus unius testis de auditu deponentis per rationes suas, quas ibi adducit sub num. 9. & seq. prout de uno teste loquitur Marf. in d. sing. 271. & Alex. in cons. 77. num. 4. uol. 1. vel si plures ab uno tantum deponerent audiuisse; non autem quando plures à pluribus audiuisse deponant, mortuis illis, à quibus audiuerunt, & post litem motam, prout in casu nostro, quia tũc magis uera opinio esse uidetur prima opinio, quòd ex talibus testibus inducatur præsumptio, quæ transferat onus probandi in aduersarium propter auctoritatem plurium Docto. illam tenentium. Et in casu plurium testium de auditu deponẽntium consuluit Alex. in cons. 236. prout apparet num. 6. in fin. & seq. vol. 6. in quo Consilio non dixit, prout in cons. 77. desuper allegato, ubi de uno teste de auditu pertractabat, quòd testes de auditu faciant aliqualem; sed dixit, quòd testimoniũ de auditu alterius dato, quòd non plene probet; tamen facit præsumptionem, ac etiã probat cum alijs adminiculis. Et in casu plurium testium etiam consuluit Soci. Sen. in cons. 295. num. 1. in fin. vol. 2. ubi similiter dicit plures testes de auditu deponẽtes præsumptionẽ facere. Et hoc idem expresse firmat Socin. iun. in cõs. 69. nu. 17. uol. 1. Et de pluribus testibus etiam loquitur Aymo in d. tract. de antiq. tempo. in 1. par. in ver. viso de fama num. 7. & seq. desuper citat. à cuius auctoritate cum sequatur hanc partem, & aliorum desuper adductorum, non puto recedendum. Et sic dictos testes de auditu iunctos cum præfato teste de auditu à præfato D. Ioanne patre dictorum agentium deponente, non est dubium plene probare de attestatis per eos: Et præfatum fundamentum famę ex hoc alio fundamento corroborari, & ueriſſimum constare inter præfatos Ioannem & Tulliam matrimonium contractum fuisse: & præfatos Octauium & Leonoram eorundem coniugũ filios legitimos, & naturales esse. Quod fortius procedit in casu nostro; cum ad effectũ legitimitatis, de qua agitur sufficiat per præsumptiones & coniecturas de matrimonio probari, ut in principio firmatum est. &
74 quando † iudicandum est ex præsumptionibus & coniecturis testimonium de auditu iunctis alijs adminiculis, probet, dicit Natt. in cons. 170. nu. 4. in ver. Item ubi iudicandum esset.

Et cum quodlibet præfatorum fundamẽtorum sic ut supra etiam adminiculatorum per se sufficiat, ut præfati Octauius & Leonora in huiusmodi iudicio legitimitatis obtineant; quanto fortius & rationabilius hoc procedet omnib. simul iũctis, uidelicet notæ baptismales, & mortis dictæ D. Tullię, cum fuerint baptizati à proprio Parocho, ut filij præfatorum Ioannis & Tulliæ iugalium: & ipsa annotata ab eodẽ plebano in libro mortuorum uxor eiusdem D. Ioannis, tractatus maritalis, communis opinio viciniæ & fundici Theutonicorum, & alibi, quòd essent maritus, & vxor. Et fimus in matrimonio contracto iam uiginti annis retro, & ultra: Confessio præfatorum coniugum de eodem matrimonio; tractatus legitimæ filiationis; ac testes de auditu eiusdẽ matrimonij inter eos contracti, & legitimitatis etiam à patre ipsorum agentium deponentes; certe nemo dubitare potest de dicta eorum legitimitate plus quã plene probatam esse; & esse elisam quamuis præsumptionem contrariam ex testamento patris, seu alias prouenientem, de quibus statim dicetur

dicetur, ad dicta per Bero. in conf. 29. num. 20. in uer. nam ex tot præsumptionibus uolumine 2. Dec. in conf. 271. col. 4. post prin. in ver. & ideò concludendum. Et optimè Barbat. in consil. 29. post prin. num. 1. & 2. vol. 1. & idem Dec. in conf. 596. nu. 9. vol. 2. vbi dicit etiam imperfectas probationes
75 † iungi debere ad faciendum unam plenã probationẽ, & Iaf. in l. Centurio sub nu. 58. ubi dicit duo imperfecta simul iungi, si vnũ de per se aliquid operatur, secus si nihil ff. de vulg. & pupil. & Curt. in tract. de testib. diuers. conclus. 2. cum quæ non prosunt singula, multa iuuant, prout dicit glos. in l. 2. in uer. legitimis ff. de excusat. tutor. Cum qua cõcordat c. cũ causam de probat. & c. illud. de præsumpt. Et hæc de quarto & ultimo fundamento.

Neque obstat modo si dicatur, quòd dictus D. Ioannes in eius testamento reliquit ducatos tria millia & quingenta pro quolibet d. D. Octauio, & Leonore, uti eiusdem filijs naturalibus ultra ducatos mille & quingentos, quos similiter reliquit cuilibet ipsorum D. Christophorus eius frater uti filijs naturalibus d. D. Ioannis, prout de testamento eiusdem D. Ioannis patet processu A. fol. 68. ter. & seq. Et de testamento d. D. Christophori patet eodem processu fol. 83. ter. Et deponunt etiam testes dixisse d. D. Ioannem tempore conditi testamenti, de quibus constat d. process. A. fol. 87. cum sequentibus. Et quòd dictus D. Octauius, & Leonora etiam habuerint dictam summam denariorum, & acquieuerint dicto testamento; & quòd persoluerint etiam commissarij testamentarij illud, quod deberet soluere, cum fuerint nominati in dicto testamento, & beneficiati ut filij naturales tantum d. D. Ioannis Officio Aquarum, prout patet contractu nuptiali facto inter dictos DD. Commissarios testamentarios, & D. Iacobum Palatium promittẽdo eidem dare in vxorem d. D. Leonoram, prout patet dicto process. A. fol. 176. & seq. & ex scriptura receptionis factæ per d. D. Octauiũ Offer, de qua eod. proc. fol. 178.

Circa quæ duo sunt consideranda pro illorũ clara resolutione. Primum an dictus D. Ioannes stantibus supradictis per eius testamentũ potuerit prçiudicare dictis eius filijs quo ad eorum legitimitatem, nominãdo eos tantum eius filios naturales.

Secundo an ipsi sibi ipsis præiudicauerint aquiscendo dicto testamento & soluendo Officio Aquarum uti naturales, etiamsi pater præiudicare non potuerit. Et super vtroque capite ad eorum fauorem concludo.

Et primo quo ad primum dico quòd ex quo prædicti DD. Octauius & Leonora per supradicta probauerint maxime ad effectum legitimitatis, de qua agitur, inter p̃dictos eorum parentes contractum fuisse matrimonium; quòd dictæ assertioni patris
76 † asserentis in dicto eius testamento, quòd præfati eorum filij sint naturales tantum; quòd in hoc non est standum, prout in nostris terminis respondit per plures auctoritates Iaf. in d. conf. 168. nu. 19. & seq. uol. 4. Quod procedit etiam si ambo parentes negarent aliquem esse eorum filium legitimũ & naturalem, nedum tãtum pater; quia nec etiam staretur eorum assertioni, prout dicit Iaf. d. loco num. 20. c. transmissæ in fin. iuncta glo. in uer. indicijs. Et ibid. Abb. hoc nota in vltimo notabili n. 4. qui filij sint legit. Nec est mirum, cum dictũ patris possit prodesse, & non obesse filio, si negauerit eum filium legitimum; prout dicit Iaf. in præcitato loco. Et Bart. in l. filium diffinimus nu. 2. ubi dicit sic Doct. tenere ff. de his, qui sũt sui, uel alie. iur. & Petru. à Petra in tract. de fideicom. quæst. 11. num. 296. & seq. & hęc de primo.

Quo vero ad secundum dico, quòd prædicti DD. Octauius, & Leonora per tales actus, de quibus supra, sibi ipsis non præiudicarunt, neque præiudicare potuerunt quoad dictam eorum legitimitatem, cum esse eos filios legitimos & naturales præfatorum DD. Ioannijs & Tulliæ dependeat à iure naturæ, seu sanguinis, & à matrimonio, cum illam non habeant ab homine, sed à natura, & matrimonio, vt dixi; & propterea nullius roboris, uel momenti esse quãuis eorum tacitam vel expressam renuntiationem, cum fuerit, & sit nulla & inualida;
77 cum talibus iuribus † naturæ & legitimitatis renunciari non possit, cum à renunciantium non dependeant uoluntate, ad firmata per Salic. in l. si quis num. 4. C. de pact. & idem Salic. & tex. in l. nec si. volens, & etiã ibi Bal. ubi dicit confessionem non ualere contra libertatem C. de liber. cauf. l. ius agnationis. & ibi glo. in uer. ius ff. de pact. vbi

ubi dicit tale ius per sententiam tãtum pos-
78 se tolli. Et quòd legitimitas † non dependeat à consensu partium, cum dependeat à matrimonio, quod est actus canonicus, dicit expresse Imol. in c. de confirmationibus nu. 3. de confir. util. vel inuti. ad quod confert illud, qđ dixit Abb. in c. super eo in primo. not. de eo, qui cogno. consang. uxor. suæ. ubi dicit, quòd matrimonium non habet dependẽtiam ab homine; sed ab ipso Deo recipit indissolubilitatem. Et ideo quòd ad confessionem coniugum contra matrimonium nõ fit matrimonij separatio. Et quòd propterea cum legitimitas dependeat à matrimonio, de causa legitimitatis non possit fieri compromissum, neque transigi, quod est optimum fundamentum, quòd partes sua uoluntate, seu arbitrio nihil possint circa legitimitatem, tenet expresse Card. Alexand. in c. causam, quæ el 2. nu. 12. qui filii sint legit. Et idem voluit glo. fin. in c. 1. de consang. & affinit. Neque prædictis obstant dicta per Feli. in c. per tuas sub num. 14. & ibi prius Aret. sub num. 33. per totum de probatio. ubi uolunt filium sibi præiudicari, si consentiat tractatui illegitimitatis, si prius fuerat per patrem tractatus tanquam
79 legitimus, quia illud † procedit, quando tantum per tractatum constabat de sua legitimitate, eum res eo modo, quo ligantur, eædem modo diuerso dissoluantur l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. non autem quãdo legitimitas probatur ex matrimonio probato, prout in casu nostro; quia tunc statur ueræ probationi excluso errore; prout concludit Barbat. in cons. 27. præsertim in fin. uol. 1. etiam si quis esset in possessione, uel quasi legitimitatis, uel illegitimitatis per l. non nudis, & l. non epistolis, & ibi Bald. & Salicet. C. de probat. Cum talis possessio, quasi inducat præsumptionem. Et sic contrarium probari potest, prout dicit Bal. in l. siue possidetis. num. 15. C. eod. Et ista sufficiat me dixisse pro bono iure præfatorum DD. Octauij & Leonoræ, ad laudem Indiuiduæ Trinitatis atque gloriosæ Virginis Matris Mariæ.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

Et paulo postquam supradicta scripsi in causa huiusmodi habita fuit à Sacra Congregatione Illustrissimorum & Reuerendissimorũ DD. Cardinalium, qui decreta Sacri Concil ij Tridentini interpretantur ad infrascriptum dubium infrascripta declaratio seu resolutio. DVBIVM. An propter nouam formam contrahendis matrimonijs à Concilio præstitutam, filius qui mortẽ parentum eorumque tanquam coniugum decẽnalem cohabitationẽ probauit, aliquid propterea aliud probare teneatur, vt doceat se esse legitimum, uel sufficiant huiusmodi probationes, quemadmodum ante Concilium sufficiebant. DECLARATIO, SEV RESOLVTIO. Congregatio Concilij re diligenter perpensa censuit, quòd attinet ad casum supra propositum, nihil noui iuris induxisse Concilium.

Hierol. Card. Mattheius.

ARGVMENTVM.

Auocatio Causæ non citata parte, non esse faciendam. Quodque iniustè in carceribus detento aufugere liceat impune, demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Commissio auocatoria parte non citata iurisdictionẽ non tribuit, nec primi iudices illi tenentur parere.*
2 *Indicia per torturam unius horę purgata censentur, & reus ob id absoluendus est.*
3 *Detento iniustè in carceribus impune aufugere licet.*
4 *Indicijs alijs à primis diuersis superuenientibus, locus est repetitioni torturæ.*

CONSILIVM CLV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Visis Rescriptis Apostolicis, & resoluendo difficultatẽ Dico, quòd causa, de qua in præinserta, videtur auocanda à Cardinali Protectore, & remittenda Nuntio Apostolico, iudici electo, & Guardiano Sancti Iob Venetiarum primis iudicibus, cui per speciale rescriptum Sanctissimi D.N. causa huiusmodi fuit delegata, præsertim

sertim cum coram eisdem deuentum fuerit ad testium examen, & sit in calculo ferendæ sententiæ.

Primo quia generalis procurator ordinis Minoritarum in præinserta nominatus illam ab eisdem iudicibus auocari obtinuit Fratre Simphoriano non citato, prout citari debebat, cum alias obtenta commissio
1 † auocatoria iurisdictionem nō tribuat, nec primi iudices parere illi teneantur ex constit. Feli. record. Pij Papæ IIII. super reformat. Sign. iustitiæ in suo ordine 84. post princ. in illis verbis, nec in antiquis &c. & in illis alijs uerbis ad fin. Si quis autem &c. clausula sublata, & de decreto irritanti munita.

Secundo quia per subreptionē fuit extorta & obtenta à dicto Procuratore ordinis ad defatigãdum pauperem Oratorem, cum non timore pœnæ, prout dicitur in dicta præinserta, idem Frater Simphorianus è carceribus aufugit; ex quo cum per horã
2 & ultra iniuste etiam fuerit tortus † à dicto Commissario propter prætensa indicia circa preparatum venenum Ministro, etiam si fuissent ad torturam sufficientia, fuerunt
* purgata: & hanc esse communem, & in toto mundo seruatam opinionem dicit Alberi. in rub. C. de quæst. nu. 9. & in l. edictum. num. 1. & seq. ff. eo. quem refert, & sequitur Clarus cum alijs per eum citatis in praxi. crim. quæst. 64. nu. 38. in uer. illata reo tortura, & ante eum Boeri. in decis. 163. num. 12. & seq. & diffinitiuè ab eodem iudice, stante dicta eius perseuerantia in tortura debebat absolui, attento quòd plusquam sufficienter fuerat tortus, prout late dicit Anto. Gome. delict. cap. 13. de tortura reorum sub num. 28. in ver. Sed his non obstãtibus; ubi reiectis contrarijs, & allegatis concordantibus, dicit ab hac opinione in consulendo & iudicando non esse recedendum: refert & sequitur Farina. uaria. quæst. crimi. quæst. 4. num. 26. in ver. contrarium. Et ita etiã decisum fuisse in Rota Lucens. testatur Magon. in decis. 89. num. 11. in ver bo diximus, & num. seq. & uoluit Bartho. Veronen. in cons. 32. num. 18. in uer. Sed tamen his non obstantibus in crimin.

Quod cum facere recusauerit idē Commissarius, imo perseuerarer in eius iniustitia in detinendo ipso in eisdem carceribus, & eius liberationem semper denegando, me-
3 tuit à dictis carceribus † impunè aufugere potuit, etiamsi illas fregisset, & quæuis alia uincula, in quibus detinebatur, ad dicta per Ioa. de Amic. in cons. 86. nu. 7. & prius per Roman. in cons. 320. nu. 6.

Et ideo cum causa quoad negotiũ principale sit finita, cum idem Frater Simphorianus purgauerit indicia, si quæ contra ipsum aderant, per torturam, ut est dictum: cum non essent multum urgentia, nec ma-
4 nifesta, nec alia † superuenerint diuersa à primis, quo casu locus repetitioni torturæ est; prout ita Doct. tenere & practicari dicit Bossi. in sua pract. crim. in tit. de tortura nu. 42. & Franch. Perso. in tract. de indic. & tortura num. 80. Quod ante eos ita practicari dixit Bar. in l. unius §. reus num. 2. ff. de quæstio. Et per consequens quod iniuste in carceribus detineretur à dicto Commissario, & potuisse ab eisdem aufugere, uidetur omnino remittẽda eisdem iudicibus, coram quibus est ad sententiam, ne ulterius indebite defatigetur pauper orator, maxime cum sit regularis, & ne ex finita causa detur principium nouæ uexationis.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Executorem literarum Apostolicarum, resignationis nulla facta publicatione, eo quòd beneficium censeatur adhuc vacare in Curia; nec recusari ut suspectũ si procedit super notorio, cũ grauare nõ possit; & eidem literas extra diœcesim exequi licere, demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Notorium dicitur, quod constat ex literis Papæ.*
2 *Executor litterarum Apostolicarum ad conferendũ Beneficium deputatus non potest nec suspectus allegari, nec literarum executio retardari; cum grauare non possit.*
3 *Iudicis recusatio non admittitur in crimine manifesto facti permanentis; secus in notorio facti transeuntis.*
Iuris ordo in notorijs est ordinem non seruare.
4 *Notorijs, quibus nulla competere potest defensio, deueniri*

deueniri potest ad sententiam sine citatione.
5 *Causa Beneficialis dicitur grauis: & de cæteris, quæ graues dicuntur.*
6 *Causæ arduæ criminalibus æquiparantur.*
7 *Executor literarum Apostolicarum an ipsas extra diœcesim exequi possit.*

CONSILIVM CLVI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Euerendissime Dominæ resoluendo difficultatem dico, quòd indubitatum est executionem litterarum Apostolicarum, de quibus agitur, dependere à verificatione narratorum in eisdem literis per c. 2. & ibi Io. Andreas, Abba. & Alij de rescript. & idem Ioan. Andr. in c. 1. col. 2. de lit. contestat. in 6. Et ideo cum in literis de quibus agitur pro consequenda gratia fuerit narratum pro parte Reuerendi D. Bernardi Nauagerij, 9 Beneficia, de quibus in eisdem literis, alias in manibus S.D.N. fuerint resignata ad effectum permutationis per olim Reuerendissimum D. Episcopum Bellun. & quòd de eis fuerit prouisus vigore dictæ Resignationis & permutationis idem D. Bernardus, & de dicta resignatione & prouisione eisdē D.V. Reuerendissi. ut iusto executori constet per alias literas Apostolicas in iudicio productas, quæ probationem probatam, & rem notoriam faciunt per tex. in Clem. unica de
1 probat. & quod dicatur † notorium illud, quod constat ex literis Papæ dicit Abb. in c. 1. num. 9. de confirmat. uti. uel inuti. non est dubium, quòd D. V. Reuerendissima in exequendo præfatas literas iuxta mandatum Apostolicum sibi iniunctum non potest in aliquo grauare R. Hieronymum Bugardellum citatum, & in uno dictorum Beneficiorum intrusum mittendo in possessionem præfatum D. Bernardum, seu immitti mandando: Cum ex quo idem Nauagerius non publicauerit resignationem, eadem beneficia adhuc censerentur uacare in Curia, & nemo alius quam Papa de eis disponere potuerit, prout & idem Papa dicit in dictis literis per cōstit. felic. record. Gregorij Papæ XIII. quæ est in suo ordine 87. præsertim in illis verbis videlicet. Quod si quicquam prædictorum &c. & infra in alijs verbis, sed ipsa &c. Cum quando executor
2 † literarum Apostolicarum ad conferendum, & ad dādum Beneficij possessionem, seu ad certum ministerium deputatus procedit ad illarum executionem fundans se iuxta formam mandati super actu facti permanentis, prout sunt primæ literæ, quibus verificantur narrata in secundis literis, & nō in alijs probationibus faciendis, cum partē aduersam propterea grauare non possit, nō potest nec suspectus allegari, nec illarum executio retardari debet, ad dicta p Abb. in c. nouit. nu. 7. præsertim in fin. de appella. ubi dat generalē theoricam, & dicit, quòd quando executor Apostolicus deputatur ad certum ministerium, in quo non potest grauare, quod clare constat, quòd non potest, nec tanquam suspectus recusari, & idē Abb. in c. proposuit num. 2. & num. 10. in fin. eod. tit. ubi dicit, quòd in crimine manifesto facti permanentis non admittitur iudi
3 cis † recusatio, secus in notorio facti transeuntis, quod prius ibi uoluit glo. fin. & idē etiam ibi dem nu. 8. per totum uoluit Franch. vbi dicit, quod licet iudex possit recusari, vt suspectus, si procedit super notorio facti transeuntis, cū super eo recipiantur probationes, & possit grauare; tamen dicit hoc non habere locum, si iudex procedit super notorio facti permanentis, prout in casu nostro, quia tunc dicit, quòd sicut iudex non potest grauare, sic nec potest ut suspectus recusari. Et quòd in notorijs ordo uiris sit ordinem non seruare, dicit Abb. in c. conquerēte nu. 2. de rest. spolia. & qđ similiter
4 in notorijs, † in quibus nulla potest competere defensio, possit deueniri ad sententiam sine citatione, alias secus, dicit Abb. in c. cū olim nu. 20. de sent. & re iud.

Neque verum est, quod exaduerso dicitur, quod prædicta Conclusio habeat locum in criminalibus, nō autem in ciuilibus, prout nos sumus: & quia causa Beneficialis
5 † dicitur grauis propter illius arduitatem & magnitudinem, prout dicit Abb. in cap. querelam num. 9. & ibi prius Host. nu. 8. ubi enumerat alias causas, quæ dicuntur graues, ueluti matrimoniales, ac etiā si agatur de remotione alicuius: item si agatur de toto patrimonio, vel maioris partis, & similes, de procurat. Anto. de Butr. in c. ut circa. num. 9.

num. 9. de elect. in 6. & quòd tales causæ ar
6 duæ † criminalibus causis æquiparentur di cit Bal. in l. parentes. nu. 6. in fin. in uer. aut causa ciuilis & ardua, & ibi Barbat. in addit. C. de testib. quem secutus fuit Marsi. in cons. 101. num. 20. ubi dicit causam ciuilē magnam criminali æquiparari. Et idē Bal. in c. veniens el 1. nu. 7. de testib. Et idē firmat Mascar. de probatio. conclus. 34. Incipien. Acta facta nu. 7.

Et quia quando tractatur de recusatione iudicis, causæ, ex quibus in ciuilibus recusari potest, fortius sufficient in criminalibus, cum tractetur de maiori præiudicio iuribus vulgaribus.

Neque etiam aliquid obstat etsi D. V. Reuerendissima sit extra suam diœcesim,
7 † quin possit dare executionem dictis literis Apostolicis, etiam non consentiente d. Aduersario per c. statutum §. in nullo quoque de rescript. in 6. per D. Aduocatū Aduersarij allegatum; quia d. §. loquitur de literis iustitiæ, quibus causæ delegātur, prout patet in §. præcedenti cum vero, & §. seq. cum autem actor. non autem in literis gratiosis, prout nos sumus, præsertim cum D. V. Reuerendissima hic assidue permanere soleat, quod nec Papę incognitum est.

Et quod talis exceptio nihil referat, patet etiam ex tenore earundem literarum, cū & in eis dati fint etiam executores Episcopus Amerin. qui in urbe commoratur, & Patriarcha Venetus, qui similiter in hac ciuitate cohabitat. Ex quibus apparet dispositionem allegat. §. nec secūda dicta in aliquo non habere locū, sed satis esse Reuerēdissimam. D. V. hic iurisdictionē exercere de licentia ordinarij. Et ita iudicari & exequi obtinui per Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum Spalaten.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Testium depositiones de auditu auditus, & de fama publica quam uim habeant, cuiusue naturæ sint. Examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis primo dicto standum est, cum unum in primo, & contrarium in secundo dixit: vel neutri potius credendum ex Marsi sententia, nu. seq.*
3 *Confessio extraiudicialis alicuius facti per duos testes contestes de loco & tempore probari debet.*
4 *Testis de auditu auditus in criminali nihil probat.*
5 *Testis deponens, se ita dici audiuisse per famam cōmunem, non probat, cum non reddat optimam rationem.*
6 *Testis ut de fama probet, multa copulatiue probare debet, ut ibi.*
7 *Fama in criminalibus non probat, sed tantum receptas super ueritate facti confirmat probationes.*
8 *Fama non facit indicium ad torturam, ad capturam vero tantum sufficit.*
Fama per se non est species probationis.
9 *Torqueri, vel extraordinaria pœna affici quis non potest, nisi semiplene probatum sit.*

CONSILIVM CLVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa Fratris Stephani. Visis processibus, ac testium dictis studendo breuitati, prout consultorem decet, dico ipsum fore, & esse per Illustrissimum D. meum absoluendum & liberandum; cū nec plene, nec semiplene de aliquo præten so delicto per eum commisso non probetur ex infra dicendis.

Et primo dico aliquid non esse credendum de attestatis contra eundem Fratrem Stephanum per fratrem Iacinthum, Ioannem Brunum, Gasparem de Benaco, & Saluatorem de Venetijs, tunc nouitios in monasterio Sancti Augustini de Padua; cum postea quam medio eorum iuramento deposuerunt examinati à visitatore præfatum fratrem Stephanum non iuisse in nouitiatum neque de die, neque de nocte, & aliquam familiaritatem, seu practicā, nec colloquium non habuisse cum dicto Ioanne. Postea denuo seducti, & subornati, prout deponit idem frater Saluator & idē Ioannes in ultimo eorum examine ex officio facto contra eundem Fratrem Stephanū deposuerut totum contrarium, dicendo quòd de no-

de nocte idem Frater Stephanus bis, vel ter, iuit in dictũ Nouitiatũ semel per portã, & bis per fenestras, vt videret dictum Ioannem, & cum eo loqueretur, prout locutus fuit, & solus per aliquod temporis spatium permansit, & quod ipsum tantum deoscula tus fuit, prout & ipse Ioannes deponit, vlterius tamen neque in dicto, neque in facto non progrediendo: cum standum sit eius
1 primo examini † & non secundo & tertio, in quibus dixerunt cõtrarium; prout firmat Areti.in c.sicut nobis num. 2. de testib. vbi dicit, quod licet testis, qui secundo examinatur, dicat deposuisse falsum in eius primo examine, & conuincat quoad se de falso, & periurio, tñ dicit hoc nõ nocere parti, in cuius fauorem est primum dictum. Et idem placuit latè Peli.in c.cum in tua nu. 4. eod. quòd prius uoluit Imol. in c.præterea, col. 2. de testib. cogend. licet primum dictum debilitetur: sequitur Ioan. à Roya. in sing. in fauor fidei. 193. numero 1. Et ita tenere
* communiter Canonistas in c. cum causam de testib. dicit Corne.in conf. 27. num. 15. in fin. volumine 3. alias omnino & quoad primum, & quoad secundum dictum, seu examen tanquam periuri essent reijciendi, prout firmat Clar.in sua pract.crim. quæst.
* 53. num. 8. vbi dicit hanc esse communem. & prius uoluit Innoc. in c. fraternitatis in ver. si autem. Et in ver. dicimus tamen. Et ibi etiam Feli.num. 21. de hære. & Alex.in in l.si ex falsis.nu. 13. C. de transact. vbi si-
* militer enunciat hanc esse communem opinionem. Et in conf. 44. num. 7. vol. 2. Bal. in l.penult. ad fin.in ver. aduerte: & ibi etiam Sali.nu. 13. per totum C. de transact. Dec. in conf. 105. post num. 5. in ver. similiter te-
* stis, vbi similiter refert hanc esse communẽ: ideo alios addere non curaui. Et hunc dixit
2 Marsil. † in l.ex libero nu. 28. ff. de quæstio. q si testis in prima testificatione dixit unũ & postea in secundo dicto dixit contrariũ, quòd neutro dicto standum sit, maxime si nullam causam assignet, quare contrarium dixit in primo suo dicto, allegat l. 1. ff. de testib. & l. qui falso, vel uaria, eod. tit. quem secutus fuit Nouell. in sua pract. crimi. sub verbo, crimina obiecta, num. 29. fol. mihi 146. ubi alios accumulat ita tenentes. Et idem Marsil.in singu. 103. incipien. varietas in teste, ubi etiã subdit inter cætera talẽ uarietatẽ in teste operari, ut torqueri possit.

Prout nec credi debet aliquid fratri Ludouico, dum deponit process. fol. 69. quòd antequam fuerint examinati dicti Nouitij, quod dictus frater Stephanus eidem dixit, quòd faceret, ne ipsi aliquid dicerẽt de isto facto, nec etiam fratri Hieronymo eodem process. fol. 81. dum deponit, similiter à fratre Stephano eidem fuisse dictũ, quod hoc erat uerum, quòd iuerat in nouitiatũ, prout colligitur ex præcedentibus uerbis dictorũ testium, attento quod talis afferta confessio, ut dicunt præfati testes eisdem facta, unus tamen separatus ab alio, & in diuersis temporibus & locis, per ipsos non probetur;
3 cum extraiudicialis confessio † alicuius facti, seu delicti, cum sit remota à facto, seu delicto, non probatur per vnum testem, nec per duos singulares, sed oportet, quòd probetur per duos testes contestes de loco & tempore, prout late firmat Burs.in cõs. 166. nu. 20. vol. 2. & in conf. 69. num. 28. & seq. uol. 1. Marsi.in l.unius facinoris, §. testes nu. 1. & seq. ff. de quæst. ubi etiam dicit testes non coniungi. & ita dicit Paris.in conf. 153.
* num. 27. & seq. vol. 4. & hanc esse communem opinionem dicit Alciat.in conf. 2. nu. 5. lib. 1. & voluit Cacher. decis. 79. nu. 29. & Blan.in repet. l.fin. nu. 206. ff. de quæst. vltra quòd requiratur, quòd talis confessio sit uerisimilis, prout dicit ibidem idẽ Blanc. nu. 207. quæ verisimilitudo etiam videtur abesse consideratis eorum dictis.

Prout & similiter aliquid non venit credendum nonnullis alijs testibus de auditu auditus deponentibus; quod dictus frater Stephanus de nocte iuerat in nouitiatum;
4 quia tales testes † in criminalibus nihil probant, prout dicit Alex.in conf. 72. nu. 8. in fin. vol. 1. & in conf. 1. num. 4. in fin. & seq. uol. 3. Marsil.in conf. 76. num. 25. Parif. in conf. 164. num. 5. vol. 4. & ante eos Specul. in tit. de teste, §. 1. nu. 53. in fin. Bartho. Veron.in cõnf. 1. nu. 18. in crim. Aymo in cõs. 281. nu. 5. in ver. secundo. Et prius Domi. de Sancto Gemi.in conf. 142. nu. 5.

Prout & pariter aliquid non probant nonnulli alij testes, qui deponere conantur
5 de fama, dum deponunt, † quòd per famã communem audiuerint, quòd dictus frater Stephanus iuerit de nocte in Nouitiatum: quia hi testes deponendo super fama, seu infamia illã non probant, cum non censeãtur per tale dictum reddere bonam causam scientiæ,

scientiæ, prout dicit Aymo in cons. 41. nu.
* 5. ubi dicit hanc esse communem opinionem. Ioan. de Amic. cons. 131. nu. 2. & hāc esse communem opinionē prius dixit Imo. in l. palam. num. 1. in fin. & seq. ff. de testament. vbi expresse dicit testes deponentes de fama, & assignantes rationem, quia sic publice dicitur, non probare: Et adhoc ut
6 testis de fama † probet, de pluribus debet copulatiuè probare; videlicet primo, quòd specificet aliquas personas, à quibus audiuerit; secundo quòd dicat à quibus personis fama traxit originem, ut sciatur an sint personæ leues, vel graues, uel inimici. Tertio quòd deponat audiuisse ab omnibus, seu à maiore parte populi, uel viciniæ, seu patruum, prout in casu nostro: Et quarto quòd testes assignent causam scientiæ per tales causas, & coniecturas, quod potuerit populus induci ad ita credendum, vel dicendum; & quòd de illis causis cōstet, alias dicitur uana vox populi; prout per plura iura, & auctoritates de quolibet requisito tradit Marant. in consil. 69. numero primo, 2.3.& 4.

Et quid plura? etiamsi de tali infamia esset probatum, prout non est; nihilominus in
7 criminalibus non probat, † cum tantum cōfirmet probationes super veritate facti receptas; & indicium non facit, prout dicit Anch. in cons. 253. num. 1. in fin. Oldr. in con. 192. in uer. testes, & Bald. in l. qui non probasse num. 5. C. de calumnia. Cynu. in l. de tormentis. num. 3. C. de quæst. Paris. in cons. 153. num. 21. vol. 4. vbi dicit ita tenere Modernos. Dec. in cons. 429. nu. 9. late Cason. in tract. de indic. & tortu. in ver. de fama, seu dicto gentium cap. 2. per totum fol. mihi 406. & Marquar. Frehe. in tract. de fama publi. cap. 12. lib. 1. fol. mihi 64.
* Et hanc esse communem opinionem, quòd
8 fama † licet esset probata, ipsa sola non faciat indicium ad torturam, dicit Marant. d. cons. 69. num. 6. Et quod fama non sufficiat nisi ad capturam, donec veritas inuestigatur, & sic circa præparatoria & introductoria iudicij, & non circa decisoria, cum per se non sit species probationis, firmat idem Bal. in cons. 447. Ad euidentiam præmittē dum sub num. 12. omnino uiden. uol. 5. & in cons. 364. Quia quæstio. num. 6. vol. 3. & in l. 2. nu. 1. in fin. ff. de excusat. tut. Et quòd prædicta infamia tantum sufficiat ad carcerandum etiam in delictis grauibus, non autem faciat indicium dixit prius Cyn. in l. nullus nu. 5. C. de custo. reor. sequitur Aymo in d. cons. 41. enunciando etiam hanc
* esse communem sub num. 6. & communem esse prius dixit Ias. cum per eum relatis in repet. l. Admonendi sub num. 251. ff. de iureiur. Et quòd per solam famam quantumlibet publicam nemo torqueri debeat, cum incertissima sit & plerunque falsa, nec pondus testimonij habeat, dicit Simanch. in Enchirid. iudi. in titul. 52. de torment. numero 19.

Ex quibus remanet resolutū per supradicta nec plene, nec semiplene esse probatum de aliquo prætenso delicto, & perconsequens dictum Reuerendum Fratrem Stephanum fore, & esse absoluendum, & libe-
9 randum; cum vbi saltem † semiplene de delicto probatum non sit, non est dubium nec ad torturam, nec ad pœnam extraordinariam deueniri non posse; etsi aliqua suspicio remaneret in mente iudicis, cum de ea lex non curet, prout optime firmat Bal. in l. fi. nu. 17. C. de probatio. Quem late secutus fuit Anto. Gome. delict. cap. 12. col. fin. in uer. Aduertendum usque in fin. idemque uoluit Andr. de Iser. in constit. Regni. incipien. qui coram se nu. 2. fol. 120. & Duare. sub. titul. ff. de quæst. cap. 2. ubi dicit hoc regulare esse & tantum fallere, vt Reus torqueri, possit si uehementiores suspitiones & argumenta urgeant. Bonac. in titu. de quęstio. nu. 9. in uer. si semiplene inter cōmun. diuers. uol. 2. Alex. in cōs. 89. nu. 6. uol. 3. & Clar. iu in prax. crimi. quæst. 62. nu. 1. Et ꝗ quando torturæ locus non est, non sit nec locus pœnæ extraordinariç, voluit etiam Ioan. à Royas in sing. 191. nu. 3. in ver. hoc sane. & Locat. in iudiciale Inquisit. in uer. confessio. nu. 16. iuncto nu. 15. Et hęc sufficiat me dixisse pro dicti fratris Stephani defensione. Et adhuc sub iudice causa pendet.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Spolij materia tractatur: & eum, quem notorie constat nullum habere ius in re, restituendum non esse, probatur.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale semper censetur habere clausulam derogatoriam.*
2 *Possessio adepta uigore sententiæ ac prouisionis nullæ, est notorie vitiosa, & discolorata.*
3 *Possessor, quem notorie constat in re ius non habere, à iudice non citatus spoliari potest.*
4 *Spoliatus, cum propter bonum ius spoliãtis possessio confirmanda est, non restituitur.*
5 *Cautela de licentia petita à parte non citata, cum esset citanda.*
Spoliato quo casu spoliatorem spoliare liceat.
6 *Spoliatus auctoritate iudicis, nisi dolus arguatur, aut de facto processerit, non restituitur.*

CONSILIVM CLVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN causa de Arsedo tertia executio facta in vim sententiæ, & mandati executiui Illustrissimi D. Nuntij vigore alterius sententiæ Ascanij Clementini, olim Auditoris, & rescripti Apostolici, aliquo modo reuocari non debet, sed confirmari, neque in uim attentorum, neque spolij prętensi per presbyterum Galeatium, qui alias de dicta Ecclesia Sancti Ioannis contra formam Concilij Tridentini. cap. 4. §. in ijs uero, sess. 21. de refor. & c. ad audientiam per idem Concilium innouat. de Eccles. ædifi. ab Ecclesia Archipresbyterali de Arsedo dismembrata, & in parochialem erect. fuit per olim Illustrissimum D. Episcopum Paduan. prouisus. Quia ex quo dicta dismembratio, seu noua erectio contra formam iuris fuit facta, vt est dictum, ipso iure nulla
1 est, cum Concilium † generale semper censeatur habere clausulam derogatoriam, si contra fiat, ad dicta per Archi. in c. 1. col. 1. ante fin. de constit. in 6. & Roch. de Curt. in enarrat. in c. cum tanto de consuet. sect. 7. num. 25. fol. mihi 650. & propterea eius
2 possessio † fuit, & est notorie uitiosa, & discolorata, cum adepta fuerit uigore dictæ dismembrationis, & sententiæ, ac prouisionis Episcopi nullæ: prout in terminis decidit Roma. de possessione adepta in uim prouisionis Papalis nullæ contra decretum Concilij Basilien. in cons. 499. num. 2. & num. 7. & ideo potuit talis executio fieri, &
3 à iudice † spoliari dictus presbyter Galeatius alias non citatus, cum notorie constet per sententiam eiusdem Episcopi, & eius prouisionem in actis product. non habere ius possidendi dictam Ecclesiam, prout firmat idem Roma. in d. cons. col. 2. per totum. & ibi Addit. in ver. auferre, vbi per plura hoc comprobat; & idem Roma. in consil. 483. num. 15. & seq. quem secutus fuit Felinus late, vbi adducit plura similia in c. cũ olim num. 10. in ver. confirmantur prædicta de re iud. & uoluit Rota, teste Caputaq. in decis. 175. num. 4. cum alijs per eum adductis lib. 3. & Dec. in cons. 449. num. 16. in ver. Ad hoc respondetur. Et ideo dixit Curt. iuni. in l. fin. nu. 63. C. de edict. diui Adria. toll. quòd licet egens remedio d. l. deberet citare nominatim certum possessorem, antequam auferatur ei possessio; tamen tale dictum limitando subdit postea hoc non habere locum, ut talis possessor citetur, quando iudici constat tali possessori defensionẽ non competere. Et quòd iudex in actibus notorie iniustis, & a iure interdictis, si procedat extraiudicialiter parte non citata, prout de facto agẽs processit: & propterea quòd si quis notorie tenet Ecclesiam iniuste, non sit opus ut Episcopus conuocet cũ in iudicium, sed de facto possit illum spoliare, tenet optime Abb. in c. quia clerici. nu. 4. de iure patro.

4 Et quòd spoliatus † licet regulariter sit restituendus; tamen si possessio spoliantis nulliter data confirmari debeat propter bonum ius ipsius, spoliatus non sit restituendus, dixit idem Caputaq. d. decis. 175. per totum, ubi dicit, sic in Rota tentum fuisse lib. 3. ad dicta per Iaso. in d. l. fina. num. 18. C. de edicto diu. Adria. tollen. ubi postquã dixit, quòd alicui possessio non sit auferenda, siue iuste, siue iniuste possideat, nisi ipso

 citato,

5 citato; tamen subdit, quod si licentia † concederetur à iudice parte non citata eo casu, quo citatio requiritur, & aduersarius postea petat, quod reuocetur à iudice, quòd cautela erit petere illam confirmari ea ratione, quod si iudex non concessisset, deberet de nouo eam concedere. Et hanc practicam ponunt Angel. & Imol. in l. si finita in princ. prout & ipse dicit ff. de dam. infec. vbi etiam idem Angel. dicit, quòd pluries ita practicauit. Quem secutus etiã fuit Dec. d. consi. 449. nu. 17. Et quòd spoliatus non sit restituendus, quando constat de iure spoliantis, & de proprietate, dicit Paris. in cons. 1. num. 170. volum. 1. Rube. Alexand. in cons. 13. num. 17. cum alijs citatis à Brunoro à Sole in compen. propositionum, in ver. spoliatus non est restituendus, fol. mihi 182. Quod fortius habet locum in casu nostro, cum idem Archipresbyter in cõtinua lite stetit pro recuperatione eiusdem Ecclesiæ à die, quo de facto fuit ipse à Visitatore Ordinarij spoliatus de dicta Ecclesia, cum tali casu spoliato licet spoliatorem spoliare, prout dicit Rube. Alexand. d. cons. 1. nu. 1. ante fin. in uer. Item vt habeat.

Et quòd spoliatus auctoritate iudicis
6 † vel per eius sententiam non restituatur, nisi dolus possit argui, vel de facto processisset, cum pro facto suo semper præsumatur, dicit glo. fin. in cap. præsentium ante fin. 7. quæstio. prima, Dec. in consil. 125. numero octauo, & in dicto cons. 449. num. 16. Aymo in consilio quinto, numero octauo, cum alijs adductis à Brun. à Sole in dicto compen. proposit. in ver. spoliatus auctoritate iudicis, fol. 181. ter. Et quòd talis possessio non possit reuocari, nec in vim attent. etsi fuit capta, postquam fuit uocatus in iudicio dictus presbyter Galeatius: ex quo notorie constat de non iure suo per supradicta tenet Rota. decis. 2. colum. prima, ante fin. in uer. Sed si constaret, vbi dicit sic etiam seruari in Palatio, de restit. spoliat. in noui. Et ista sufficiant pro huiusmodi difficultatis resolutione.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Solutio obiectorum in materia Pensionis: de qua vide cons. 4. fol. 16. clare demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum appellatione an, & quando comprehendantur pensiones, & nu. 20.*
2 *Spoliatus auctoritate iudicis non restituitur: & hoc casu fallit regula. & nu. 32. & 38.*
3 *Pensionarius spoliatus possessione exigendi, quid docere debeat. & quid si constet non habuisse bonã fidem, nec titulum.*
4 *Pensionis solutione denegata, quis possessione exigendi spoliatus dicitur & quodnam competat remedium. & nu. 6.*
5 *Possessionis retinendæ iudicium per quem moueri possit.*
6 *Detinere iniuste, & alienum inuadere idem sunt.*
7 *Narrata in libello per modum causæ probari debent tanquam substantialia.*
8 *Libelli causa, sine qua libellus nõ reciperetur, probanda est: idem si duæ proponerentur causæ.*
9 *Gratia ante literarum expeditionem nõ suffragatur.*
10 *Pactum est duorum pluriumue in idem placitum consensus.*
11 *Instrumentum est probatio probata, veritas notoria, discussione fori non indigens.*
12 *Instrumenti verba, partium uerba censentur.*
13 *Instrumentum qui pro se habet, intentionem fundatam habet.*
14 *Confessio facta in supplicatione contra supplicantem probat: idem de assertione in rescriptis.*
15 *Correlatiuorum uno concesso, alterum vt concedatur, necesse est.*
16 *Consequens qui vult, velit & antecedens necesse est: & illo destructo destruitur & antecedens.*
17 *Literę pensionis reseruatæ debent intimari successori in beneficio: alioquin pœnam non incurrit successor.*
18 *Litis ex renuntiatione facta per reum quid iuris acquiratur actori.*
19 *Iudices non possunt iudicare secundum tenorem supplicationis, sed literarum.*
20 *Gratia est informis, donec literæ expediantur.*
21 *Verba hæc. Et aliud quodcunque beneficium, quid operentur in literis beneficialibus.*
22 *Pensio sub nomine beneficij continetur, lata tamen significatione.*
23 *Glosæ ab opinione, quando firmat pedem, recedendũ non est in consulendo & iudicando.*
24 *Opinionem communem constituunt tres Doct. cum glo. concurrentes.*
25 *Sumpto supplicationis fides non adhibetur ex constit. Pauli 3.*

Extensio

26 *Extensio de casu ad casum fit ex identitate rationis.*
27 *Lex vel statutum tollitur non per non vsum, sed per contrarium vsum.*
28 *Legem allegans intentionem habet fundatam; & pars excipiens probare debet de contrario vsu.*
29 *Papæ contra constitutionem nihil induci potest per inferiores siue Papa consensu.*
30 *Clausula decreti irritantis quam vim habeat, & quos effectus producat.*
31 *Spoliatus regulariter venit restituendus cum fructibus, fallit nu. seq.*
33 *Restitutio impeditur per sententiam hominis.*
34 *Censurarum incursus ad declarationem deueniri nō potest contra successorem in beneficio, nisi expeditis literis.*
Negatiua probatur ex inspectione processus.
35 *Actionis exercitium oritur ex literis expeditis.*
36 *Confitens vnum, videtur confiteri omne id, quod sequitur ex eo.*
37 *Spoliatus à iudice quasi possessione, non potest corā secundo iudice prosequi iudicium retinendæ; sed debet docere de iure suo.*
38 *Spoliatus à iudice vt obtinere possit, tria probare debet cum limitatione, vt ibi.*
39 *Possessor recens, quoniam titulo possidere non præsumitur, tenetur docere de titulo, & de iure suo: & assignatur ratio, & nu. seq.*
41 *Regula de triennali quos tueatur.*
42 *Supplicationum transumptis vtentes in iudicio ab omni iure cadunt ex constit. Pauli 3.*
43 *Restituendus ille non est, de cuius tituli inualiditate constat.*
44 *Pensio in foro poli cum cautela obligationis ad partes exigi potest: limitatur nu. 46.*
45 *Literæ non requiruntur ad essentiam gratiæ, sed ad probationem. & nu. 47.*
48 *Supplicatio signata ante literas confectas est res informis; literis confectis reducitur ad vsum perfectum.*
49 *Causa prima reseruandæ pensionis quæ sit.*
50 *Reseruatio pensionis facta à Papa sine causa, an valeat.*
51 *Gratia Papæ perfecta est statim signata supplicatione, licet ea quis in iudicio vti non possit.*
52 *Pensio an exigi possit literis non expeditis, etiam ex conuentione partium.*
53 *Regula Cancellariæ de non iudicando &c. an partes renuntiare possint.*
54 *Lex cum decreto annullatiuo, etiam introducta in fauorem partium, irritat quicquid fit contra, etiā consensu partium.*
55 *Supplicatio sola hodie non sufficit pro possessione.*
56 *Spoliatus pensione, non concurrente præsumptione de non expeditis literis seu de bono iure, non restituitur.*
57 *Nauar. opinio, quòd Beneficium non sit pensio quomodo intelligenda.*

CONSILIVM CLIX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VISIS obiectis in causa de Grigijs Pensionis per Reuerēdum D. Iudicem, datis, & illis mature discussis, & consideratis 1 ante quam ad illorum solutionem deueniam, pro faciliori intelligentia sex indubitatas conclusiones præmittendas esse duxi, tres uidelicet in facto, ac alias tres in iure.

Et primo in facto præmitto per assertum pensionarium intentatum fuisse iudicium recuperandæ possessionis, vel quasi exigendi assertam pensionem, non autem retinendæ, prout prætenditur; cum nec aliud intentare potuisset, stante quòd Plebanus de Lamono assertam pensionem ulterius persoluere recusauerit; prout & idē Grigius in suo rescripto Apostolico in actis præsentato etiam confessus fuit, dicēdo quòd idem Plebanus ab anno 1598. à solutione præfatæ pensionis cessauit, & prius hoc expresse dixit in instantia sua facta coram iudice à quo pro obtinendo monitorio, de qua in proc. fol. 1.

Secundo similiter in facto præmitto per eundem assertum pensionarium actum fuisse, & petitum per eundem Plebanum de Lamono sibi solui ratas decursas, & non solutas eiusdem prætensæ pensionis, alioquin institit ipsum excommunicari, & alijs pœnis, & censuris Ecclesiasticis affici iuxta formam literarum reseruationis, prout patet monitorio per eum obtento in illis verbis videlicet, tibique nihilominus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & in iuris subsidium sub excommunicatione, ac alijs censuris, & pœnis in literis dictæ reseruationis contentis præcipimus, & mandamus &c. de quo in processi. fol. primo, tergo. Quod quidem monitorium fuisset per eundem Grigium loco summariæ petitionis, additis clausulis in contumaciam dicti Plebani reproductum, & similiter petitum

ſtante dicta eius contumacia per iudicem à quo pronuntiari & declarari ipſum incidiſſe in pœnas, & cenſuras, de quibus in monitorio prædicto, ſeu loco illorum mandatum executiuum contra eundem plebanũ decerni & relaxari, prout patet d. proc. fol. 2. ter.

Tertio in facto præmitto per confeſſionem eiuſdem Reueren. Aduerſarij, & alijs præſumptionibus cõſtare ipſum nunquam expediuiſſe literas ſuper prætenſa reſeruatione.

Quarto in iure præmitto, quòd licet appel-
1 latione † Beneficiorum ſtricte & regulariter non comprehendantur penſiones; tamen quòd hoc fallit, & non habet locum, quando in literis Apoſtolicis, vel conſtitutione dicitur, & aliud quodcunq; beneficiũ, quia tunc bene comprehenditur penſio.

Quinto in iure præmitto, quòd licet re-
2 gulariter ſpoliatus † ante omnia veniat reſtituendus, etiamſi fuit ſpoliatus à iudice extraiudicialiter, & de facto procedente; tamen hoc fallit, & non habet locum, ſi auctoritate iudicis iudicialiter procedentẽ quis fuerit ſpoliatus, quia tunc non reſtituitur, dummodo eius ſententia de notoria iniuſtitia argui non poſſit, & per conſequens, etſi aduerſarius egiſſet iudicio retinendæ, hodie non poſſet agere aliquo iudicio poſſeſſorio, nec reſtitui petere tanquam ſpoliatus.

Sexto & vltimo pariter in iure præmitto, quòd licet Doctores noſtri dicant ſuf-
3 ficere penſionario ſpoliato † ad hoc, vt reſtituatur ad eius quaſi poſſeſſionem penſionem exigendi, quando longo tempore poſſedit, de ſua quaſi poſſeſſione docere, abſq; eo quòd doceat de aliquo iuſto titulo, nec etiam colorato: Tamen dicitur ipſos fundare eorum concluſionem in præſumptione iuris, quæ reſultat ex longi temporis curſu, & poſſeſſione, vel quaſi: cum præſumatur in dubio iuſto titulo, & bona fide illam acquiſiuiſſe, & talem præſumptionem ceſſare: Et in hoc aduertendum eſt etiam, ſi tantum extat aliqua præſumptio contra ipſum penſionarium, nedum quando de contrario conſtat per veras probationes, nunquam literas expediuiſſe; & ſic bonum titulum, & bonam fidem non habuiſſe, nec habere, prout conſtat in caſu noſtro: quia tali caſu Docto. præfati dicunt talem aſſertum penſionarium non eſſe reſtituendum ad dictam quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem, cum præſumptio militet contra ipſum, niſi clare conſtat de bono iure ſuo: & fortius dicunt non eſſe reſtituendum, cum aperte de non iure ſuo conſtet, cum in claris ceſſent præſumptiones & coniecturæ, & per conſequens dicta reſtitutio in præſumptione fundata.

Et quo ad primum, q; per Reuerendum Grigium fuerit intentatum iudicium recuperandæ poſſeſſionis, patet expreſſe ex dicto monitorio obtento, iuncta præcedenti inſtantia per eum facta, in qua confitetur Plebanum recuſaſſe illi ſoluere penſionem pro obtinendo dicto monitorio, & ex reſponſione facta per Plebanum de Lamono, cum aſſertam penſionem amplius ſoluere recuſauerit, & recuſat cauſis & rationibus, de quibus in actis eodem proceſſu folio 4. ter. & in ſcriptura exceptionũ ſuarum d. proceſſ. fol. 10. ter. Et patet inſtrumento ſimiliter in actis producto; cum per illud receſſum fuerit à lite orta ſuper denegata ſolutione penſionis, prout patet in illis uerbis, & cum medio amicorum &c. de quo in proceſſu folio ſexto. Cum eo ipſo, quòd dictus Plebanus de Lamono recuſa-
4 uit † ſoluere propter inuoluntatem, non autem impotentiam, aſſertam penſionem licet alias per eum ſolutam, dicatur præfatum Grigium Spoliaſſe dicta eius quaſi poſſeſſione illam exigendi, prout in proprijs terminis firmat Giga. de penſio. quæſtio. 47. numero primo, & numero octauo, & ſequen. Et in conſilio 152. numero primo, quòd prius uoluit Abb. quem ipſe allegat, in cap. querelam numero ſecundo, in ver. & nota, quòd eo ipſo, de electio. quem ſecutus etiam fuit Dec. in conſilio 136. columna ſecunda, poſt prin. & idem Abb. in conſilio 23. columna fin. in ver. probatur, uolumine ſecundo. Bero. in conſilio 119. numero quinto, ad fin. in ver. ſed dubium eſt, volumine tertio, Rota in deciſ. tertia. in princip. de reſtitu. ſpoliat. in antiq. & in terminis noſtris etiam Pute. deciſ. 151. per totum lib. 3. Et quod hæc ſit regula, ut pro penſione ſolui ſolita denegata penſionarius agere poſſit poſſeſſorio recuperandæ, dicit idem Gigas dicta quæſtio. 47. etiam nume-

numero secundo, in fin: in uer. erit ergo: cum spoliato remediū retinendæ possessionis, vel quasi non competat, nec intentari possit, cum ab ipso ablata sit per denegationē solutionis possessio, uel quasi, attēto qđ
5 tale iudicium † retinendæ possessionis tñ possit moueri per actu possidentē; & penes quē est possessio, seu quasi, timens de ea priuari, ut in ea conseruetur, & non per spoliatum, qui illam amisit, cum retineri non possit, quod non habetur, seu possidetur, licet alias habuerit, seu possiderit, sed recuperari; prout late super utroque remedio possessorio tam retinendæ, quam recuperandæ possessionis tradit Menoch. per iura per eum allegata in præludi. tracta. de retinend. possess. per totum folio mihi 144. Et in præluď. tracta. recuperan. possessu præsertim columna prima, similiter per totum, folio mihi 266. Et quod recusans soluere pensionem dominum spoliare dicatur, dicit idem Menoch. in dicto tract. recuper. possessio. remed. 9. numero 154. fol.
6 mihi 363. Cum idem † sit iniuste detinere, & alienum inuadere, cap. sæpe §. unde non obstante, & ibi glos. in uer. iniuste, de restitut. spoliat. cap. decimæ, §. decimæ enim, & ibi glo. in uer. inuadere. 16. quæst. prima. Et quòd res alienas uideatur inuadere; qui non soluit, quod debet, allegans eadem iura dicit Tiraquell. de pœni. temper. causa 44. numero decimoprimo, & quòd recusans soluere annuam pēsionem, quam prius soluerat, spoliare dicatur, dicit etiam Angel. in consilio 72. ad finem. adeo quòd dubitandum non est stantibus supradictis per dictum actorem intentatum fuisse iudicium recuperandæ possessionis, uel quasi, & non retinendæ, prout prætēditur, cum nec aliud pro recuperanda eius quasi prætensa possessione intētare potuisset, ut est dictum. Et hæc de prima conclusione.

Deueniendo modo ad secundam dico, quòd ex quo idē Reuerendus Grigius egit in vim literarum reseruationis, & quasi possessionis, in qua reperiebatur, exigendi dictam pensionem, antequam de ea spoliaretur per dictum Plebanum, & literas non produxit, nec verificauit in huiusmodi substantiali eius petitione contra eundem Plebanum; non est dubium ipsum succumbere, nec obtinere potuisse, prout non obtinuit neque posse; cum quando
7 in libello † seu petitione per libellantem, seu petentem aliquid narratur per modum causæ ad eius intentionem fundandam, semper habet necesse illud probare tanquam substantiale, alias succumbit, prout dicit Paul. de Castr. in l. interpositas numero septimo. C. de transact. ubi etiam subdit hoc perpetuo esse menti tenendum, quia potest de facto frequenter contingere: & quòd melius gustatur per practicam, quam per Doctrinam, quod ante eum dixit Innocen. quem ipse allegat in cap. ex parte Abbatissæ, columna secunda, in uer. hoc tamen teneas, de priuileg. ubi postquam idem dixit, reddendo etiam rationem subdit hoc procedere, attento quod causa, quæ ponitur in libello pro maiori parte semper est causa, quare petenti competit illud, quod petit; quia alias nunquam reciperetur libellus, nisi sufficiens causa fuisset expressa in eod. & Innoc. & Paul. de Castr. secutus fuit Feli. in capit. ex parte, numero vigesimoquarto, ante medium de rescript. Et hinc dixit Bald. in l. secunda, numero quarto, C. commu. diuidun. sequendo similiter Innoc. in præ-
8 citato loco, quod causa libelli. † sine qua libellus non fuisset receptus, semper est probanda; & hoc dixit esse notatu dignum. Et idem dixit Archi. similiter sequendo Innocnet. in capitu. accusator numero 1. 6. 9. 5. Et idem Bald. in l. præscriptione numero 43. C. si contra ius, vel util. publi. & in l. Titia, numero secundo, in ver. circa quod adde ff. solut. matrimo. Et quòd actor succumbat, nisi probet causam in libello deductam, dicit Bertran. in consilio 61. numero 14. uolumine primo, parte prima. Et quod proponens duas causas in libello copulatiue, prout fecit Reuerendus Aduersarius in casu nostro, cum proposuerit ad obtinendum, & esse in quasi possessione exigendi pensionem, & quòd uigore literarum deberet, recusando illam soluere eundem Plebanum excommunicari, & alijs censuris Ecclesiasticis grauari secundum tenorem literarum reseruationis, teneatur utranque probare, cū requirantur ꝓbari respectu uni⁹ effectus, dicit idē Bal. in l. si matet tua, allegādo similiter Inno. ubi

surpa Cod. de contrahen. emptio. Et eum refert, & sequitur Feli. similiter in loco desuper citato. Cum non sit dubium, quòd alias non obtinuisset dictum monitorium cũ comminatione excommunicationis, & aliarum censurarum, nisi dictum fuisset pensionariũ expediuisse literas reseruationis; cum in iudicio non possit agi per pensionarium pro exigenda pensione, nisi in uim literarum reseruationis, cũ ex eis oriatur actionis exercitium, prout dicit Giga. de pensio. quæstio. 34. numero decimo, per regulas Cancellariæ, quas ipse allegat. Et dicit Socin. Seni. in consilio 41. numero secundo, ad fine. in ver. secundo etiam, & numero tertio, in ver. tertio etiam volumine tertio: ubi similiter dicit gratiam † non
9 suffragari ante literarum expeditionem, licet uere in substantia gratia sit obtenta, attento quòd illa uti non potest obtinens; cum impediatur illius executio ante literarum expeditionẽ, cum ex illis oriatur exercitium actionis, & idem Giga. optimè in quæst. 40. num. 3. & seq. omnino uiden. Et hæc de secunda.

Nunc vero deueniendo ad tertiam conclusionem, quod constet per confessionem eiusdem R. Grigij ipsum nunquam literas assertæ reseruationis expediuisse; patet expresse tam ex tenore instrumenti inter ipsum & dictum Plebanum de Lamono de anno 1586. confecti, & in actis producti, de quo in processu folio sexto, in illis verbis, iuncto principio eiusdem instrumenti videlicet. Quod supradictus Dominus Sebastianus teneatur, & obligatis sit, omni iuris & facti exceptione remota, & non obstantibus synodalibus constitutionibus, aut decretis Sanctissimorum D.D. Pontificum emanat. etiamsi expresse caueatur, quòd nemo teneatur ad solutionem quaruncunque pensionum, nisi actualiter Romæ fuerint literæ super huiusmodi reseruatione & gratia expeditæ, & intimatæ Rectoribus quibuscunque, qui reperiuntur possidere Ecclesias, siue quodcunque aliud beneficium Ecclesiasticum, ut iam supra dictum est, literæ gratiæ huiusmodi, aut concessionis sint expeditę. his tamen non obstantibus Reuerendus Presbyter Sebastianus &c. quam ex verbis, & narratiua facta in rescripto Apostolico per dictum Grigium, in quo etiam sic se declarauit dicendo videlicet, & in uim instrumenti obligationis Cameralis per dilectum filium Sebastianum Comenduninum modernum Rectorem dictæ Ecclesiæ de anno 1586. celebrati cum expressa renuntiatione quaruncunque constitutionum in contrarium facientium & declaratione, habendo literas Apostolicas super reseruatione pensionis præfatæ pro expeditis & intimatis, prout in dicto instrumento, & obligatione contineri dicitur. Cum non sit dubium per talia uerba ex pacto conuenisse insimul dictas partes, ut idem Plebanus renuntiaret expeditioni, & intimationi præfatarum literarum assertæ reseruationis per clausulam non obstãtibus decretis Summorum Pontificum in contrarium disponentibus, ut supra cauetur, cum pa-
10 ctum † nihil aliud sit, quam duorum plurimue in idem placitum consensus, prout dicit text. in l. prima, in fin. ff. de pact. & prout etiam dixit in dicto rescripto, cum confessiones in iudicijs & contractibus factis intelligantur secundum mentem proferentis, prout dicit Pacian. de probatio. conclusione 25. numero 67. libro primo, & quòd talis renuntiatio fuerit facta in uim pacti, cum nedum in ea interuenerit uoluntas & consensus dicti Sebastiani renunciantis, sed etiam præfati Grigij renuntiationem præfatam petentis & acceptantis, dicunt Paul. de Cast. & Corne. in l. postquã liti. C. de pact.

Qua renuntiatione ut supra facta stante, cum dubitandum non sit contenta in dicto instrumento uera esse, cum instrumentum
11 † sit probatio probata, & non probanda, quòdque discussione fori, nec disputatione non indiget, cum sit ueritas notoria, & manifesta, prout dicit Decia. in consilio 66. numero sexto, volumine tertio, & in consilio quinto, numero 40. & sequent. volumine primo, Gra. in consilio vigesimooctauo, numero secundo & in consilio 96. numero primo, eodem uolumine primo, quod prius dixit Bald. in l. Imperator in prima lectura. numero decimoseptimo, ff. de stat. homium. & in l. secunda, numero sexto, Cod. quando fisc. uel priuat. & late Ias. in repet. l. Admonendi sub numero 145. ff. de iureiuran. Et in consilio 124. nume-

numero primo, uol. primo, & in consi. 137. num. 13. volum. 4. & Dec. in consilio 36. numero secundo. Et instrumenti verba
12 † partium uerba censeantur, prout dicit idem Bal. in d. l. Imperator in prima lectura numero 17. Iaso. in d. repet. l. Admonendi numero 154. in fin. & in d. conf. 137. numero 13. in fin. & dicit Vezzi. inter communes diuersorum sub titu. de tabellio. & fid. instrumen. uolum. primo. Et ideo qui habet
13 instrumentum † pro se, dicitur habere intentionem fundatam, & illi standum est, donec aliter probetur, quare stari non debeat, per l. cum precibus C. de probatio. & dicit Decia. dicto consilio 66. num. 58. in fin. volum. 3. & in consilio quinto. num. 39. volum. 1.

Prout & similiter dubitandum non sit
14 confessionem † factam in supplicatione Principi porrecta contra supplicantem plene probare l. cum precum, & ibi not. Bal. & Salicet. C. de liber. cau. Decius in consilio 534. numero quarto, in uer. Nam verba supplicationis. Rebuff. in tertia parte signa. in ver. datum numero vigesimo, vbi etiam dicit sic seruare Rotam. Paris. in consilio decimo, numero 48. volumine secundo. Et quod contenta in rescripto quis videatur confiteri, etiam si reijceretur, sicut contenta in libello, dicit Abb. in cap. examinata. numero quarto, de iudici. & quòd assertio, & affirmatio in precibus & rescriptis facta idem, quod confessio operetur, & contra petentem probet, dicit Bero. in consilio 144. numero primo, volumine tertio, non est dubium præfatum Grigium confessum fuisse, ut est dictum, nunquam literas præfatæ reseruationis expediuisse, cum non possit dari renuntiatio expeditioni literarum, quin detur confessio, quod nunquam præfatæ literæ fuerint per Grigium expeditæ, cum hæc sit natura corre-
15 latiuorum, † ut unò concesso necesse sit & aliud concedere, prout dicit Alberi. in rub. ff. de iure patr. sub numero quarto, & ex uno quoque aliud intelligatur, prout dicit Iaf. in l. legem Iuliam, numero 29. Cod. de indict. uiduit. tollen. & quòd correlatiua debeant iudicari a pari, & in definitione vnius correlatiui semper debeat poni reliquum. dicit Guliel. de Benedict. in tract. de uendit. sub nu. 10.

Quod comprobatur etiam ex illa alia iuris conulusione, quæ se habet, quòd qui
16 vult consequens, † quod est præfata renuntiatio ex parte renuntiantis, necesse sit ut uelit necessarium antecedens ad illud ex parte renuntiationem recipientis, quòd est quod nunquam literas reseruationis expediuerit, ad dicta per Paris. in consil. sexto, numero 19. volumine 3. Soc. iun. in consilio primo, numero 13. uolum. tertio. Rubeu. Alexand. in consilio primo, numero 15. & est tex. in §. idemque iuris Instit. quibus ex cau. manumit. non licet. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. & ideo dixit Bal. in l. conuenticulam colum. quarta, circa medium in uer. item est argumentum ad destructionem C. de Episc. & cleric. quod destructo consequenti, in quo stat ratio antecedentis, destruitur & antecedēs, prout & destructo antecedenti corruit cōsequens, quod sine antecedenti stare non potest, prout dicit Aymo in consilio 202. numero 29. & in consilio 75. numero 27. & Barbat. in consilio 27. numero 11. in uer. tertio adduco, volum. primo, ubi similiter dicit, quòd remoto antecedenti, remouetur & consequens. Et quòd quotiescunque ad positionem unius sequitur ad ipsum aliud necessarium antecedens, tunc confitendo consequens, uideatur ponere, & cōfiteri eius antecedens; & eius confessioni standum sit in eius præiudicium, donec cōtrarium probetur, dicit Pacian. in tract. de probatio. cap. 22. numero tertio, libro primo. Quod ante eum uoluit Iacob. Butti. in l. si quidem colum. ultima post princ. in uer. item quæro. C. de except. ad quod sunt dicta Bal. in l. licet. nume. decimooctauo, C. locati. ubi dicit quod pro expresso habetur illud, quòd subauditur in actu quod geritur.

Neque dicta renuntiatio expeditioni & intimationi literarum absque causa procurata fuit per dictum Grigium fieri à dicto titulari; quia si illis renuntiare non fecisset, contra ipsum Plebanum agere non potuisset, licet nullum ius ex ea acquisiuerit, ut infra dicetur, cum pesionarius antequam agat pro pensione reseruata contra successorem in Beneficio grauato, illi lite-
17 ras † reseruationis pensionis tenetur intimari facere per notarium, & illi relinquere copiam literarum, alias non incurrit pœnam excommunicationis non sol-

uendo neque priuationis, etsi sciret literarum expeditionem, & illarum tenorem; prout dicit Giga. de pensio. quæstio. 77. numero 20. Ad quod facit illud, quod dicit Bal. in l. 1. num. primo. ff. si quis in ius uocat. non ierit. ubi dicit, quòd renuntiatio priuilegij facit idoneum illum, qui alias non erat.

Et videntur facere dicta Alex. in l. postquam liti, in fin. C. de pact. vbi postquam re
18 tulit ibi Bar. quæsiuisse, quid iuris † acquiratur actori ex renunciatione litis per reum facta, concludit sequendo ibi Bal. num. 11. in ver. Ego credo; & Fulgo. quod si non constat actorem actionem habere, sed est dubium; quòd per talem renuntiationem videtur reum fateri non habere ius opponendi, & per consequens actori competere actionem; & quòd si postea uellet reus opponere, & ostendere actori ius nō competere, quod non posset, cum actor allegaret litem esse finitam per renuntiationem: & sic quod in actione dubia actoris per renuntiationem rei eius intentio fundetur, quod etiam ibidem placuit Curt. iuni. sub numero 26. & sequen. Deci. numero 28. & 29. præsertim in fin. vbi concordat opiniones, & Bolognet. sub num. 45. in ver. Ternius casus est, per totum, qui similiter recitatis opinionibus transit cum Dec. Et sic per talem renuntiationem tentauit acquirere ius, quod non habebat literis non expeditis.

Sed quia in casu nostro clare constat per talem renuntiationem expeditioni literarum in vim pacti per Grigium petitam, & por. Plebanum factam, nunquam ab eodem Grigio expeditas fuisse literas reseruationis; & per consequens nullam actionem habere, nec habuisse, petendi assertam pensionem, ut infra dicetur: remanet resolutum nullum ius per talem renũtiationem eidem fuisse acquisitum, cum actor tueatur ius ex persona sua nō autem rei; prout post Bart. in dicta l. postquam liti firmant Alexand. ante fin. in ver. & ad iura, Barto. Cur. iun. numero 26. in princ. ubi dicit, quod in quantum Bar. concludit, quòd ex renuntiatione, vel pacto rei non potest actori quæri actio, credere Bar. bene loqui, quando clare constat, quod non habeat actionem: Dec. numero 29. in fin. in ver. primus est, & Bolognet. dicto numero 45. ante fin. in ver. Dec. resoluendo istas opiniones, C. de pactis.

Et quòd dictus assertus pensionarius non expediuerit unquam literas reseruationis, patet etiam ex infrascriptis præsumptionibus, quæ oriuntur ex eo, quod ad docendum de suo iure pro sui defensione ipse produxit sumptum supplicationis, non autem bullarum, quod non est dubium quòd produxisset, si illas unquam expediuisset; & quia sumptum supplicationis in iudicio non probat, sicut sumptum bul-
19 larum; & quia iudices non possunt iudicare secundum tenorem supplicationis nec in Romana Curia, nec extra eam, sed literarum, cum gratia sit informis, donec literæ expediantur secundum regulam Cancellariæ, de non iudican. & quia vtendo sumpto in iudicio ab omni suo prætenso iure ceciderit: prout laté circa prædicta omnia per me dictum est in alijs allegationibus in huiusmodi causa factis. Et quid plura? Si expediuisset literas, non est præsumendum illas non produxisse, & noluisse facere expensas in habendo præfato sumpto, quod non probat nisi in Cancellaria, prout etiam facit in lite, quam statim dirimere potuisset; cum non præsumatur à iure neminem uelle iactare suum per l. cū de indebito, §. qui enim soluit. ff. de probat. Et hæc sufficiant de tertia.

Quo uero ad quartam dico indubita-
20 tum esse, appellatione † Beneficiorum stricte & regulariter non comprehendi pensiones, prout late deducit Giga. pluribus auctoritatibus id comprobando in quæst. 28. præsertim in fin. princip. numero sexto. in fin. & sequen. & numero decimo, vbi dicit sic tenere omnes Doctor. Barba. excepto Abb. in primo nota. in cap. ad audientiam, el secundo, vbi etiam dat rationem, quia nullam habet in se spiritualitatem, sed est quid mere temporale: quem ibidem sequitur etiam Felin. in princip. & idem tex. in c. quamuis, el secundo, & ibi notat. per Domini. numero secundo, de præben. in sexto. Tamen dicta conclusio fallit, & non procedit quando in literis Beneficialibus,
21 † vel constitutione dicitur, & aliud quodcunque beneficium, prout dicit constit. Iulij III. in suo ordine in Bulla. 32. in alijs allegationibus allegata in illis verbis videlicet. volens periculis animarum huiusmodi

modi latius occurrere sanctiones; & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi, quorum tenores Sanctitas sua, ac si de uerbo ad verbum insereretur habe ri voluit pro expressis, approbans & innouans, ac perpetuo obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica quæcunque, & quomodocunque qualificata amplians, & extendens, quia tunc bene comprehenditur pen sio per dicta verba, quodcunque beneficium licet non in titulum beneficij assignata, pro ut firmauit Cacialup. in tract. de pensio. q. 30.& ult. sic limitando præfatam regulam, post princ. in uer. limita tamen. & tenet Fel. in c. postulasti sub num. 8. in uer. 4. declaratio de rescrip. & idē Fel. in c. de quarta nu. 16. de præscrip. ubi dicit & per hoc & alias ita obtinuisse in Rota; & sic Rotam hanc fallentiam amplecti. Quod ante eum uoluit Archid. per eum citat. in c. alienationes nu. 9. 12. q. 2. & nouissime Mandos. in cōs. 55. nume. 15. & hanc limitationem refert Giga. q. 28. num. 11. & seq. licet ipse ab ea videatur discedere, de quo curandum non est, stant. auctoritatibus supradictis Archi. Fely. Glos. Cacialup. & Mando. & hæc limitatio sit communis, ut infra dicetur. Mouentur omnes per glo. in Clem. 2. in versic. quodcunque, de vita & honesta. cleric. nec mirandum est, quòd Docto. præfati teneāt indubitanter dictam opinionem gl. & quia

22 etiam pensio † est beneficium, sumendo beneficium late, prout dicunt Abb. & Fely. in d. consul. ad audientiam el. 2. in princip. de re script. & appareat Papam comprehendisse, quia si noluisset suas literas extendi ad pensiones, non disposuisset dictam eius constitutionem extendi ad inferiora beneficia quæcunque, & quomodocunq; qualificata sint: sed tantummodo extendisset ad inferiora beneficia, sic simpliciter loquendo, & non per dictiones generales, prout fecit. Et hoc fuit, quod animaduertit supradicta gl. cum Papa dixerit in d. Clem. 2. ibi reddantur in habiles ad quodcunque beneficium ecclesiasticum. Et quia ab opinione † glos. in

23 in consulendo & iudicando, quando firmat pedes prout in casu nostro, non est receden dum, prout dicit Alexan. in cons. 92. num. 4. in princip. volum. 2. Mantua in l. admonendi sub num. 61. in uer. quarto ff. de iureiur. qui dicit similiter opinionem glo. esse tenendam in iudicando, cum antecellat omnes alias auctoritates, dummodo communis opinio non sit contra eam, prout dicit ibidem num. 62. prout etiam omnes alias auctoritates antecellere dicit Cōtard. cum allegatis per eum in repet. l. vni. num. 5. C. si de momen. possess. fuerit appell. & q in iudicando tutum non sit a glo. ordinaria recedere, dicit Bal. in cons. 169. num. 3. volum. 5. & quod ab opinione glo. non sit recedendum, si Docto. contrarium communiter non concludant contra eam, tenet & Afflict. in decisio. 21. num. 4. in princip. & quòd vbi glo. firmat pedes, seruanda sit, & omnes alias auctoritates tollat, dicit Bertran. in cons. 191. num. 5. in fi. & sequen. in princip. volum. 1. par. 2. & quòd glo. ordinaria tollat omnes alias auctoritates, dicit Bal. in l. cum hæreditas, in fi. C. deposit. & quòd uellet in iudicijs magis pro se habere glo. quam tex. dicit Fulg. in l. ad officium num. 2. C. commu. diuid. & quòd à dicta opinione glo. in consulendo & iudicando non sit recedendum, cum antecellat omnes alias auctoritates, ut est dictum, firmat etiā Barba. in cons. 54. nu. 8. volum. 3. & in cons. 15. num. 14. volum. 4. & quid plura, ex quo

24 cum dicta glos. † concurrunt tres Docto. præsertim ita graues, nedum quatuor, prout in casu nostro, quod constituant communem, cum illius auctoritas sit omnibus alijs anteferenda, dicit Grat. in consil. 75. num. 21. & seq. volum. 2. ideo alios addere non curaui, cum a communi opinione in iudicando recedendum non sit.

Ad idemque facit, quod nedum constitutio Pauli III. per Iulium confirmata ad euitandum fraudes mandat, quod sumpto supplicationis beneficiorum non detur fides, † sed etiam nec aliarum gratiarum si-

25 gnatarum & registratarum, de quibus confici debent literæ, nisi literis expeditis: ex quibus uerbis & aliarum gratiarum signatarum, & registratarum pensiones comprehendi dubitandum non est, prout de gratijs loquitur etiam regula Cancellariæ, de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed literarum, quæ pensiones comprehendit, prout dicit Giga. de pensio. d. q. 34 nu. 10. cū negari non possit pensionis reseruationē ex gratia concedi, ac illius supplicationem registrari, & literas Apostolicas confici, prout quotidie obseruari videmus: & ab-

& absurdum esset dicere quoad confectionem literarum pensionem a beneficio differre: et quia in hoc ad finem præfatum militat eadem ratio; & per consequens eadē iuris dispositio, prout in alijs allegationi-
26 bus dictum est, cum et ex identitate † rationis fiat extensio de casu ad casum, prout late dicit Giga. d. q. 28. num. 19. et seq. et literæ pensionum, vt literæ beneficiales in multis de stylo Curię regulentur, prout dicit idem Giga. q. vlti. num. 13. et quæstio. 22. num. 6.

Neque aliquid obstat, etsi dicatur dictā Constitutionem Iulij usu non esse receptā; quia vltra quòd contrarium sit verum, prout quotidie seruatur; tamen duplici fundamento ad istud obiectum respondetur non
27 procedere: et primo quia lex, † vel statutum non tollitur per non vsum, sed per contrarium vsum, seu per non vsum habentem actum implicitum contra dispositionem legis, vel statuti, ad late dicta per Fely. cum allegatis per eum in c. 1. num. 10. per totum de treuga, et pace. Quod ante voluit Io. Andr. in cap. Ioannes num. 14. in versi. dixerunt per totum, et ibi etiam Abb. num. 9 et Imol. num. 12. in versic. item desuetudinem, de cleri. coniug. optime Ang. Aret. in procem. Instit. §. igitur, sub num. 4. Ripa responso 3. sub tit. de consue. incipien. per nō vsum. Carau. super ritu magnę Curię 182. num. 1. et consulendo responderunt Alex. in cons. 136. num. 19. volum. 2. Purpura. in cons. 249. num. 2. et seq. volum. 1. Ioan. de Amic. in cons. 1. num. 43. et seq. et Gabriel in cons. 84. num. 60. et seq. vol. 2.

Cum per non vsum lex per mille annos non tollatur, vt quia casus non euenerit, vel non fuit petitum legē seruari, cū lex semper loquatur, et sit in uiridi obseruantia, late idē Ioan. de Amic. d. consil. 1. num. 43. Quod prius dixerunt Iacob. Butrig. in l. fi. colum. fi. ante fi. in ver. item quæro C. quæ sit longa consuet. et Bar. in procem. ff. §. & antea: quem sequitur Fely. d. cap. 1. ante medium in ver. et in proposito, de treuga et pace. et quòd per non vsum non tollatur lex, uel cōsuetudo, sed per cōtrarium vsum; et sic per contemptum legis, dicit Petr. Rauen. in tit. de consuet. lect. 4. nu. 40.

Et ideo cum constitutio, de qua agitur, sit inclusa in bullarum Constitutionibus Pōtificum, quod ad omnium notitiam deuenit, nec pars aduersa, credo id negat, prout nec negare potest: si quis dicta Constitutione Iulij vti vult, non debet probare illius vsum, cum habeat ex ea in dubio in-
28 tentionem fundatam, † sed pars aduersa excipiens de contrario vsu, cum fundet se super negatiua facti, et exceptione contrarij vsus, probare debet, ad dicta per Dec. in cons. 534. num. 9. quem secutus fuit Rolan. a Valle in consil. 91. num. 53. et seq. volum. 1. quod prius uoluit Bar. in l. in illa nū. 5. ff. de uerbo. obligatio. et cons. 144. iudex communis Asisij per totum. præsertim ad fi. in uer. sed si constaret, et in l. fi. §. sed cum antiquitas num. 2. C. de curat. furio. Io. de Amic. in d. consil. 1. num. 43. in fi. et ita firmat Ioseph. Ludoui. in conclus. 1. sub rub. de stat. in ucr. in dubio autē, ubi refert hāc esse magis communem opinionem: et esse magis communem ante eum dixit Benintend. in decis. 13. num. 9. qui quidem contrarius usus, cum sit quid facti, c. 1. de constit. in 6. et facta non præsumantur, prout dicit Corne. in cons. 181. num. 4. uolum. 2. sed sint probāda, prout dicit Cepha. in cōs. 53. num. 34. et in cons. 130. num. 7. et cons. 77. num. 16. merito pars aduersa debet legi subiacere, et illius dispositioni per supradicta.

Secundo dicitur, quod per contrarium usum, seu cōsuetudinem contrariam illius, quod disponitur in dicta constitutione per
29 Papam; † induci non potest per inferiores absque ipsius Papæ expresso cōsensu, cum eius auctoritas sit a Deo, præsertim cum habeat decretum irritans, prout latè firmat Domi. de S. Gemi. in cap. cum de beneficio, num. 5. ubi dat rationem; et num. 6. in uersic. nota bene, ubi firmat conclusionem, quod ante eum optime ibidem uoluit Archi. num. 2. in uersic. sed pone quòd Papa: ubi similiter optimas rationes adducit, et firmat etiam ibi Io. Andr. in uersic. legitima si Papa, et Franch. num. 3. in fi. et num. 4. in uer. ex quibus not. de præben. in 6. Cardi. Alex. in cap. in istis, §. leges, num. 3. in uersi. uoluit tamen Io. Andr. 4. distinct. Barba. in Clem. 1. colum. 5. post medium in uersic. et
30 adde, quòd ubi apponitur clausula † decreti irritantis, partes non possunt consentire, ut contrarium fiat illius, quod disponitur: subdit postea infra in uersic. facit singulare dictum Archi. quod contra illud non oritur

rit nec cõsuetudo, nec præscriptio propter appositionē dicti decreti, licet alias oriretur. & idem late firmat Prob. ad Ioan. Monoch. in cap. tibi sub num. 7. in ver. istud tamen per totum, de rescript. in 6. vbi similiter per plures auctoritates firmat, quod cõsuetudo, seu obseruantia contraria, vel præscriptio etiam 40. annorum contra Constitutionem Papæ habentem Decretum irritans, quod non potest induci, sed quicquid in contrarium fit nullum est, dicendo etiam quòd per consensum partium illi renuntiari non potest, cum uideatur superiori pro illicito haberi, quod in contrarium fiat, ut etiam ibi num. 9. & num. 13. vbi expresse dicit quòd collitigantes in beneficialibus propter dictum decretum non possunt facere, vt stetur simplici signaturæ, quę tantum facit fidem in Cancellaria penes illos, qui debent conficere literas, omnino viden. & uoluit Fely. similiter sequendo Archi. loco supradicto in cap. cum accessissent num. 30. in uer. quarto limita, de Constitu. vbi etiam dicit infra, quòd vbi est decretũ irritans, ibi consensus partium in contrarium nihil operatur. & hoc etiam firmat Ruinus in consilio 13. num. 13, volum. 2. vbi etiam dicit reprobari per statutum habens tale decretum nedum præteritam, sed futuram Consuetudinem, etiamsi expresse non respiciat, sed simpliciter loquatur, ne in cõtrarium aliquid fiat.

Et prædicta omnia de decreto irritanti dicta, reperita esse uolui quoad regulam Cancellariæ, De nõ iudicando secundum tenorem supplicationis, sed literarum, decernens irritum si secus &c. in alijs allegationibus allegatam; & de qua dicit Giga. de pensio. dicta quæstio. 34. nu. 10. & hæc sufficiant pro quartæ Conclusionis resolutione.

Quo verò ad quintam conclusionem dico similiter nullum dubium esse in iure, quòd
31 regulariter spoliatus † in primis & ante omnia venit restituendus cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt a die eiectionis c. 1. & ibi gl. in uer. restit. & c. seq. & c. grauis, de resti. spolia. & l. si quis ad se fundum C. ad l. Iuliam de ui public. & Innoc. in c constitutus in fi. de fil. presb. & Alex. in l. naturaliter §. nihil commune num. 83. ff. de acquir. possessio. & Angel. in l. Paulus §. quipignoris num. 1. ff. quib. mo d. hipoth. solui. & Oldrad. in cons. 227. num. 1. in ver. prima est, Quod procedit etiam si fuerit a iudice spoliatus iuris ordine prætermisso c. conquerente, eod. Goffred. in summa in rub. de restitu. spoliato. num. 2. Dec. in consilio 449. num. 16. per totum, Aymo in cõs. 302. num. 3. & num. 4. vbi tradit casus, quãdo iudex dicatur procedere iuris ordine seruato, & quando vt priuatus. & Oldrad. d. cons. 227. num. 11. in uer. secunda. Menoch. latè de recupe. possessio. remed. 8. nu. 8. & seq. fol. mihi 504. & ita fuisse tentum in Rota, dicit Caputaq. in decis. 186. par. 3. & optime Bal. in d. c. conquerente in prin. de restitu. spoliato. ubi similiter dicit etiam in isto casu spoliatum esse restituendum cũ fructibus.

Tamen aduertendum est, quòd dicta cõclusio duas habet limitationes, & fallẽtias,
32 † ut non procedat, quæ militant in casu nostro: & prima est, ut spoliatus a iudice non restituatur, si iudex ipsum spoliauerit iudiciario ordine seruato per eius sententiam, prout in casu nostro, per quam sententiauit & pronuntiauit R. Presbyterum Sebastianum Rectorem Parochialis ecclesiæ de Lamono non teneri, nec obligatum esse ad solutionem prætensæ pensionis d. R. D. Ludouico, stante quòd literæ Apostolicæ assertæ reseruationis pensionis non fuerint expeditæ: quia tali casu spoliatus a iudice per sententiam iudiciario ordine seruato, ut est dictum, non restituitur, nec restitutionem petere potest, sicut peteret, si esset spoliatus a priuato per celebrem glo. fi. in cap. præsentium in fi. 7. q. 1. & quia iudex non dicitur facere uiolentiam: & quia pro facto suo præsumitur, nisi posset de dolo argui per iura ibi allegata. Et idem firmat Dec. in in cons. 125. num. 3. post medium in uers. sed tamen prædictis non obstantibus. & latè Ias. in l. iuste possidet, num. 3. cum alijs per eum citatis ff. de acquir. possessio. Aymo in cons. 5. num. 8. & in cons. 302. num. 3. & quòd spoliatus auctoritate iudicis per sententiam nullum habeat remedium possessorium, & quare, tradit optime idem Ias. in cons. 158. nu. 3. & 4. uolum. 2. & quòd per
33 sententiam † hominis impediatur restitutio, ut quia agenti possessorio obstet hominis sententia, sicut sententia iuris, & magis tenet Rota Addit. ad decis. 3. nu. 6. & seq. de rest. spolia. in noui. & late id comprobat

multos allegando ita tenentes Menoch. de recuper. possess. remed. 8. num. 3. & 4. & Gabriel. conclus. lib. 5. de restit. spoliator. conclus. 1. num. 108. cum alijs per eum accumulatis. Et quòd spoliatus perceptione pensionis auctoritate iudicis iudicialiter procedente, & dummodo eius sententia de nullitate, seu iniquitate notoria arguit non possit, non restituatur, in nostris terminis firmat etiam Giga. de pensio. quæst. 47. num. 11. & seq.

Et quòd sententia præfati Illustrissimi D. Iudicis a quo aliqua nullitate, seu notoria iniustitia argui non possit, patet expresse: nam per D. Aduersarium actum fuit in uim literarum assertæ reseruationis, prout patet in monitorio per eum, & contra dictum Plebanum per eũdem iudicem a quo obtento, in quo fuit monitus idem plebanus ad soluendum intra certum tempus in eo assignatum, ratas prętensæ pensionis decursas, alias ad uidendum se declarari incidisse in excommunicationem, & alias censuras iuxta formam literarum reseruationis, quod fuit reproductum loco petitionis additis etiam clausulis, & prout supra dictum & demonstratum est super secunda conclusione, stante præsertim quòd ad de-

34 clarationem † incursus censurarum maxime contra successorem in beneficio deueniri non possit, nisi literis expeditis, & in uim illarum cum in bullis detur talis facultas executori, prout quotidie seruari uidemus. & dicit Cassad. decis. 2. num. 4. iuncto num. 12. in tit. de pensio. & decis. 12. num. 2. in tit. de rescript. & Gomes. in d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed literarum q. 1. ante fi. in uerbo requiruntur igitur literæ; De quarum literarum expeditione non solum id Grigius non docuit, prout patet ex inspectione processus, cum talis negatiua sic probari soleat ad dicta per Abb. in cons. 92. num. 3. uolum. 1. Cephal. cons. 250. num. 3. uolum. 2. Purp. in cons. 524. num. 10. uolum. 2. late Hercul. in tracta. de negatio. proban. sub nume. 17. & seq. Surd. in cons. 55. num. 14. uolum. 1. & Menoch. in cons. 199. num. 3. uolum. 2. & ante eos Iacob. Butrig. in l. 2. C. de error. Aduoc. Vnde non est dubium ob defectũ præfatæ probationis debere succumbere ad dicta per Innoc. Bald. Paul. de Castr. & alios super secũda conclus. desuper allegatos; uerumetiam & ex sua confessione cõstat expresse illas nũquam expediuisse, cũ in illo pacti expressi conuenit cum dicto Plebano, ut ipse renunciaret expeditioni dictarum literarum & illarum intimationi, prout patet instrumento & rescripto Apostolico per eundem Grigium in actis producto. prout supra late dictum est super tertia conclusione cum auctoritatibus ibi adductis, quas breuitatis causa ad illas me remittendo hic omissas esse uolui. Et ideo iure merito, cum pensio non possit exigi in iudicio literis non expeditis, cum ex eis

35 oriatur † actionis exercitium, prout firmat Giga. de pensio. d. q. 34. num. 10. per regulam Cancellariæ, de non iudicando, desuper allegat. Giga. in q. 40. num. 3. & seq. omnino uiden. idem iudex a quo sententiauit solutionem prætensæ pensionis non esse faciendam, cum literas non expedierit, prout ex actis constat per supradictam confessionem eiusdem Grigij, & per alias præsumptiones, de quibus supra super tertia conclusione dictum est; cum dubium non

36 sit, quod confitens † unum uideatur confiteri omne id, quod sequitur ex illo, prout dicit Abb. in cap. cum uenerabilis num. 25 de except. & tacitum tunc habetur pro expresso, quando agitur ab utroq;, si omissio ueniat ex natura contractus, prout in casu nostro; cum ex pacto fuerit renuntiatum expeditioni literarum, & per consequẽs ex natura contractus necessario inferatur literas reseruationis non fuisse expeditas ad dicta per Barto. in l. cum quid nume. 10. ff. si cert. petat. & prout supra per alia fundamẽta, & iura demonstratum est.

Vnde dico per hanc conclusionem, q̃d etsi d. Grigius non fuisset spoliatus de tali perceptione pensionis a dicto Titulari, prout fuit ante inchoatum iudicium, vt supra est dictum; & per hoc recte dici posset ipsum Grigium intentare potuisse, & intẽtasse iudicium retinendæ seu quasi possessionis pensionem percipiendi, & non recuperandæ; prout voluit Bero. in cons. 119. nu. 9. volum. 3. tamen negari non potest, quod etsi tale iudicium intentasset, quod illud ho

37 die coram secundo † iudice prosequi non potest, cum a primo iudice ordine iudiciario seruato, fuerit de dicta quasi possessione per sententiam spoliatus cum propterea nullum iudicium possessorium amplicis ei

competat

competat, nec intentare potuerit, aut possit, prout dicunt Iaſ. Dec. & alij deſuper allegati. Sed coram ſecundo iudice tenetur docere de bono iure ſuo ſuper titulo; & ſic de iniuſtitia ſpoliationis, non autem de ſua quaſi poſſeſſione tantum, cum alias ſpoliatus a iudice obtinere non poſſit, prout dicit Archi. in c. hæc quippe colum. 2. poſt prin. in verſi. prædeceſſorum 3. q. 6. quem ſequitur Calca. in conſ. 121. num. 2. in ver. ſecus vero. Aymo in conſ. 5. num. 8. & in conſilio 302. num. 3. & Domi. de S. Gemi. in conſil.
38 146. nume. 2. vbi dicit, quòd ſpoliatus † a iudice obtinere non poſſit, niſi probet principaliter tria, poſſeſſionem, ſpoliationem, & iniuſtitiam ſpoliatiationis factæ per ſuũ iudicem ordinarium. Et ideo cum dictus Grigius non ſolum nõ docuerit coram D. meo ſecundo iudice de iniuſtitia dictæ ſpoliationis docendo de literis; & ſic de bono iure ſuo, imo conſtat ex propria confeſſione, quòd illas nunquam expediuit; merito abſq; aliquo dubio debet ſuccumbere per ſupradicta.

Secundo limitatur ſupradicta regula, quando conſtaret notorie de non iure petentis reſtitutionem, vel per confeſſionem eius, prout in caſu noſtro, vel per probationes admiſſas, quia tunc etiam ſpoliatus a priuato, ſi agat poſſeſſorio recuperandæ, nõ reſtituitur; prout optime firmat Innoc. omnino viden. in cap. conſtitutus num. 2. vſque in fi. vbi etiam rationes adducit, de fili. preſbyt. quem ſequitur Paul. de Caſtr. in l. 2. in fi. C. de edic. Diui Adria. Toll. & Innoc. ſequitur etiam Bal. in l. ſi de proprietate num. 7. ſimiliter viden. C. ſi a non compet. iudi. & idem Bal. in l. vnica num. 5. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell. Angel. ſimiliter optime in l. Paulus §. qui pignoris nu. 1. vbi pariter ſequitur Inno. ff. quib. mod. hipoth. ſoluat. Capella Tholo. in deciſ. 15. & Pariſ. in conſ. 1. num. 170. volum. 1. cum alijs more ſuo adductis a Gabriel. lib. 5. ſuarum concluſ. in tit. de reſtit. ſpoliato. concluſ. 1. num. 94. & num. 102. & hæc ſufficiat pro confirmatione quintæ concluſionis.

Modo vero deueniẽdo ad ſextã & vltimã concluſionem dico ſimiliter non eſſe dubium, quòd et ſi quis per longum tempus fuit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionẽ, quòd ſi de ea fuerit denegata ſolutio, quòd agens pro illius reſtitutione debet reſtitui, etiamſi non doceat de titulo, cum titulus præſumatur & bona fides ex curſu temporis, quo fuit in dicta quaſi poſſeſſione; & ſic reſtitutionem eſſe fundatam in pręſumptione boni iuris per temporis curſum; quod procedit, dummodo aliqua præſumptio nõ ſit contra eum, quæ elidat pręſumptionem tituli, ſeu ſui boni iuris: & dummodo recẽs poſſeſſio actoris non fuerit, quia tunc teneretur † de titulo docere, cum recens poſſeſ-
39 ſor titulo poſſidere non præſumatur, prout decidit Rota in deciſ. 1. alias 4. in 2. membro in verſic. ſi poſſedit vſq; in fi. in tit. de reſtit. ſpoliat. in noui. Quam late ſequitur Giga. de penſio. q. 47. ſub num. 3. in verſic. ſed dubium facit, & num. 4. & ſeq. Moheda. de cil. 9. alias 158. ſub tit. de cau. poſſeſſo. & proprie. num. 2. per totum. & ad idem ſunt dicta Ponta. in tracta. de ſpolio. lib. 2. c. 15. num. 142.

Nec eſt mirandum, quòd etiam ſi poſſeſſor exigerit penſionem per lõgum tempus, ſi de ea ſpolietur, quòd ad eius quaſi poſſeſſionem non reſtituatur, ſi præſumptio extat contra ipſum, prout dicit dicta deciſ. Rotæ: quia hoc procedit, ex quo probatio actoris non eſt certa, quæ ſi eſſet, nõ eliderctur; ſed eſt dubia per præſumptionem ortum habẽtem, cum in dubio ius præſumat, quia tunc bene eliditur per dubiam probationẽ proceden. ab alia præſumptione, & facit titubare animum iudicis, prout dicit Bal. in conſi. 79. num. 7. vol. 2. cum vna præſumptio tollat aliam, prout dicit Oldra. conſ. 53. num. 3. per iura, quæ ipſe allegat.

Et quod ſpoliatus penſione præterita
40 oportet, quòd doceat de iure ſuo † antequam penſio præterita eidem adiudicetur; cum in tali caſu poſſeſſorium a petitorio ſeparari non poſſit: cum non reſtituatur poſſeſſorium, quin reſtituatur petitorium, cũ poſſeſſio in talibus incorporalibus non poſſit haberi ſine iure, tenet Rota deciſio. 3. alias 11. de reſtit. ſpoliat. in antiq. quam intelligit Giga. d. q. 47. num. 3. in ver. aut ſumus, & num. 5. habere locum, quando quis poſſedit paruo tempore, cum tunc non inſurgat præſumptio tituli, vt ſupradictum eſt.

Cum igitur in caſu noſtro nedum militent præſumptiones, de quibus ſupra, contradictum Grigium, nunquam eum habuiſſe, neque habere titulum, ſeu literas aſſertæ reſeruationis; verumetiam & probatio ex confeſ-

confessione propria, vt similiter super tertia conclusione demonstratum est: non est dubium, quòd ipse debet succumbere, & excludi a prætensa pensione, seu illius recuperatione tam per dictam decis. 1. Rotæ de restit. spoliat. in noui. quam ad dicta per Giga. & alios desuper allegat. & Moheda. d. decis. 9. num. 2. in ver. licet secus esset, si de inhabilitate constaret per cõfessionem sub tit. de cau. possess. quia ex quo per confessionem constat de non titulo, ius non habet quid præsumere pro eo in dubio ex tẽporis cursu, prout in simili super Regul. de triennali, eleganter fuisse decisum per Rotam, testatur Gomesi. q. 10, char. vlt. in ver. concluserunt igitur Domini vsq; in fi. quæstionis. Vbi dicit, quòd licet dicta regula

41 † de triennali tueatur execrabilem, & illũ, qui prouisus de parochiali non fecit se promouere infra annum ad sacros ordines iuxta cap. licet de elect. in 6. cum in dubio propter præsumptionem temporis stante regula, cum per triennium possederit, in prouiso intra annum præsumatur ordines sacros suscepisse; tamen dicit hoc nõ habere locum, si aliqua præsumptio vrgeret non promotionis vt quia constaret de ordinibus male susceptis, vel quod anno transacto illos susceperit; quia tali casu dicit, maiorem partem dominorum tenuisse dictum prouisum & non promotum iuuari præfata regula non posse: cum in claris, ex quo constabat de non promotione intra annum, cessauit præsumptio habilis tituli, prout in casu nostro cessat; cum tam per instrumentum, quã per rescriptum Apostolicum constet ex cõfessione propria præfatum Grigium literas reseruationis non expediuisse, imo & titulum infectum produxisse, cum produxerit sumptum supplicationis in iudicio contra formam Constitutionis Pauli Papæ III. in suo ordine V. in illius verbis, nec nõ partes transumptis &c. confirmatæ per aliam constitutionem Iulij Papæ 3. in suo ordine 33. & extensæ ad beneficia ecclesiastica inferiora quæcunq; & quomodocunq; qualificata fuerint; & sic etiam ad pensiones per desuper firmata super quarta conclusione; vltra quòd constitutio Pauli non solum ad tollendas fraudes disponat, quòd de gratijs beneficiorum conficiantur literæ, sed etiam de alijs gratijs in vim supplicationũ obtentis, super quibus literę confici debẽt,

42 quod expediantur, et transumptis † supplicationum, seu mandatis in iudicio vtentes ab omni iure cadant. Cum igitur non sit dubiũ pensiones comprehẽdi, cum et tales pẽsiones p gratiã in vim supplicationis obtineant; et super illis literę Apostolicę conficiantur, ac expediri velint, et mandent, nisi in supplicatione dicatur, etiamsi esset motu proprio signata, quod sola signatura sufficiat, prout dicitur in fine constitutionis Iulij, alias aliquo modo neq; in possessorio, neq; in petitorio velit gratia suffragari derogando regulis de annali, et triennali, et mandando ad restitutionem fructuum illos in vtroq; foro teneri; prout similiter dicitur in dicta Constitutione Iulij. Quod ex quo vsus fuit dictus Grigius præfato sumpto supplicationis in iudicio, quod nullam facit fidem aut probationem ad quemuis effectum sic mandante in fine dictæ Constitutionis Iulij et Paul. mandauerit quod tali sumpto in iudicio vtendo etiã cadat a quocunq; suo iure, quod habet in beneficijs et gratijs supradictis cum inhabilitate etiam ad illa in futurum obtinenda eundem Grigium allegasse titulum infectum, et obtinere non potuisse, nec posse etiam ex isto capite, cum de non iure suo propterea constet per talem allegationem tituli infecti, prout decidit Bellame. decis. 639. allegans titulũ pensionis; et ad idem dicta Oldrad. in cõs. 226. in fi. vbi consuluit non esse restituen-

43 dum † ad perceptionem pẽsionis illum, de cuius inualiditate tituli clare constat, refert et sequitur Giga. etiam alia ad id facientia adducendo in d. q. 47. num. 7. per totum. Et sic patet per plura cessare præsumptionem boni iuris dicti actoris, et de non iure suo per claras probationes constare; et propterea succumbere debere. Et hæc pro sextæ et vltimæ conclusionis comprobatione sufficiant.

Rebus igitur sic præmissis deueniendo modo ad resolutionem obiectorum dico primum obiectum non obstare, dum in eo dicitur, quòd pensio † in foro poli cum cau-

44 tela obligationis ad partes exigi possit, ad dicta per Gigant. de pensio. q. 34. num. 3. in ver. istam conclusionem et num. 6. in fi. et seq. et tradit latè Gomes. super Regul. Cãcella. de non iudican. iuxta form. supplica. q. 14. et ibi etiam Mando. q. 7. per totum, vbi num. 2. dicit sic in praxi seruari Abb. in

Clem.

Clem.dudum ad fi.de sepult. vbi dicit satis esse tutum in cõscientia ille,qui habuit gratiam a Papa.& Fely.in rub. de constitutio. num.6.in vers.secundus casus. vbi similiter dicit, quòd in foro conscientiæ quis vti potest gratia concessa a Papa literis non expeditis & ita intelligi debet Paris. in cons. 5. num.59.in vers.& passim.volum. 4. & maxime cum ex sola supplicatione perficiatur gratia,& sufficiat pro colore Cassad. decis. 4.num.2.& seq.de caus.possess.& propriet. & in decis.8.num.3.de restit.spoliat.vbi si-
45 militer dicit ad essentiam gratiæ † literas non requiri,sed ad probationem, & Canonizationem.& in decis.2.num. 10. de pensio.& dicunt Archi.Io.Andr. & Franch. in procem.6.decret. Rebuff.in 3. par. sing. in ver.datum num.10.in fi.Bal.ad fi.in l.humanum C.de legib.vbi dicit idem procedere, etsi solo verbo gratia facta fuerit. Et idem dicit Gabriel.cum alijs ab eo relatis lib.6. in tit.de præben.conclus. 1. num. 2. vbi de communi.

Primo quia dicta conclusio limitatur, &
26 † non habet locum in successore in beneficio grauato, quia ipse ex tali obligatione non teneretur,prout dicit Giga.d.q.34.nu. 3.ante fi.in versic. subdit tamen. Et Mandos.d.q.7.num. 3. ante fi. & num. 4. quod procedit,etsi idem Plebanus postea se obligauit ad illam soluendum,cum illius reseruationi non consenserit;& per consequens nec se obligauerit in supplicatione ad incursus censurarum: Cum propterea eius consensus non fuerit approbatus a Papa, prout requiritur ad hoc,vt literis non intimatis in pœnam excommunicationis ob non solutionem pensionis incidatur propter grauitatem præiudicij,quod indubitatam certitudinem desiderat, non autem relatam, prout incurrit literis non intimatis ille, qui per se ipsum consensit reseruationi;ex quo est certus de suo consensu, & de incursu si non soluerit in termino statuto, postquam supplicatio fuit signata a Papa ad dicta late per Cassad.decis.12.num. 2. sub tit.de rescript.& d.decis. 2. de pensio. & hinc dixit Mahed.in decis.26.colum.3. post princip. sub tit.de renuntiatio.quoad successores in beneficio pensione grauato necessariam esse expeditionem literarum.

Secundo respondetur, quod nos hodie sumus in foro fori, non autem poli; & per hoc videtur inanis hæc disputatio ad effectum,vt vlterius consequi possit dictam pensionem idem Grigius:sed tantummodo inseruit hæc indagatio ad videndum, an dictus Grigius condemnari debeat ad restitutionem ratarum pensionis præfatæ per ipsum indebite inantea exactarum.Et dico stantibus dictis constitutionibus Pauli & Iulij, cum mandent percipientibus fructus beneficiorum quoruncunq; ,literis non expeditis in vtroque foro ad restitutionem teneri.

Tertio respondetur ad secundum caput obiecti, quod licet gratia dicatur facta per Papam statim signata supplicatione, etiam literis, seu bullis non expeditis,tãquam res diuidua ab expeditione literarum; tamen
47 dicitur quòd ad illius probationem † requiruntur literæ bullatæ,& ita firmat Archid. in d.procem.6.decreto. colum.2.ante fi. in ver.in hac altercatione vsq; in fi. quem ibidem secuti fuerunt Io.Andr.num.5.præsertim in ver.dicit hic Archi.& num.6. & seq. vbi num.7.dicit,quod in talibus literis succedunt loco tituli.& Franch.in §.fi.num.2. per totum.& Archid.& Io.Andr. sequitur Bal.in l.humanum in fine C.de legib.& Paris.in d.cons.5.num.60.vol.4.& hoc etiam late firmat Fely. in rub. de constit.num. 6. vbi inter alia dicit,quòd licet supplicatio si
48 gnata † habeat fundamentum necessariũ, tamen ante confectas literas est quædam res informis,quæ postea eis confectis reducitur ad vsum perfectum per adiectionem clausularum. & quod hinc est, quod ante confectas literas nulla dispensatio prodest, secundum Regul.Cancell. quam ipse allegat;quia multa petuntur,quæ postea ex stylo limitantur, quando reducitur signatura ad formam,prout factum fuisset in casu nostro,si confectæ fuissent. Ex quo cum pensio reseruetur a Papa regulariter ex causa, & sic resignanti in casu nostro, ne nimium dispendium patiatur ob resignationem beneficij,prout dicit Duaren. in tract. de Sacri.Ecclesi. ministri. ac beneficio lib. 6.ca. 4.in uer. Prima igitur causa est, ubi dicit,
49 primam † causam reseruandæ pensionis esse, si quis ad alicuius fauorem Beneficium dimittit hoc consilio,ut pars aliqua fructuũ vt se tueatur salua remaneat, & dicit Giga.de pensio.quæstio.6.nume.6. prout dixit Portellus resignans in casu nostro, cum dictam

dictam parochialem de Lamono resignauerit ad fauorem Marci Antonij reseruata sibi, & non alias annua pensione, nulla facta mentione sub hac conditione de dicto Ludouico, prout est uidere in dicta supplicatione. Vnde etsi postea infra inseruit, quòd etiam ad fauorem dicti Ludouici reseruaretur dicta pensio, hoc cassatum fuisset in confessione literarum, cum nulla causa subesset illi talem pensionem reseruãdi; cum hoc stylus Curiæ non seruet non resignanti pensionem reseruare præsertim à Cardinali, prout fuit factum in casu nostro, ad dicta per Gigant. in d. loco nume. 7. & seq. cum rationes, quas ipse allegat, quòd Papa etiam sine causa possit assignare pensionem, non militent in Cardinali, qui non est supra ius, sed iuris dispositioni subiacet; & per hoc sine causa non posse. Imo &
50 quòd etiam reseruatio † pensionis per Papam facta sine causa ad instantiam partis, cum censeatur facta ad importunitatem, quòd non ualeat, nisi fuerit reseruata motu proprio, firmat idem Giga. in d. quæstio. 6. num. 12. in ver. hoc tamen. Excedit & hinc uenerunt illæ lacrimæ, quod nunquam ab eodem Grigio expeditæ fuerunt literæ, cum super tali reseruatione ad sui fauorem illas nequiuerit habere. Sed hæc ex abundanti dicta sint, cum supra dicta sufficiant pro illius exclusione, & ad docendũ, quod illam perdendo, quam perdere tamẽ non potest, cum de facto non autem legitime exegerit, nihil amittit:

Nunc redeundo ad resolutionem dico,
51 quòd licet gratia † Papæ censeatur perfecta quoad eius essentiam statim signata supplicatione, vt est dictum; tamen quis illa vti non potest ante confectionem literarum in iudicio, prout nos sumus, cũ ex literis oriatur actionis exercitium, prout dicit Giga. desuper allegat. in quæstio. 34. numero 10. & quæstio. 40. num. 3. & seq. & Mili. in versic. gratia Apostolica, vbi dicit inter alia post princip. quod ante confectas literas non dicitur quis habere canonicum titulũ quoad potestatem & iurisdictionem dandã executori, & conferunt Arch. Io. And. Frãch. & Fely. desuper relati.

Prout nec obstat secundum obiectum,
52 quod in foro fori exigi possit pensio † literis non expeditis citando Cassad. d. decisi. 2. de pensio. & decis. 12. num. 2. de rescrip. Nauar. in 2. par. decret. cap. 27. num. 274. Giga. consil. 51. num. 14. Rebuf. de pacif. possess. num. 137. quæstio. 21. & in 3. parte signaturæ in versic. datum numero 11. cum sequentib. dicens quòd partes possunt ita conuenire, vt bullis non leuatis soluatur pensio, cum partes possint renuntiare regulæ Apostolicæ, & priuilegio in fauorem eorum introducto iuxta l. penulti. C. de pact. Quod an verum sit, quod ipse dicit, statim dicetur cum alijs adductis a Ponta. in tractat. de spolio lib. 2. capit. 15. num. 138. & nu. 141. & seq. in eodem motiuo allegat.

Quia ad hoc respondetur Cassado. in dictis decisio. tantummodo loqui de illo, qui per se ipsum reseruationi pensionis consensit, vt si non soluat in die statuto incidat in censuras etiam literis non intimatis; prout eum secuti fuerunt Nauar. & Giga. in præcitatis locis: non autem loquitur de successore in beneficio grauato, prout nos sumus, licet se obligauerit illam soluere eidem pensionario per instrumentum inter eos ad partes confectũ per ea, quæ supra dixi.

Ad Rebuf. vero in præcitatis locis respondetur, (& pace tanti viri dictum sit) ipsum male loqui & contra iura & Docto.
53 Cum partes † non possint renunciare regullæ Cancellariæ, de non iudican. iuxta formam supplicationis, sed literarum; cum habeat decretum irritans, prout nec Constitutionibus illud habentibus. Vnde etsi dicta regula, & Constitutiones videntur inductæ in fauorem tantum partium, quòd pensio exigi non possit in iudicio literis non expeditis: prout videtur tenere Rebuf. in prædictis locis: quod tamen non admitto, vt statim dicam; nihilominus cum disposita in regula & Constitutionibus prædictis censeantur de forma propter dictum decretum, ad dicta per Bald. & Angel. in l. prima, ff. de liber. & posthum. illi seu literarum expeditioni per partes renuntiari non potest; immo & quod contra fit, nullum & inualidum est, vt etiam dixi in alijs allegationibus in hac causa factis, ad dicta late per Iaso. in l. penult. per Rebuff. allegat. sic illam limitando per plures auctoritates & iura sub numero decimoseptimo, C. de pact. & idem Iaso. id etiam optime firmat similiter per

ter per

ter per plura in consil. 85. numero 8. & sequen. volumine tertio, & idem voluit Socin. seni. in consilio 24. numero 23. in versic. & est aduertendum volumine primo, Rui. in consilio 13. numero 12. & numero sequen. vbi propterea etiam dicit in contrarium non posse induci stylum, neque consuetudinem. & quod quando lex
54 † habet decretum annullatiuum, seu irritans, quod fit contra eam sit nullum, etiãsi interueniat consensus partium, & lex sit introducta in vtilitatem & commodum earundem partium, dicit Domin. de Sancto Geminia. in capitu. fin. §. conseruatores, numero quarto, ante fi. in uersicu. nota ex ista gl. de offic. delegat. in 6. & est tex. in capitu. dilecto ante fi. in versicu. nisi forte, & ibi glo. in versicu. huiusmodi clausula, in versi. uerius est de præben. vbi postquam dixit, quòd eis, quæ in alicuius fauorem in statuto inducta sunt, per illum renuntiari possit; subdit postea hoc non procedere, si adsit clausula decernens irritum, & inane, prout in casu nostro. & Prob. qui hanc conclusionem late firmat in addit. ad Ioan. Monach. in capitu. tibi numero 13. ubi etiam rationes adducit, de rescrip. in 6. per Rebuf. in præcitato loco tertiæ partis signaturæ reprobat. parum aduertens effectui dicti decreti irritãtis in dictis regula Cancellariæ & Constitutionibus apposit. per supradicta. & ad idem facit idem Bald. in l. quæstiones numero quinto; C. de fideic. ubi dicit legi prohibenti renuntiari non posse. Sed quod dicta regula non sit inducta in fauorem partium; prout tenet Rebuf. sed magis Sedis Apostolicæ, & ꝙ in ea dispositasint de forma, patet expresse tam ex illius procemio, seu præfatione, ex qua colligitur causa finalis dispositionis, prout dicit Barto. in l. fina. in princip. & numero 3. in verbo, & sic habes ff. de hæred. institu. Bal. in l. 1. in princip. ff. de orig. iur. & in l. vt liberis numero primo. C. de collat. Roman. in consilio 16. numero quarto, & Anan. in cons. 2. numero quinto, quàm ex fine eiusdem regulæ, cum in præfatione dicatur, cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, uoluit, statuit, & ordinauit idem D. N. quòd iudices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiamsi sint S. Romanæ Eccle. Cardinales, Causarum Palatij Apostolici Auditores, uel quicunque alij non iuxta supplicationum signatarum super quibus suis impetrationibus (nisi in dicta Curia duntaxat sint commissiones iustitiam concernentes) per placet vel per S. R. Ecclesiæ Vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ; sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores, & formas iudicare debeant, decernens irritum &c. Et si literæ ipsę per præoccupationem, uel alias minus bene expeditæ reperiantur ad illorum, quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit ad formas debitas reducendo.

Ex quibus uerbis patet expresse expeditionem literarum esse de forma, & non in fauorẽ partium, sed Sedis Apostolicæ inductam: & ideo illarum expeditioni renuntiari non posse per partes, etiamsi in earum utilitatem & commodum induct. esset per desuper. adducta.

Ad tertium obiectum, dum dicitur secundum obiectum maxime procedere in possessorio retinendæ possessionis, cum in beneficialibus sola supplicatio probet titulum auctoris, quando non agitur ad titu li Canonizationem, ad dicta per Casado. decis. 8. num. 2. & seq. de restit. spoliat. Caputaq. decis. 235. & decis. 301. par. 3. similiter respondetur non obstare, & quia ho-
55 die sola supplicatio † pro possessione non sufficit propter prædictam Constitutionẽ Iulij, de qua late supradictum est super quarta conclusione: & per eam sic firmat Mand. in d. Regula, de non iudican. iuxta form. supplicatio. &c. quæstio. 3. præsertim num. 3. & sequen. Secundo responde tur etiam obiectum non procedere, quia nos non sumus in possessorio retinendæ, sed recuperandæ, imo & in spoliato a iudice, cui aliquod remedium possessorium non competit, sed ei conuenit, si intendit recuperare eius quasi possessionem, docere non solum de quasi possessione, & spoliatione, sed de iniustitia spoliationis: & sic de bono iure suo, docendo de titulo, seu literis Apostolicis reseruationis, ut pariter supra per plures auctoritates su

per quinta conclusione firmatum est.

Ad quartum vero obiectum dum videtur negari ex cõfessione Grigij, seu alias non constare in processu de non expeditione literarum. Similiter respondetur tam ex instrumẽto, quam ex rescripto Apostolico per eum obtento, & in iudicio producto, ac alijs præsumptionibus aperte constare de non expeditione dictarum literarum; cum tali expeditioni per eum faciẽdæ & literarum intimationi per dictum Plebanum de Lamono renuntiari fecerit, prout latè super tertia conclusione similiter demonstratum est,

Et ad quintum, dum dicitur, quòd etsi de non expeditione literarum præsumeretur, quòd non de modo constaret; nihilominus quòd non uideretur procedere conclusio, ut non restituatur spoliatus ad exactionem dictæ quasi possessionis exigendi dictam pensionem, cum in tali possessione non sit necesse, prout requiritur in beneficialibus, titulum colorare, sed sufficiat de quasi possessione docere, ad dicta per Ponta. in dicto tracta. de spolio. & dicto capit. 15. numero 138. & Giga. de pensio. quæstio. 47. numero quarto, & sequen. in casu longioris possessionis; & ad dicta per Abba. in dicto capit. querelam numero tertio, de electio. & Dec. in consilio 136. & Rota decisio. 1. alias 4. de restitutio. spoliato: in noui. multipliciter respondetur, & dicitur non procedere, nec obstare, primo quia quando concurrit pręsumptio de non expeditione literarum,
56 seu de non bono iure spoliati pensione, etiamsi per longum tempus illam exegit, non restituitur, nisi de suo titulo docuerit, prout procedit in illo, qui per spatium parui temporis exegerit, cum illa pręsumptio & bona fides ex tempore præsumpta elidatur per aliam præsumptionem, prout supra super sexta conclusione firmatum est.

Secundo respondetur, quod in casu nostro non solum extat pręsumptio contra dictum Grigium de non expeditione literarum, verumetiam & probatio, prout supra super tertia Conclusione demõstratum est: vnde cessat omnis prætensa præsumptio, cum in claris cessent præsumptiones, & aliqua restitutio facienda non est, prout similiter super sexta Conclusione firmatũ est: imo & ex tali probatione, cum notorie appareat de non iure spoliati, sequitur quod nunquam restitutio fieri debeat: Prout & similiter quis non restituitur, nisi doceat de bono iure suo: & sic de literarum expeditione, quãdo fuit spoliatus a iudice, prout in casu nostro, cum nullum remedium possessorium amplius ei competat per auctoritates desuper adductas super vtroque capite super quinta Conclusione. Sicur & pariter præfatum obiectum corruit stantibus Constitutionibus Pauli & Iulij desuper allegatis, quibus aperte prohibetur neminem beneficiorum quoruncunque ingredi posse possessionem, nisi prius literis expeditis sub pœnis priuationis & inhabilitatis &c. & prout supra dictum est.

Neque dictis constitutionibus in ali-
57 quo aduersantur dicta Nauar. †in allegato cons. 11. numero 8. de constit. vbi dicit pensionem non esse beneficium: quia Nauar. bene loquitur, quod regulariter non comprehendatur nomine beneficij pensio per rationes suas: sed Nauar. non dicit quod non comprehendatur, si Constitutio diceret & quodcunque aliud beneficium, prout dicit in casu nostro, quia tunc bene comprehenditur, prout supra firmatum est super quarta Conclusione.

Et ex his omnibus censeatur responsum etiam ad alia obiecta in aliquo non vrgentia: & ostensum minime dictum Grigium posse restitui ad eius pretensam quasi possessionem exigendi dictam pensionem, nisi de literis docuerit; cum nedum de non illarum expeditione contra eum extent præsumptiones, verumetiam & probatio ex propria ipsius confessione, existens ad Laudem Indiuiduæ Trinitatis, eiusque gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ.

Franc. Monaldus V.I.D. de Vulsinio

ARGV-

ARGVMENTVM.

Stante compromisso inter partes facto, iudicem ecclesiasticum adiri non potuisse ad impetrandam denuntiationem & literas monitoriales: & quibus casibus id fieri possit, docet Cons.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiatio priuata per iudicem eccle siasticum ad qd fiat Regulariter est prohibita: & quare. at quibus in casibus concedatur, nu. seq.*

3 *Casus, quibus denuntiatio per iudicem ecclesiasticũ admittitur, qui sint.*

4 *Iudex ecclesiasticus an vbicunque vel fraus, vel oppressio allegatur, adiri possit: & quando.*

5 *Laico quoties per remedia iuris potest esse consultum coram suo iudice agere debet.*

6 *Ecclesia non aditur si per definitiuam secularis iudex rem decidat.*

CONSILIVM CLX.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VISO compromisso facto inter Magnificum Dominum Augustinum a Ponte, de & super prætensionibus, quas habet occasione emptionis frumentorum, & aliorum bladorum emptorum per Magnificum Dominum Andream Ser gulielmi de anno proxime præterito ex vna; & eundem Dominum Andream parte ex altera: Nec non visa petitione facta per eundem Dominum Augustinum, & responsione illi data per prædictum Dominum Andream, ac etiam literis monitorialibus obtentis per dictum Dominum Augustinum à Vicario Episcopi Riperiæ sub pœna excommunicationis contra non reuelantes &c. Et omnibus mature discussis & consideratis, dico dictum Dominum Augustinum non potuisse denuntiare pro suo prætenso interesse tollendi peccatum coram dicto Reuerendo Vicario eundem Dominum Andream; ex quo inter ipsos fuerat factum compromissum, & ad alia de uentum circa illud, ut supra est dictum; & per consequens nec prædictus Vicarius potuit deuenire ad relaxationem dictarum literarum monitorialium: quia licet talis
1 denuntiatio † priuata fiat, ut res restituatur, siue ut læsus seruetur indemnis; tamen in eadem denuntiatione offertur libellus, de plano proceditur, examinatur, & fertur sententia per iudicem ecclesiasticum, prout dicit Ioan. Andr. in capit. nouit numero sexto, post medium in uersic. est alia iudicialis priuata usque ad versicu. differt hæc ab euangelica & numero 45. & ibi etiam Hostien. numero decimo in fi. de iud. quos sequitur Barto. in tracta. ad reprimendum in versicu. denuntiationem numero 5. 6. 7. & 8. & voluit Bald. in auth. ad hæc nu. 15. in fi. C. de usur.

Et propterea talis denuntiatio † per iu-
2 dicem ecclesiasticum indistincte non potest, nec debet admitti; cum regulariter prohibita sit, prout prohibitæ sunt tales literæ monitoriales, ne iurisdictio temporalis euacuetur; prout dicit Purpura. in consilio 363. numero secundo, & Sola super constitutio. Ducat. Sabaudiæ in titu. ut nemo inuit. accusa. vel denuntia. coga. in glo. vni. numero 10. in fi. sed tantum dicta denuntiatio conceditur & admittitur in ca-
3 sibus † infrascriptis a iure expressis, vid. in defectum iustitiæ, uel si crimen de sui natura est ecclesiasticum, uel ratione pacis pactæ, vel iuramenti uiolati, uel quando crimen est notorium, uel quando non auditur in foro seculari, vt quia obligatio est naturalis tantum, uel si hanc proponit miserabilis & depressa persona; alias si indistincte admitteretur, periret temporalis gladij iurisdictio, & omnis causa per hanc uiam deferretur ad ecclesiam, quod ęquum non est, prout dicit Ioan. Andreas in dicto capitu. nouit, numero sexto, post medium in versicu. tamen licet iudex ecclesiasticus, vbi enumerat tantum præfatos casus, in quibus talis denunciatio admittitur, de uid. quem communiter sequi Docto. referendo eosdem casus, dicit ibidem Abb. numero 48. in uersicu. iudicialis vero vsque in fi. & ibi etiam idem uoluit Aegid. Bellamer. sub numero 20. in versicu. circa tractatum secundum de denuntiatione iudiciali.

diciali.& idem Aegid. idem dicit in capitu. hoc videtur numero tertio, in verbo est alia iudicialis 22. quæstio. 5. et optime etiam Petr. de Anchara. ubi similiter refert eosdem casus, in quibus similiter dicit tantum admitti dictam denuntiationem in c. ea quæ numero 15. post medium in uersic. vtrum ficut, de regu.iur.in 6. et Barto. in præcitato loco numero 9. referendo similiter eosdem casus; prout et idem dicit Bal. in Auth. clericus quoque nu.4. C. de epis. & cle.& idē Bal.in d.Auth. ad hæc nu. 14. C. de usur. licet utatur alijs uerbis, quæ idem important, vbi dicit declarando dictum Innocen. in capitu.cum sit generale, de foro compet.quòd licet vbicunque alle
4 gatur fraus, † uel oppressio, possit iudex ecclesiasticus adiri; tamen dicit hoc esse uerum in causis pauperum, et miserabilium personarum, uel locorum piorum, puta hospitalium, uel ecclesiarum, alias dicit, quòd si in distincte ratione peccati posset ad ecclesiam recurri sequeretur, quòd ecclesia posset absorbere totum iudicium seculare, quod dicit esse falsum, vt in cap. venerabilem, de electio. et propterea resoluit, quòd cum ad ecclesiam pertineat cognitio, et correctio de peccato, quòd si est tale peccatum, quòd possit purgari per uolentem agere per uiam actionis, vel alterius remedij introducti a iure, prout in casu nostro, quòd de eo cognoscit tantum iudex secularis. Et quòd ecclesiasticus nihil potest, nisi quando iudex secularis non facit iustitiam, et est talis, quod eius factum non potest corrigi per superiorem temporalem, quem late secutus fuit Petr. de Anchara. in dicto capit. ea, quæ numero decimoquinto, ante fi. in uersicu. Bald. utitur, et numero decimosexto, omnino viden. qui optime et plenissime loquitur in huiusmodi materia de reg.iur.in 6.

Et sic patet, quod quando per reme-
5 dia † iuris potest esse consultum laico contra laicum coram suo iudice, tunc ipse est adeundus, et ibi agere debet, licet quòd deducitur, arguatur peccatum in proximum, prout post alios per eum citatos dixit Petru. de Anchara. in dicto capitulo ea, quæ, numero decimosexto, in uersicu. primus casus de regul. iur. in 6. et hinc dixit Barto. in dicto tracta. de reprim. in dicto uersicu. denuntiationem numero nono, in princip. quòd contra talem denuntiationem ad eam inualidandam opponitur, quòd potest etiam habere super eo recursum ad iudicem secularem, cum propterea tali casu cesset, ut supra est dictum, nec possit illa fieri, et Bal. similiter in capit. si quis per triginta ad fi. si de feud. fuerit contro. inter Domi. vbi dicit quod
6 ad ecclesiam † nunquam habetur recursus, si per diffinitiuam iudex secularis decidat negotium.

Ex quibus omnibus concludo dictum Dominum Augustinum non potuisse adire iudicem ecclesiasticum in uim prædictæ denuntiationis nec tales literas monitoriales a dicto Vicario obtinere, cum iam inchoasset iudicium circa dictas suas prætensiones coram iudicibus arbitris, et ad productionem iurium etiam coram eis deuentum fuerit, quo casu denegatur talis uia specialis denuntiationis per supradicta. Laus Deo.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Pacti per literas inter absentes initi in hoc Consil. habetur materia.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inducit obligationem inter absentes, mediante nuntio, uel epistola.*

2 *Obligatio per literas inducitur inter mittentem, & recipientem.*

Recipiens epistolam contentis in ea videtur consentire.

3 *Epistola confessata, vel scribentis signum habens plenè probat contra scribentem.*

4 *Epistola si acceptatur viuente mittente, retineatur nec contradicatur, acceptans fateri uidetur omnia in ea vera esse.*

5 *Literas subscribens consentit, & fatetur omnia in eis scripta etiam aliena manu.*

CON-

CONSILIVM CLXI.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



Visis literis scriptis, sigillatis & transmissis a magnificis DD. Iacobo & Laurentio de Carpianis in vrbe mercatribus, o magnificis DD. Laurentio, & Ioanni Antonio Sala similiter mercatoribus in hac ciuitate Venetiarum, & ab eis receptis, & acceptatis. Mihi videtur dicendum nullum ius, nullamque actionem competere prædictis de Carpianis petentibus persolui eisdē a dictis de Sala, vt vulgo dicitur { gli Aggi } ex infradicendis.

Et pro rei faciliori intelligentia, primo in facto præmittendum esse duxi tenorem earundem literarum circa prætensionem dictorum de Carpianis, & defensionem dictorum de Sala respectiue loquentium. Quarum tenor talis est.

Adì 3. di Luglio 1599. in Roma. E quāto al commetterui qui, ò per Farfa per diruela alla libera, voi non ce ne date animo nissuno, poi che non ci uolete far buoni gli Aggi, come fanno gli altri, haueremo patiēza. Iacomo e Lorenzo Carpiani.

Adì 16. di Luglio 1599. in Roma. Quanto alli Aggi, poiche uoi non uolete farci bono cosa nessuna, non ne staremo a dir altro, & si accomoderemo a patienza.

Iacomo e Lorenzo Carpiani

Adì 31. di Luglio 1599. in Roma. Quanto alli Aggi delle partite di bāco per il passato non se ne starà à trattare più, e ci contentiamo di quanto volete. Iacomo e Lorenzo Carpiani.

Cum non sit dubium ex præfatis literis constare de prætensione dictorum de Carpianis { circa li detti Aggi } ac de recusatione soluendi facta per prædictos de Sala, & dd. Dominos Iacobum & Laurentiū consensisse dictæ recusationi, seu non faciendæ de eis solutioni; & expresse promisisse seu pactum fecisse de amplius non petendo, quibus per ipsos stari debet per l. 1. & l. iurisgentium §. ait prætor. & l. si unus §. item si pactus & ibi Bart. ff. de pact. & dicit Genu. decis. 165. n. 5. cū clarum sit

1 pactum † valere, & inducere obligationem mediante nuncio, vel epistola inter absentes factum, prout in casu nostro, cum ex tali medio organo nuntij, vel epistolæ fiat cumulatio consensuum, prout dicit Bald. in l. 2. numero primo, ff. de pact. & not. Barto. in l. qui autem §. si. numero primo, ff. de constitu. pecun. l. consensu, & ibi glos. in verb. consentire, ff. de actio. & obligatio. & ff. de contrahen. emptio. in l. prima in fin. in versic. literas. latè Paris. in cons. 91. num. 2. & seq. volum. 1. sequitur Genu. decis. 138. num. 6. & idem uoluit Fel. in cap. nonne in 4. fallen. nu. 10. de præsump. & quòd per ta-

2 les literas † inducatur obligatio inter mittentem & recipientem, dicit Genu. decisi. 80. num. 1. & sequen. & prius idem Barto. in l. cum tabernam §. item quæsijt in princ. ff. de pignor. & Boeri. in cons. 25. viso appellationis processu num. 30. in princ. & quòd epistolæ habenti consensum, prout sunt supradictæ, contra scribentem adhibeatur fides, & illam recipiens contentis in ea uideatur consentire, dicit Cuma. in cons. 177. nu. 1. 4. & 5. in princ.

3 Et quòd epistola cum confiteatur a mittente, prout audio confiteri in casu nostro, uel habens sigillū ipsius, si negaretur, plene probet contra eum, dicit Bar. in l. nuda ratio nu. 10. ff. de donat. quem sequitur Ias. in repet. l. admonendi sub num. 139. in uer. aut epistola est confessata ff. de iureiuran. per l. Publia in fin. ff. de posit. sequitur Boeri. in decisio. 282. numero sexto, ubi etiam dicit opinionem Bar. seruari de stylo Curiarum Franciæ. Lanfran. de Orian. in c. quoniam cōtra & c. 9. de instrū. product. sub nu. 49. de probat. & est 2. addit. ad sing. 22. Mathesi. nu. 1. et 2. et dicit Genu. decis. 76. nu. 1. et decis. 80. eod. nu. 1.

Et non solum tales epistolæ probant cōtra mittentem, uerumetiam et contra illum,

4 cui mittuntur, † si illa acceptauerit uiuente mittente, prout dicit Roman. in d. l. nuda num. 12. ff. de donatio. quem sequitur Ias. in dicta repetitio. l. admonendi sub numero 141. iuncto num. seq. in uer. secundo limita ff. de iureiuran. et quòd acceptans simpliciter epistolam et retinens, illi ex-

presse non contradicēdo uideatur illam acceptare,& fateri omnia uera esse,quæ in ea continentur,dicit Bal.in rub. C. de fid.instr. num.67.in uer.quæro quid de literis. Bar. in l. Titius ad fi. in uer. ultimo quæro ff. de constitu. pecu. & in d. l. cum tabernam §. idem quæsijt in ultimo nota. ff. de pignor. late Ias. cum per eum accumulatis in præcitato loco num. 142.& in cons. 47. num. 2. uolum. 1.& dixit Alex.in cons. 78. num. 1. uolum. 1.& ita uoluerunt etiam Bal. & Fulgo.in l.emptor §.lucius num. 2. ff. de pact. & Bar.in l.quo enim §.1.num.2.in uer.quādoque superuenit ff.rem rat.habe.& Paris. d.cons.91.nu.3.uol.1.

Neq; obstat,si diceret supradictas literas nō fuisse manu supradictorū Iacobi & Laurētij scriptas sed tm̄ subscriptas: q.a ad hoc
5 respōdetur,ꝙ subscribens ꝑ ita sibi præiudicat,ac si totam scripturam scripsisset.& fatetur ꝑ talem subscriptionē omnia in ea contenta,prout dicit Bar.in l.emptor §.Lucius num.2.per illum tex.ff.de pact. Castren. in cons.216.nu.1.uol.1.ubi et̄ dicit,quòd subscriptio sit per principale min signum consensus. late Iaso. cum per eum accumulatis in authent. si quis in aliquo num. 4. C. de eden. Fel.in cap.quoniam contra num. 43. præsertim in uer.habes doctrinam de probatio.& Paris.in consil. 19. num. 107. uolum.2.& in consil.77.num. 25. & seq. uol. 3.& Genu. decis. 76. num. 2. & ista sufficiat me breuiter dixisse pro exsolutione supradictæ prætentionis stante tenore dictarum literarum per dictos DD. de Carpiano & pro bono iure dictorum DD. de Sala.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Materia accusationis a laicis emanatæ contra clericos disputatur: an scilicet laici sint idonei accusatores & testes contra clericos.

SVMMARIVM.

1 *Laici criminaliter accusare non possunt clericos,nisi de sua suorumve iniuria, ac de criminibus exceptis;& id cum requisitis vt ibi.& nu. 7. ampliatur nu.9.*
2 *Laici male vita non admittuntur ad accusandum clericos.*
3 *Actus ad nullitatem sufficit prohibitio legis.*
4 *Processus, in quo requisitum a statuto prætermissum est ab accusatore, est ipso iure nullus;vel si a iure denegatur audientia;idem de sententia inde secuta.*
5 *Negatiua non facile probationis per inspectionem processus probari solet.*
6 *Actore non probante reus absolui debet.*
8 *Legis vbi casus est, ibi cadere dubitatio non potest.*
10 *Testimonium laici, vel mulieris ne indicium quidem ad torturam contra clericos facit: & assignatur ratio.*
11 *Testes non examinandi, examinati nec indicium faciunt, nec coniunguntur, nec in subsidium admittuntur, ac pro non examinatis habentur.*
12 *Indicia etiam mille contra clericum de delicto non diffamatum sufficientia non sunt ad torturam.*
13 *Clerici non diffamati quibus in vrbibus, & quo de crimine torqueri soleant, & an talis consuetudo sit seruanda: & nu.seq.*
14 *Consuetudo,qua in dignitate constituti torqueri possunt,non valet.*
Clerici in dignitate constituti dicuntur.
15 *Tortura adhiberi non potest, nisi de delicto semiplene probatum sit.*
16 *Testes duo sufficiunt ad probandum quodlibet factum.*
17 *Testi non creditur, si contestis ab eo vocatus negat illad,super quod vocatur.*
18 *Testes de auditu auditus in criminalibus nihil probant.*
19 *Testis deponens de facto proprio, vt plene probet, qua requirantur.*
20 *Laici & mulieres si minus ad offensam contra clericos; ad defensam certe admittuntur in testes.*
21 *Querelans,qui nihil probauerit, & calumniose querelauerit,in expensis est condemnandus.*

CONSILIVM CLXII.

Spiritus sancti gratia os aperiat,& illuminet intellectum.



IN causa Rocca Criminali, Viso processu, ac querela, nec non testibus tam ad offensam pro parte querelantis, & Curiæ Episcopalis Taruisin. 1 Quàm ad defensam pro parte Reuerendi Præsbyteri Ber-

ri Bernardini Rocchæ Plebani de Mossenzago querelati examinatis, ac omnibus mature inspectis, & consideratis, dico debere iudicari nedum bene appellatum & male iudicatum per iudicem a quo, verumetiam ipsum absolui & liberari debere ab omnibus contentis in dicta querela ex infra dicendis.

Et primo quia indubitati iuris est, laicos
2 † non posse accusare, seu querelare criminaliter clericos nisi pro sua, & suorum iniuria c. omnibus 4. q. 6. de testib. c. de cætero, & ibi omnes Doct. 2. q. 1. c. prohibentur, & dicit glo. in sum. in uer. quod vero, vbi de cōmuniori 2. q. 7. ac de criminibus exceptis, videlicet de crimine hæresis, simoniæ, crimine læsæ maiestatis, sacrilegij, secundum quosdam dilapidationis bonorum ecclesiarum: & tunc etiam cum distinctione, videlicet, si laici bono zelo accusent; & non ex odio, ac sint bonę opinionis accusando clericos, non infamatos, nec suspectos de eo-
3 dem delicto excepto; cum & laici † malæ vitæ non admittantur ad accusandum clericos etiam de huiusmodi delictis, nisi sint malæ famæ, prout firmat d. glo. in d. summa in uer. communiter autem 2. q. 7. & quòd laici non possint accusare clericos criminaliter, nisi pro sua, & suorū iniuria, ac de criminibus exceptis, (vt est dictum) late tradunt Abb. in c. cum P. Manconella num. 5. & 6. vbi etiam adducit rationes, & iura, & ibi glo. in ver. laicus. Anto. de Butr. num. 8. etiam enumerat expresse dictos casus exceptos. Hostien. nu. 1. & seq. Io. And. nu. 3. & prius Innoc. nu. 4. de accusat. Henrich. Boich. in d. c. de cętero num. 8. & ibi etiam Imol. num. 1. & 2. de testib.

Qua de re cum dictus querelans sit laicus, & etiam de aliena parochia, dubium non est, quod non potuit querelare eundē plebanum nisi de illo capite in querela cōtento videlicet § Si è fatto medesimamente lecito di calonniare, & di detrahere in questa città al nome, & alla buona conditione di me Giouanni figliuolo, che fù gia dell'Eccellente Sig. Marc'Antonio Prata Cittadino di Asolo § & infra § Dandomi egli malignamente titolo & nome di dishonorato, e d'infame, stimando egli più &c. § Cū tātummodo præfata verba respiciāt suā & suorū iniuria cum igitur dicta querela cōtineat multa alia capita, quæ nec suam, nec suorum iniuriam respiciunt, nec sint de criminibus exceptis, remanet clarum processum superinde fabricatū, cū de iure denegetur audiētia laicis aliter querelare posse clericos, quā supradictū est, ipso iure corruere, & nullum esse, prout optime firmat Iaso. in cons. 168. num. 21. in fi. & seq. vol. 2. vbi dicit, quod quando lex, vel statutum aliquid prohibet, licet ultra nō procedat, annullādo, tamē actus est ipso iure nullus, cū
3 ad nullitatem † actus sufficiat tantum prohibitio legis, vel statuti per l. non dubium, vbi Bar. & Doct. C. de leg. cum lex, vel statutum simpliciter prohibens semper intelligatur habere clausulam derogatoriam, & annulatiuam actus, quamuis vltra nō procedat annullādo per tex. in d. l. nō dubium, in ver. licet legislator fieri prohibuerit tātum, nec specialiter dixerit inutile esse debere, & in ver. vt legislatori, quod fieri nō vult, tātum prohibuisse sufficiat, vt ibi Bal. Saly. & Castr. ad hoc nota. C. de legib. ad idemque facit, quod decidit Bal. in l. si tutor in fi. C. in quib. cau. restit. in integr. non est necess. vbi per illū text. tenet referendo etiā sic te-
4 nuisse Iacob. Butriga. quod si statutum † disponit, quòd accusans debeat præstare fideiussorem de prosequenda lite, licet statutum ulterius non disponat annullando processum, tamen si contra factum sit, processus ipso iure non valebit: & eum sequitur Alexan. in consil. 37. in princip. in uers. cum ergo, volum. 2. & Iaso. in d. consilio 168. num. 22. volum. 2. & quòd quando a iure denegatur audientia alicui, prout in casu nostro, si procedatur, ipso iure processus nullus sit, tenet idem Alex. in d. cons. 37. num. 1. uolum. 2. Tiraq. in repetit. l. si unquam, in uer. reuertantur nume. 122. C. de reuoc. donatio. Bertaz. in cons. 71. num. 1. vol. 1. in crimi. & Vanti. in tracta. de nullit. ex defectu inhabilitatis, seu mandat. comparent. num. 52. fol. mihi 156. vbi dicit nedum esse nullum processum, verumetiam & ipso iure sententiam absque ope exceptionis, si feratur ad fauorem illius, cui denegatur audiētia. & sic patet dictum processum iudicis a quo super omnia alia capita (excepto supradicto) fabricatū, licet nihil fuerit probatum contra eundem querelatum, ipso iure nullum esse, & in aliquo non præiudicare dicto querelato per supradicta.

Et licet idem querelans pro dicta sua

prætensa iniuria querelare potuerit eundẽ Plebanum; tamen non est dubium ipsum querelantem etiam ex isto capite succumbere, cum de talibus verbis cõtra eum prolatis nihil probauerit, nedum per testes, verumetiam nec alio quouis modo; imo nec ausus fuit ad talia verba probãda aliquem articulum facere, prout fecit de alijs prætensis delictis, de quibus querelare non potuit, prout est videre in principio eiusdem processus, & ex dictis omnium testium, cũ
5 per inspectionem † processus talis negatiua non factæ probationis probari soleat ad dicta per Iacob. Butrig. in l. 2. Cod. de error. aduoc. Abb. in cons. 92. num. 3. volum. 2. Purpur. in cons. 524. num. 10. volum. 2. late Franc. Hercul. in tracta. de negat. proband. sub num. 176. & sequen. Menoch. in cons. 199. num. 3. volum. 2. & latè Surd. in in cons. 55. num. 14. volum. 1. & quamuis
6 prædicta sufficiant, cum actore † non probante reus absolui debeat, etiamsi pro parte rei nihil probatum fuerit ad sui defensionem per text. in l. qui accusare, & ibi Castren. num. 3. Alexan. num. 4. & Iaso. num. 5. C. de edend. idem Alex. in cons. 117. nu. 1. volum. 7. & in cons. 89. num. 5. volum. 3. Roland. a Valle in cons. 67. num. 1. & seq. volum. 2. Mars. in sing. 170. in princip. Cattelia. Cotta. in memorial. suis in uer. actore. & Bursat. in cons. 89. in princ. vbi de communi volum. 1.

Tamen deueniendo ad testes contra eũdem querelatum examinatos, licet de facto, nulliter per supradicta, & infra dicenda, dico similiter per illos aliquid contra eum non probari. Primo quia licet laici pro sua, & suorum iniuria clericos criminaliter querelare possint (vt supra dictum est) Tamen indubitata est conclusio, quòd laici, &
7 † mulieres non admittantur ad testificandũ in delictis contra clericos criminaliter intẽtatis per tex. in d. c. de cetero ad fi. & ibi omnes præsertim Henric. nu. 3. in ver. si quæris de testib. tex. in c. ipsi Apostoli, & in c. seq.
* 2. q. 7. & hanc esse communem opinionem dicit Oldra. in cons. 145. nu. 3. Coua. pract. quæst. c. 18. nu. 2. in ver. secundo illud, vbi
* similiter attestatur de communi. quos secutus fuit Clar. in pract. crim. q. 24. nu. 10. in ver. præterea. & cum simus in casu canonũ, & communis opinionis pro dicta conclusione iudicandum esse, dubitandum nõ est;

8 cum vbi casus legis † est, ibi nulla dubitatio cadere possit ad dicta per Bald. in l. ancillæ num. 2. C. de fur. quem secutus fuit Zasi. in cons. 2. nu. 60. vol. 2. Rolan. a Valle in cõs. 80. nu. 4. vol. 1. Sebast. Medices de legib. q. 10. 3. par. nu. 2. fol. mihi 162. Afin. in tract. de excusat. §. 1. c. 29. nu. 5. fol. 13. Castiglio in cons. 9. nu. 2. & Becciu. in cons. 1. num. 3. & a communi opinione in iudicando, & cõsulendo recedendum non sit, prout dicit Cassad. decis. 12. super regul. Cancella. numero 7. Pafet. in cons. 99. num. 5. & Franc. Turza. inter communes diuersorum sub tit. de contrahen. stipulat. num. 145. fol. mihi 368. vol. 2.

9 Et adeo ista conclusio † vera est, quod etiam habet locum in loco, vbi non adest copia clericorum, puta in villa, quia etiam tunc laici, & mulieres non admittuntur ad probandum delicta contra clericum, licet aliter voluerit Abb. in d. c. de cætero nu. 3. dicens debere admitti in subsidium, ne delicta remaneant impunita, & ne detur materia clericis delinquendi, prout dicit Fel. ibidem contra Abb. nu. 4. de testib. vbi dicit, quod adeo lex canonica resistit in criminali, ne laici testificentur cõtra clericos, quod non videtur, quod iste casus possit de nouo induci ex sola auctoritate Abb. & communem opinionem esse contra Abb. dicit etiam in dicto cap. de cætero Aretin. sub num. 10. in fi.

Quod & procedit, vt non solum laici, etsi alij testes clerici propter angustiam loci haberi non possit, non admittantur ad plenam probationem; verumetiam nec admittuntur, ut faciant indicium ad torturam; prout dicit Aret. in d. cap. de cætero per rationes per eum adductas sub nu. 12. & seq. licet similiter aliter voluerit Abb. in eod. c. de cætero sub num. 5. quem ibidem secutus
10 fuit Feli. num. 7. Et quod laici † neque mulieres non faciãt indicium ad torturam cõtra Clericum in delictis criminaliter intentatis: cum prohibeãtur duplici ratione examinari. videlicet, nedum quia suspecti, & quasi inimici censeantur; verumetiam & ob reuerentiam, quam laici clericis debent, vltra Aret. in præcitato c. de cætero desuper citat. firmat ibidem Addit. ad Abb. in d. nu. 5. in ver. optime. Et hanc opinionem amplectitur etiam expresse Castren. in cõs. 284. num. 2. & 4. vol. 2, & quòd testis, qui

non

11 non debuit examinari † contra aliquem, examinatus non faciat indicium, tenet expresse Bar. in l. Maritus, in prin. ff. de quaest. & in l. 1. §. Diuus Antonius, & in l. 2. §. Antonius. ff. eod. Anto. Gomes. delict. cap. 12. num. 20. & facit etiam Gramm. in consi. 3. num. 10. & sequen. in crimi. vbi dicit, quòd quando lex resistit examini testis, prout in casu nostro, prout dicit resistere Feli. in d. c. de caetero. nu. 5. quòd si fuerit examinatus non facit nec indicium.

Ad quod facit (cum duplici ratione reijciantur praefati testes) illa alia iuris conclusio, quae se habet, quod testis patiens duos, vel plures defectus, omnino reijciatur, vt aliquod indicium non faciat, etiamsi alias ueritas haberi, non possit; quia sic inhabiles ad aliquid probandum non admittuntur, nec coniunguntur, prout dicit Gratu. in cons. 59. nu. 40. & seq. vol. 2. Cephal. in cons. 65. num. 27. ubi dicit omnino propter duos defectus reijci, vol. 1. Rimi. iuni. in cons. 66. nu. 38. vol. 1. & Bursat. in cons. 70. nu. 42. in fin. & seq. vol. 1. Et idem Rimi. in cons. 69. nu. 8. & seq. ubi similiter dicit, nec in subsidium tales testes admitti, vbi dat etiam rationem inter criminal. diuers. vol. 2. & quòd testes pluribus defectibus laborantes pro non examinatis habeantur, dicit Fabi. Turzet. 6. cons. 68. num. 19. & seq. vol. 1. & cons. 20. nu. 17. eo. vol.

Et eadem cōclusio corroboratur, & redditur non vera praefata conclusio Abb. ex illa alia cōmuni, & vera Doct. Conclusione quae se habet, quòd clericus aliquo modo

12 non possit torqueri, etsi mille indicia † cōtra eum extarent, alias sufficientia ad torturam, nisi alias de illo delicto, de quo imputatur, esset diffamatus, & per consequens appareт contra Clericum ex depositionibus testium laicorum, & mulierum in delictis contra eum criminaliter intentatis ad aliorum querelam non posse oriri indicium sufficiens ad torturam, infamia non praecedente, prout singulariter dixit Abb. Antiq. in c. grauis, de deposito. Quem ibidem secuti fuerunt Ioan. Andr. num. 12. Card. Floren. nu. 4. ubi dicit praefatum dictum Abb.

* communiter approbari, Ripa respon. 1. nume. 3. sub tit. de adultr. & purgat. Cano. fol. mihi 139. vbi dicit, quòd etsi mille indicia extarent contra clericum, quod non potest torqueri, nisi de eodem delicto, de quo adsunt indicia, sit infamatus. Et in d. c. grauis hoc idem firmarunt Anto. de Butr. in fin. & Ioan. de Imol. num. 9. Collect. in c. vt clericorum, vbi etiam dat rationem dicens propter honores clericos non torqueri, de uit. & honest. cleric. Ioan. de Anani. in c. 1. nu. 7. de cleric. percussor. sequitur Feli. in c. veniens nu. 5. de testib. & in c. de hoc. nu. 2. de simon. & in cap. cum oporteat num. 7. ante fin. de accusat. ubi dicit singulariter esse notandum, nullum genus indiciorum esse sufficiens ponendi clericum ad torturam, nisi sit infamis, & in c. vniuersitatis num. 2. de sentent. excommun. Caballi. in Milleloq. 896. num. 4. par. 2. adstipulatur Bossi. in sua pract. crim. in tit. de indic. & considerat. ante tortu. sub nume. 35. ubi pariter dicit de

* communi; & ita in practica bis obtinuisse dicit Marsi. in singul. 55. & in l. penult. nu. 76. ff. de quaestio. & in l. edictum. num. 9. ff. eod. & in sua pract. crim. §. nunc videndum sub num 51. Barbat. in cons. 47. col. 19. in fin. & seq. uol. 1. Et hanc conclusionem valde commendat, & corroborat dicendo per eam posse eripi quem à tortura. Ias. in l. magistratibus sub num. 7. ff. de iurisdic. omni. iudic. Quod dictum etiam pro notabili refert & sequitur Abb. Mode. in c. cum in cōtemplatione num. 6. de Regul. Dec. in c. at si clerici num. 113. vbi dicit sic tenere modernos de iudic. Aretin. in c. tertio loco in fin. de probatio. Alex. in apostil. ad Bart. in l. fin. in ver. veniamus ad indicia specialia,

* ubi pariter dicit ita communiter tenere Canonistas ff. de quaestio. Donat. à fin. in Enchirid. conclus. siue regul. in ver. clericum lib. 5. Felin. mihi 301. & late Cels. Vgo. in cons. 62. num. 10. & seq. & ita seruari dicit Paris de Puteo, de sindicatu, in cap. incipiente, mandauit Rex Potestati sub nu. 7. & conclusiue num. 8. fol. mihi 341. & ita seruare Curiam Burdegalen. dicit Boeri. in decis. 163. Et hanc conclusionem etiam late firmat Diaz. in pract. crim. Cano. in cap. 117. & Duen. in Reg. 190. colum. penult. in ver. contrariam tamen. vbi quamplures Doct. ita tenentes accumulat. & Viui. qui

* similiter refert in sua Sylua esse communem opinionem opini. 110. libro 1. & de communi etiam dicit Simanch. in Enchir. uiolat. Religio. in tit. 52. de torment. nu. 13. Et idem Diaz. in Regul. 12. confessus de crimine in 3. sublimitatione primae limitationis

tionis, fol. mihi 19. & Monticel. in sua pra-cti. crim. in Reg. prima. nu. 41. & nouissime late Farinaci. Variar. quæstio. q. 41. num. 6. volumine 2.

Et licet idem Farinac. in præcitato loco sub nu. 7. & seq. dicat, quod in contrarium est practica moderna in verbo, prout contrarium practicasse, & practicari vidisse dicit Granut. in Theorem. 18. num. 5. & 6. &
13 in contrarium esse † consuetudinem in statu Mediolani refert Bossi. in d. eius practica, & tit. de Indic. sub num. 103. in fin. dicendo clericos & Sacerdotes etiam torqueri, etsi de delicto, pro quo torquentur, nō sunt infames. & Simanch. d. loco. num. 24. ubi dicit pro crimine hæresis posse torqueri, licet non sint infames: asserentes tamen eosdem Farinac. & Granut. in supradictis locis multo maiora & urgentia indicia requiri in inferendam torturam clerico, quam laico, cōtra quem sufficiūt indicia sufficientia extare, ut torqueri possit, quod minime dicunt procedere in clerico; cum dignitas Sacerdotalis non mediocrem de se faciat præsumptionem delicti exclusiuam; & propterea urgentia, & clariora indicia requiri. ac rarius torqueri & mitius clericos, Monachos & alios Sacerdotes, dicit idē Simanc. d. tit. 52. nu. 25.

Sed dictam eorum practicam, & consuetudinem præsertim in huiusmodi Serenissimo Dominio, cū quilibet præfatorum Doctorum excepto Simācha, qui dicit torqueri pro crimine hæresi, etsi non laborent infamia, fundet se in iure speciali, seu consuetudine particulari locorum. Et Mars. & Paris de Puteo, ac Boeri. de contraria consuetudine, & practica in conformitate iuris communis attestantib. qui grauiores & peritiores Doct. in pract. sunt, non uidetur aliquo modo attendenda nec obseruanda; cū certum sit consuetudines, vel practicas locales ad alia loca generaliter non extendi iure communi resistente, prout in casu nostro, cum dicta communis opinio desuper attestata, & etiam in practica obseruata; prout dicunt præfati Doctores, pro lege habeatur, cum talis articulus expresse in iure decisus non sit, prout dicit Barbat. in cap. in præsentia num. 65. de probat. & propterea sequenda est.

Imo adeo uera est dicta conclusio desuper firmata, ut quęcunque indicia non sint sufficientia, ut personæ Ecclesiasticæ torqueantur, nisi alias sint infames, quod etsi
14 extaret generalis cōsuetudo † in cōtrariū, prout non extat, quod nihilominus illa non ualeret, ad dicta per Hippol. de Marsi. in l. Editum sub num. 3. & seq. ff. de quæstio. per Addit. ad Collect. in d. cap. vt Clericorum, de vit. & honest. cleric. per Bar. in l. omnes. & ibi Addit. C. de Decur. lib. 10. Roma. in sing. 494. & ibi etiam Addit. & per Rolan.
* à Valle in cons. 31. vbi de communi nu. 5. vol. 3. ubi dicit, quòd consuetudo † non valet, ut in dignitate constituti possint torqueri. Et idem cōstanter firmat Rimin. iun. in cons. 290. sub num. 18. vol. 3. ubi dicit ex dicto Bruni & in Consulendo, & iudicando ita tenendum esse, prout & idem dicit idem Roland. in præcitato loco; cum etiam omnes clerici largo modo nedum illi, qui dignitatem habent Ecclesiasticam, dicātur in dignitate cōstituti ratione ordinis; prout dicit glos. in c. denique, in uer. dignitas distinct. 4. Et sic remanet resolutum testes laicos in delictis criminaliter intentatis contra clericum non facere nec indicium ad torturam, nisi alias de delicto, de quo imputatur, sit diffamatus: & sic nō facere nec plenum, nec semiplenam probationem, cum
15 ad torturam † nunquam deueniri possit, nisi de delicto semiplene probatum sit, prout dicit Alex. in cons. 89. nu. 6. uol. 3. Simanc. in Enchirid. iudic. in d. tit. 52. de tortu. nu. 13. Rimin. iun. in cons. 69. num. 10. inter crim. diuers. uol. 2. & Clar. in pract. crim. quæst. 62. num. 1. Et sic omnino clericus, qui non habet contra se alios testes, absolui debet, etsi aliqua suspectio in mente iudicis propterea remaneret, cum non veniat attendēda, prout dicit Bal. in l. fin. nume. 17. C. de probatio. Quem late secutus fuit Anto. Gomes. delicto. cap. 12. col. fin. in uer. aduertendum usque ad fin. & Clar. d. quæstio. 62. in princip.

Et ut innotescat tanto clarius de Innocētia dicti querelati etsi supradicta pro eius absolutione, & liberatione sufficiant; tamē deuenire duxi ad dicta præfatorum testiū; & dico illos de aliquo prætenso delicto licet leui minime probare per dictum Reuerendum querelatum fuisse commissum.

Et deueniendo ad crimina obiecta secundum tenorem articulorum. Primo dico fuisse articulatum, quod ipse uocatus

tus noluit ire ad audiendum confessionem infirmorum: & tamen secundus testis depo nit, quod media nocte cum esset uocatus idem Plebanus ad dandum oleum Sanctū cuidam Antonio Brusco, quòd iuit ad illud dandum processu fol. 9. cum quo concordat octauus testis fol. 20. ter. & tertius testis ad defensam examinatus processu fol. 97. ter. & 98. & quartus testis fol. 101. ter. & fol. seq. & quintus testis fol. 105. sextus testis fol. 198. ter. neque à dictis testibus discordat decimus quintus testis fol. 40. &
16 à ter. unde cum duo testes † sufficiant ad probandum quodlibet factum l. ubi numerus. ff. de testibus. C. in omni eod. non est du bium de contrario illius, quod fuit articulatum super isto capite probari, neque curandum est de eo, quod deponit nonus testis, quod de nocte idem Curatus nō voluit ire ad audiendum cōfessiones, & nescire, quod eius culpa aliquis obierit sine confessione; cum unico testi non credatur per iura de super adducta, præsertim cum tot testes depo nant contrarium, de quibus supra, cum unico testi non credatur per iura supradicta.

Quo verò ad secundum articulum, dum in eo dicitur, quòd dictus R. Plebanus absque legitima causa recusauit audire confessiones nonnullorum: Respondetur similiter de contrario ex processu probari; nam uigesimatertia testis deponit, quod præfatus Plebanus noluit audire eius confessionem tempore Paschali, ex quo in domo sua receperat unam lamiam, quam eius filius fecerat ire in eius domo, prout ipsa deponit, ut signare faceret quendam eius cognatum: & propterea etiam voluit idem Plebanus, quod iret ad Reuerendissimum Episcopum Taruisij, prout ordinarij ad ipsos tales delinquentes transmitti iubent ad effectum illas corrigendi, & pœnitentias im ponendi, prohibendo confessoribus, ne tales absoluant, prout quotidie seruari uidemus, prout & ex causa recusauit audire cōfessionem tēpore Paschatis 29. testis, prout ipse testis deponit dicto processu fol. 74. & à ter. cum & ipse quoque dicat cum literis eiusdem Plebani fuisse transmissum ad eundem Episcopum Taruisinum, ex quo errauerat in Symbolo, & paucos dies post depo nit confessum fuisse eius peccata, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpsisse.

Circa verò contenta in alio subsequenti articulo, in quo dicitur, quòd noluit baptizare duas creaturas: Respondetur similiter in aliquo non deliquisse, etsi illas pro tunc baptizare recusauit, cum non essent de sua Parochia, neque erant tunc moribundæ: & ideo ipse dixit, quod illas portarent ad earum curatum, & in euentum quòd ipse nollet ipsas baptizare, quod deberent redire ad ipsum, offerendo se, quod illas baptizabit, prout deponit septimus testis ad defensam examinatus dicto processu fol. 109. ter. octaua testis, quæ deponit de facto proprio proc. fol. 110. ter. in fin. & fol. seq. ac nona testis fol. 111. ter. & f. 112. & à tergo.

Prout & de contrario apparet illius, quod dicitur subsequenti articulo, cum dicatur, quòd propter absentiam dicti Curati, cum iuerit Ferrariam de licentia Superioris citatus in signatura gratiæ occasione litis, prout patet suis remissorialibus Vicarij Taruisin. process. fol. 114. quòd per multos dies, & hebdomadas non fuerit celebratū, in eius Ecclesia, cum tātummodo semel in die dominico non fuit in ea celebratum, attento quòd Sacerdos, qui debebat celebrare, ad eam propter aquas accedere non potuit, prout deponit tertius testis ad defen sam examinatus fol. 98. & à ter. quartus testis d. proc. fol. 102. & à ter. & quintus testis fol. 105. ter.

Prout & de contrario apparet illius, quod dicitur in subsequēti articulo per articulantem, cum in eo dicitur, quòd certioratus dictus Plebanus fecit matrimoniū unius mulieris, quæ erat maritata, attento quòd ipse dictæ mulieris, quæ uocatur Catherina, & cuiusdam Mathei Pauani, qui insimul uolebant contrahere, fecit in sua Ecclesia debitas denuntiationes ad detegendum impedimentum, si quod inter ipsos extaret, ex quo insimul contrahere non possent, prout vltra alios testes hoc deponit decimus septimus testis d. process. fol. 46. & vegisimus testis dicto processu fol. 55. & a tergo, & nullum fuit detectum impedimentum: & ideo coniunxit illos in matrimoniū. Et licet Aloysius Andreolinus deponat, quod postquā audiuit, quòd dictus Plebanus faciebat dictas denūtiationes, quod eidem dixit, quod tale matrimonium inter præfatam Catherinam & præfatum Matheum non poterat contrahere, attento quòd dicta Catherina erat nupta, & talia uerba dicit dixisse ad præ-

præsentiam q. Antonij Angeli Zauani: Tamen eidem non venit credendum, cum idē Angelus Zauanus examinatus deponat ignorare, quod ab aliquo fuerit certioratus, quòd dicta Catherina alias esset nupta dicto processu fol. 43. cum non sit dubium,
17 quòd si aliquis examinatus † super illud, quod deponit, det aliquem in contestem, & ille neget, quòd non creditur, prout dicit Campeg. de testib. in reg. 410. in fi. Gram. in cons. 26. num. 20. & in cons. 38. num. 27. & seq. in crimi. Bursat. in cons. 69. num. 26. & seq. volum. 1. Hierony. Magon. decis. Lucen. 17. nu. 8. & seq. quod prius voluit Bal. in cap. cum causam num. 17. de testib. & idem Bal. in l. testium num. 12. & ibi Salyc. num. 7. C. de testib.

Prout & de mendacio conuincitur idem querelans in eo, quod dicitur in subsequēti Capitulo, dum dicit, quòd sine licentia superioris idem Plebanus desponsauit duo, qui diu in simul in carnali copula steterunt, cum de contrario cōstet ex eodem processu, scilicet fuisse factum dictum matrimonium de licentia Vicarij, prout patet fol. 112. ter. in fin. & seq. de literis transmissis eidem Vicario, ac in earum calce de ordine dicti Vicarij d. fol. 113.

Prout & de mendacio conuincitur idem querelans de eo, quod dicit in subsequenti articulo, quod dictus Plebanus non incumbit curæ suæ Ecclesiæ; & quòd sæpius relinquit Sanctissimum Sacramentum sine lumine, accipiendo pro se oleum luminariæ; cum contrarium deponat nonus testis, qui habet curam luminariæ dicto proc. fol. 23. ter. decimus testis eod. proc. fol. 26. & quintus testis fol. 15. qui etiam deponit, quod incumbit curæ suæ Ecclesiæ cum omni diligentia tam in celebrando, quam in alijs rebus curato pertinentibus; prout & deponit sextus testis ad defensam examinatus dicto processu fol. 108. ter. & quintus testis fol. 105.

Prout & nihil probatur de contentis in subsequenti capitulo circa candelas &c. Et quia indeterminata deponunt circa personam, & quia de auditu auditus testificantur, prout deponit super 12. articulo quintus testis fol. 15. ter. quartus testis fol. 37. decimus septimus testis fol. 47. decimus nonus testis fol. 52. Et vigesimus octauus testis fol. 62. vnde dubitandum non est aliquid non probare; & quia, vt dixi, nihil cōcludenter deponunt: & quia testes de auditu auditus in criminalibus nihil probant, vt infra dicetur. Et ideo standum est depositioni eius Plebani, de qua in proc. f. 85. & seq.

Quo vero ad articulum subsequentem, quòd idem Plebanus, vt vulgo dicitur, § de camisi habbia cauata molta tela da farsi collari, manichetti, & fazzoletti, § vltra quod non sit nec credibile, nec verisimile, nec factibile, tamen ex quo nihil probatur, imò magis probatur de contrario per depositionem Mariæ alias Ninæ 21. testis, quæ attestatur de facto proprio d. process. fol. 57. & à ter. nihil existimaui vlterius dicēdum pro sua defensione, cum non egeat, cum nulla adsit offensio.

Prout nec aliquid probatur de eo, quòd dictum fuit in subsequenti Capitulo, ubi dicitur, quòd dictus Plebanus habuit diu cōuersationem cum mulieribus inhonestis, & infamibus, tenendo illas de nocte in domo sua, cum tantum aliquando in eius domo iuerit eodem Nina, & permanserit bis aut ter de nocte necessitate exigente cum Ancilla dicti Curati, & cum ea dormiendo, prout eadem Nina deponit d. processu fol. 57. ter. & seq. prout etiam deponit in suo constituto idem Plebanus fol. 87. ter. & seq. prout nec aliquid probat quartus testis, qui deponit de auditu auditus, quod Catherina, quæ alias fuit ancilla dicti Curati, de nocte iuit ad eius domum, & quòd ignorat cuius famæ sit dicta mulier, an bonæ, vel malæ famæ, prout patet dicto processu fol. 12. prout & de auditu auditus deponit decimus octauus testis, dicendo audiuisse diciquòd d. Catherina, postquam discessit de domo dicti Curati, iuit ad eius domum super muros. Et de auditu auditus etiam deponit vigesimus octauus testis fol. 75. & dicit, quòd dicta Catherina fuit semel visa egredi de fenestra dicti Plebani. Quos quidem testes vltra inuerisimile illius, quod dicunt, nihil probare indubitatum est: cum certa sit iuris conclusio, testes
18 † de auditu auditus, ut supra dixi, in criminalibus nihil probare, prout dicit Alex. in cons. 72. num. 8. in fin. vol. 1. & in consil. 1. nu. 4. in fin. & seq. vol. 3. Marsil. in cons. 76. num. 25. Paris. in cons. 164. num. 5. vol. 4. & ante eos Spec. in tit. de testes §. 1. nu. 53. in fin. Angel. de Castr. inter crimi. diuers. cons. 94.

conf.94.num.3.& seq.vol.1.Barth.Veron. in conf.1.num.18.in crim. Domi. de Sancto Gemin.in conf. 142.nu.5.& Aymo in conf.281.nu.5.in ver.secundo.

Prout & nihil probant propterea quam plures alij testes cõtra eundem Plebanum examinati,qui similiter circa alia de auditu auditus deponunt,veluti decimus septimus testis fol.46.& 47.ter.& seq. decimus octauus testis fol. 49.ter. decimus nonus testis fol.52.& à ter. vigesimus testis fol. 54. ter. & 56.vigesimus primus fol.58. & à ter. vigesimus secũdus fol.59.ter.& seq.decimus quintus testis fol.41.& trigesimus testis fol. 75.vigesimus octauus testis fol.69.ter.& vigesimus nonus fol.72.& 73.

Prout & calumniose dictum fuit contentum in sequenti articulo,cum dicatur,quòd licet præfatus Plebanus esset sanus, quòd in tempore quadragesimali, & in die Veneris comedit carnes; cum & causa legitima ægritudinis,& indispositionis, prout patet ex testimonialibus medicorum,& de licentia superiorum alias aliquãdo comederit,prout patet d.process.fol.113.ter.& fol. 114.& sequen.

Prout & de mendacio conuincitur querelans in eo,quod dicit in subsequenti & penultimo articulo, vbi articulatur, quòd dictus Reuerendus Plebanus verberauerit eius patrem,& ipsum & eius matrem de domo propria de nocte expulerit: cum tam ex eiusdem sui patris literis directis q.Clarissimo D.Antonio Georgio, de quibus in process fol.119. quam ex suo constituto iuramento penes acta facto vsque sub die 10. præsentis mensis Septembris,in quo attestatus fuit per calumniam, & à suis inimicis dictũ Reuerendum Plebanum suum filium fuisse querelatum de supradictis, dicendo semper à dicto eius filio fuisse tractatum tam in alendo,& vestiendo,quam in alijs rebus bene,& prout bono filio conuenit, & in illa nocte sponte discessisse de eius domo cum eius muliere, & alio eius filio bannito: ex quo idem R.Plebanus dictum eius fratrem noluit receptare in domo timore superiorum, cum bannitus esset. Cum quo dicto concordat etiam R. Presbyter Petrus de Gobbis Rector Parochialis Ecclesiæ de Rustica primus testis ad defensam examinatus, vltra alios, de quibus infra dicetur, qui optimam causam scientiæ reddit; ex quo dixit conuersasse & practicasse in domo dicti plebani,& alia dici audiuisse à fratre dicti Curati;cum non sit dubium omnino credendum in hoc dicto eius patri, cum de facto proprio attestatus fuerit cum suo iuramẽto;prout dicit Salic.in l.si quis Decurio nume.4. in princ. C.de lege.Cornel. de fals.Marsi.in sua practic.crimi. in §. diligenter nu. 130. in fin. & sequen.Socin.iuni.in conf.61.num.8.in vers.Præterea vol. 1.Afflict.decis. 369. nume. 7.Bartho.Veronen. in consil.16. nume. 14. volum.2.in ciuil. & valde corroborat hanc conclusionem Ias.licet simpliciter eam non sequatur in l.Admonendi nume.94. ff. de iureiuran. & Aluar. Valasc.in suis consultat. rerum iudicat.in Regno Lusitan. consultat. 73. in prin. Licet etiam ipse simpliciter eam non sequatur; tamen in hoc omnes Doctores
19 concordant,quòd si cum dicto testis,† qui de facto proprio deponit, concurrunt aliquæ coniecturæ, uel indicia, quòd plene probet,prout dicit in prçcitata l.admonendi Ias.sub nu.96.in fi.ff.de iureiur. Castren. in l.quicunque in fin.C. de seru.fug.Aluar. Valasc.in præcitato loco nu. 4. in uers. aut uero.Et late tradit Socin.in fallen.reg. iur. 507.in ver. Testi uni in secunda limitatione fol.mihi 519.vbi dicit, uni testi esse plene credendum de facto proprio deponẽti, concurrentibus cum eius dicto alijs indicijs. Vnde attento quòd cum dicto præfato eius patris concurrat etiam testimonium dicti Reuerendi Plebani de Rustica, non est dubium plene eidem esse credendum per supradicta, accedentibus etiam literis dicti sui patris diuerso tẽpore scriptis præfato olim Clarissimo D.Antonio Georgio, de quibus supra. Et cum dicto præfati eius patris concordat etiam tertius testis similiter ad defensam examinatus, de quo in processu fol.98.ter.& fol. seq. & quòd dictus Reuerendus Curatus dederit frumentũ dicto eius patri & eius matri,dicit quartus testis similiter ad defensam examinatus fol. 103. Ex quibus redditur uerissima depositio dicti eius patris per supradicta.

Neque obstat si diceretur, quod sicut laici,& mulieres non admittuntur in testes cõtra clericos in delictis criminaliter intentatis;prout supra late demõstratum est;quod pari modo per clericum in testes ad eius defensam induci non possint: quia ad hoc respon-

refponderetur ad defenfionem clerici tales
20 teftes † à iure admitti, prout dicit Feli.in d. c.de cætero num.8.& ibi Aret.num. 11. de teftib. Petr. de Anch. in c. cum P. Manconella in fin. de accufat. & idem Aret.in l. 1. §.fin.ff.de uerb.oblig.

Quo uero ad articulos cōcernentes fructus & redditus eiufdem fuæ parochialis Ecclefiæ, quos caffari, & tolli de proceffu mandauit Vicarius Taruifinus per fuum decretum in reliquis mandando contra formam iuris; tamem ad vlteriora procedi, de quo patet proceffu fol. 78.& de præcedenti inftantia fol.77.& à ter. Cum aliquid nō interfit querelantis, quos fructus habeat dicta Ecclefia, maxime quod cū dictus querelans de illis volebat probare ad effectum, ut appareret, quòd circa illos periurium commiferat in manibus Epifcopi idē querelatus; & tamen non dixit idem querelās, quos fructus & reditus haberet, dixerit dictus Plebanus dictæ fuæ Ecclefiæ, & quomodo, & qua occafione iuerit, ut concluderet querela, fed quia querelans volebat tantum probare de reditibus, ut per indirectum fieret illa probatio circa quantitatem fructuum, quæ fuit denegata à Rota, & à Sanctiffimo D.N.in fignatura gratiæ, dum litigabat idem querelatus contra Reuerendum Iacobum Vonicum fuper certa per eū prætenfa penfione, prout conftat ex commiffione à Sanctiffimo D.N.reiecta, & teftimonialibus illam ponentis in actis productis. Et ideo idē Vicarius caffauit, & caffari mandauit dictos articulos, ne per indirectum probaretur illud, quod uia directa probari non potuit, ftante dicta reiectione Rotæ, & Papæ.

Quibus ftantibus non eft dubium debere per Illuftriffimam & Reuerendiffimam D.V. fententiari, & iudicari ad fauorem dicti Plebani fecundum per eum petita, con-
21 demnarique dictum querelantem † in expenfis in hac caufa factis; cum nihil probauerit, & calumniofe querelauerit ftante ēt fideiuffione per eum producta de foluēdis expenfis, de qua in proceffu fol. . . . . prout de iure condemnari debet; prout vo-
* luit Marfi. de communi atteftando. Et ita in confulendo & iudicando effe tenendum in conf.36.num. 1. & 2.& prius de communi dixit Bar.in l. 1.nu. 13.ff.ad Senatufcon. Turpil.fequitur Soc.iun.in conf.36.nu. 14. uol. 2. Couarr.practic. quæftio.cap. 27. nu. 2. Aret.in c.accedens num. 13. de accufat. Purpur.conf.446.nu.38. Anto. de Padill. in l. tranfigere num.4. C.de tranfact. Abb. in cōf.5.in primis uerbis uol.1.idem Marfi. in conf.6.num.6.Bertaz.in conf.8. nu. 70. in fin.& feq. vol. 1. in crim.Angel.in tract. Malefi.in uer.ad querelam num. 73. Idem Marfil.in fua prax.crim.in §.fupereft.nu. 1. & feq. Gramm.in decif. 39.nu.8.& de communi Canonift.refert Abb.in c. finem litibus, num.24.in princ.& ante fin.de dolo & contuma. Collecta.in d.c.accedens nu. 13. de accufat. & etiam de cōmuni dicit Diaz. in fua practi. Canon.crim.c. 144. Et nouiffime Rot.Senenf.decif.crim. 1.nu.13. & feq. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus I.V.D. de Vulfinio.

ARGVMENTVM.

Conftitutio Gregorij xiij. de public.Benefic.refignat. perpenditur: Et cafum Confilij huic Conftitutioni non fubiacere, defenditur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum publicatio intra quod tempus ex Conftit.Gregorij xiij. & à quo fieri debeat.*
2 *Regula de triennali quos tueatur.*
3 *Conftitutio Gregorij xiij. an deroget regulæ de annali & triennali. & nu.5. & 6.*
4 *Regula de triennali non tuetur intrufum.*
6 *Derogatio Conftitutionis habētis decretum irritans debet effe nominatim, & expreffa.*
7 *Poffeffionem adeptus, fi eam continuat, videtur publicare.*
8 *Forma tradita in Conftit. Gregorij xiij. eft ad vnguē feruanda: qua quando per æquipollens feruetur, uide nu.feq.*
10 *Ius præfcriptionem tollens non cenfetur tollere centenariam præfcriptionem.*
11 *Prouifio facta à Papa fi annulletur facta publicatione, fatisfactum tamen eft Regulæ de public.refigna.*
12 *Iudici ad euitādum fcandalum licet legem tranfgredi, & à iuris ordine recedere.*

CON-

CONSILIVM CLXIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



VISIS dubijs mihi trāsmissis, breuitati studendo, prout consultorem decet, cum res agatur coram peritissimo iudice, dico quòd si hodie essemus in puris terminis constitutionis felic. record. Gregorij PP. XIII. circa publicationes faciendas beneficiorum resignatorum editæ, quę in suo ordine est 87. & quòd Plebanus de Lamono nō stetisset in pacifica possessione Parochialis Ecclesiæ Sancti Petri, de qua agitur, per spatium annorum quatuordecim, prout in facto mihi præsupponitur stetisse, præcedente prouisione eidem ab ordinario facta vigore permutationis alterius Ecclesiæ, quam tunc possidebat; non esset dubium, quod in præsenti esset transactum tempus, & ad literas Apostolicas suæ nouæ prouisionis executori præsentandum, & ad resignationem publicandam, prout teneretur, ut infra dicetur: Cum data dictarum literarum sit sub die, 6. Augusti 1599. & illarum præsentatia executori fuerit facta sub die 13. mensis Augusti præsentis anni. 1600. attento quòd citra montes infra sex menses, & vltra montes intra
1 nouem publicatio † fieri debeat, prout cauetur in principio eiusdem constitutionis in illis verbis, vt posthac omnes resignationes &c. alias uoluit nullam & irritam esse prouisionem, prout cauetur ex illis alijs verbis, quod si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit &c. Et talis publicatio etiam fieri debet ab illo, qui de tali beneficio ob non resignationem factam apud Sedem Apostolicam vacan. prouideri obtinuerit, prout patet ex illis alijs subsequentibus verbis eiusdem constitutionis, & quicunque sic impetrans &c.

Tamen stante dicta longa possessione 14. annorum ordinaria prouisione præcedente habita, non uidetur eundem plebanum subiacere dispositioni dictæ constitutionis circa literarum præsentationem, & publicationem, cum per regulam de triennali, ex quo non fuit in eodem beneficio intrusus, neque per simoniam de eo prouisus, in eo tuetetur; & si eius titulus, ex quo non publicauerat intra tres menses, cum permutatio fuerit coram ordinario facta, & admissa, prout patet ex illis alijs verbis constitutionis, de beneficijs autem redactus fuerit ad non titulum, per dictam constitu-
2 tionem, cum tueatur † in simili casu nedum illū, qui de ecclesia parochiali fuit prouisus, & intra annum non fecerit se ad sacerdotium promoueri, si per triennium possederit, licet eius titulus redactus fuerit ad non titulum, prout in casu nostro, cum eadem parochialis uacet ipso iure, & alteri possit conferri per c. licet canon, & c. commissa de electio. in 6. uerum etiam & tueatur in fortioribus terminis illum, qui duas parochiales obtinuerit, & per trienniū possederit, licet nullum titulum, nec coloratū, à principio habuerit, prout late firmat Sarnen. in d. reg. de triennali, quæst. 10. per totum, vbi ad partes relatis opinionibus præsertim in ver. istis tamen non obstantibus, dixit sic Rot. tenere, & in vtroq; casu possessorem triennalem in sua possessione defendere.

Neque aliquid obstat, si diceretur, quòd
3 per dictam constitutionem derogetur † regulæ de annali, & prædictæ regulæ de triēnali in illis verbis videlicet: Nec resignantibus, seu cedētibus, si postea in sua possessione remaneant, constitutiones de annali & triennali possessore nec præsumpte, aut tacite retrocessiones etiam propter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi toleran tiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragetur: Quia adhoc respōdetur, dicta verba constitutionis non derogare prædictis regulis de triennali in præiudicium resignatarij, sed resignantis, & cedentis beneficium; prout clare sonant eius verba: vnde de eis quęstio habēda nō est p l. si ille, aut ille §. cum à verbis. & l. non aliter. ff. de legat. 3. Nec mirum, quia ex quo resignans statim facta resignatione remanet sine titulo aliquo beneficij resignati, nec ad illū potest amplius aspirare admissa resignatione stante dicta constitutione, ad idem Pute. decis. 158. lib. 3. & Caputaq. decis. 19. parte. 1. Merito, & per cōsequens
4 non potest tueri à regula, † quæ non tuetur intrusum; cum facta resignatione, & abdicato

cato à se titulo, incipiat tanquam intrusus possidere: quod dici non potest de resignatario, qui à principio habuit bonum titulũ, & accepit in vim illius possessionem: & sic non fuit intrusus: & licet postea ob non publicationem, transacto tempore ad publicandum assignato, irrita effecta fuerit eius prouisio, & ipso iure uacaret eadem Ecclesia; tamen ex quo per triennium pacifice possederit, imo & per diuturnum tempus, à dicta regula defenditur; prout & defenditur ille, qui prouisus fuit de parochiali Ecclesia & intra annum non fecerit se ad sacerdotium promoueri, licet ipso iure postea vacaret, vt supra est dictum.

Et ideo Papæ visum non fuit, cum militet diuersa ratio, derogare dictæ regulæ
5 † in præiudicium resignatarij, qui bene fuit prouisus, & adeptus fuit beneficij possessionem, licet postea non publicauerit, & ceciderit à suo iure, & ante triennium ab alio impetrari potuisset; quod dici non potest de resignãte per desuper adducta. Et quod eadem constitutio de resignante & resignatario disponat, ut de diuersis personis, patet ex illis alijs verbis eiusdem constitutionis videlicet. Nominaq; & cognomina resignantis, seu cedẽtis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuntientur, ita vt hæc omnia possint ad notitiã omnium ibi existentium peruenire.

Cum igitur regulæ Cancellariæ dero-
6 gatio † debeat esse nominatim & expressa, cum habeat decretum irritans, prout dicit Feli. in c. nonnulli nu. 7. de rescript. Cassad. decis. 38. nume. 11. super reg. & Sarne. in procem. reg. quinta quæst. præsertim in ver. Et hoc vlterius, & quæst. 6. in fin. nec clausulæ enim, quantumuis generales sufficiant ad illius derogationem, prout dicit Paris. de resignat. Benefi. lib. 8. cap. 8. num. 122. & seq. tomi 2. Remanet resolutum, quòd dictæ regulæ de triennali in præiudicium resignatarij non fuit derogatum. Et quòd dictus Plebanus à dicta regula tuebatur in possessione eiusdem Ecclesiæ per supradicta, nec alia noua prouisione indiguisse; cũ per dictam triennalem pacificam possessionem præsumerentur omnia circa dictam resignationem per dictum Plebanum legitime gesta, prout dicit idem Sarne. d. q. 10. in ver. itaque hodie.

Et licet idem Plebanus à dicta defensione regulæ, & præsumptione, quæ per ipsam inducebatur, recesserit, recurrendo ob defectum non publicationis factæ ad gratia S. D. N. supplicando, quòd siue dicto, siue alio quouis modo vacaret tunc eadem Ecclesia, etiam si iuxta Lateranensis Concilij statuta tanto tempore uacasset, quòd eius collatio, & prouisiò deuoluta esset ad Sedem Apostolicam, quòd illam eidẽ conferre vellet, prout prouideri obtinuit; tamẽ non videtur subiacere dispositioni dictæ constitutionis; & quia non se restrinxit ad vnum modum tantum vacationis iuxta formam constitutionis prædictæ sed ad plura, prout cauetur eisdem literis in ver. siue ut præmittitur, siue aliter quouis modo &c. & per consequens cum aliter quam per dictã constitutionem vacare potuerit tempore datæ literarum; merito non videtur subiacere dictæ publicationi. Ad quæ faciunt dicta Sarnen. in reg. de publicand. resignat. quæst. 16.

Prout nec videtur subiacere dispositioni prædictæ constitutionis quo ad publicationem faciendam de nouo: ex quo non potest negari, quin plus quam facta fuerit publicatio de dicta prima uacatione, & sua prouisione; postquam præfatus Sebastianus permansit in possessione eiusdem ecclesiæ per spatium quatuordecim annorum, ut
7 verus Rector; cum qui adeptus fuit † possessionem, & eam continuauit, videtur publicare, etiamsi per paruum tempus possideat, nedum per spatium tanti temporis, licet publicatio & possessio censeantur uti diuersa d. quest. 11. in princ. quia per illam uidetur satisfactum menti cõstitutionis iuxta ea, quæ tradit Roma. in casu regulæ de publicandis resignat. in cons. 433. col. 2. in uer. septimo considero & seq. per totum vsque ad verbum circa secundum; & ita tenuit etiam Rota. Cassad. decis. 26. super regul. per totum. & Sarnen. late in d. regula de publi. resignat. quæst. 11. per totum. & Paris. in cons. 39. nu. 27. cum sequentibus, vol. 4. & licet in dicta constitutione sit data
8 forma, † quæ debet ad unguẽ seruari, alias omissa actus redditur ipso iure nullus, prout dicit late Roma. in cons. 236. nu. 8. Ioan. de Amic. in cons. 70. nu. 6. & in cons. 77. nu. 2. & Roland. in cons. 99. nu. 17. vol. 1. & latissime in cons. 72. nu. 54. usque in fi. uol. 3. & Ceph. in cons. 421. nu. 46. uol. 3. nihilominus

9 lominus quando forma † respicit certum
effectum, prout in casu nostro potest impleri per æquipollens, prout firmat Dec. sic limitando dictam regulam in l. si mater nu. 4. C. de instit. & substit. allegat adhoc l. iubemus. C. de testam. vbi nomen hæredis exprimi debet pro forma à testatore; & hoc solum fit ad habendum certitudinem, unde sufficit certitudo, quæ in effectu habeatur, quem sequitur Sam. in proxime citato loco omnino viden.

Neq; p̄ dictis videtur aduersari illa uerba cōstitutionis uid. cæterum modus & forma hic tradita &c. per quæ prohibetur per ęquipollēs talem formam adimpleri posse: Quia adhoc respondetur, non uideri esse intelligēdum, ut tollant publicationem inductam per possessionē tanti temporis quatuordecim annorum, prout sumus; sed si per spatium paruissimi temporis esset capta possessio; ad quod induco hoc simile iuris fun-
10 damentū, nam licet ius † tollat præscriptionem, non censetur tollere præscriptionem centenariam, sed triginta, vel quadraginta annorū: prout etsi tollit cōsuetudinem, quia non censetur tollere immemorabilē, sed tātummodo per spatium quadraginta annorum inducta. Ad quod etiā facit, ꝙ per decennalem possessionem præsumatur ēt titulus, quod non præsumitur in minore tempore. Ergo tantum tempus licet non defendat præfatum Plebanū à nullitate præfatæ primæ prouisionis in vim permutationis facta corā ordinario; ex quo ad nouam gratiam S. D. N. recursum habuit: tamen uidetur eum defendere à noua publicatione ad dicta per Semenf. in reg. de publican. resignat. q. 11. In uer. Et licet prouisio, ubi dicit
11 quòd licet prouisio † obtenta à Papa annulletur, non tamen tollitur, quin per eā facta fuerit publicatio coram Principe, quæ consistit in facto, & ꝙ illa sufficit ad effectum, ut dicatur satisfactum præfatæ regulæ de publi. resign. quibus addo, quod oriri posset etiam non modicum scandalum penes suos Parochianos, uidentes per eam publicationem, si hodie fieret; ipsum de facto per tantum temporis spatium præfatam Ecclesiam, & non ut uerū plebanum possedisse. Vnde etsi circa prædicta aliqua permaneret difficultas penes Iudicem executorē, quod non credo, illa non attenta, potest, & debet deuenire ad executionem dictæ nouæ prouisionis non obstante lapsu anni à die obtentæ gratię ad diem præsentationis
12 literarum: cum & iudicibus † & magistratibus propter metum periculi, uel scandali à iure concessum sit legem transgredi, & à iuris ordine recedere, prout expresse firmat Bal. in l. si quis filio §. hi autem num. 4. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Et ad dicta per Inno. in c. 1. de constit. & Bal. late secutus fuit Feli. in d. c. 1. num. 49. in uer. fallit septimo, ubi multa alia accumulat ad istud propositum facientia, de constit. & est addi. ad Rotæ. decis. 12. de restit. spoliat. in noui. & ista sufficiat me dixisse pro præfatorum dubiorum resolutione; & ad domonstrandum, ꝙ præfatus plebanus non uideatur amplius teneri ad publicandum, stante præfata eius longa possessione quatordecim annorum eiusdem Ecclesiæ, in qua pacifice, ut uerus Rector permansit. Laus Deo.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Sententia de erigenda in alterius parochia noua parochialis Ecclesia oppugnatur, tanquam nulla ob omissas causas requisitas.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti Papæ forma seruanda est, alias nullum est, quod agitur.*
2 *Sententia contra primam, quæ transiuit in rem iudicatam, lata, non ualet, fallit hodie, & ampliatur, ut ibi.*
3 *Sententia nulla non impedit secundam sententiam.*
4 *Nullum quod est, effectum præstare non potest.*
5 *Nullitas sententiæ ex eisdem actis resultans impedit executionem.*
6 *Sententia euidenter iniqua est nulla, nec transit in rem iudicatam, nec exequi potest.*
7 *Ecclesiæ nouæ parochialis erectio in alterius parochia ut fieri possit, quæ requirantur.*
8 *Lex quando aliquid disponit faciendum ex causa, de causa prius, quam fiat, constare debet.*
9 *Iudici asserenti de causa non est credendum, nisi constet ex processu.*
10 *Legis dispositio locum habere non potest, nisi uerificatis omnibus à lege comprehensis.*
11 *Quæstio mota super possessione an, & quomodo rem efficiat litigiosam.*

CONSILIVM CLXIV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



N causa de Arsedo tertia
Retardari non potest exe
cutio sententiæ Clemen-
tini, etsi coram eo non fuit
producta sentẽtia lata per
Illustrissimum Episcopũ
Paduanum super erectione facienda Eccle
siæ Sancti Ioannis, de qua agitur, in paro-
chialem, prout erexit illam dismembrando
ab Ecclesia Archiepiscopali de Arsedo li-
te pendente de anno 1594. Et quia Papa
mandauit illam exequi per suum rescriprũ
1 ab aduersarijs obtentum, cuius forma † se-
quenda est, alias nullum esset, quod agere-
tur, prout dicit Caballi. in Milleloq. 762.
per totum Aegid. in Clem. religiosi. num.
31. de decim. & Hosti. in c. cum olim el 1.
num. 4. de offic. deleg. Tum quia licet regu-
2 lare sit, quod sententia † contra primam
sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam,
non valeat etiam in diuersa instantia lata,
prout post Ioan. Andr. Bal. Butr. & Imol.
tenet Felin. in c. inter Monasterium sub nu-
me. 15. de re iud. per tex. in l. 1. C. quando
prouoc. non est neces. & per tex. in §. item si
sententia lata fuerit & ibi glo. 2. 9. 6. tamen
hoc non procedit, quando prima sententia
est nulla, prout nulla est præfatata senten-
tia erectionis, ut infra dicetur, quia tunc be
ne secunda sententia contra primam lata
ualet, & tenet, prout firmat Felin. in d. c. in-
ter monasterium sub num. 21. in 6. fallen-
tia, ubi ẽt dictæ regulæ addit etiã alias quin
decim fallentias de re iudi. Quod procedit
etiamsi secunda fuit lata non pronunciato
super nullitate primæ, prout dicit Felin. in
præcitato loco in princ. Et prius dixit Paul.
de Cast. in d. l. 1. num. 2. in ver. item requi-
ritur C. quando prouoc. non est neces. per l.
fin. C. de sent. quæ sine cert. quant. profe-
runt. Et hãc limitationem amplectitur etiã
Domi. de Sancto Gemi. in d. §. item si sen-
tentia lata sub num. 11. in ver. Secundo ca-
su 2. 9. 6. Et not. Bal. num. 3. in d. l. fin. C.
de sent. quæ sine cert. quan. quod fortius
procedit in casu nostro, cum idem Episco-
pus secutus fuerit eandem nullitatem sen-
tentiæ Galerij, quæ fuit declarata nulla
per Clementinum ad dicta per Roma. in
consilio 378. numero secundo. Et quod
3 sententia † nulla non impediat secundam
sententiam, dicit idem Domi. in cons. 29.
post princ. sub tit. de præben. inter consilia
Cald. posit. & hoc per illam vulgatam regu
lam, quòd quæ de iure non tenent, nullum
præstent impedimentum cap. non præstat
de reg. iur. in 6. & Rimi. iun. in consil. 452.
nu. 52. vol. 4. vbi similiter dicit, quòd illud,
4 quod nullum est † non potest præstare effe-
ctum. Paris. in cons. 109. num. 1. volum. 3.
vbi dicit propterea fideicommissum nulli-
ter factum peti non posse: ad idemque mul
ta congerit Felin. in cap. ex tenore num. 2.
vbi dicit similiter inter cætera de processu,
uel sententia nulla in rescripto non esse fa-
ciendam mentionem; & num. 4. vbi ad re-
gulam præfatam multa accumulat, de re-
script. Et propterea etiam Aegid. in tract.
de permut. benefici. quæst. 3. num. 5. dixit,
quod illud, quod nullum est, rescindi non
potest, & hinc etiam est, quod nullitas sen-
5 tentiæ † ex eisdem actis resultans, uel de
qua in continenti doceri potest, impedit il-
lius executionem, Caputaq. decis. 164. par.
2. & optime Felin. in cap. inter cæteras nu-
me. 10. & sequen. de re iud. & facilius impe
diri sententiæ executionem incidenter, &
per viam exceptionis, prout impediri de-
bet in casu nostro effectus præfatæ senten-
tiæ Episcopi, stante illius nullitate, quam
per uiã principalis petitionis, dixit Bero. in
consil. 85. num. 9. volum. 3. & quod dicitur
de nullitate sententiæ, censetur etiam di-
6 ctum de sententia euidenter iniqua, † de
cuius iniquitate ex actis constat, & quòd
contra ius partis sit lata, quæ similiter nulla
censetur, & nunquam transit in rem iudica-
tam, nec exequi potest, prout late firmat
Barbat. in cons. 11. nu. 33. vol. 2. Aymo. in
cõs. 373. nu. 4. vol. 3. Purpu. in l. magistrati-
bus nu. 31. in ver. tamen ff. de iurisd. omni.
iudic. & optime Felin. in d. c. inter cæteras
nu. 10. in uer. vnde inquit Cardi. & nu. seq.
vbi etiam dicit idem procedere etsi noto-
rietas iniustitię superueniat post sentẽtiam,
omnino viden. de re iud.

Et quod d. sñia nouæ erectionis per prę-
fatum Episcopum Paduanum sit euiden-
ter ini-

ter iniqua, & nulla, patet expresse: Nam clarum est in iure ad erectionem nouæ Ecclesiæ parochialis † in alterius parochia
7 deueniri non posse in præiudicium maioris Ecclesiæ, & illius Rectoris, nisi ex causa necessitatis, seu magnæ incommoditatis, uidelicet, quando ob distantiam, seu difficultatẽ itineris parochiani absque magno incōmodo non possunt ire ad maiorem, siue matricem Ecclesiam pro sacramentis percipiendis, aut diuinis officijs audiendis, prout disponitur in cap. 4. Conc. Triden. §. ijs uero, sessio. 21. de reforma. & in c. ad audientiam, & ibi gl. in ver. magna difficultate, & Abb. n. 2. & seq. vbi dat etiã rationẽ. Et dicit hoc regulare esse, ut noua Ecclesia parochialis non erigatur in alterius parochia absq; causa, cum de iure communi regulariter prohibitum sit, & ex causa tãtum necessitatis, seu magnæ incommoditatis cōcedatur, prout dicit glo. de Eccles. edifican. vnde ꝓ libito voluntatis hoc ordinarij facere non possunt, sed tantum vna præfatarum causarum præcedente, de qua constare debet legitime per formationem processus etiã par
8 te vocata, cum quando lex aliquid dicit, seu disponit faciendum ex causa, de causa prius constare debet, antequam fiat ordinatum, prout dicit Bar. in l. item si suspectus ff. de procura. Dec. in l. 1. num. 7. ubi etiam dicit causam debere inseri, ut actus iustificetur, cum recedatur à regula communi. Et ibi ẽt Soc. Sen. in prin. C. de edend. Ceph. cons. 421. nu. 62. vol. 3. & late Ias. in l. 1. nu. 58. & ibi latissime Purpu. num. 69. & seq. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & optime Alciat. in tract. de præsumpt. in reg. 3. prẽsũpt. 9. col. fin. in 5. fallent. & in c. quod sedem nu. 15. & seq. de offic. ordin.

Neque prædictis aliquid obstat, etsi dicatur dictum Illustrissimum D. Episcopum asseruisse in dicta sententia erectionis de
9 causa, quia dictæ suæ assertioni † non venit credendum; cum ex processu non constet in præiudicium tertij, prout in casu nostro; sicut in terminis format late idem Alciat. in dicto cap. quod sedem sub nume. 19. & seq. de offic. ordina. Et uoluit Angel. in cōsilio 107. in fin. ubi dicit, quòd licet iudici concedatur à iure, quod possit sibi aduocare possessionem alicuius loci letigiosi ob suspicionem, ne partes deueniant ad arma, quòd nihilominus ad talem aduocationem deuenire non potest, nisi prius de tali suspicione constet, & discutiatur parte præsente, de cuius præiudicio tractatur; & quòd non creditur iudici asserenti ita esse, nisi ex actis appareat, quem secutus fuit Cephal. in consilio 421. nume. 60. uol. 3. & voluit Ias. in l. prima, numero 60. in ver. Ego teneo ff. de offici. eius. cui mand. est iurisdict.

Quod fundamentum comprobatur ex illa alia iuris dispositione, quæ se habet, 9
10 legis dispositio † locum habere non possit, nisi verificatis omnibus in lege comprehensis, prout dicit Iacob. Butr. in l. mancipia, & ibi Fulgo. num. 3. C. de seru. fugit. quod firmat latè Felin. in cap. cum nonnulli sub nu. 34. in uer. vbi verba legis, & in uer. amplia, de rescript. Caballi. in nulleloq. 218. par. 1. & optime Alciat. in c. cum ab homine in secunda lectu. num. 8. in fine & seq. de iudi. & Abb. in cons. 42. num. 1. in ver. oportet; volumine 1. vbi dicit, quòd vbi iuris dispositio fundat se super aliena qualitate, necesse est illam prius probari, tanquam fundamentum dispositionis.

Et ideo cum dictus Episcopus processerit ad sententiam prædictam & ad dictam erectionem, non uerificata causa magnæ incommoditatis, seu necessitatis ob distantiam, seu difficultatem itineris prouenien. ut est dictum, imo nec quòd dicta Ecclesia maior abũdaret redditibus ultra sufficiẽtes pro illius Archipresbytero, prout necesse erat verificari ad hoc, ut illi minui possint, non ut fecit, iuxta formam dicti cap. ad audientiam, & ibi glo. in ver. conuenienter. vbi dicit, nisi abundent, non permitti diminui in præiudicium. Rectoris & ibi Ioan. And. & alij de Eccles. ædifi. non est dubiũ illam iniustam & nullam fuisse, ac esse una cum collatione superinde secuta in personam dicti presbyteri Aduersarij, ad dicta per Bero. in consil. 155. num. 40. & seq. uolum. 1. vbi licet etiam dicat num. seq. quod
11 quæstio † mota super possessione non faciat esse rem litigiosam respectu petitorij,
* prout & hanc esse commmunem opinionem dicit etiam Curt. iun. in cons. 165. nu. 5. tamen negari non potest, quin quæstio mota super possessione faciat rem ipsam esse litigiosam; & operetur quòd talis possessio non possit alienari, prout dicit idem Cur. iun. d. cons. 165. nu. 6. vbi etiam

* subdit sic concludere Abba. & communiter scribentes in c. 1. de confir. vtil. vel inutil. & inducere malam fidem, & fundamentū non posse fieri ad fauorē possessoris, prout ipse dicit, & num. 7. & nullum effectum impeditiuum præstare, quin exequatur dicta sententia Clementini per l. nō dubium, præsertim in illis verbis, sed etsi quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus C. de legib. E per iura desuper allegata. Et ista sufficiant. Et ita fuit iudicatum.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Articulorum impertinentia atque irreleuantia in materia locationis, stante locationis Instrumento, discutitur, atque examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes & irreleuantes admittendi non sunt, etiam cum clausula saluo iure impertinentium.*

2 *Probationes apparenter impertinentes vel non admittendæ admitti a iudice nō debent, etiam cum protestatione, & clausula; & quare.*

Partibus expedit non grauari sumptibus duplicatis, uel superfluis.

3 *Instrumentum est probatio probata, quæ neque discussione fori, neque vlla disputatione indiget.*

4 *Instrumentum est ueritas apparens, ex quo duæ oriuntur præsumptiones: altera, quod verum, altera quod solenne sit.*

Contenta in instrumento certa manifesta dicuntur.

5 *Verba instrumenti partium verba censentur.*

6 *Articulorum irreleuantia & impertinentia in præsenti casu unde oriatur, perpenditur, & nu. 10*

7 *Astringi nemo debet ultra id, quod est conuentum. & num. 11.*

8 *Positiones faciens omnia in eis contenta censetur approbare.*

9 *Ponens censatur fateri, quod ponit, secus est in articulante.*

Confessio ponentis per positiones quam vim habeat.

10 *Iuramentū veritatis & calumniæ in quo differat.*

12 *Conductor fructus futuros spe emit; & quando mercedis sit facienda remissio læsione accepta.*

Læsio in fructibus rei locatæ quæ remissione mercedis digna sit: & quomodo consideretur talis læsio, remissiue, & nu. 22.

13 *Locator quid præstare teneatur ut conductor frui possit re locata.*

14 *Locata res, tradita non dicitur, nisi duret toto tempore conuento.*

15 *Conductor protestari, & denuntiare debet locatori, si impeditur uti frui reb. locatis, si mercedis desiderat remissionem; & quando id fieri debet.*

16 *Damnum, quod conductoris culpa euenit conductorem sequitur, non locatorem.*

17 *Scientia conductoris, qui prædia in malo territorio, vel tempore belli conducit, ipsi nocet quoad de mercedis remissionem.*

18 *Remissio mercedis nulla fit, si uitio rei; vel consueto casu damnum contingat.*

19 *Conductor quibus casibus remissionem mercedis rei conductæ recipiat ex iuris dispositione. & seq.*

20 *Doctores uarij sunt in cognoscendo casum remissionis mercedis rei locatæ.*

21 *Damno non ex quolibet fit mercedis remissio rei locatæ.*

22 *Remissio mercedis ex communi Doctorum opinione quo casu sit facienda conductori. & nu. 12.*

23 *Sterilitas quæ mercedis remissionem inducat.*

CONSILIVM CLXV.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN causa affictus Spalaten. arti-
1 culi † per R. Petrum Marcellum & socios producti cum sint notorie impertinentes, & irreualentes, cum aliquo modo illi non adminiculentur, ut infra demonstrabitur, non debent admitti etiā cum solita clausula, saluo iure impertinentium & non admittendorum, prout dicit optime Gram. in decis. 45. nu. 6. & seq. & prius Ias. in l. si duo patroni §. idem Iulianus nu. 12. & seq. ff. de iureiur. Paris. in cons. 97. nu. 133. uol. 1. Cur. Sen. in cons. 70. num. 8. Aymo in cons. 213. nume. 4. late Andr. Gail. pract. obseruat. lib. primo, obseruat. 81. numero secundo, cum sequen. & Franci. Perso. in quæst. 11. numero 17.

Prout nec iudex admittere debet pro-
2 bationes apparenter impertinentes, & non admittendas etiam cum protestatione, & saluo iure impertinentium & non admittendarum, ad dicta per Ias. in præcitato §. idem Iulianus num. 33. quem sequitur Paris. in d. consil. 97. num. 134. & Grammat. dicta decis. 45. nume. octauo, cum iudex non debeat admittere aliquem ad aliquid probandum, quod probatum non releuet,

sicut

ficut dicit Gail. in præcitata obser. 81. in prin. per vulgatã l. ad probationem la prima, C. de probatio. & Corset. in sing. 148. incipien. iudex non debet admittere; cũ etiam partibus expediat, ne duplicatis sumptibus, atque superfluis grauentur, sicut considerauit d. Franc. Perso. d. quęst. 11. nu. 17. in fin.

De qua quidem impertinentia & irreleuantia notoria patet expressè ex lectura instrumenti locationis inter dictum Marcellum & Socios conductores ex vna ac Illustrem & R. D. Archiepiscopum Spalaten. locatorem parte ex altera confecti; & ex tenore eorundem articulorum, quibus consideratis in promptu apparet de illorũ impertinentia & irreleuantia, ut est dictum: cum de contentis in instrumento dubitan-

3 dum non sit; cum instrumentum † sit probatio probata, & non probanda, quodque discussione fori, nec disputatione non indiget, cum sit veritas notoria & manifesta, prout dicit Bal. in l. Imperator in prima lectura num. 17. ff. de statu. & in l. 2. num. 6. C. quando fisc. vel priuat. sequitur Ias. in l. admonendi in 2. lectura sub num. 154. de iureiuran. & in cons. 124. vol. 1. & in cons. 137. nu. 13. volum. 4. & dicit Dec. in consilio 36. num. 2. & Decia. in cons. 66. num. 6. volum. 3. & in consil. 5. num. 40. & seq. volum. primo.

4 Et quòd instrumentum † dicatur veritas apparens, & probatio probata, & non probanda; & quòd duæ pro instrumento oriantur præsumptiones, vna quòd sit verum; & alia, quod sit solemne: Et quòd illud, quod apparet ex instrumento, dicatur esse certũ, & manifestũ, per plures auctoritates firmat etiam Gramma. in d. decis. 45. num. 9. consequentibus.

5 Et quòd verba † instrumenti partium verba etiam censeantur, dicit idem Bald. in d. l. Imperator in prima lectura nume. 17. Ias. in dicta l. admonendi in secunda, lectu. numero 154. in fin. & in dicto cons. 137. num. 13. in fin. & dicit Vezzi. inter communes diuers. sub tit. de tabellio. & fid. instru. num. 4. vol. 1.

Cum igitur ex tenore præfati instrumenti locationis duo eliciantur ad propositum præsentis causæ fundamenta, & pacta, vt repellatur omnino præfatus cõductor cum socijs à sua prætensa intentione, nedum ab admissione dictorum articulorum: Primum uidelicet, quod idem Reuerendiss. D. Archiepiscopus locauerit omnes redditus & fructus, quo tempore factæ locationis eiusdem Archiepiscopatus in quouis loco existentibus possidebat, prout patet in illis verbis post principium eiusdem instrumenti, scilicet, § Hà dato, locato, & ad affitto concesso al Reuerẽdo Pre Piero Marchelich, & Signor Battista Boccareo fù del Signor Zuane, & Francescho Capogrosso fù del Signor Bartolomeo tutti cittadini, & habitanti in Spalato presenti & conducenti insieme & in solidum tutte le entrate & frutti del prefato suo archiuescouato, che al presente possede essistenti in qual siuoglia loco, ad hauer, tener, goder, & vsufruttuar, conseguir, percipere & essigere. & questo per affitto di ducatti mille & ottocento da lire sei soldi quattro per ducato all'anno.

Et infra ex illis alijs uerbis uidelicet. § Essendo obligato esso Reuerẽdissimo Locatore conseruar li sopradetti DD. Conduttori indemni & illesi per tutto il tempo di detta locatione, da qualunque danno, che per incursione di Turchi potesse occorrere; & in euento di tempesta, che Dio guardi, far il debito restoro giusta le leggi; & si come è stato espresso nell'altra scrittura di locatione con l'Eccellente Dottor Augubio, cioè che si elegga uno estimator per parte à quelli non sospetto circa la refattione predetta; ma quanto alla summa del danaro, che potesse occorrere, s'intẽde detto restoro da ducati cinquanta in sù, e non altrimente. §

Cum non sit dubiũ, quòd ex prima conuentione in dicto primo capite instrumenti contenta euidenter constet dictos articu-

6 los † esse omnino impertinentes & irreleuantes, ac probatos in aliquo non releuare producent. cum in ea dicatur, quòd dictus Reuerendissimus Archiepiscopus locauit omnes redditus & fructus, sic generaliter loquendo, præfati Archiepiscopatus, quos in præsenti possidet. & sic tempore locationis factæ. Et in dictis articulis dicatur, quòd idem Archiepiscopus fecit quãdam conuentionem, & concordium cum villicis de Albona, ex qua conuentione per instrumentũ facta remanserunt obligati soluendi eidem Archiepiscopo certam quantitatem frumenti, ordei, casei, veruicum, & agnorũ.

Et quòd dicta quantitas promissa potest importare quodlibet anno reducendo illam ad pecuniam ducatos 80.incirca. Et quod cum numerus domorum dictorum villicorum sit diminutus pro tertia parte recusarũt soluere dictam integram quantitatem promissam in d.Instrumẽto:& quòd propterea dicti villici obtulerunt sese soluere uelle ratam portionem iuxta numerum domorum tunc existẽtium: & sic de tribus partibus in instrumẽto promissis duas partes dũmodo deueniatur ad nouam conuentionem. Et quod dictus articulans ob respectum præfati R.D.Archiepiscopi,recusauit condescẽdere ad dictum partitum,& cum dicti villici sint subiecti Imperio Turcharũ,etsi multas diligentias fecit etiam cum expensis, & incommoditatibus,& vitę periculo; ꝗ nihilominus ab eis nihil exigi potuerit. Hæc ille in dictis articulis. Cum ex dictis uerbis instrumenti pateat expresse,quod præfatus D. Archiepiscopus nõ locauerit dictos fructus de Albona specifice & taxatiue eisdẽ conductoribus iuxta formam prædicti instrumẽti, cũ villicis facti ut ab eisdẽ villicis exigerent, seu exigere haberẽt dictã quantitatem in instrumento expressam; sed simpliciter omnes fructus,& redditus,quos habet eiusdẽ Archiepiscopatus in quouis loco aliquam quantitatem de aliquo loco, seu re colligenda, seu exigenda non specificando, animaduertens ꝗ posset occurrere, ꝗ ui humanã minus posset colligi, seu exigi de fructibus dicti sui Archiepiscopatus,quod debetur,cum aliqui dictorum fructuum sint sub imperio in tẽporalibus Turcharum, prout sunt prædicti de Albona, quod bene notum erat,& est dictis conductoribus. Vnde † cum sicut si specificasset in

7 locatione quantitatẽ fructuũ futurorũ exigendorũ iuxta formã eiusdẽ instrumenti à dictis uillicis,si minus fuisset exactũ, teneretur pro rata nõ exactorũ idẽ Archiepiscopus facere remissionẽ mercedis; ex quo nõ fuisset pręstitum, quod conuentum fuit: ita quoq; cum uẽdiderit, seu locauerit fructus futuros simpliciter nulla quãtitate expressa, nulla potest per d.Aduersarios peti, neque prætendi remissio mercedis, licet modicus fructus perceptus fuerit, seu percipi potuerit,cum tunc datur id, quod conuenitur,ita optime decidit Bar.in utroq; casu in l.si merces §.uis maior n. 7.ff.locat.& ad idẽ Capr.in reg.88.nu.40. iuncto nu. pcedẽti.

Cum igitur præfatus conductor cõfessus fuerit in dictis articulis, qui prius fuerãt producti ut positiones, ꝗ prædicti uillici de Albona stante diminutione domorũ,de quib. in instrumento pro tertia parte,ꝗ ipsi pro duabus partibus soluere tantũ uolebãt, & ita sese obtulerunt,dũ deueniretur ad nouã conuẽtionẽ,ꝗ̃ facere recusauit, minime de prædictis legitime certiorato d.Archiepiscopo, idem ponens: cum qui positiones

8 † facit censeatur fateri oĩa in eis contenta,prout dicit Alex.in cõs.71.nu.3.vol. 3. & Surd.in cons. 105.sub nu. 17.cum per eũ ci

9 tatis vol.1. Et ꝗ ponens † censeatur fateri illud,quod ponit, & talis confessio in tantũ præiudicet sibi, ut illa reuocari nõ possit ad instar confessionis,quę inducitur per libellum,nisi doceat de errore,licet ille,qui articulatur,non censeatur fateri in articulis cõtenta,dicit late Mara.in suo Spec.in 6.p. in uerbo de position.seu artic.product.n.6.7. & seq.cum per eum citatis f.mihi 276. Ad quod facit illud,quod dicit Ant. de But. in c.2.nu.15.de testib.in 6. ponens differentiã

10 † inter iuramentum ueritatis & calumniæ ex d.Innoc.ubi uoluit ꝗ ponens,& respondens nõ quod credit,sed quod nouit,respõdere debet;sed ꝗ cũ iuratur de calũnia,ponitur & respondetur,quod creditur.

Ex qua quidem sua confessione nedum constat notorie de aliquo non iure suo circa per eum prætensam remissionem, & de impertinẽtia & irreleuantia dictorum articulorũ ex uno capite; uerum ẽt & ex duobus: Primo uidelicet,& hoc tãtum sufficit;

11 quia cum dicti fructus † de Albona non fuerint locati per dictum Archiepiscopum exprimendo uillicos & certam,quãtitatem fructuum, sed generaliter cũ omnibus alijs d.Archiepiscopatus comprehensi, unde in qualibet quãtitate uerificati fuerint, uel uerificari potuerint;censetur datum id, quod fuit in instrumento locationis per dictum Archiepiscopũ promissum; & nulla remissio in tali casu fieri debet, ad dicta per Bar. & Capr. in locis desuper citatis. Prout nec eadẽ ratione potest petere remissionẽ mercedis & decimas de Polizzia, quas dicit effectas esse inexigibiles, ex quo ẽt nulla de eis specialiter fuit facta locatio, cũ non sint mentionati in d.instrumento locationis, & per cõsequens si nõ erãt inter fructus dicti

Archiepi-

Archiepiscopatus non censentur locatæ,
nec in locatione comprehensæ, cum tantū
fuerint locati redditus & fructus, quos idē
Archiepiscopus tempore locationis possi-
debat, prout verba instrumenti cantant; de
quibus dubitandum non est, cum sint clara
l. ille, aut ille §. cum in verbis de leg. 3. Secū
21 do cum conductor † dicatur tacite emere
spe fructus futuros; & tantum eidem fit re-
missio mercedis, si patiatur læsionem circa
solitos fructus recolligendos ultra dimidiā
iusti pretij, & non alias, quod quomodo sit
intelligendum dicit Rodo. statim allegan.
vltra alios, de quibus infra dicetur; cum bo
na fides non patiatur ultra dimidiam iusti
pretij, cum tunc dicatur affici magno in-
commodo, sed intra dimidium tantum con-
ductorem lædi, sicut in contractu emptio-
nis & venditionis emptor; prout optime fir
mat Anto. de Butr. in c. propter sterilitatem
numero 13. in fin. locat. Quod ante eum vo
luit Barto. in l. licet C. eodem. Et ibi etiam
Bal. num. 10. & seq. vbi similiter dicit tam
conductori, quam emptori fructuum futu-
rorū fieri remissioné mercedis, si læderetur
ultra dimidiam iusti pretij; cum sicut æqui-
parantur isti duo contractus in legis ratio-
ne ita & quoque in eius beneficio & dispo-
sitione; & tenet, & declarat, quomodo ta-
lis læsio consideretur, optime Rodoan. in
tract. de reb. Eccle. non alien. in quæst. 18.
de remissione mercedis conductori, uel
emphyteutæ facienda, incipien. quoniam
in materia locationis nu. 11. per totum per
l. 1. & 2. ff. locat. omnino viden. merito cum
dictus conductor confessus fuerit potuisse
exigere de tribus partibus dictorum fru-
ctuum de Albona duas, licet illas sua culpa
non exegerit, quòd remissionem mercedis
petere non potest, cum ob dictam tertiam
partem, quam soluere recusarunt prædicti
villici non fuerit læsus vltra dimidium, etiā
cōsideratis oībus fructibus dicti instrumēti
cōcordij exigēdis à dictis villicis, prout re-
quiritur ad hoc, ut fiat remissio pro rata mer
cedis per auctoritates desuper adductas, &
infra adducendas super secundo capite in-
strumenti: cum & quo ad unum prædium
tantum considerari possit dicta læsio modo
prædicto, ad dicta per Imol. in d. c. propter
sterilitatem col. 2. in vltimis ver. & in princ.
3. colum.

Vlterius ad maiorem corroborationem
prædictorum non est omittendum dicere,
quòd etsi dictus conductor prætendebat
posse exigere fructus de Albona in vim di-
ctæ locationis iuxta formam instrumenti
concordij facti per dictum Archiepiscopū
cum dictis villicis, non obstante diminutione
postea facta domorum, quę erant obligatę,
ac etiam alias decimas de Polizza, de qui-
bus omnibus nulla fuit facta expressa men-
tio in d. instrumento locationis, vt supra est
13 dictum; cum locator † teneatur præstare,
ut conductor frui possit rebus locatis non
per simplicem traditionem, sed per patien-
tiam, & per amotionem impedimenti, ad
dicta late per Soc. in cons. 156. nume. 10.
in uerbo primo cum per eum adductis uo-
lumine secundo, & probatur in l. si merces.
§. primo, & secundo, ff. locat. Calder. in cō-
silio 5. an conductores in tit. de locat. ubi
quòd locator tenetur in possessione rei lo-
catæ defendere conductorem; & quod nō
14 dicitur tradita res, † nisi duret toto tempo-
re conuento, Paris. consilio 40. numero pri
mo, cum sequentibus uolumine primo.
Osasc. decis. 51. num. 8. & sequen. & Franc.
Becc. in consilio 145. numero 19. & seq.
cum per eum accumulatis.

Quod oportebat cum idem conductor
15 † facto aliorum esset impeditus uti & frui
rebus locatis, cum non posset exigere de
prædictis locis debitos fructus, si uolebat
posse releuari uel fieri remissionem merce-
dis, quod ipse protestaretur, & denuntiaret
prædictum impedimentum dicto locatori
ad hoc, ut posset prouidere illud admouen
do, ut posset exigere dictos fructus, & per
dictum conductorem debeat tunc de tali
impedimento legitime probari per legiti-
mas probationes, cum non credatur suæ as-
sertioni, & non hodie de eo dicere in tem-
pore solutionis mercedis ad illam retar-
dandum, prout uoluit Alexand. in consi-
lio 127. numero quinto ad fin. & sexto
uolumine quinto, quem sequitur Osasc. di-
cta decis. Pedemonta. 51. nu. tertio, & Me-
noch. consilio 120. numero decimoquarto,
uolumine secundo. Et ideo etiam ex isto
capite nullam potest petere, nec prætende-
re mercedis remissionem, cum culpa sua
id euenerit, etiamsi uerum sit, quod
16 allegat, cum æquum sit damnum, † quod
culpa conductoris uenit, id à locatore
non præstari, sed in damno remanere con-

ductorem, prout dicit Rodoan. in d. quæst. decimaoctaua. §. primo, incipien. sed multi sunt casus num. 2. & propterea à iure sancitum est, quòd quando sterilitas contingit culpa & defectu conductoris, seu coloni, quòd nulla fiat remissio mercedis per tex. in c. propter sterilitatẽ, ibi sine culpa coloni locati. & per tex. in l. si merces §. culpæ autem. ff. eod. & dicit Rodoan. in loco proxime citato; & d. nu. 2.

Et insuper nec aliam remissionem mercedis prætendere potest idem conductor, cum & ipse confiteatur in dictis articulis dictos fructus exigi non potuisse, etsi multas diligentias, & expensas etiam cum periculo uitæ pro illis exigendis fecerit, cum sint in temporalibus sub Imperio Turcharum,

17 cum tali casu fieri nõ debeat remissio † mercedis; attento quòd si quis conducit prædia in confinio alicuius mali territorij, in quo solitum sit fieri prædas, & robbarias, colonus non potest allegare, vt fiat sibi remissio, cum sciret illud esse solitum contingere, prout bene sciebãt in casu nostro prędicti conductores, prout firmat per plures auctoritates Petr. Nicola Mozzi. d. tract. de locat. in ver. de accidentalibus locatio. & conductio. sub num. 31. ubi propterea et subdit ibidem sub num. 22. per alias auctoritates per eum adductas; quod etiam conductori, qui tempore belli conduxit prędia, non fit remissio propter guerram, cum sciret, & videatur consentire tacite, & renuntiare beneficio, quod propter bellum competeret, prout & etiam eadem ratione in d. loco sub num. 33. idem Mozzi. dicit nec remissionem fieri colono siue conductori, si conducit agrum prope flumen, & flumen solet singulis annis inũdare agrum, cum propterea colonus, siue conductor sibi debeat imputare, si vitiosam rem ab initio conducit; secus autem si vitium incideret postea.

18 Et quòd remissio † mercedis non fiat, si contingat aliquis casus fortuitus in re locata, per quem causetur maxima sterilitas fructuum, si ex uitio rei; uel debilitate fundi, uel cõsueto casu accidat, dicit sic magistraliter declarando Azzo in summa C. locat. sub num. 28. in prin. quem communiter sequi Doct. dicit d. Mozzin. p̃citato loco nu. 8. & cõclusiue nu. 9. & hęc super 1. capite instrumenti prefati: & ad docendũ aliquam pretensam remissionem mercedis non esse faciendam, & de impertinentia & irrelevantia prædictorum articulorum, hæc mihi dixisse sufficiat.

Deueniendo mõ ad aliud caput petitionis Reuerendi Conductoris, per quod petijt etiam sibi fieri mercedis remissionem ex capite tempestatis, seu grandinis passæ super fructibus locatis iuxta tenorem secũdi capitis instrumenti prædicti; & quia ex eo inter partes conuentum est, ut in casu tempestatis fiat remissio secundum leges: ideo uidendum est, an simus in casu, quod secundum iuris communis dispositionem remissio sit facienda: cum licet uera conclu-

19 sio sit, quòd conductori † ob magnum dãnum illatum sine culpa sua in bonis conductis, siue fortuito casu, nempe tempestate, ui fluminis, locustis, incursu hostium, uel ui humana, ruina, incendio, intẽperie aeris, grandine, niue immoderata, impetu uentorum, terremotu, casmate, omnique ui simili enarratis, quibus resisti non potest, sit facienda remissio mercedis conductori, nisi possit cũ ubertate præcedentis, uel sequentis anni compensari, prout not. in l. ex conducto §. 1. ff. locat. & in l. licet. C. eod. & in c. propter sterilitatẽ similiter locat. & dicit Rodoan. in tract. de rebus Eccle. non alien. quæst. 18. de remiss. mercedis. §. quoniam in materia num. 12. & seq. & §. seq. incipien. sed multi sunt casus num. 1. cum sequentib. refert & sequitur Sebast. Medic. in tract. de fortuit. casib. in 2. par. quæst. 10. num. 39. cum alijs per eum citatis. Capr. in reg. 88. num. 11. iuncto num. 18. & num. 23. & seq. Gozza. cons. 74. num. 1. Ioan. de Amic. cons. 142. nu. 3. Franc. Manu. decis. 208. nu. 8. in uer. & hoc uerum, & num. 10. & seq. par. 2. Couar. late pract. quæst. c. 30. in princ. Siluan. in cons. 35. nu. 28. & nouissime idem Petr. Nicol. Mozzin. in d. tract. de locat. & conduct. in uer. de accident. locat. & conduct. num. 1. & seq. & multum uariant Doctores

20 † in declarando & cognoscendo casum, in quo de iure mercedis remissio sit facienda, ut late habetur per Ioan. de Imol. post Abba in d. c. propter sterilitatem locat. & per Paul. de Castr. post Bar. in l. si merces. §. uis maior. & in l. ex conducto. ff. locat. refert & sequitur Bero. in consilio 141. in princ. uol. primo. Cum non pro quolibet damno

21 † à conductore passo in fructibus bonorũ locatorũ ob supradictos casus fortuitos, uel

similes

similes fiat mercedes remissio; cum modicum damnũ, & impensam conductor æquo animo debeat pati: prout dicit tex. in d. l. si merces, §. uis, maior & ibi Barto. nu. 1. ff. locat. Bal. in l. licet num. 12. C. eod. vbi dicit propter fructuum paucitatem, siue exiguitatem remissionem mercedis non fieri, nisi sit tanta, quæ excedat sterilitatem. Et ideo quòd libellus non procedit, in quo petitur remissio propter fructuũ exiguitatem, quia non concludit de iure, Rodoa. in præcitata quæstio. 18. §. quoniam num. 6. Bero. dicto cons. 141. num. 4. Couar. pract. quęstio. capi. 30. num. 1. in versic. sed non enim quodcunque damnum. & Viuia. in Sylua commun. opinio. 131. incipien. conductor modicum damnum lib. 1.

22 Tamen in hoc communiter † Docto. conueniunt, vt conductori per locatorem propter aliquem præfatorum casuum fiat mercedis remissio, quando conductor damnum passus fuerit in fructibus bonorum locatorum deductis sumptibus vltra dimediam iusti pretij, seu pensionis, quam solue re debet locatori, idest, quia nõ colligit tot fructus de dictis sumptibus, qui æquiualeant dimidiæ pensionis soluendæ; prout tenent Barto. & Bald. in l. licet, C. locat. & Castren. in l. ex conducto §. si uis, num. 5. & 6. ff. eod. & tenet Anto. de Butr. in dicto ca pit. propter sterilitatem numero 13. & ibi etiam Imol. numero 5. & conclusiue nume. * 6. locat. & hanc esse communem opinionem dicit Ruin. in consilio 81. num. 1. volum. 1. & ita tenere fere omnes scribentes dicit Bero. dicto consil. 141. nume. 1. & nu. 5. in fi. & sequen. volum. 1. & hanc opinionem esse communem plures alios etiam citando dicit Roland. a Valle in consilio 86. num. 1. & 2. volum. 3. Franc. Marui. decisio. 208. num. 17. par. 2. Alexand. in consilio 107. num. 18. volum. 3. & ita etiam tenet dicendo similiter esse communem, recitatis opinionibus etiam illorum, qui tenebant sufficere colonum, seu conductorem passum esse sterilitatem tantum in tertia parte fructuũ ad hoc, ut fieret remissio, Couar. pract. quæstio. dicto capit. 30. num. 1. in versic. quamobrem. & cum eo concordat Capra d. reg. 88. præsertim num. 51. & ** hanc opinionem esse magis communem dicit idem Bero. in consilio 143. num. 14. eod. volumine primo, Corne. in cons. 128. num. 26. in versic. tertia est opinio. Et magis communiter ita concluderi Docto. dicit etiam Ioan. de Amicis in dicto consilio 142. numero quarto, cum dicat, annum ste 23 rilem † tunc dici ad hoc, vt fiat remissio, cũ medietas fructuum solitorum non colligitur, Io. de Neuiz. in cons. 110. num. 10. & hanc esse communem opinionem dicit etiã Gozzad. in cons. 74. numero secundo. Et quòd hæc opinio apud modernos, & ab in de citra sit communior dicit Aret. in consil. 52. num. 2. ante fi. in versic. unde communior opinio. & similiter hanc esse communem opinionem dicit Viuia. in præcitata opin. 131. num. 2. per totum lib. 1. & ita late concludit etiam Rodoan. in præcitat. tracta. de reb. eccle. non alienan. dicta quęstio. 18. de remissione mercedis num. 34. & seq. omnino uiden. ideo alios addere nõ curaui; cum a cõi, & magis communi opinione in consulendo & iudicando recedẽdum non sit.

Et ideo cum præfatus conductor, etiam inspecta sua prætensione in sua petitione contenta, non fuerit læsus vltra dimidiam iusti pretij deductis expensis, prout necesse est esse læsum ad hoc, ut fiat remissio mercedis per auctoritates desuper adductas, imo nec in tertia parte, merito debet succumbere, & per diffinitiuam sententiam eidem perpetuum silentium imponi. Et hęc de secundo capite instrumenti locationis, & pacto conuento circa remissionem mercedis faciendam occasione tempestatis, seu ob alios casus fortuitos ad ipsius conductoris exclusionem, & ut condemnetur ad soluendum pensionem conuentam iuxta formam petitionis d. Reuerẽdiss. D. Archiepiscopi, stante præsertim iuramento in instrumento locationis apposito, & obligatione Camerali; dicta esse uolui ad Laudem Indiuiduæ Trinitatis ac gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ. Et fuit iudicatum ad fauorem Archiepiscopi mandando per aduersarium persolui summam petitam ratarum decursarum, & super prætensis per aduersarium in causa procedi.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGV-

sionariæ,& eiusdem honorum per eundem q. Presbyterum Petrum capta possessio, & vti eiusdem Rector habitus,tentus,reputatus,& mortuus, prout de omnibus in processu in præsenti hac causa facto apparet: cum indubitati iuris sit per vnicam præsen
1 tationem † institutione secuta quasi possessionem iuris patronatus, seu præsentandi acquiri,prout in nostris terminis dicit Dec. in cons. 117.colum.3. in versicu. quod autem,in cons.124.in princip. Corne.in consilio 47.num.4. in uersic. & ideo volum. 3. Purpura.in consil.267.num.9.& seq.& antea dixerunt Federi.de Sen. in consil.234. num.4. Oldrad.in consil.312. num.2. & in fi.& Pute.decisio. 192.num. 1.lib.1.& habemus not.glos.in cap.cum ecclesia,in uer. in trium de caus. possess. & proprie. & nouissime D. meus Peregri. in consilio 33. numero quinto, & in consilio 35. numero 1. per totum, stante quod dicta præ-
2 sentatio habuerit de iure requisita, † cum fuerit facta bona fide a vero patrono etiam titulum habente ex d.testamento q.D. Reginæ Roccabonellæ per aduersarium in actis præsentato, quæ eandem Capellaniã fundauit,& dotauit,institutio fuerit secuta, & pro uero Rectore eiusdem mansionariæ fuerit habitus,ab eo presentatus,ac in illius possessione etiam mortuus,ut supra dictum est,prout magistraliter tradit Calder.in cõsilio 12.sub titu.de iure patronat.quod consilium sequitur Rota,dicit Caputaq. in decisio.338.& sequen.par.2.& Ripa in d.capit.cum ecclesia numero 90. & sequen.vbi
* etiam attestatur de communi, de cau. possess. & propriet. accedente scientia & patientia dictorum Massariorum, cum ad effectum pariendi præiudicium alijs, & ut quasi possessio acquiratur vltra supradictã requisita etiam requiratur scientia & patientia illorum,in quorum præiudiciũ presentatur, & instituitur, prout late traditur per Calch.d.consil. 12.& firmat Ripa in d. cap.cum ecclesia num.92.de cau. possesso. & propriet.& ibi prius Ioan. Andre. num. 24.ante fi.& idem Ioan. Andr.in capi.cum olim num.8.eod.titu.Innocen.in capitu. 2. sub nu.4. & sequen. & ibi etiam Ioan. Andre.nu. 13.de restit.in integr.& idem Ioan. And.in c.bene el 2.sub nu. 17.& nu.22. de postula.prælat. & Dec. in cons. 126.in fi.

Neque prædictis aliquid obstat, quin instituatur præfatus R. D. Bartholomeus præsentatus a R.D. Abbate excluso d. R. Michaele a dictis Massarijs præsentato; etsi dicti Massarij prætendant habere dictum iuspatronatus,& præsentandi vigore eiusdem testamenti dictæ q. Dominę Reginæ ad dictam mansionariam vna cum dicto Abbate, seu Rectore de Spineta, licet vltima præsentatio priuatiue ad ipsos fuerit facta, & nullum ius circa dictum ius patronatus eisdem competat,ut est dictum,& infra aperte demonstrabitur; cum etiam clarum sit in iure, quod quando concurrit
3 in præsentatione † quasi possessor iuris patronatus ex vna,& proprietarius ex altera, nedum si quasi possessor est etiam proprietarius, prout in casu nostro est dictus Reuerendus Abbas, quod presentatio facta per quasi possessorem præfertur præsentationi factæ per assertum proprietarium, prout in decisiuis terminis concludit Purpura.in dicto cons.267.num.7.8. & 9. ubi etiam dicit sic tenere Modernos; Federi.de Sen. in d.cons.234.num.4. in versic. ad secundum & prius Bal.in l.2.num.83. C. de seruit. & aqua.Felyn.in tract. quando lite. Apostol. noceant patr.colum.antepenul.in versic.limitatur nono; Innoc.in suprad.cap.cum ecclesia numero 7.in versic.alij dicunt;& ibi etiam Abbas colum.penul.nu. 53. de cau. possess.& propriet. Card.in cons.69. nume. 4.Caball.in Milleloq. 14.num.3. par. 1. & Io.Nico.Delph.in tract. de iure patro. lib. 2.nu. 187.& seq.

Quod autem dicti Massarij nullum ius habeant in præsenti in dicto iure patronatus, seu præsentandi ad dictam Capellaniam,etsi per eandem q.D. Reginam Roccabonellam pro medietate eisdem in suo testamento illud relictum fuerit, patet expresse,cum per sententiam tunc R.Vicarij Curiæ Episcopalis Taruisij fuerint de eo in perpetuum priuati; ex quo noluerunt illud defendere,seu in expensis contribuere pro medietate cum dicto Abbate, vt illud defenderet, prout patet ex tenore eiusdem sententiæ pariter . . . . . ex quo erat iam admissum,& illis de Nigris acquisitum vigore donationis factæ q. D. Antonio de Nigis per dictam q.D.Reginam, quę annullat in ista parte idem suum testamẽtum licet hoc non concederetur per dictum Abbatem, per quem fuit diu nedum coram

Episcopo

Episcopo Taruisino, et Nuntio Venetia-
rum pro illud defendendo, verumetiam &
in Rota Romanæ Curiæ litigatum. Vn-
de præfati de Nigris cum dicto Abbate de-
uenerunt ad quãdam transactionem super
dicto iure patronatus, a Papa etiam confir-
matam, de qua similiter in actis constat, &
per illam illud concessum de dicta mansio-
naria, seu Capellania, cum esset perpetuo
vnita auctoritate Apostolica Capellæ San-
cti Leonardi de Orgnano, quæ est iurispa-
tronatus dictorum de Nigris, separando di-
ctam vnionem eidem Reuerendi Abbati
Sanctæ Helenæ pro tempore existenti; &
dictam Capellaniam Sancti Leonardi de
Orgnano eisdem de Nigris, sicut ante di-
ctam vnionem erat: Cum non sit dubium
per dictam sententiam Vicarij & potuisse
& debuisse priuari dictos Massarios tanquã
indignos de dicto iure patronatus, cum no-
luerint dictum ius patronatus, & volunta-
tem testatoris defendere. Et quòd per
4 sententiam † quis possit priuari perpetuo
de iure patronatus tradit Io. Nico. Delph.
in tract. de iure patrona. in quæst. 40. sub.
num. 223.

Et quod de iure clarum sit, quòd qui nõ
5 facit, † quod facere debet; & sic non defen
dit, quod defendere debet, prout in casu
nostro, quòd intelligitur facere, quòd non
debet; & sic contrauenire uoluntati testa-
toris per l. qui non facit, & ibi Dec. & Ca-
gnol. vbi dicunt id etiam procedere in pœ-
nalibus ff. de regul. iur. l. in fraudem, & l. se-
quen. ff. quæ in fraud. creditor. l. quis sit fu-
gitiuus. §. idem ait, si seruus tuus, & §. vlti. ff.
de edilit. edic. l. non omnes, §. qui captus ff.
de re milita. ubi tex. dicit, qui captus fuerit
cum redire potuerit, non redierit, pro trãs-
fuga habetur. Et dicit Azo per eadem iu-
ra in sua broccardica titu. 10. de æqualitate
factorum, in versic. qui non facit, quod face
re debet &c. Et quod qui negligentia sua
6 perdit, † quod ad eum pertinebat, prout
in casu nostro, dicatur alienare, dicit May-
ne. in l. non alienat. numero secundo, per to
tum, & in dicta l. qui non facit, numero se-
cundo, ff. de regul. iuri. ad idemque facit l.
item quæritur, §. exercitu ff. locati. vbi text.
dicit conductorem teneri ex locato, si ve-
niente exercitu migrauit, & sublatæ sint fe-
nestræ, & alia de hospitio, si resistere potuit,
& non restitit. Cum igitur dicti Massarij
noluerint contribuere in expensis pro de-
fensione dicti iurispatronatus, nec illud de-
fendere, immo reliquerint illud amissum;
non est dubium, quod tanquam indigni il-
lud amisserunt, & in totum ex sententia pre
dicta, & ex iuris dispositione fuit acquisitũ
dictum iuspatronatus dicto Abbati, qui il-
7 lud defendit, † & uoluntatem dictæ testa-
tricis seruauit ad dicta per Parif. in cons. 19
numero 133. volum. 2. per l. plures C. de
condit. insert. vbi etiam subdit Barto. & om
nes id etiam velle habere locum, nedum
quando sumus in voluntate expressa testa-
toris; verumetiam etsi esset dubia. ad casum
item facit illud, quod dicit idem Paris. di-
cto consilio, numero 139. & numero seq.
vbi dicit, quod ille qui noluit adimplere vo
luntatem testatoris, non parendo conditio-
nibus appositis in testamento, uidetur no-
luisse habere, nec consequi successionem,
imo illi renuntiare: & quòd talis successio
defertur sequenti, & adimplenti per iura, &
auctoritates ab eo adduct.

Et quòd qui contrauenit testamento,
8 † prout fecerunt d. Massarij per supradicta
non possit se iuuare beneficio ipsius, dicit
Curt. seni. in consilio 63. colum. vlt. per l.
cum pater. §. libertis ff. de lega. 2. & dicit idẽ
Parif. d. cons. 19. nu. 141. vol. 2

Quod coadiuuatur, quia nulli dubium,
quòd si testatrix † fuisset de hoc interroga-
9 ta, quod vtique expresse attentis supradictis
quod idem disposuisset: ergo haberi debet
pro expresso; prout dicit idem Parif. in cõs.
41. numero 51. volumine secundo, & in cõ-
silio 73. num. 36. in cons. 74. num. 37. eod.
volumine 2.

Nec prædictis obstat etsi dicatur, quòd
dicta sententia prædicti Vicarij præsentes
Mansionarios non debeat afficere, seu illis
nocere quoad amissionem dicti iurispatro-
natus, cum non sint eorum successores in sã
guine, sed in officio, & dignitate, prout dici
tur per aduersarium in scriptura per eum
producta sub die 3. Augusti anni proximi
præteriti. Quia ad hoc respondetur ex ea-
demmet scriptura eundem aduersarium cõ-
uinci, cum præsentes Massarij repræsentẽt
alios in dicto officio existentes, qui senten-
10 tiam contra se se reportarunt; & sicut † ip-
sos affecit, istos afficit, & omnes alios etiam
in eodem officio pro tempore succedentes
afficiet; cum contemplatione eorum officij
fuerint

fuerint in iudicio vocati, & succubuerint;
cum ijdem quod dictum officium censean
tur tam illi, quam isti, cum officium idem sit
per tex. in l. proponebatur post princip. ff.
de iud. & l. sicut municipium, §. in decurio-
nibus, & ibi Bal. in princ. ff. quod cuiusque
vniuer. nomi.

Et quod sententia lata contra homines
alicuius loci præiudicet etiam eorum suc-
cessoribus, cum populus modernus censea-
tur idem populus, firmat Guido Papæ in
in q. 279. per totum ibi addentes in fortio-
ribus terminis respondit idẽ Guido in cõs.
171. nu. 4. in uer. & est aduertendum.

Quod si non esset, sequeretur istud absur
dum, quod nunquam contra existentes in
officio quilibet agere posset, nec irreuoca-
bilter obtinere, prout quotidie agitur, & ob
tinetur, & afficit successores in eodẽ officio.

Ad quod facit, cum alij Massarij nõ exi
sterent in tali officio, nisi vocati, tex. in l. 1. §.
denũtiari autem ff. de uentr. inspicien. cum
11 ibi dicatur, illi tantum litem denuntiãdam
esse, qui primum locum obtinet in successio
ne, non his, qui substituti sunt, nec his, qui
spem obtinendæ hæreditatis etiam ex testa
mento habuerunt. Adstipulatur Barto. in
l. idem num. 1. ff. de aqua plui. arcen. vbi di-
cit non esse citandum substitutum ad cau-
sam, quæ cum hærede instituto tractatur su
per rebus, quæ substituto restituendæ sunt
ex voluntate testatoris. Et hinc disponit
tex. in l. ex contractu ff. de re iud. quòd sẽ
tentia lata contra institutum nocet substi-
tuto. Et hoc idem constare uĩ ex eo, q ad
12 iudicium & litis † examinationem tantum
vocandus est ille, quem negotium tangit
principaliter, non autem citandi sunt illi,
quos in quadam consequentia litis diffini-
tio potest attingere, quibus ve nocere, aut
prodesse poterit, prout late dicit Ias. in l. si
quis nec causam num. 7. plura similia addu-
cit ff. si certum petat. per gl. singul. quam ip-
se allegat, & dicit ab omnibus esse recept. ĩ
in l. de unoquoque ff. de re iudica. & hoc
Alex. in cons. 86. num. 3. & 4. volum. 2. &
propterea dixit Bal. in rub. de rescrip. num.
12. quod illi, qui casu, uel in cõsequentiam
lædi possunt, non sunt citandi; quia tractus
futuri temporis non spectat ad iudicem; &
quia nondum habet aliquod ius in proces-
su causæ.

Neque aliquid obstat, etsi dicatur dictã
sententiam fuisse appellatam ad retardan-
dum eius effectum: quia ad hoc responde-
tur, quòd licet illi Massarij ab ea appellaue
rint, nihilominus dicitur, quod dicta appel-
latio habetur pro non interposita, ex quo di
13 ctam appellationem † per spatium anno-
rũ quatuordecim nõ fuerũt psecuti, uĩ re-
mansit deserta a die cępti biennij usq; mo-
do; & sententia fecit transitum in rem iudi-
catam, prout dicit Dec. in consil. 436. num.
19. & seq. & quod appellatio si fuerit deser
ta ob lapsum quatuor annorum habeatur
pro non interposita, dicit Capuaq. decisio.
177. nu. 1. & 2. par. 3. & l. si. §. illud, de tem-
por. appellatio.

Et cum ex supradictis propterea appa-
reat nullum ius competere dictis Massarijs
circa dictum iuspatronatus, licet de non iu-
re eorum super negotio principali non esset
necesse demonstrare, cum simus in iudicio
mere possessorio, in quo de proprietate non
contenditur, & dictus R. Abbas sit solus in
quasi possessione præsentandi ad dictam
Capellaniam, de qua agitur, vt supra demõ
stratum est, apparet etiam de aliquo non iu
re dicti R. D. Michaelis per eos præsentati
14 cum nemo plus iuris † in alios transferre
possit, quam ipse habeat l. nemo plus iuris,
& l. nemo plus cõmodi ff. de reg. iur. & nul-
lam exceptionem competisse, neq; compe-
tere propterea opponendi præsentationi fa
ctæ per dictum Abbatem de persona R. D.
Bartholomei, neque eidem, cum ius excipiẽ
15 di † in causa non competat nisi interesse ha
bẽti, cũ in excipiendo quis efficiatur actor
l. 1. ff. de except. & Abb. in cap. dudum, nu.
7. ante fi. de præsumpt. & ad agendum quis
non admittitur sine actione l. si pupilli §. vi-
deamus ff. de negotijs gest. et hinc sancitũ
est, nihil interesse ipso iure quis actionem
non habeat, an per exceptionem infirmetur
l. nihil interest ff. de regu. iur. cum exceptio
sit actionis exclusio ad fauorem excipientis
l. 2. ff. de rescript.

Vltra quòd excepta non militent tum
per supradicta, tum etiam quia dum obie-
ctum fuit ad præfatum R. D. Abbatem ius
præsentandi ad dictam Capellaniam non
competere, cum ex testamento dictæ Regi
nę Roccabonellę relictum sit dictum ius pa
tronatus, et præsentandi Rectori predictę
ecclesię Sanctę Marię de Spineta, qui est
monachus eiusdem religionis, et non dicto
Abbati:

Abbati:in promptu eſt reſponſio,et reſolu-
16 tio;& dicitur ad dictum Abbatem † com-
petere talem præſentationem, prout ſem-
per præſentauit ad dictam Capellaniam,
quando pro tempore vacauit; attēto quod
præfatus Rector, qui pro tempore perma-
net in dicta eccleſia Sanctæ Mariæ de Spi
neta, quæ eſt ſubiecta monaſterio Sanctæ
Helenæ Venet. ſit monachus & ſub obe-
dientia dicti Abbatis, & velle non habeat,
neque nolle, prout dicit Abb. in conſilio
104.num.2.volum. 1. per cap. non dicatis
12.quæſt. 1. & capit. 2. de teſtam.in 6.& c.
fina.de ſepult.eo.lib. & hoc quia per cap. ſi
religioſus de elect.in 6.& d.cap. non dica-
tis,tollitur regulari conſenſus aliquid faciē
di:& ideo monachus abſque conſenſu Ab-
batis non obligatur per d.cap.ſi religioſus,
& alia iura deſuper adducta,& dicit Capu-
taq.deciſ.183.num.2.par. 3. & in deciſio.
224.num.50.par.2.& hinc eſt quòd mona
chus non poteſt ſtare in iudicio nec ſuo nec
alieno nomine, Caputaq. d. deciſi.224.nu.
6.par.2.& deciſ.183.nu.3.par.3.

Et quia idem Abbas eſt in quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi;& hoc tantum ſufficit ad
obtinendum, cum ſimus in iudicio poſſeſſo
rio; & eius præſentatio habuerit requiſita;
17 cum ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione † præ-
ſentandi præferatur etiam domino præſen
tanti,vt ſupra dictum eſt, cum ſua quaſi poſ
ſeſſione ſpoliari non debeat; cum præſenta
tio ſit fructus iuris patronatus,prout late fir
mat Delph.in tract.de iure patrona.ſub nu.
188.& ſeq.fol.mihi 91.

Prout & ſimiliter nihil obſtat oppoſitio
facta d.R.D.Bartholomeo;quod non ſit ſa
cerdos, cum de Capellania præfata uidea-
tur inſtituendus tantum ſacerdos, qui coha
bitare debeat in domo præfatæ teſtatricis
exiſtentis in d. villa de Spineta ad hoc, vt
celebrare debeat quotidie in d.eccleſia iux
ta formam præfati teſtamenti: quia tale ob
iectum ex pluribus tollitur, & primo quia
presbyteri præſentati ad dictam Capella-
niam in præteritum non reſederunt in d.do
mo, nec celebrarunt per ſe ipſos, ſed per
alios,prout fuerunt q. R.presbyter Franci-
ſcus Dulcius,& q. R. Presbyter Petrus Ric
cius vltimo loco præſentati, & de ea inſtitu
ti: & per conſequens propter dictam con-
ſuetudinem non videntur nec in futurum
inſtituendi de dicto beneficio ad id aſtrin-
18 gi poſſe,cum multum in beneficialibus † at
tendatur conſuetudo, ad dicta per Compo
ſtell.in c. cum eccleſia Vulterana nu. 11 de
elect. Secundo quia videtur dictæ teſtatri-
ci ſatisfactum, etſi per alium inſeruiatur in
dicta Capellania iuxta formam dicti teſta-
menti ad dicta per Lapu.in allegat. 35.per
totum.

Tertio quia etſi de tali Capellania poſ-
ſet, tantum inſtitui Sacerdos ex tenore eiuſ
dem teſtamenti;nihilominus dico quòd po
teſt Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Epi-
ſcopus, licet dictus præſentatus tantum ſit
clericus, cum ſit ætatis idoneæ, ut poſſit ſe
promoueri facere ad ſacerdotium, illum de
conſenſu † Abbatis patroni,pręuia diſpen-
19 ſatione per eum facta, admittere, & de ea-
dem Capellania inſtituere, licet nō habeat
ordinem requiſitum in beneficio; vel ſi non
haberet idoneam ætatem,prout habet,pro
ut voluit Abb. in c. cum acceſſerint ex di-
cto Cald.num.5.& ibi Addit. in uerſic. di-
ſpenſari, omnino viden. ubi dicit ita conſul
uiſſe Io. Andream etiam in habente ætatē
14.annorum, & ibi etiam Felyn. num. 17.
in verſic.& per hoc dictum,& nume. 19.in
verb.quòd bene nota,de conſtitu. vbi dicit
ita alias conſuluiſſe Ferrariæ, & obtinuiſſe,
20 vt pro una vice † poſſit epiſcopus conſen-
tiente hærede patroni conferre beneficium
nō habenti qualitates in fundatione appoſi
tas.& Purpur.in conſ.267.ad fi.in ver.& q
factum,volum.1.

Vlterius reſpondetur, & hoc tantum ſuf
ficeret,quòd ut audio,fuit etiam idem Bar-
tholomeus, quatenus dicta Capellania eſ-
ſet ſacerdotalis,cum habeat ætatem legiti-
mam ſe promoueri faciendi infra annum
ad ordinem presbyteratus a S.D.N. Papa
diſpenſatus, & de eadem Capellania proui
ſus; nec propterea vllum præiudicium fuit
factum dictis Maſſarijs,cum de eis nulla eſ
ſet facienda mentio in eiſdem literis, cum
non eſſent in quaſi poſſeſſione pręſentandi,
& ſic illam facere non potuerunt, ſed di-
ctus D.Abbas, ad dicta per Fely.in tracta.
quand.liter.Apoſtol.noce.patro.eccleſiar.
colum.antepenult.in verſic.limit. nono, &
prius voluit Cardina.in conſil. 69. numero
quarto,in verſicu. imo in hoc diceremus. Et
iſta ſufficiat eſſe dicta pro bono iure dicti
Reuerendi Domini Bartholomei; & ut de
eadem Capellania per illuſtriſſimum &
Reue-

Reuerendissimum Dominum Episcopum Ordinarium instituatur, ad laudem Indiuiduæ Trinitatis, ac Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ.

Franc. Monaldus I. V. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Luminariam non teneri ad soluendam decimã Papalem; eo quod bona & fructus ipsius sub nomine beneficiorum ecclesiasticorum non cadant, docet Cons.

SVMMARIVM.

1 *Papa ex magna causa potest decimam Papalẽ imponere.*
2 *Decima Papalis personis ecclesiasticis & super beneficijs ecclesiasticis tantum imponitur.*
3 *Luminaria sub nomine beneficiorum, nec eius fructus cadunt.*
4 *Fructus spectantes ad locum, seu personas non cadẽtes sub beneficij nomine, a decima Papali sunt immunes.*
5 *Eleemosynæ, vel quæ dantur ad opus fabricæ, vel in vsum ecclesiæ, nomine beneficiorum non comprehenduntur: nec de eis soluitur decima Papalis.*
6 *Bona luminariarum, sunt laicalia & non ecclesiastica, nec decima Papalis de eis soluitur.*

CONSILIVM CLXVII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.



IN difficultate mihi occurrente videtur mihi dicendum Luminariam Sancti Petris Vallis Mareni, & Sancti Titiani de foro Ceneten. diœces. non teneri ad soluendam decimam Papalem, de qua agitur, de suis fructibus, seu reditibus; cum sub nomine beneficiorum ecclesiasticorum non comprehendantur; & necesse esset comprehendi ad hoc, ut decimari possent ex infradicendis.

Et primo rem a suo principio exordiendo, auctoritate veteris testamenti talis decima dabatur a Leuitis, id est, inferiorib. Ministris Summo Sacerdoti Aaron, prout cauetur numer. cap. 18. ante fi. ibi locutusque est Dominus ad Moysem dicens: Præcipe Leuitis, atque denuntia, cum acceperitis a filijs Israel decimas, quas dedi uobis, primitias earum offerte Domino, idest, decimam partem decimæ, ut reputetur uobis in oblationem primitiuorũ, & date eam Aaron Sacerdoti. Et isti comparatur decima, quæ Papæ tribuitur, cum Papa † possit
1 ex magna causa, ut puta si contra infideles, vel ecclesiæ inimicos bellum gerat, hanc imponere, vel ex alia iusta causa, prout dicit Rebuff. in tracta. de decim. quæstio. 3. num. 3 & in cons. 124. colum. 2. in princip. in uersicu. item postquam Dominus Deus pręcepit Leuitis. Et cauetur in extrauagan. unica: communi. in princip. de decim. & illam alijs principibus potest etiam Papa cõcedere, Clem. 2. eod.

Secundo quia tantum imponitur talis decima † Papalis personis ecclesiasticis, &
2 super eorum ecclesiasticis beneficijs, seu illorum fructibus, ac super decimis, quas a laicis recipiunt, prout cauetur Numer. d. cap. 18. in loco desuper citato d. Clem. fin. & ibi not. glo. in uersi. beneficiorum, de decim. & d. extrauag. unica, communi. prefertim in princip. eod. & dicit Domini. de Sancto Geminia. in cons. 85. num. 19. & nume. 21. & magistraliter tradit Rebuff. d. quęst. 3. de decim. nu. 4. & 5. & in d. cõs. 124. vol. 3. in princip.

Cum igitur personę dictę luminarię sint
3 † laici, decimas personis ecclesiasticis debitas non recipiant, nec sub nomine beneficiorum ecclesiasticorum dicta luminaria comprehendantur, nec illius fructus cadãt sub nomine beneficij, ut statim demonstrabit non est dubium, quod a tali pętensa solutione decimę debet eadem luminaria, & illius ministri liberari, presertim cum in pręteritum sicut in facto mihi pręsupponitur illas nunquam persoluerint.

4 Et quod omnes illi fructus, † qui spectant ad locum, uel personas, qui non cadunt sub nomine beneficij, sint liberi a solutione decimę Papalis, quia in vsus quotidianos personarum miserabilium habent expendi, dicit glo. in extrauagan. suscepti in versic. soluere de elect. Domini. de Sancto Ge-

cto Geminia.in d.conf.85.num.31.ante fi. in ver.& mouetur.& Rebuff.d. conf. 124. colum.3.in princip.in uerfi.& dicit.& hine dicit Fely.in c.de quarta nu. 18. quod impositio decimæ Papalis non extenditur ad hospitalia, de præscript.

Et quod tantum de fructibus beneficiorum soluatur dicta decima Papalis: & quòd
5 sub nomine beneficiorum † non comprehendantur eleemosynæ datę ad opus fabricę ecclesię; & de eis non soluatur, nec solui debeat talis decima; prout nec debet solui de bonis relictis luminarię ecclesię, seu ut luminaria, cruces, & calices fiant, prout in casu nostro, est tex. in d. extrauag. commu. unica de decim. §. quod si in diuersis, & §. in eleemosynis uero, & §. seq. ubi dicitur, quòd si in diuersis ciuitatibus et diœcesibus diuersibus diuersa beneficia obtineantur, de unoquoq; beneficio in ciuitate uel diœcesi, i qua illud fuerit, decima persoluetur. De eleemosynis uero seu oblationibus, quę in ciuitatibus, et aliquibus castris, et locis dictorum prouinciarum in certis festiuitatibus in candelis et alijs consueuerũt dari, et offerri ad opus fabricę deputatis, decima non soluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quę colligũtur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur, interdum per clericos, quę ad opus consortij reducũtur, et quę offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces, et calices fiant, et reparentur, et etiam ex illis pauperibus subueniatur, et sepelliantur corpora pauperum defunctorũ, hęc ibi refert, et sequitur etiam Rebuff. in d.conf. 124.col.3.ante medium in uer. similiter nec de illis oblationibus.

6 Et quòd bona † dictarum luminariarũ nõ censeantur ecclesiastica, sed laicalia, et a laicis gubernentur, et eorum fructus tam in accendendo assidue lumen Sanctissimo Sacramento, quam in ceris expendantur, et de eis nunquam decimę solutę fuerint, attestatur Excellentiss. D. Potestas supraScriptę Vallis Marenę, cui standum uidetur, cum attestetur de pertinentibus ad eius officium ad dicta per Rot. in decisio. 750. diuers. sub numero decimo, in prima parte. Et ad firmata per Gramuiati, quem citat eadem Rota in consilio 24. numero septimo, in fi. et numero octauo, in ciuili, vbi dicit credendum esse literis officialium in pertinentibus ad eorum officium. Et hęc sufficiant pro difficultatis resolutione, stante maxime quòd in preteritum prout mihi presupponitur nunquam persoluerunt.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

ARGVMENTVM.

Inuentarium per non hæredem vniuersalem factum esse nullum; & quando per institutum in re certa, & per fideicommissarium fieri possit; quæ in eo describi debeant, & an debita, de quibus aliunde non constat. In ecclesiamque dominium rei relictæ sub fidei commisso ipso iure absque consignatione transire; & proptera fructus deberi à die, quo locus fideicommisso factus est, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus vniuersalibus duobus pro dimidia institutis, & altero viuente testatore præmortuo, superstes in totam hæreditatem succedit.*

2 *Heres in re certa institutus pro legatorio habetur, hærede vniuersali hæreditatem adeunte, & numero 10.*

3 *Bona pertinentia ad hæreditatem testatoris, de qua in Consilio, recensentur.*

4 *Liber æstimi communis probat de pretio bonorum in eo æstimatorum.*

5 *Hæreditate illud tantum inesse dicitur, quod deducto ære alieno, superest.*

6 *Inuentarij conficiendi facultas a iure tantum hæredi vniuersaliter instituto, vel ab intestato succedenti datur: & qui actu est hæres, non habitu numero 7.*

7 *Substituto per fideicommissum quando currat tempus conficiendi inuentarium.*

8 *Cantu. in decis. 800. diuers. nu. 2. lapsus est, & eius impugnatur opinio. & numero 12. & sequen. & 19.*

9 *Argumentum a contrario sensu in iure validissimum est.*

10 *Hærede vniuersali repudiente, tota hæreditas hæredi particulari accrescit.*

11 *Institutus in re certa ante repudiationem hæredis vniuersalis non potest se in hæreditatem ingerere.*

Hæreditati

. Hæreditati iacenti curator datur per iudicem.
12 Hærede uniuersali hæreditatem adeunte confirmatur testamentum,& cessat ius accrescendi.
13 Inuentario nullo à parte producto in præiudicium producentis probat,& nu. 16.
14 Inuentario circa in eo descripta standum est,& impugnanti onus incumbit probandi intentionem suam:& quomodo id intelligi debeat.
15 Inuentario quæ res describi debeant.
17 Dos à testatore in testamento confessata legati naturam habet.
18 Lucrum dotis,sicuti nec dos in testamento confessata,de hæreditate deduci potest, ut debitum.
20 Dominium fideicommissi in Ecclesiam fideicommissariam transit ipso iure, absque ulla traditione.
21 Fructus cum bonis debentur, quoties bonorum dominium in aliquem transit ipso iure.

CONSILIVM CLXVIII.

Spiritus sancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

Petrus Pompeius de terra Vulsinij condidit ultimum suum testamentum de anno 1526. in quo hæredem instituit Altomiliam eius vxorem in florenis mille in omnibus suis bonis,& præsertim in terris Alfinæ, & pro omni residuo, casu quo non sufficerent, in quodam suo prædio Lauatorij in territorio eiusdem Terræ Vulsinij existen.cũ conditione quod quandocunque decederet, uel ad secunda uota trãsiret,quod dicti mille floreni deueniant & deuenire debeant Capellæ Sancti Bartholomei sitæ in Ecclesia Collegiata Sãctæ Christinę eiusdem loci:cum expressa prohibitione, quod dicta bona nũquam possint alienari,& cum obligatione Rectori eiusdem Capellæ pro tẽpore existenti dicendi tres missas in omni hebdomada,instituendo postea suos hæredes uniuersales pro una medietate Hospitale Sancti Spiritus in Saxia de vrbe: pro alia uero Christophorum & Aloysium de Pinteis de dicto loco.

Qui quidẽ testator obijt de anno 1532. 1 superstite sibi tantum uniuersali hærede† in tota eius hęreditate p̃dicto Hospitali Sancti Spiritus, cum præfati Christophorus & Aloysius ipso uiuente obierint. l. vnica S. his ita definitis & S. pro secũdo C. de Cad. tollend. Quo hęrede non certiorato de hęreditate sibi delata ad effectum,ut de libera re posset,an uellet illam adire, uel repudia-
2 re,cum ipso adeunte† dicta Altomilia haberetur pro legataria per tex. in c. quoties, & ibi Bal. & alij C. de hæred. instit. & in l. ex facto,la grande glo. in uer. rerum certarum & ibi Bar. & Imo. nu. 10. in ver. pro modo, ubi attestatur de communi ff. de hęred. instituen. cum alijs pluribus relatis à Costa. in c. si pater in prima par. in uer. in re certa sub nu. 13. ubi similiter attestatur de commun. de testam. fol. mihi 294. & voluit Cãtuc. in suo discur. in hac causa facto posito post decis. 800. diuer. nu. 4. par. 1. fol. 279. eadem Altomilia illam adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, in quo describi fecit multa asserta debita, de quibus aliunde non constabat, prout nec vnquam constitit: & sub isto prætextu accepit, & dedit in solutũ etiam pro parte absque æstimatione & pro medietate minus eo, quod ualebant bona hæreditaria,sic illam expilando, & statim illa redimebat eius frater, & procurator aliquo pretio non soluto assertis creditoribus,nõ restituto p pea dicto legato florenorũ mille supradictæ Capellæ.

Rebus igitur sic stantibus, nunc quæritur, cum agatur & contra tertios possessores bonorum hæreditariorum dicti Petri, & contra hæredem hæredis dictę Altomilię ad causam venientem, tanquam eorum necessarium defensorem pro dicto legato recuperando; an dicta hęreditas illud soluendo sit: & pro affirmatiua concludo, & dico illud etiam cum fructibus esse restituendum.

Et quod dicta hereditas soluendo esset tempore mortis præfati Petri, & nunc sit, patet expresse cõsiderata quantitate bono-
3 rum hæreditariorum † per dictam Altomiliam inuentariatorum, & illorum ęstimatione, seu pretio, ac debitorum & legatorum persoluendorum de dicta hæreditate:nam primo reperitur inuentariatum prædium lauatorij, quod fecit eadem Altomilia eidẽ per iudicem dari pro sua prætensa dote, lucro dotis, & bonorum parafrenalium pro florenis 700. de qua quidem dote, an vt dos eidem debeatur, uel ut legatum, infra dicetur. Secundo reperitur inuentariata vna domus existens in burgo veteri Vulsinij nuncupata il Palazzetto, quæ per eandem Altomiliam fuit data in solutum pro

legatis Dominici Patris testatoris pro florenis 300. item vnus campus in dicta Contra Lauatorij, vel verius medietas illius, cũ aduersarij produxerint quoddam instrumentum uenditionis per eam factæ de illius medietate fratri eiusdem Altomiliæ pro florenis 100. licet totum per dictum Petrum possideretur tempore mortis, & sic alios florenos centum. Item alia domus in terra Vulsinij, vbi habitabat ipse testator, quæ ualebat, & fuit æstimata in æstimo communis florenis 300. Quam eadem Altomilia seu illius frater & procurator dedit in solutum pro asserto debito passagij pro florenis 150. absque aliqua æstimatione, quam statim redemit absque numeratione pecuniæ; & postea illam reuendidit paulo postea pro florenis 300. prout fuit acatastata in libro communis, in quo minus etiam æstimabantur bona, quam valebant propter solutionem impositionum, quam faciebant illa possidentium ratione bonorum: quem

4 quidem librũ æstimi † de dicto pretio probare non est dubitandum, prout late firmat Iaso. in l. decem sub num. 35. in uersic. item æstimum communis, & sequen. cum alijs per eum citatis, ff. de uerbor. obligatio. Bar. in l. fi. nu. 4. C. de magistr. conueni. & idem hoc firmat in l. his qui num. 1. C. de prædi. & omni. reb. nauicul. lib. 11. & quòd bona æstimata in libro æstimi plus valerent, probat ipsa Altomilia, cum prædium Lauatorij, quod fecit æstimari per æstimatores cõmunis, fuerit æstimatum, & eidem datum pro florenis 700. & tamen in libro prædicto æstimi tantum erat æstimatum florenis 600. Item in eo sunt inuentariatæ terræ Alfinæ, de quibus primo erat soluendum dictum legatum, quæ similiter in dicto libro æstimi erant æstimatæ florenis 700. adeo quod de illarum ualore dubitandum non est per supradicta. Item plura bona mobilia, quæ post litem inhoatam de consensu per homines electos ad illa æstimanda fuerunt æstimata florenis 200. adeo quòd bona hæreditaria Petri præfati tempore suæ mortis ualebant florenos duo millia & trecentos.

Sed quia non dicitur esse in hæreditate

5 † nisi illud, quod superest deducto ære alieno siue debitorum, siue legatorum causa debeatur, prætendanturque plura esse debita de prædicta de dicta hæreditate deducenda, præsertim dotis Altomiliæ, illius lucri, & honorum parafrenalium ad ualorem in totum florenorum 700. ascendentium, debiti passagij florenorum 200. & aliorum debitorum licet paruæ summæ in dicto inuentario descriptorum ultra legata: ideo pro clara resolutione, & ad demonstrandum, ut soluenda non sint, tanquam non debita hæreditaria, deueniendum esse duxi primo ad demonstrandum dictum inuentarium uiribus carere, & nullum esse: Secundo docere, quod etsi nullum non esset, quod de descriptis in eo debitis, de quibus aliunde nõ constabat tempore illius confectionis, seu mortis testatoris, neque in præsenti cõstat, nullam probationem de eis facit in præiudicium dictæ Capellæ fideicommissariæ.

Et quòd dictum inuentarium fuerit, & sit nullum, patet primo; quia, ex quo dicta Altomilia fuit instituta hæres, ut est dictum in florenis mille, & sic in re certa, in rot bonis hæreditarijs accipiẽdis, quæ bona post eius mortem, siue si prius transiret ad secũda uota, debebant peruenire in dictam Capellam Sancti Bartholomei, ut est dictum, non potuit inuentarium præfatum, cum nõ fuerit repudiata hæreditas prædicta a dicto Hospitale Sancti Spiritus uniuersali hærede de bonis hæreditarijs ac præfensis, ac per eam somniatis debitis, ab eius assertione tantum ortum habentibus, prout ex eo apparet, conficere: quia facultas conficien-

6 di inuentarium † quoad casum nostrum ante repudiationem hæreditatis, tantum a iure data est hæredi in totum, vel in parte uniuersaliter instituto, uel ab intestato succedẽte; prout dicit Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio num. 7. ff. si cui plusquam per leg. Falci. & prius dixit Specul. in §. fi. sub nu. 15. in vers. nunc dicamus de inuentario hæredis; & ibi additio, de fide instrum. Zuccard. in cõs. 59. nu. 3. & est text. quem ipsi allegant, in l. fina. §. 1. ibi ex asse, siue ex parte Cod. de iure deliberan. & quando actu delata est hæreditas, non quando habitu expectatur ad dicta per Specul. in d. §. fina. num. 18. de fid. instrum. ubi dicit, quod si hæres non fecit inuentarium, quòd fideicommissarius poterit illud facere, cum effectus fuerit hæres, & sustineat onera hereditatis; & ibi Io. Andr. in Add. in ver. secundum Vbert. ubi dicit, quod tempus faciendi inuentarium

substituto

7 † substituto per fideicōmissum currit a die restitutionis fideicōmissi; cū sicut adita hæreditate iura transeunt in hæredem per l. cum hæredes ff. de acquir. possess. sic etiam in substitutū trāseunt eius restitutione facta per l. sancimus C. ad Trebellia. & sic patet facultatem conficiendi inuentarium tantum esse datam a iure illi, qui actu est hæres uniuersalis siue in totum, siue in parte, non autem habitu; prout est institutus in re certa, cum si adiuerit cohæres vniuersalis exclusus sit, ut supra firmatū est: & per hoc
8 male dixit Cantu. † in d. decis. 800. diuer. nu. 2. par. 1. desuper allegata: vbi dixit nullam tamen auctoritatem allegando, quod ex quo non reperitur prohibitum, quòd hęres institutus in re certa conficere non possit inuentarium, nulla subsit ratio, ob quam possit dici nullum: quia respondetur vltra prædictas auctoritates per supradictam l. fina. §. 1. in illis uerbis, ex asse, uel ex parte C. de iure deliberan. a contrario sensu arguendo, ibi a iure prohibitum esse, vt hæres in re certa conficere possit inuentarium, cū tantummodo ista facultas data sit hæredi vniuersali in totum, uel in parte: quod argu
9 mentum † validissimum est, ex quo in iure non reperitur contrarium expressum, prout dicit Abb. in capit. ex parte, per illum text. num. 25. in uersic. & hanc opinionem, de restitu. spolia. & est tex. expressus in c. cū apostolica §. nam & in lateranen. & ibi glos. in versic. datur de his quę fiunt a præla. capit. cum virum §. nec obloquitur de regula. & l. 1. & ibi glo. in uer. fortissimum, ff. de offic. eius. & quòd tale argumentum in iure sit validum ad causæ decisionem, dicit Domini. Bontius in suo consil. post consil. Menoch. 397. posito nu. 10. volum. 4. & facit l. cum prætor ff. de iudic. cum institutus in re certa non debeat, neque possit se ingerere in hæreditate vniuersali mittendo falcem in messem alienam, licet possit agnoscere suam institutionem rei certæ, & per talem aditionē confirmetur testamentum, & omnia in eo
10 contenta, ita ut si hæres vniuersalis † repudiauerit, sibi totam hæreditatem accrescat, prout dicit post alios expressè Alexand. in d. l. quoties num. 5. post medium in versicu. si vero antequam hæres in re certa C. de
** hæredib. instit. & hanc esse magis communem opinionem dicit Iaso. in l. extraneum ad fin. & ibi etiam Corne. num. 8. C. eod. Nec mirum, cum illam non capiat de manu vniuersalis hæredis, sed propria auctoritate, cum in ea fuerit institutus, prout dicit Barto. in l. ex facto la grande num. 1. ad fin versic. quid dicemus ff. de heredib. instit. quem sequitur Corne. cum alijs ab eo relatis in dicta l. quoties num. 10. vbi dicit dictam opinionem Barto. communiter sequi legistas C. eod. licet quoad reliqua, si uniuersalis hæres adierit, habeatur loco legatarij, vt supra post principium firmatum est.

Quod etiam demonstratur ex hoc alio
11 fundamento, vt hæres in re certa † ante repudiationem hæredis vniuersalis non possit apponere manum in hæreditate uniuersali; & per consequens nec facere de ea inuentarium; ex quo a iure indistinctè introductum est, hærede vniuersali non adeunte, vt per iudicem certioretur, & illi præfigatur terminus ad deliberandum, an adire velit, vel repudiare, quo elapso datur curator hæreditati iacenti, prout latè dicit Alexand. in consilio 4. num. 4. in fi. & num. 5. per iura & auctoritates per eum adductas volum. 2. quod introductum non esset, si institutus in re certa posset ante repudiatam hæreditatem ab hærede vniuersali, in ea se ingerere, inuentarium conficere, debita atque legata persoluere.

Secundo etiam est nullum dictum inuētarium, & nulla ex eo oritur probatio; quia ex quo Hospitale præfatum adiuit postea hæreditatem præfatam, de ea habita notitia, citato hærede dictæ Altomiliæ, & per Locumtenentem Vulsinij eidem adiudicata fuerit dicta vniuersalis hęreditas Petri, prout constat ex sententia in actis producta, unde dicta Altomilia habetur pro legataria, prout supra firmatum est. Quibus addo Corne. in d. l. quoties num. 11. vbi ex dicto Ang. & Imo. dicit, quod instituto in vni-
12 uersum ius adeunte; † ex quo cessat ius accrescendi, & testamentum confirmatur dicta aditione, qđ institutus in re certa habetur ꝓ legatario, nec de dicta nullitate inuētarij dubitandum est; cum dicta aditio facta pęr dictum Hospitale retrotrahatur, ac si a die mortis dicti Petri adiuisset per text. in l. si hęres quandoque ff. de acquirenda hæreditate. Alciat. in l. Centurio sub num. 27. ff. de vulg. & papil. Cyn. in l. 1. num. 9. in ver. & hæreditas quatuncūque C. de Cad.

rollen.& Cagno.in l.omnia fere iura. ff. de reg. iur. Et sic per præfatam aditionem factam per dictum Hospitale vniuersalem hęredem, subuersæ,& sublatæ fuerunt omnes considerationes & præsumptiones,quas discurrendo adduxit in dicto eius discursu præfatus Cantu. post d. decis. 800. posito à nu.1.vsque ad nu. 17. attento quod nulla per illud inducatur præsumptio, cum in claris coniecturis locus non sit per l.continuus §.cum ita ff.de verb.oblig. & tantum dicto inuentario per iudicem dari potest fides,
13 † ex quo per aduersarios in iudicio fuit productum, sicut datur scripturæ priuatæ in concernentibus præiudicium producentis,non autem fauorem,ad dicta per Marsi. in rub.C. de probat.sub nu. 293. Roma.in cons.346.nu.2.3.& 4.Bozzi.in decis. 105. numero 1.& seq. & hæc de nullitate d. Inuentarij.

Deueniẽdo modo ad secundum caput, dũ dixi inuentarium pręfatũ de assertis debitis in eo descriptis non probare, ex quo de eis aliunde non constabat tempore illius confectionis, prout nec nunc constat; & impugnando quod dixit idem Cantu.in d.discur.sub num. 17.& seq. dico quòd etsi dicta Altomilia fuisset hæres vniuersalis, prout non erat; & conficere potuisset dictũ inuentarium,prout non potuit: Et licet ve-
14 rum sit,quòd stari debeat inuentario † circa in eo descripta, & annotata, adeo vt volens dicere contrarium, seu illud impugnare, teneatur liquido probare intentionem suam,prout firmat Monti.de inuent.hęred. in præfat. sub nu. 95. in fin.in ver.inuentarium retorquet,& nu.seq.& Phanuc.similiter de inuent.hæred.par.3.num.58.per totum:Tamen hoc intelligitur,& habet locũ, quando in inuentario fuerunt descripta, & annotata debita vere hæreditaria, & de quibus aliunde, antequam describerentur in inuentorio,per alia documenta cõstaret
15 cùm in inuentario † arguendo ab eius etymologia tantum describi possint res repertæ in hæreditate testatoris t.pe mortis, siue sint res mobiles,siue immobiles, siue credita, aut debita, seu illorum nomina,prout dicit Ang. de inuent. n. 19.& seq.Frãc.de Porcelli. de confect. inuenta. cap. 3.nu. 1. 2.& 3. Roland.à Valle de inuent. confect. prima par. num. 1. & tertia parte in ver. de forma num. 1. & in ver. seq. & Zuccard.in cons.59.num.3.Monti.de inuent.hæred.in 2.membro nume. 1. & nu. 6.& seq. à dicto Cant.in d.discursu nu. 23. in fin.male considerat;idem Monticul.in 6.membro nu. 1. refert, & sequitur Michael Grassu. recept. sentent.in ver.inuentarium q. 11.nu. 2.lib. 2.fol.119.ad idem Bar.in l. tutor qui repertorium nu. 10.in ver.secundo, & nu. seq. ff. de admin.tutor. Petr.de Anch. in Clemen. quia contingit num.23.in ver.nono quæritur,de religio.domib. Maync.in l. quæ tutela.nu.57.& seq. ff. de reg.iur. cum alijs adductis ab eodem Cantu.in d.discur.nu.23. & est tex.in l.fin.§. si autem dubius, ibi, inuentarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, & infra,ibi significantem & quantitatem rerum,& ibi etiam glo.C.de iure delib.cum igitur dicta Altomilia in eo descripserit debita, de quibus aliunde non constabat,neque constat,merito dictum inuentarium aliquid non probat
16 † contra præfatam Capellam fideicõmissariam,prout nec contra alios creditores & legatarios,si adessent;sed tantum contra ipsam,& habentes causãm ab ea, & non à testatore,tũ per supradicta, tum ad dicta per Monticul.de inuen.hæred. in septimo mẽbro,seu cap.sub nu.48.in fin. in uer. secundum hæc dubitatur,&nu.seq.& Gapi. decis.107.nu. 11.& seq.cum alijs adductis per eundem Cantu.in d. discur.ad fin.vbi retulit prædictas oppositiones dicto inuentario factas, videlicet, & quòd in eo non potuerint scribi debita,de quibus aliunde nõ constabat: & quòd dictum inuentarium nõ probet cõtra legatarios ac fideicommissarios, & creditores, sed tantum contra dictã Altomiliam, nec ausus fuit illas resoluere, nec tentare,restringendo se tantum ad pręfatum debitum passagij scutorum 100. dicendo uideri probatum ex pluribus adminiculis simul iunctis, de quo infra dicetur. De quibus tamen iudicij,cum de eis in processu non constet,prout dicit Angel. in cõs. 107. in fin.& late Dec. in cons. 188. nu. 1. & de probat.in c.qui contra falsam in fin.

Et quòd non constet de debito assertæ dotis Altomiliæ patet, quia aduersarij ad probandum illã fuisse Petro datam, tũ introduxerunt præfatũ testamentũ Petri, in quo ipse confessus fuit recepisse dictã dotẽ una cum bonis parafrenalibus à patre dictę Altomiliæ:quia per talem confessionem nõ

pro-

probatur dotem fuisse datam, seu causam fuisse veram per publicũ instrumentum, cũ non fuerit talis confessio iurata, nec parte præsente facta, nec ab ea acceptata, prout de iure requiritur ad hoc, vt dos deberetur:
17 sed de ea iudicatur † sicut de alijs legatis, & ut legatum peti potest, prout firmat Roland. à Valle in tract. de lucro. dot. quæst. 80. nu. 8. & 9. cum alijs per eũ citatis omnino viden. quod ante eum uoluit Bart. in l. qui uxori nu. 1. ff. de auro. & arg. lega. & in l. Lucius §. maritus nu. 1. ff. ad Trebell. Bal. in cons. 14. ad fin. uol. 2. & in cons. 467. vol. 3. & in cons. 381. nu. 1. vol. 5. Alex. in cons. 45. nu. 4. cum per eum citatis uol. 1. Socin. Seni. in cons. 294. nu. 1. uol. 2. & idem Bar. in l. cùm quis decedens §. Codicillis ff. de legat. 3. Quem refert, & sequitur Bertrand. in cons. 469. nu. 1. uol. 4. & hãc opinionem esse cõmunem & ita fuisse decisum, firmat Surd. in decis. Mant. 285. nu. 1. & seq. ideo alios addere non curaui.

Et non solum propterea non potest, ut
18 debitum, † deduci dicta dos de dicta hæreditate; uerumetiam n ... de ea deduci potest lucrum dotis, cum causa ueræ dotis illud deducatur, & non ob confessionem factam in testamento per testatorem illam recepisse, cum tális cõfessio resoluatur in legatum, ut est dictum, non constando de illius numeratione. Roland. à Valle in præcit. loco nu. 9. Neque ut legatum deduci potest, aut debuit antequam Ecclesiç sit satisfactum de suo fideicommisso tanquam priuilegiat. iuribus vulgaribus. Nec etiam bona parafrenalia deduci potuerunt de dicta hçreditate; cum præfatorum bonorum partem nõ cõsumptam penes Altomiliam existentem in hæreditate non reliquerit, prout tenebatur, cum testator de illis tãtum precium habere uoluit: & cum talia bona parafrenalia maritus non teneretur restituere, cum illorum dominiũ in ipsum nõ transiuerit, prout dicit Ceph. in cons. 157. nu. 20. uol. 2. & iã de illis censetur factum legatum per supradicta.

Prout nec constat de debito passagij seu torum 100. cum legantur in inuentario ista uerba, uidelicet. § All'Illustrissimo di Iurea per il passagio di questo anno scudi 100. § quòd tamen est inuerisimile, nec propterea dicitur de tali debito cõstare aliunde, cum etsi testes super hoc examinati deposuerint in illo anno præfatum testatorem habuisse dictam gabellã, nihilominus alij testes deponunt etiam dictam gabellam in tribus ratis quolibet anno persolui, & sic in fine quatuor mensium: vnde testator nõ potuit esse debitor, nisi scutorum 33. Et sic male uide-
19 tur sensisse Cantu. † in d. discur. sub nu. 21. & seq. ubi uoluit ex dicto inuentario, si non plena saltem quòd adminiculatiua oriatur probatio circa dictum debitum passagij, ita ut iunctis alijs adminiculis, & coniecturis quas non deducit nec in processu de eis constat, ut est dictum, sufficiens probatio ex eo inducatur, prout in terminis dicit uoluisse Fulgos. in cons. 161. col. 1. uer. 4. & quia nedum non concurrunt coniecturę pro debito, sed pro non debito, & quia etiam in casu Fulgos. defectus erat tantum in persona illud conficien. at uero in casu nostro nõ solum est in persona, cum dicta Altomilia illud cõficere non posset; uerum etiam & in inuentario, cum fuerit factum contra regulas iuris, ut supra est dictũ. Et dato quod deberet dictum debitum deduci de dicta hæreditate, quod creditur per supradita: esset nihilominus, prout apparet, esse solutũ, deducendum, & sic tantum 150. floreni essent deducendi de ea, cum pro solutione dicti debiti dicta Altomilia dederit in solutũ domum testatoris pro dicto pretio, licet esset æstimata in libro æstimi communis florenis 300. unde clare comprehẽditur fraus Altomiliæ, cum statim Franciscus Fidus illius frater & procurator illam pro eodem pretio redemerit, nulla tamen facta numeratione pecuniæ, & postmodum illam reuendidit pro dictis florenis 300. prout supra dictum est. Ac etiam de dicta hæreditate deducenda sunt legata florenorũ 300. relicta per Dominicum patrem testatoris, & nihil aliud, cum de alijs prætensis debitis, licet paruis, in dicto inuentario descriptis, nec aliunde constet, nec fuerint persoluta. Et sic apertissime apparet, quod si deducantur de dicta hæreditate debitum passagij, pretium bonorum parafernalium, & legata. Dominici, quod nihilominus remanẽt in hæreditate floreni mille & septẽ centum: & sic dictum fideicommissum florenorum mille, esse indubitatum, præfatæ Capellæ deberi, & absque aliqua retardatione seu mora est dandum seu restituendum cum hæres institutus in re certa capere pos-

re possit auctoritate propria rem in qua institutus est sicut vniuersalis hęres, prout firmat Bar. in l. ex facto la grāde nu. 2. in ver. puto ff. de hæredi. institu. quem secutus fuit Ias. in l. quoties colum. fina. in princ. C. eod. Dec. in cons. 607. colum. 2. ante medium in ver. & ad hoc facit, & ibi addi. Roland. à Valle. in cons. 74. num. 23. vol. 2. & Guliel. de Benedic. in repet. c. rainutius ver. si absque liberis moreretur 2. de legat. & fideic. nu. 146. ad fi. de testam. par. 2. fol. mihi 74. & in ver. in eodem testamento relinquens 1. num. 258. par. 1. fol. 207. ter. Et hinc dixit Bar. in d. l. ex facto num. 6. quòd etiam dicto hæredi in re certa instituto cōpetat remedium. l. fi. C. de edit. Diui Adria. tollen. quem secutus fuit Sapia. in repet. d. l. fi. num. 65. & seq. & conclusiue num. 67. & seq. vbi etiam dicit hanc esse veriorem oppinionem per rationes quas adducit & vt celerius & exequatur testatoris uolūtas ꝙ valde concludit ad casum nostrū cum restitutio tendat in fauorem ecclesiæ & animæ testatoris propter missarum celebrationem secūdum illius ordinationē faciendam nec de eo aliqua falcidia detrahi debet per hospitale Sancti Spiritus licet priuilegiatum & quia ordinatum fuit per testatorem dictum legatum seu fideicommissum integrum prosolui ecclesiæ vnde falcidia non detrahitur Ruin. in cons. 62. nu. 5. vol. 1. & quia nō detrahitur falcidia per piam causam delegato facto pię causæ in specie a iure in hoc priuilegiatę prout dicit Corne. in tenninis in cons. 236. num. 4. & seq. volum. 3. & in cons. 140. nu. 2. & conclusiue num. 3. in ver. his tamen non obstantibus volum. 1.

Et cum dicti mille essent in obligatione, bona aūt hęreditaria in solutione per l. si q s stipulatus fuerit, decē in melle & ibi Bar. & Castr. ff. de solut. nec de hoc dubitandū est: cum & testator bona prędicta alienari prohibuerit, & semper esse eiusdem Capellæ uoluerit; non est dubium, quòd prædicti aduersarij sunt etiam condemnandi ad restitutionem fructuum perceptorum de dictis bonis à die, quo locus fideicommisso

20 factus est: ex quo illorum dominium † in Ecclesiam ipso iure absque traditione uel consignatione transiuit, prout dicit Capr. in cons. 32. nu. 17. Et quòd transeat dominium fideicommissi in Ecclesiam absque aliqua restitutione, communem profert Ias. in l. ut inter diuinum num. 10. C. de Sacros. Eccles. & Bal. in l. fin. nu. 13. C. eod. & hanc esse communem, dicit etiam Soarez. in suis communi. num. 112. & 113. Bursat. in cons. 55. nume. 32. ubi de magis communi. Et

21 quòd fructus † debeantur una cum bonis, quando dominium bonorum transit in aliquem ipso iure, prout in casu nostro in Ecclesiam transiuit, dicit etiam Cepha. in cōs. 215. nu. 43. & seq. & conclusiue nu. 46. & sequen. uolum. 2. & prius uoluit Bart. in l. in fideicommissariam nu. 4. ff. ad Senatusc. Trebell.

Et ista sufficiat esse dicta pro bono iure dictæ Capellæ: & demonstratum hæreditatem prædictam esse soluendo: & fideicommissum præfatum Capellæ prædictæ Sancti Bartholomei una cum fructibus deberi: Et ita fuit decisum in Rota sub die 8. Iunij præsentis anni 1601. coram Reuerendissimo Patre D. Serafino Oliuario eiusdē Rotę Decano dignissimo & integerrimo valde causa discussa propter sententias præcedentes contra eandem Capellam in Rota alias latas licet tunc non fuerit cognitum de valore dictæ hæreditatis nec an dos relicta Altomiliæ in testamento per Petrum testatorem de cuius solutione non constat resolueretur in legatum & non debeatur vt dos seu debitum dotale, nec illius lucrum prout detraxerat de dicta hæreditate d. Altomilia prout in præsenti fuit cognitū & resolutū cōsiderata quātitate bonorū hęreditatis pdictę illorū ptiū & quæ de ea deducenda fuerunt seu deduci debent debita & legata. Ad laudem & gloriam Indiuiduæ Trinitatis, ac gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, quorum auxilium semper toto corde inuoco.

Franc. Monaldus V. I. D. de Vulsinio.

FINIS.

REGISTRVM.

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt.

Omnes sunt Quaterniones, preter d & Tt qui sunt duerniones.



VENETIIS, M D C L.

Apud Marcum Varifcum.

